BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXII
G
27
NAPOLI

TRACTATVS DE PRÆVENTIONE IVDICIALI, *SEV* DE CONTENTIONE IVRISDICTIONVM,

AVTHORE D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI,
Domino & Toparchâ Loci de St. Legier in Comitatu Venaissino; Comite Palatino;
& Sancti Officij Inquisitionis Auenionensis Consultorum Decano.

OPVS OLIM IN DVAS PARTES DIVISVM,
NVNC TERTIA AVCTVM:
Et exquisitissimis ipsiusmet Authoris ad singula propè capita Additionibus locupletatum:

IN QVO CONTROVERSIÆ OMNES, QVÆ CIRCA PRÆVENTIONES Causarum excitari solent inter Iudices Ecclesiasticos, Seculares, sanctæ Fidei Inquisitores, Episcopos, & alios superiores vel inferiores Iudices, tam Ordinarios quàm Delegatos, Criminales, Fiscales, Ciuiles, Militares, Conseruatores Doctorum, Scholarium, Monetariorum, aliorúmque priuilegiatorum eorúmque familiarium, in causis tàm Ordinariis quàm Executiuis, etiam ex scriptura priuata recognita, vel in vim instrumentorum in aliena Monarchia confectorum intentatis, Euocationibus, Inuentariis, Discussionibus, Cessionibus bonorum, Iactationibus, Rescissionibus Contractuum, aliísque similibus, breuiter & resolutiuè deciduntur.

LVGDVNI,
Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud.

M. DC. LIX.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.

DEO ÆTERNO, ET INFINITO; REGVM REGI, ET DOMINO Dominantium.

NON dedignabitur, vt ſpero, infinita bonitas tua, quæ ad calculos dona non exigit, & in oblationibus, iuſtitiam, non ex rerum pretio & dignitate, ſed ex offerentis voluntate & facultate metitur, iſtud pauperis ſerui, re quidem ipsâ leue munuſculum, ſed ſi affectu pẽdatur, non exiguum: Si tamen id rectè munus dixerim, quod diuinæ Maieſtati tuæ infinitis nominibus debitum, fatetur ſtupens animus, dum tot de tua liberaliſſima manu ſuſcepta bona demiratur, quibus hactenùs, ſe, non modo minus gratum, verum etiam plane ingratum fuiſſe ſibi ipſi conſcius eſt. Antiquitas, veræ Diuinitatis tuæ neſcia, fictis Numinibus, quaſdam velut primitias ex contemplatione quoque ipſa dedicabat, vt illam ſibi diuina largitate contributam teſtaretur. Et Pythagorici ex numerorum, linearúmque ſcientia, quam tractabant, ſuos quoque numeros ac figuras Diuinitati vana religione tribuebant. Nos qui immutabilem Veritatem tuam vnicum conſummatæ rationis ſcopum agnoſcimus, qualeſcunque noſtrorum ingeniorum fœtus, Tibi dumtaxat ſupremo bonorum omnium Authori debitos, reddimus potius quàm dicamus. Suſcipe ergo, SVMME DEVS, hunc de Præuentione Iudiciali tractatum, in memoriam eorum quibus in hanc vſque horam me præuenire voluiſti, beneficiorum. Quódque mihi adhuc vitæ vis eſſe reſiduum, ſic ad tuæ voluntatis normam præueniente gratiâ tuâ diſpone, vt ſupremi tui iudicij rigorem bonis piiſque operibus præuenire poſſim. Hoc ſupplex coram omnipotenti Maieſtate tua humillimè proſtratus efflagito.

Ego creatura tua licèt immeritus.

PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI SANLEGERIVS.

AD LECTOREM.

Dum, Rogantibus iis quorum apud me multùm valebat auctoritas, regulas quasdam in scripturam redigere vellem, quibus sub Principis nomine in formam Edicti perpetui publicatis, variæ, quæ passim circa causarum PRÆVENTIONES, magno cum partium litigantium damno, & Superiorum huius Status fastidio, occurrunt Controuersiæ, si non prorsus eradicari, magna saltem ex parte minui possent; notulas quasdam colligere cœpi, vt & quantum fieri posset, Edictum à iure non recederet, & memoriam labilem, non indiligens scriptio subleuaret. Sed dum ex notulis, notæ; ex notis capita prodirēt; tandem, insensibili quodam velut errore, eò deductus sum, vt ex ipsis quoque capitibus, integer iste tractatus exurgeret. Cuius editionem effugere non potui, tum ne prementium Amicorum desiderio deessem, tum vt publicæ vtilitati, quantum in me erat, aliqua ratione consulerem. Fruere, Lector Beneuole, meis hisce laboribus, illósque benigno & pacato animo, qua ratione tibi dantur, excipe.

Ad Maiorem Dei Gloriam.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

Non impedio pro parte REGIS Christianissimi quin Liber cui titulus est, *Tractatus de Præuentione Iudiciali, seu de Contentione iurisdictionum à D. Petro Francisco de Tonduti Sanlegerio &c. compositus*, in lucem prodeat, & prælo mandetur, à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD Bibliopolis Lugdunensibus, cum prohibitionibus in simili casu requisitis & necessariis. Actum Lugduni die Iunij vltima 1659.

VINCENT DE PANETTE.

PERMISSIO.

Fiat iuxta conclusiones Procuratoris Regij superiùs expositas. Actum Lugduni die vltima Iunij 1659.

DVSAVZEY.

PER-ILLVSTRI

PER-ILLVSTRI

ET EXCELLENTISSIMO D.

D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI

DOMINO DE S. LEGIER,

I. C. Celeberrimo & Patruo amantiſſimo.

EPIGRAMMA.

IVRGIA quæ dubio præuentio Marte parabat
Rixoſo, doctâ præuenis arte, foro.
Per Te vera ſuo Præuentio iure præibit.
Per Te poſterior cogitur inde ſequi.
Per Te importuni pellentur ſede cauilli:
Et certâ Iudex lege quietus erit.
Ergo ſit hæc Præuentio, ſit Subuentio; vtrâque
In gemino mundi cardine notus eris.
Atque opus hoc, Orbi ſi non mortale futurum eſt,
Nil tamen hocce tuo Nomine maius erit.

I. B. DE TONDVTI, ex fratre germano Nepos,
Dominus & Toparcha Loci de Blauuac.

AD PER-ILLVSTREM DOMINVM,

D. PETRVM FRANCISCVM DE TONDVTI,

Dominum loci de S. Legier, in Comitatu Venaiſſino.

LITIGET aduerſus, ſi quis cum Iudice Iudex,
Et fora iuridicis ſint inimica foris,
Arbiter æquus adeſt, docto qui iurgia libro
Comprimat, & lites explicet implicitas,
Cognoſcant alij, rudium de iure clientum,
Plebs illis cauſas deferat ima ſuas,
Hunc Aſtræa ſuæ dominans quem præſtitit Arti,
Ius ipſis decuit dicere iudicibus.

I. SANGENESIVS, I. D.

AD EVNDEM,

Phaleucium.

COETVS eximium decus Togati,
Interpres dubij perite Iuris,
Cuius ore loquens Themis forenſi
Reſpondet populo, ſuaſque leges
Noſtris explicat immorata terris;
Si docto ſtatuas modum labori,
Et tandem grauis impetret ſenectus
Curis emeritam tuis quietem,
Tui publica res futura non eſt
Expers auxilij; perenni in illam
Fungere officio, nec ipſa munus
Vis mortis poterit tuum morari:
Libri, ſi taceas, tui loquentur;
Dum Legum imperio regetur Orbis,
Erunt perpetui Tibi clientes
Queis opem ingenio feres, & à Te
Seri conſilium petent nepotes.

I. SANGENESIVS, I. D.

PER-ILLVSTRI VIRO,

D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI.

SANLEGERII DOMINO,

Vtriusque Iurisprudentiæ Peritissimo & Consultissimo.

In præclara & Egregia Opera ab Eo doctissimè & luculentissimè elaborata.

ANAGRAMMATISMVS.

PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI
FERT IVS PRVDENTIS AD CVNCTOS.

DISTICHON.

Quod tulit ad Ciues patria Vir doctus in ora;
Nunc toto AD CVNCTOS FERT IVS PRVDENTIS in Orbe.

IAMBICVM.

Iuuenta IVS PRVDENTIS ad Ciues tulit,
Senecta doctus FERT id AD CVNCTOS libris.

T. BILLON. Iurisconsultus Aquensis.

INCLYTO

ET EXCELLENTISSIMO D.
D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI,
SAN-LEGERII TOPARCHÆ,
TRACTATVS PRÆVENTIONALIS AVTHORI,

EPIGRAMMA.

Vm liber hic nostram præuenit tempore mentem,
 Nos decet illius dogmata tuta sequi.
Quidni Te sequerer SANLEGERI inclyte? splendet
 In cuius sacro pectore tota Themis.
Fallor? tam sublime volas tuæ acumine mentis;
 Vt metuam Icarias, si sequar, ire vias.
Sed quorsum mihi fingo metus? Themis Alta suadet:
 Dum volat ad Superos; inter & astra sedet.
Iupiter ex alto nùm Libram sustinet? Ergo
 Hunc lege, & ille tibi Numinis instar erit.

ANT. FRANC. PAYEN.
In Academia Auenionen. Regens ac Professor Publicus.

IN TRACTATVM ABSOLVTISSIMVM DE PRÆVENTIONE IVDICIALI,

EXCELLENTISSIMI D.
D. PETRI FRANCISCI DE TONDVTI,
DOMINI DE S. LEGIER, COMITIS PALATINI, &c.
Lectori Juridico.

EPIGRAMMA.

VOS habet anfractus Prauentio noscere si vis?
Tutus eas tanto Praueniente Duce.
Iam si quod Biuium fallax occurrat Eunti,
Herma hic est, verum hâc parte tenebis iter.

NICOLAVS ANTONIVS
Mirecurianus ad Lotharingiam
I. V. D. & Professor.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM singulorum Capitum

PARTIS PRIMÆ HVIVS TRACTATVS.

VBI TRADITVR SVMMARIVM PRÆCIPVARVM materiarum, quæ in quolibet Capite tractantur.

CAPVT PRIMVM.

DE Præuentione Iudicum in genere. Videlicet inferioris aduersus superiorem. Inter plures Iudices coniunctim iurisdictionem concessam habentes. De præuentione inter duos Iudices Ordinarios eiusdem tribunalis habentes iurisdictionem in solidum. Item inter plures Sanctæ Fidei Inquisitores. Qualis sit iurisdictio Inquisitorum, vtrum ordinaria, vel delegata. De præuentione inter plures Iudices Delegatos. Item inter Ecclesiasticos & Seculares, in criminibus mixti fori. Quid præterea statuendum, si agatur de præuentione inter Ordinarios & Delegatos. Inter Episcopos & Inquisitores. Et inter hos, & Superiores Regulares. Et vtrum inter Inquisitores & Iudices laicos. Quando Inquisitores absque Episcopo procedere possint, vel non. Quid sit præuentio iurisdictionis? quid perpetuatio? quomodo inducantur? & qua ratione inter se differant. Quæ sit differentia inter præuentionem ratione iurisdictionis, & præuentionem seu præoccupationem quoad ordinem procedendi. Euocatio causæ quando debeat Iudici intimari ad hoc vt illius processus reddatur nullus, & an sufficiat illam parti significari. p. 1

CAPVT II.

De Præuentione inter Notarios. Acta per solum Notarium electum scribi posse; si per alium scribantur, nullitati subiacere. Posse tamen alium, in casum impedimenti, subrogati. Substitutos & Iuuenes Notariorum principalium acta iudicij scribere posse. Inhibitio, ad instantiam illius qui se opponit executionibus, an & quomodo facta alio Graffario scribente, sit valida? ad interpretationem cuiusdam Regulamenti super hoc facti. Ad quem spectet electio Graffarij de iure, vel de consuetudine. Vtrum Notarius possit scribere commissionem sibi datam à Iudice. Quando Barones seu Feudatarij possint create Tabelliones. Et quod nemo, præter Notarios ab illis deputatos, acta Curiæ sub illorum iurisdictione scribere possit. Quid de Notario, cuius facultas ad certum territorium est limitata. Quomodo se gerere debeant Bajuli vel Iudices Baronum quando non adest Tabellio. p. 5

CAPVT III.

De Inuentario quoad Præuentionem. Vbi explicatur ex inuentario nullam regulariter oriri præuentionem. Traditur tamen cautela *Bertrandi*, ad præueniendum Item Notarium quoad actum ipsius Inuentarij sic præuenisse, vt alius adhiberi non possit. Nisi tamen bona essent extra ciuitatem posita. Notarium alterius curiæ in inuentario scribere & sic preuenire non posse. Nuncios & executores curię ad libitum mutari posse, & ea ratione inter ipsos cessare præuentionem, non tam de iure quàm ex consuetudine. Quis sit iudex competens in materia inuentarij iudicialis. Agitur de controuersia circa inuentaria inter Notarios Palatij, & Curię S. Petri Auenionen. Denique deciditur vtrum alius Notarius quam is quem testator

CAPVT

tur

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM singulorum Capitum

PARTIS SECVNDÆ HVIVS TRACTATVS.

par

CAPVT

cum

CAPVT LX.

CAPVT LXI.

CAPVT LXII.

INDEX

INDEX
ARGVMENTORVM
singulorum Capitum
PARTIS TERTIÆ HVIVS TRACTATVS.

CAPVT

TRACTA

TRACTATVS DE PRÆVENTIONE IVDICIALI.

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

De Præuentione Iudicum in genere. Videlicet inferioris aduersus superiorem. Inter plures Iudices coniunctim iurisdictionem concessam habentes. De præuentione inter duos Iudices Ordinarios eiusdem tribunalis habentes iurisdictionem in solidum. Item inter plures Sanctæ Fidei Inquisitores. Qualis sit iurisdictio Inquisitorum, vtrum ordinaria, vel delegata. De præuentione inter plures Iudices Delegatos. Item inter Ecclesiasticos & Seculares, in criminibus mixti fori. Quid præterea statuendum, si agatur de præuentione inter Ordinarios & Delegatos. Inter Episcopos & Inquisitores. Et inter hos, & Superiores Regulares. Et vtrum inter Inquisitores & Iudices laïcos. Quando Inquisitores absque Episcopo procedere possint, vel non. Quid sit præuentio iurisdictionis? quid perpetuatio? quomodo inducantur? & qua ratione inter se differant. Quæ sit differentia inter præuentionem ratione iurisdictionis, & præuentionem seu præoccupationem quoad ordinem procedendi. Euocatio causæ quando debeat Iudici intimari ad hoc vt illius processus reddatur nullus, & an sufficiat illam parti significari.

SVMMARIVM.

1 *Quando inter Iudices inducatur præuentio.*

Si agatur de ordine procedendi requiritur productio libelli: si vero de praeoccupatione iurisdictionis sola citatio sufficit.

2 *Non datur præuentio aduersus superiorem à quo quis iurisdictionem habet & recognoscit.*

Princeps alicui committens iurisdictionem non censetur illam à se abdicare.

3 *Inter plures Iudices coniunctim iurisdictionem habentes non datur præuentio vnius ad alium.*

Sententia prolata ab vno ex iudicibus quando duo simul procedere debuissent, est nulla, nec conualidatur per ratificationem alterius.

4 *Quando iudices ordinarij habent iurisdictionem & illius executionem in solidum, vnus sine alio potest procedere, ideo non datur inter illos præuentio.*

5 *Iurisdictio ordinaria fauorabilior est delegata.*

6 *Si duo sint in eadem prouincia sanctæ fidei Inquisitores vtrum inter eos detur præuentio.*

Si vni ex pluribus Inquisitoribus causa specialiter delegata fuerit alius se intromittere non potest.

7 *Inquisitores vtrum sint Iudices ordinarij vel delegati.*

Inquisitor potest subdelegare, sed non eius subdelegatus.

8 *Inter iudicem Ecclesiasticum & secularem locus est præuentioni in criminibus mixti fori.*

Intellige vt præuentio locum habeat si agatur contra laicos.

9 *Inter plures iudices delegatos an sit locus præuentioni.*

Citatus coram vno ex tribus iudicibus datis in solidum non tenetur coram illo comparere.

In hoc tamen attendenda sunt verba commissionis, & quæ hac in re consideranda sint.

Et quando vno ex pluribus delegatis impedito alij possint tali in causa procedere.

Facta protestatione quod ambo delegati procedant, vnus sine alio procedere non potest.

10 *Locus est præuentioni inter iudicem ordinarium & delegatum.*

11 *Datur præuentio inter Inquisitorem & Episcopum.*

12 *Non est locus præuentioni superiorum Regularium contra Inquisitores.*

13 *In pari causa potior est Inquisitoris præuentio. Citatio Inquisitoris in quibus casibus præualeat citationi Episcopi.*

14 *Iudex delegatus in causa sibi commissa, maior est quolibet ordinario.*

15 *Non potest Inquisitor duro & arcto carceri quempiam addicere inconsulto Episcopo, nec tormenta inferre, aut ad sententiam condemnatoriam deuenire.*

Quibus in casibus locus sit præuentioni inter Episcopum & Inquisitorem, & quando simul vel diuisim procedant.

Utrum Inquisitor debeat requirere potius iudicem loci delicti, quam originis vel domicilij.

16 *Quid de sententia absolutoria.*

17 *Præuentio & perpetuatio iurisdictionis quomodo inter se differant.*

18 *Quando eodem tempore fiat præuentio & perpetuatio.*

19 *Per solam commissionem de citando perpetuatur iurisdictio, non tamen præuenitur.*

20 *Commissio citationis est pars iurisdictionis.*

21 *Ad inducendam præuentionem requiritur citatio legitimè executa, & in actis reproducta.*

22 *Si commissio contineat euocationem statim sunt ligatæ manus Iudicis à quo fit euocatio.*

Intimari tamen debet euocatio iudici si fiat motu proprio, non autem si ad instantiam partis.

23 *Commissio non est de actis nec efficitur communis ante citationem.*

24 *Per solam præsentationem commissionis acquiritur quidem iurisdictio, sed conditionaliter, hoc est si pars ea uti velit.*

Commissio quando efficiatur communis vtrique parti.

IN hac generali præuentionis inter Iudices tractatione, variæ quidem, sed paucis resoluendæ quæstiones occurrunt.

Prima, de Præuentione inferioris aduersus superiorem.

Secunda, de Præuentione inter plures iudices quibus coniunctim procedendi authoritas concessa est.

Tertia, quid inter plures iudices ordinarios in solidum iurisdictionem habentes.

Quarta, de Præuentione Inquisitorum inter se & quoad Episcopos.

Quinta, de Iudice Ecclesiastico respectu secularis & è contra.

Sexta, de Pluribus iudicibus delegatis inter se.

Septima, quid inter iudices ordinarios respectu delegatorum.

Octaua, Quomodo differant præuentio & perpetuatio iurisdictionis, & quomodo inducatur.

1 Pro quarum quæstionum resolutione supponendum est in primis tune inductam esse præuentionem quando agitur inter plures Iudices seu Officiales habentes iurisdictionem illiusque exercitium principaliter, in solidum & in actu. *per text. cum ibi notat. in cap. proposuisti* 19. *de foro compet.* & in *l. si pluribus*, *ff. de leg.* 1. In quibus locis tractatur tota materia præuentionis: quia *in dicto cap. proposuisti*, deciditur quod partes tenentur comparere coram iudice præueniente, quamuis mutauerint forum post iudicium cœptum: & *ibi* notat Abb. *num.* 1. & 13. quod etiam tractatur *in l. si quis postea quam, ff. de iudic.* & *in dicta l. si pluribus* 33. cum *ibi* notatis per Bart. *ff. de legat.* 1. vbi dicit, quod si tractetur de iure prælationis, seu præoccupationis quoad exercitium iurisdictionis, præuentio dicitur facta per solam citationem, quia citatio est de exercitio iurisdictionis, & hæc est præuentio quæ respicit præuentionem iudicum; nam si agretur de præuentione quoad ordinem procedendi, veluti si non sit contentio quis iudex, aut notarios præuenerit, sed quæratur cuius libellus & petitio præcedere debeat, ista est materia quæ non concernit præuentionem iudicialem quoad iudices, sed tantum quis prior agere debeat: veluti in tribus iudiciis duplicibus, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, illius libellus primo admittendus est ad probandum, qui prius libellum proposuerit: *l. quis prior*, & *l. in tribus*, *ff. de iudic.* sequitur Castreos. *in dicta l. si pluribus*, *num.* 7. † Hinc oritur 2

Prima conclusio, non dari præuentionem inferioris aduersus superiorem à quo Iudex iurisdictionem recognoscit, vt probatur per text. in *l. Iudicium soluitur ff. de Iudic.* Vbi dicitur iudicium solui veniente eo qui iudicare iusserat, vel eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, Rota *dec.* 584. *num.* 2. & 21. *part.* 5. *recent.* per text. *in cap. dudum* 14. *de prebend. in* 6. & *in l. fin. Cod. de iurisd. omn. iudic.* & *l.* 1. *Cod. de offic. præf. vrb.* Bald. *cons.* 326. *incip.* Rex Romanorum: *in fin. num.* 16. vbi dicit quod quando Princeps committit iurisdictionem alicui, censetur eandem sibi reseruare: Verall. *decis.* 537. *num.* 8. *part.* 1. Menoch. *præsumpt.* 18. *n.* 1. *lib.* 2. Felin. comprobans *in cap. Pastoralis*, *num.* 2. *de offic. Ordin.* & pleniùs Surd. *cons.* 56. *num.* 22. Goozal. *ad regul.* 8. *Cancell. in proœm.* §. 2. *num.* 1. & *seqq.*

Secunda conclusio. Non datur præuentio inter plures Iudices qui coniunctim iurisdictionem habent. Quia si vnus solus præuenire posset aduersus alium, contrauenirer formæ iurisdictionis sibi concessæ, *cap. prudentiam* 21. *de off. iud. deleg.* Ratio est, quia plures Iudices in solidum & coniunctim iurisdictionem habentes, non possunt vnus sine alio procedere, & sententia lata ab vno tantum Iudice, si à duobus vel tribus ferri debuerat, est nulla: Menoch. *de arbitr. cas.* 187. *num.* 11. Barbos. *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 1. *num.* 36. Quod adeo verum est, vt talis sententia, sic nulliter lata, non possit conualidari per ratificationem Iudicis absentis, Hippolyt. de Marsil. *cons.* 81. *num.* 34. & *seqq.* Et si vna Iudicum sit contraria, neutra sententia præualet: Gomes. *ad leg.* 38. *Tauri*, *num.* 3.

Verùm supradicta procedunt, quando agitur de Iudicibus delegatis: nam si ageretur de Iudicibus ordinariis, fit

Tertia concl. quando agitur de pluribus iudicibus ordinariis qui habent iurisdictionem & illius exercitium in solidum, quales sunt Domini Iudices curiæ temporalis S. Petri in hac ciuitate Aueniónensi, quilibet eorum potest exercere iurisdictionem, nec datur inter eos præuentio. Couarru. *lib.* 1. *var. resolut. cap.* 2. *num.* 6. *versic. Tertiò.* Quod si quæratur quare id locum habeat in iurisdictione ordinaria, non in delegata? Respondetur hoc esse † quia iurisdictio ordinaria fauorabilior est delegata: vt per Dd. *in rubr. De offic. eius cui mand. est iurisd.* Hanc eandem sententiam docet Gomes. *ad legem Tauri* 38. *num.* 2. & 3. 4 5

Quarta conclusio. Si duo in aliqua prouincia fuerint sanctæ Fidei Inquisitores, vnus sine alio procedere & hæreticos punire posset, *cap. vt officium. De heret. in* 6. & *ibi* Anchar. *num.* 1. vbi dicit Inquisitores in hoc similes esse iudicibus ordinariis. Sequitur 6

Pœna

Pœnia *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 46.* Idem tenet Diana *parte 4. tract. 8. resol. 66.* Vbi tamen hoc limitat, vt locum non habeat quando causa vni ex pluribus Inquisitoribus per Sedem Apostolicam delegata fuit, quia tunc per talem specialem Delegationem alij Inquisitores non possunt in illa causa se intromittere: Immò si præuenissent, assumendo depositiones testium vel indicia contra delinquentem, teneretur omnia transmittere ad Inqui-
7 sitorem habentem deputationē specialem. †Quamuis in effectu Inquisitores esse iudices delegatos ad vniuersitatem causarum existimauerit Carer. *in praxi crim. tit. de hæret. §. De cuius inquisitoris officio, num. 2.* vel saltem ad vniuersitatem personarum, Direct. Inquisit. *lib. 3. quæst. 4. schol. 74.* De quo tamen plura apud Dianam & Dd. ab eo citatos *dicta part. 4. tract. 8. resol. 1.* Sed siue iurisdictio Inquisitorum sit ordinaria, siue delegata, possunt Inquisitores alium subdelegare, iste tamen sic subdelegatus non potest facere alium subdelegatum, ne detur processus in infinitum. Ratio autem cur Inquisitor alium in causis fidei subdelegare possit, petitur ex eo quod Inquisitores sunt iudices delegati à Summo Pontifice, casu quo iurisdictionem ordinariam non haberent; atqui delegatus Principis potest alium subdelegare, *cap. super quæstionum 27. de offic. & potestate iudic. deleg.* vbi dicitur, quod delegatus Papæ, potest alteri principium, medium, & finem causæ coniunctim vel diuisim subdelegare: sic determinat Catena in *tract. de offic. inquisit. part. 1. tit. 4. §. 11. num. 80.*

8 Quinta conclusio. Præuentiò locum habet tam inter plures Iudices Ecclesiasticos inter se, quàm etiam inter Ecclesiasticos & seculares in criminibus mixti fori, *cap. cum sit generale, & ibi Dd. de foro compet.* veluti sacrilegium, vsura, periurium, adulterium, & similia de quibus Clar. *in §. final. quæst. 37.* & Farinac. *de Inquisit. quæst. 8. num. 129. & multis sequentibus.* Intellige præuentio ista locum non habeat in præiudicium fori Ecclesiastici; quia Iudex laicus non potest procedere contra Clericos in criminibus mixti fori, sed tantùm contra laicos. Clerici enim etiam in illis criminibus coram Iudice Ecclesiastico conueniendi sunt, nec præuentio Iudicis laici contra Clericos locum habere potest: exceptis tamen quibusdam enormissimis criminibus; de quibus actum est inferiùs *part. 2. huius Tractat. cap. 28. num. 1.* vbi fusè hæc materia exponitur, & declaratur quænam sint delicta mixti fori.

9 Sexta conclusio. Dum agitur de præuentione inter plures delegatos, forma commissionis inspicienda est: si enim plures deputati fuerint cum clausula. *Quod si non omnes*, &c. Non est locus præuentioni inter ipsos, cum vnus non possit procedere nisi constet de recusatione vel impedimento alterius: quo quidem impedimento vel recusatione cessante, ambo coniunctim procedere debent, & iurisdictio illis data est sub ea conditione quod vnus solus procedere nequeat nisi in defectum alterius. Sed si commissio pluribus in solidum data fuerit cum clausula *vobis vel cuilibet vestrùm*, aut simili, tunc datur inter eos præuentio, & melior est conditio occupantis. Conclusionem istam bene comprobat Barbos. *in tract. de clauf. cap. 125. per totum.* Et ideò citatus per vnum ex tribus Iudicibus datis in solidum, vt certa die compareat coram ipso, vel eius Collega qui non citauit, non tenetur coram Collega comparere, nec valet processus factus coram ipso Collega, vt decisum fuit per Rotam *dec. 2. de offic. delegat.* aliàs *decis. 110. in nou.*

Quomodo autem constare debeat de impedimento alterius delegati? Item quid si post præuentionem primi, secundus procedere velit? Rursus quid agendum sit, si præueniens nimis lentè procedat, vel moriatur post adiunctionem secundi, vtrum secundus procedere possit? explicat Gemin. *in d. cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Huius dubij vera resolutio petenda est ex notatis *infr. par. 2. huius tract. cap. 59. à num. 35. vsque ad num. 39.* & ex verbis ac clausulis commissionis: nam si apposita fuerit in commissione, clausula, *Quod si omnes interesse non possint, Tu frater Episcope procede*: vel alia clausula, *Quod si omnes interesse non possint, duo, vel alter eorum in causa procedat*; tunc etiamsi plures præuenerint insimul procedendo, tamen vno, aut pluribus impeditis, alius vel alij procedere possunt, vt ibidem exposuimus: quia per illam clausulam exercitium totius iurisdictionis vni vel duobus ex aliis Iudicibus, conditionaliter conceditur, videlicet, casu quo alij interesse non possint, vt notant DD. per illos textus *in cap. prudentiam, de offic. iudic. delegat.* & in *cap. suscitatus 13. de rescript.* Sed verò apposita fuerit clausula, *Vt omnes, aut duo, vel vnus Iudicum procedat, seu exequatur*: aut etiam si dictum fuerit, *Vobis, & vestrum singulis*: similiter, si dictum fuerit, *Quod alter alterum non requirat*: vel *Quod quilibet eorum in solidum procedat*: tali casu iurisdictio competit singulis à principio, & eorum cuilibet in solidum, purè, & non conditionaliter: vt declarat Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. n. 31.*

Sed dubitari potest, vtrum in casu quo vnus ex pluribus procedere potest vigore dictæ clausulæ, *Quod si omnes*, &c. debeat constare in actis de impedimento alterius conIudicis? Et verius est, quod licet de eo non constet in actis antequam alius delegatus procedat in locum sui collegæ, sufficit tamen quod in effectu alius primus iudex, qui præuenerat, esset impeditus; si de tali impedimento postea fides fiat in actis: vt probat Garz. *in tract. de benefic. part. 6. c. 2. num. 93.*

Quod si etiam accedat negligentia, vel malitia vnius qui non vult procedere, alius solus procedere potest: *cap. cum plures, de offic. deleg.* & probat Addirio ad Ludouis. *decis. 318. num. 13.*

Et quod de negligentia dictum est, eodem modo procedit si vnus ex delegatis fuerit impeditus propter grauem infirmitatem, quæ videlicet grauis censeatur arbitrio iudicis: Gratian. *discept. 18. num. 10. & mult. seqq.*

Illa autem iurisdictio quæ competit à principio vigore clausulæ, *Cuilibet eorum in solidum*, in commissione apposita; cùm, vt dictum est, singulis eorum purè & non conditionaliter competat, est cumulatiua; & ideo locus est inter ipsos præuentioni, & alij qui non præuenerunt, non possunt vti commissione nisi in defectum præuenientis: vt est text. expressus *in capite plures 8. de offic. deleg. in 6.* Couarruu. *practic. quæst. cap. 26. num. 5. versic. Secundò est animaduertendum.* vbi fusiùs explicat naturam dictarum clausularum: & ostendit quomodo procedendum sit, si vnus ex pluribus delegatis recusetur.

Quod autem dictum est de præuentione inter plures Iudices in solidum delegatos cum dicta clausula, *Quod si non omnes*: intelligendum est vt procedat nisi antequam vnus Iudex cœpisset vti sua commissione, altera Pars protestata fuerit quod ambo procedant; nam facta huiusmodi protestatione, si procederetur in causa coram vno tantùm, tales processus vitio nullitatis laborarent: hoc enim

casu impeditur præuentio vnius ex pluribus delegatis: vt probat Verall. *decis.* 71. *part.* 3. Marches. *de commiss.appell.extra Rom.Cur.par.*1.*cap.*6.*n.*104. *fol.*159.*vol.*1.

10 Septima conclusio. Locus etiam est præuentioni inter Iudicem ordinarium & delegatum, Innoc. & Hostiens. *in cap.ad petitionem,in verb.* præsente nec reclamante. *De accusat.* Idem *in summa tit. de offic. deleg.§.quod sit officium,num.*8.*in fin.* Versic. *Quid si libellus.* Et ideo si coram ordinario ante litem io vim delegationis contestatam partes compareant, inducetur præuentio fauore Ordinarij, quia partes censentur ea ratione rescripto delegationis renunciasse Hostiens. *in dicto cap.ad petitionem.*

11 Octaua conclusio. Inter Episcopum & Inquisitorem locus est præuentioni, quia Inquisitori non competit iurisdictio priuatiuè, sed cumulatiuè respectu Episcopi, *Clement.* 1. *de hæret. cap. ad abolendam, eodem tit.* Sed respectu Iudicum secularium illis competit iurisdictio priuatiuè, Farinac. *De hæres.quæst.*186.§.9.*num.*152.*& sequentib.*

Notandum est dari quidem prælationem inter Episcopum & Inquisitorem, quando alter ipsorum habet specialem commissionem à summo Pontifice ad certam causam, seu ad certas personas, vel pro quibusdam criminibus particularibus & determinatis: Prælationem dico, non autem Præuentionem; quia iurisdictio hoc casu non est præuentiua, seu cumulatiua, vt probat Farinac. *in tract. de hæresi, quæst.*186.*num.*59. Similiter locus est præuentioni, quando alter ipsorum præuenit per capturam delinquentis; cum non debeat nec possit reus capi, vel carcerari in duobus tribunalibus, vel diuersis tribunalium carceribus. Præterea præuentioni locus erit si agatur de delicto facto in præsentia Inquisitoris,qui cœpit procedere per capturam personæ & citationem realem, prout his annis elapsis iudicauit,Sacra Congregatio vniuersalis sancti Officij Vrbis, de cuius mandato Inquisitor Auenionensis inhibuit Vicario Generali Archiepiscopi de ipsum turbando in cognitione eiusdam causæ criminalis, ratione scandali in Ecclesia per quemdam particularem commissi in præsentia eiusdem Inquisitoris in ipso die magnæ solemnitatis.

Sed generaliter loquendo, licet regula sit quod quando duobus competit iurisdictio cumulatiua locus est inter ipsos præuentioni, vt fusè probatur infrà, *part.*2.*huius tractatus,quæst.*45.*num.*1.*& seqq.* Licet etiam verissimum sit iurisdictionem inter Episcopos & Inquisitores esse cumulatiuam, vt dicit Farinac. *dicta quæst.*186.*de hæresi, num.*58. cessante commissione speciali ad certam causam,vt supra dictum est: Tamen ista cumulatiua iurisdictio,io hoc casu speciali fauore fidei sic intelligi debet, vt vna aliam non impediat, nec præuentio Episcopi vel Inquisitoris obstare possit quin alter ipsorum communiter vel diuisim de eodem facto inquirat, *cap. per hoc, §. verum,de hæret. in* 6. ibi, *Concedimus quod per Episcopos & per Inquisitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuisim, & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus.* Et nisi hoc casu Inquisitores in sententiæ prolatione Diœcesanis, vel è cõtra duxerint deferendum, per vtrosque simul sententia proferatur: in qua ferenda, si non conuenerint, per vtrosque negotium sufficienter instructum, ad Sedem Apostolicam remittatur. In Hispania tamen contrarium obseruatur: Episcopos enim semper causam ad Inquisitorem remittere solet;vt testatur Diana *resol.moral.p.*4. *tract.*8. *resol.*1. Farinac. *de hæresi, qu.*186. *num.*56. Diuisim autem procedere dicuntur,non quando Inquisitor tantum,vel Episcopus tantum procedit; sed cum Episcopus procedit ex vna parte per se, & Inquisitor per se ex altera,ita quod duo processus fiant de eodem facto, vnus per Episcopum, & alius per Inquisitorem, vt explicat Penia *in directer.Inquisit. part.*3.*qu.*52.*fol.*369. sed tunc processus communicantur inuicem, vt *in d.§. verum.* & per Farinac. *d.qu.*186.*num.*83. Quod non esset,si vnus tantum procederet, quia non teneretur suum processum alteri communicare: vt per Gemioian. *in d.§.verum. num.*3. *vers.sed quid si vnus , de hæret. in* 6. & *ibid.* Franc. *num.*4.*in fin.* Quid autem in sententiæ prolatione obseruandum sit, exponit Farinac. *d. q.*186. §.2. & nos alibi diximus. † Respectu vero Superiorum regularium;illorum iurisdictio est priuatiua. Sousa. *lib.*1 *.Aphoris. Inquisit. cap.*2. *num.*8. adeo vt nec illi Superiores regulares vocandi sint in iudicando causas religiosorum. Idem *cap.* 3. *num.* 13. *lib.*1. 12

Si tamen eodem tempore concurrant duæ citationes,vna ab Ordinario,alia ab Inquisitore;præualebit Inquisitor,*cap.sanè* 2.*de hæret.§.de cuius Inquisitoris officio, num.*5. plures citat Dian. *par.*4.*tract.*8. *resol.*47. Versic. *Sed in tali casu.* Farin. *dicta qu.*186. *num.*87. 13

Duo hic casus considerandi sunt. Primus est quando Episcopus vel Inquisitor procedit ex speciali delegatione Summi Pontificis in certa causa particulari, & hoc casu citatio talis Delegati Apostolici præualere debet: quia ista potestas delegata maior est ordinaria: *cap. sanè,de offic.iudic.Delegati, cap.studuisti,de officio Legati.* Quod procedit retento eodem themate, si Episcopus procedat authoritate ordinaria, Inquisitor verò delegata: hoc enim casu quamuis Episcopus præuenerit in citatione, nihilominus citatus tenetur comparere coram Inquisitore, qui in causa sibi specialiter delegata, maior est quolibet Ordinario, vt probat in his terminis Caren. *ad quæst. Guidonis Fulcodij quæst.*1. *num.*19. *&* 21.

Secundus casus est quando ambo procedunt diuisim,& citant diuersis temporibus, & hoc caso citatus tenetur comparere coram vtroque nisi fuerit ab vno ipsorum carceratus,vt *suprà* diximus. Quod si citatio fieret à duobus eodem tempore, teneretur hoc casu comparere coram Inquisitore cuius citatio in pari causa præualere debet citationi Episcopi, Souza *in aphorism.Inquis.lib.*1.*cap.*2.*num.*13. Farin. *d.quæst.*186.*num.*94.

Vicarij tamen Inquisitorum non gaudent hoc priuilegio, vt illorum citatio præferatur, nisi sint creati à Papa, Farinac. *loco citato, num.*91. Sousa, *d. c.*2.*num.*10. Careu. *d.quæst.*1. *Guidonis fulcodij n.*25. quod tamen ibi in dubium reuocat. † Ratio est quia Iudex delegatus in causa sibi commissa maior est quolibet ordinario, dicto *cap.sanè de off. deleg. & d. cap.studuisti,de offic.legati,* Direct. Inquis. *lib.* 3.*qu.* 5. *& schol.*75. Quod verum est quando Episcopi procedunt authoritate ordinaria,secus si delegata, Sousa *vbi supr. Aphorism.*9. † Non potest tamen vnus sine alio duro & arcto carceri aliquem addicere, nec tormenta inferre, aut sententiam condemnatoriam pronunciare, alias acta sint nulla. Carer. *vbi sup. num.*7. *Clement.*1. *§. propter. de hæret.* Farinac. *dict. quæst.*186.*num.*67. *& sequentib.* Potest tamen vnus sine alio testes torquere, Farinac. *dicta quæst.*186. *n.*74. & 86. Sousa *lib.*1.*c.*3. *Aphor.*18. 14 15

Dixi *condemnatoriam* quia probabilius videtur vnum sine alio sententiam absolutoriam proferre posse, 16

posse Diana *dicta par. 4. tract. 8. ref. 50.* plures refert
Farinac. *d. q. 186. n. 60.* & ita seruari testatur, Sousa
lib. 1. cap. 3. Aphorism. 5.
17 Nona conclusio. Magna est inter præuentionem
& perpetuationem iurisdictionis differentia. Præ-
uentio siquidem iurisdictionem actualem in præue-
niente supponit, perpetuatio verò fit quando Iudex
concessam sibi iurisdictionem reducit ad actum, vt
tunc res desinat esse integra, & duret iurisdictio
quamuis delegans aut concedens moreretur: *cap. re-*
18 *latum, & cap. gratum, de off. Iud. deleg.* † Quamuis
etiam simul possint oriri præuentio & perpetuatio,
veluti si inter duos Iudices delegatos vnus diligen-
tior fuerit in citationis executione, nam per talem
citationem, causa præuenitur simul & perpetuatur.
Supposito quod non fuerit perpetuata per commis-
sionis præsentationem, iuxta nonnullorum senten-
19 tiam. † Quam tamen ego non amplector, immo
perpetuationem induci censeo per solam commis-
sionis præsentationem, *ex decision. Rotæ 289. num. 8.*
& 9. part. 3. recent. & decis. 9. de dolo & contumac. in
antiqu. vbi dicit per solam commissionis præsen-
tationem perpetuari iurisdictionem quoad iudicem,
20 sed non quoad partem. † Probatur, quia citatio ha-
bet tres partes, commissionem, executionem & re-
lationem. Commissio citationis est actus iurisdi-
ctionis: probatur, quia non potest fieri extra territo-
rium. Felio. *d. cap. gratum, num. 5. circa fin. de off. de-*
leg. Eiusdem sententiæ fuit Rota apud Burat. *de-*
cis. 871. num. 6.
21 Dixi quoad iudicem, non quoad partem quia si
pars vti nolit commissione, potest pœnitere etiam
post illius præsentationem donec pars citata fuerit
vigore commissionis, nec ante commissio est com-
munis vtrique parti, nec est de actis. Burat. *dec. 138.*
num. 3. & 4. Add. ad Ludouis. *decis. 552. num. 7.* qui
licet in versic. *Verum.* dubitare videatur; tamen
omne dubium tollit dicta *decis. 289.* Quam etiam
sententiam probabilem fatetur maximè de iure Ca-
nonico Sanchez *de Matrim. lib. 8. disp. 28. n. 8. & 10.*
22 † Si tamen commissio contineret euocationem,
statim ligatæ essent manus inferiorum sine aliqua
inhibitione, Rota *decis. 516. numer. 3. par. 5. recent.*
propter vim appositionis manus Superioris. Intel-
lige vt locum habeat quando euocatio facta fuit
motu proprio: quia vis euocationis non consistit
in scientia Iudicis euocati, sed in voluntate Supe-
rioris euocantis, & manus ipsius appositione, *cap.*
pastoralis 28. §. præterea, de off. iud. deleg. cap. vt no-
strum, de appellat. Rot. *decis. 516. num. 6. & 7. par. 5.*
recentior. Secus est si euocatio facta sit ad instan-
tiam partis, quia pars si velit, potest re integra non
vti rescripto ad sui instantiam concesso, vt diximus
23 *infr. hac par. 1. cap. 7. num. 18.* † Sed extra casum
euocationis commissio non est de actis, nec com-
24 munis ante citationem † quia iurisdictio per præ-
sentationem commissionis est quidem acquisita sed
conditionaliter, si & quatenus præsentans illâ vti
velit, vt bene explicat Burat. *dicta decisione 138. per*
totam. Si tamen constaret impetrantem non solum
obtinuisse decretum commissionis cum inhibitio-
ne, & deuenisse ad aliquos actus ex quibus vsus
commissionis, vel expressa seu tacita illius ratifica-
tio argui possit, tali casu commissio efficitur com-
munis: Addent. ad Borat. *decis. 138. lit. B.* post plu-
res alios *ibidem* allegatos.

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Notarios. Acta per solum Notarium electum scribi posse i si per alium scribantur, nullitati subiacere. Posse tamen alium, in casum impedimenti, subrogari. Substitutos & Iuuenes Notariorum principalium acta iudicij scribere posse. Inhibitio, ad instantiam illius qui se opponit executionibus, an & quomodo facta alio Graffario scribente, sit valida? ad interpretationem cuiusdam Regulamenti super hoc facti. Ad quem spectet electio Graffarij de iure, vel de consuetudine. Vtrum Notarius possit scribere commissionem sibi datam à Iudice. Quando Barones seu Feudatarij possint creare Tabelliones. Et quod nemo, præter Notarios ab illis deputatos, acta Curiæ sub illorum iurisdictione scribere possit. Quid de Notario, cuius facultas ad certum territorium est limitata. Quomodo se gerere debeant Bajuli vel Iudices Baronum quando non adest Tabellio.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio quid sit.*
2 *Inter plures Iudices præfertur ille qui præuenit.*
3 *Notarius qui præuenit est præferendus alijs, & solus in causa scribere debet.*
4 *Acta facta alio notario scribente quam eo qui causam præuenit, sunt nulla.*
Quid dicendum si notarij facultas restricta sit ad certum territorium, & quid obseruandum circa notarios alterius fori quando agitur de interpositione decreti & actibus voluntariæ iurisdictionis.
5 *Confessio facta scribente notario qui scribere prohibetur, perinde nulla est ac si facta fuisset coram iudice incompetenti.*
6 *Notarius in locum scribentis subrogatur iustâ subsistente causâ.*
7 *Notarij non possunt acta iudicialia scribere in Curia in qua non habent officium.*
8 *Consensus partium non potest facere vt notarius carens officio in aliqua Curia, in ea scribere possit.*
9 *Quid si notarius illius Curiæ sit impeditus.*
10 *Alius notarius an possit rogari ad referendum notario causa.*
11 *Inhibitio non potest obtineri scribente alio quam notario Executionis.*
12 *Limita vt numero 12. Vbi explicatur quando regulamentum desuper factum non possit habere locum.*
13 *Substituti notariorum & iuuenes eorum possunt scribere decreta.*
14 *Refertur statutum Auenionis de Notarijs & eorum substitutis.*
15 *Notarius semel electus remoueri non potest.*

 16 Eli

16 *Electio notarij de iure spectat ad iudicem.*
17 *Contra, num.17.*
18 *Quid in hoc seruetur de Consuetudine.*
19 *Notarius non potest subscribere commissionem sibi à iudice datam, & n.21.*
20 *Limita, vt num.20.*
21 *Commissionem ab alio scribi, tutius est.*
22 *Domini Feudatarij possunt creare notarios ad acta suæ curiæ, si omnimodam habeant & non limitatam iurisdictionem.*
23 *Notarij Dominorum feudatariorum seu Baronum soli debent scribere acta curiæ.*
Quid agendum quando notarius Baronis non adest pro validitate actorum curiæ.

1 SICVT Præuentio, quoad Iudices, est Iurisdictionis quæ pluribus Iudicibus competebat vel competere poterat, per vnum Iudicem sibi soli facta appropriatio & in personam suam consolidatio. Qua ratione præuentio definitur seu describitur per Marin. Socin. *in cap.proposuisti,19. de For.competen.* Ita & quoad Notarios præuentio dicitur vnius causæ, quæ alteri notario competere poterat, in personam suam facta consolidatio & sibi soli facta appropriatio.

2 Hæc definitio seu potius descriptio fundatur in generali illo axiomate, quod sicut inter plures Iudicea concurrentes in iurisdictione, ille qui præuenit præferendus est, *l.neganda.Cod.Qui accus.non poss.* & *ibi* Bald. *in 1. notab.* Vincen. de Franch. *decis.147.*
3 *num.5.part.1.* † Ita inter notarios seu actuarios ille qui causam præoccupauit cæteris omnibus præferendus est, & ille solus in causa scribere debet, Bald. *in authent. nec honore, numero 2. in 2. notab. Cod. de Episc.& Cleric.*

4 Quod adeo verum est, vt si alius notarius scribat quam is qui scribere debet, omnia per eum gesta vitio nullitatis corruant, *per text.in l.fraudem.§.quoties, in verb.* manu commentariensis, *ff.de Iur.fisc.* tenet Bald. *in l.1.Cod.de sportul.* Idem tenet Felin. *in cap.quoniam contra, num.4.de probat.* & talia acta facta per eum qui non est notarius causæ, fidem non facere tradit Alexand. *Consil.213.n.7.vol.2.* Guilielmus de Cuneo *in l.repetita,Cod.de Episc.& Cler. num.2. & 3.* quem *ibi* citat Alex. ille tamen loquitur in diuersis terminis, nempe quando agitur de notario, cuius officium restrictum est ad certum territorium; veluti si constitutus fuerit à Domino iurisdictionali alicuius loci: hic enim non potest scribere, seu notarij officium exercere extra territorium ad quod fuit deputatus. Et Bald. *in ead. leg. repetita*, dum voluit post eundem Guill. de Cun. quod nec etiam de consensu partium notarius alterius loci possit rogari ad scribendum in interpositione decreti, intelligendus est retento eodem casu, de Notario deputato ad certum locum, de quo etiam agit Surd. *cons.257.n.11.* Grat. *discept.forens.c.167. num.55.* nam si agatur de notariis publicis, quorum officium non est restrictum ad certum locum; docet experientia, illos quotidie scribere interpositiones decretorum in iurisdictione voluntaria, vt in emancipatione, & in authorisatione contractuum, & similibus. In iudicialibus autem verum est, notarium vnius banchi, non posse se intromittere ad scribendum in causis alterius banchi, seu tabulati; iuxta Gloss. *in l.quicumque, Cod. de exactorib. & exequut. lib.10.* quam singularem dicit Iason *in l. si per*
5 *errorem, num.6.ff.de iurisdictione omnium iudic.* † Sic confessio facta scribente notario qui scribere prohibetur, perinde nulla est ac si facta fuisset coram iudice incompetenti, Nouar. *decis.89.n.5.6.& sequent.par.1.* Quod intelligo procedere quando notoria est graffarij incompetentia, alioquin donec illa fuerit declarata, scribere poterit ad instar iudicis cuius iurisdictio fundatur ex sola qualitate narrata, quæ sufficiat ad eius iurisdictionem stabiliendam, ita vt procedere possit donec incompetentia fuerit declarata, Barbos. *in l. si quis ex aliena. 5. n. 133.ff.de Iudic.cum plurib.* ibi *citatis.*

Verum est tamen, quod si iusta causa subsit, alius 6
notarius in locum magistri actorum subrogandus est, veluti propter suspicionem de nouo superuenientem, aut aliud simile impedimentum, vt inter cæteros docent Castrens. & Angel. *in dict.l.1. Cod. de Sportul.*

Notandum etiam est, quod soli actuarij possunt 7
conficere acta iudicialia, non autem alij notarij officium non habentes, quia licet officium iudicis sit prorogabile, non tamen officium notarij curiæ, etiam si partes in personam alterius notarij consentiant, Bald. *in l.repetita, C.de Episc. & Cler.* Catoc. *de exceptio.c.22.q.6.num.6.*

Immò semper debet adhiberi notarius qui sit in 8
ministerio illius iudicis, de cuius mandato proceditur in causa, adeò vt notarius curiæ S. Petri non possit scribere in causis sacri Palatij Apostolici, nec è contra, etiam de consensu partium, vt post Gratian. *discept. Forens. cap.429. num.15. & 16.* tradit Post. *in tract. de manut.possess. obseruat.102. num.30.*
qui licèt hoc videatur limitare † vt locum non ha- 9
beat stante impedimento vel absentia, quia tunc alter subrogatur, hæc tamen limitatio locum habere non potest in tribunalibus huiusce ciuitatis, quia propemodùm impossibile est vt vno eodemque tempore omnes notarij eiusdem tribunalis aliquo simul impedimento detineantur. Et ideo hoc obseruatur apud nos vt notarij alterius curiæ ne quidem vti substituti in aliena curia scribere possint.

Possunt tamen alij Notarij eiusdem curiæ roga- 10
ri ad referendum in actis notarij qui scribit in causa, Rot. *decis.595.num.2.part.1.Recen.* Posti *ibid.n.28.* hoc tamen rarò fieri debere censeo, nec nisi iustâ subsistente causâ, aut in rebus parui momenti, cum ille qui non scribit in causa non sit informatus, nec iudicem prout decet, informare possit. Vnde super hoc factum fuit regulamentum prohibens ne alius notarius in causa non scribens, acta & decreta causæ recipiat etiam animo referendi: quod apud nos obseruatur.

Vnde infertur, quod iure merito factum fuit 11
aliud regulamentum, quo cautum fuit vt si aliquis notarius subscripserit cartellum seu literas executorias vigore instrumenti publici laxatas, alius licèt eiusdem curiæ notarius citationem cum inhibitionibus parti aduersùs quam facta fuit executio laxare non possit, quia vt dictum est, non potest scribere in causa ad alium pertinente, & talis processura nulla est, vt supra ostensum fuit *n.3.& 4.*

Dixi, *nisi iusta subsistente causa.* Quia si is qui 12
passus est executiones ignoraret quis esset notarius causæ, veluti si nulla sibi fuisset tradita copia executionis, & cartellli, seu mandati de exequendo, vel si copia quidem fuisset expedita, sed tamen non apposito nomine notarij scribentis in causa, posset ille, aduersus quem facta fuit executio, scribente quolibet notario eiusdem curiæ sibi beneuiso, inhibitiones obtinere animo remittendi illi quem postea constabit scribere debere in causa, Iuxta trad.per Posti. *dict.num.28.& dict.decis.595.part.1. recentior.*

Possunt

13 Possunt etiam decreta scribi per substitutos vel iuuenes ootarios, qui quicquid agunt hoc faciunt nomioe notarij principalis, vt notat Post. *loco cit. num.* 29.

14 Veruntamen statoto præsentis cioitatis cautum est *lib.1.rubr.20.art.20.* vt ootarius habens officium in aliqua curia præsentis cioitatis non recedat à dicta Ciuitate die qua curia tenebitur nisi relicto substituto bene instructo ad referendum statum causarum.

Quod si sint in præsenti ciuitate, tenentur per se vel substitutos interesse singulis audieotiis, vt cautum fuit eodem statuto *lib.2.rubr.1. De curia tenenda, art.3.*

15 Regula igitur generalis est, quod Notarius semel electus sine causa remoueri, non potest, nec alius præter eum in causa scribere quandiu causa durat, vt præter supra citatos tradit Castrens. *in leg. testamenta omnia* 18. *Cod.de Testament.* Bald. *in l.2.in fin. vers. Idem in tabellione, num.9. C.quomod. & quand. Iud.& in auth.sed Index.C.de sacr. Eccles.* Boër. *dec.* 258.*n.2.in fin.* & post ipsos, Gratian. *discept.Forens. cap.*167.*n.*17.*&* 19.

16 Sed quæro si Notarius qui debet scribere in causa sit impeditus vel suspectus, quis alium deputabit?

Addit. ad Bald. *in d.l.1.Cod.de Sportul.* tenet facultatem eligendi alium ootarium spectare ad iodicem causæ:& generaliter quod electio notarij spectet ad iudicem, tenet Felin. *in d.cap.quoniam contra, de probat.num.*4. Barbos. *in eod.cap.n.*4. Francisc. Aretin. *Cons.*33.*num.*5.

17 Cootrarium tamen tenet Bartol. *in l.1.ff.de Offic. Consul. numero* 4. Sed ibi propriè loquitur de tabellione rogato vt conficiat instrumentum, sed Additio *ibid.* vult facultatem eligendi spectare ad iudicem quando agitur de ootario causæ in foro conteotioso.

18 Quicquid sit de iure, apud nos obseruatur quod electio ootarij spectat ad actorem in prima iostantia,& ad appellantem in causa appellationis, quod si notarius allegetur suspectus, probatis causis, alios in eius locum subrogatur contra quem nulla militet causa suspicionis, ad electionem illius partis quæ talem notarium iam elegerat, seu notarij à quo causa aufertur ex capite suspicionis. Et ad rem facit statutum Aueoionense *lib.2.rubr.9.art.30.versic. Er liceat actori.*

19 Quod aotem supra dictum est omnia acta iudicialia debere scribi per Notarium causæ, aliàs nulla esse & inualida, limitatur vt non procedat, si iudex coram quo causa pendet, committat notario causæ aliquid faciendum de dicta causa in quo ipse scribit, talis enim commissio debet per alium scribi & non per se ipsum, secundùm magis communem Doctorum opinionem *in d. cap. quoniam contra.* Cum aliis citatis per Boër. *dec.* 258. *num.*4.

20 Si tamen commissio scripta & subscripta esset manu eiusdem Graffarij cui ipsa dirigitur, valida esset, si iudicis signo manuali signata esset, vt testatur Guid.Pap. *decis.*126. & post ipsum Boër. *decis.* 258.*num.*3. qui tamen Guid.Pap. hoc non dicit de subscriptiooe iudicis.

21 Itaque consultius est, vt subscriptio decreti commissionis factæ notario causæ fiat per alium, iuxta ea quæ mox dicta fuêre, & præter citatos tradit Papon. *lib.6.tit.6.des Greffiers, Arrest 6. Alex.* & *ibi* Adden. *Cons.*213.*n.6.vol.*2. Super hoc tamen prouisum fuit per statutum Auenionis, vt credatur notario in casib. per statutum expressis *lib.2. rubr. 9. art.* 45.

22 Supradicta omnia locum habent quoad notarios seu Graffarios curiarum vbi non adsunt Barones & feudatarij Principis habentes merum & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem, qualem habent ferè omnes feudatarij S.D.N. Papæ in Comitatu Venaissino, (secùs est in locis vbi tales feudatarij iurisdictionem non habent omnimodam, vel saltem solam iurisdictionem Ciuilem, vel etiam criminalem limitatam,) tales enim omnimodam iurisdictionem habentes possunt creare & deputare notarium & scribam actorum iudicialium, *l.1.ff. de Iurisdict.omn.Iud.cap.statutum.* §.*notarium. de rescript.in* 6. & ita iotelligendus est Abb. *in cap.Cum P.tabellio,de fid.instrum.num.*7. & *ibi* Felin. *qu.*50. dum dicit Domioos iurisdictionales posse creare tabelliones, nisi tamen obstaret contrarium statutum, vel regulamentum, seu consuetudo legitimè præscripta, Purpur. *cons.*593.*per totum.*

23 Omnia antem acta iudicialia, quæ fiunt in terris Baronum & Dominorum iurisdictionalium, debent scribi per Notarium & actuarium à Domino loci deputatum, & non per alium, alioquin fidem non facerent, Purpur. *d.Cons.*593.*n.*4. Cancer. *lib.1.var. resol.c.2. n.*60.61.*&* 62. in nouis.

Quod si dominus iurisdictionalis non deputauerit notarium qui acta curiæ conscribat, tunc Iudex seu Baiulus ipsius Domini non poterit quidem deputare, seu creare aliquem notarium publicum, sed deputabit duos probos viros qui scribant acta iudicialia, & illis fides adhibebitur propter authoritatem publici Magistratus, vt ceoset Pacian. *de probat. lib.2.cap.21.num.*54.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

De Inuentario quoad Præuentionem. Vbi explicatur ex inuentario nullam regulariter oriri præuentionem. Traditur tamen cautela *Bertrandi*, ad præueniendum. Item Notarium quoad actum ipsius inuentarij sic præuenisse, vt alius adhiberi non possit. Nisi tamen bona essent extra ciuitatem posita. Notarium alterius curiæ in inuentario scribere & sic præuenire non posse. Nuncios & executores curiæ ad libitum mutari posse, & ea ratione inter ipsos cessare præuentionem, non tam de iure quàm ex consuetudine. Quis sit iudex competens in materia inuentarij iudicialis. Agitur de controuersia circa inuentaria inter notarios Palatij, & Curiæ S. Petri Auenionen. Denique deciditur vtrum alius notarius quam is quem testator deputauit, inuentarium scribere possit, & an tale inuentarium sit validum. Ex quibus arguatur electam fuisse industriam personæ Notarij, cui testator commisit confectionem inuentarij post mortem suam.

SVM

SUMMARIVM.

1 *Inuentarium nullam tribuit præuentionem.*
2 *Cautela ad causam fauore heredis cum beneficio Inuentarij præueniendam.*
3 *Notarius qui incepit scribere Inuentarium non potest mutari.*
4 *Idem Notarius ijdemque testes à principio ad finem Inuentarij de iure sunt adhibendi. Fallit iusto existente impedimento,* num.6.
5 *Francisci Porcell.de Inuentario,locus correctus.*
7 *Inuentarium per alium notarium continuari potest si bona sint extra ciuitatem.*
8 *Officiales & executores ad libitum mutari possunt, ex consuetudine.*
9 *Notarius scribens Inuentarium debet esse in ministerio iudicis cuius mandato illud fit.*
10 *Contrarium,* num.10.
11 *Defenditur prior opinio,* num.11.
12 *Quid in hoc seruetur de consuetudine.*
13 *Quid ex statuto Aueniouis.*
14 *Notarius alterius curiæ non potest in Ciuitate Auenionen.scribere inuentaria in illa curia in qua non habet officium.*
15 *Inuentarium heredis non est actus iudicialis.*
16 *Inuentarium curatoris est actus iudicialis.*
17 *Inuentarium est actus voluntariæ iurisdictionis.*
18 *Inuentaria coram Principe fieri possunt.*
19 *In Gallia cuius authoritate fiant inuentaria.*
20 *Inuentarium potest fieri coram iudice delegato.*
21 *Iudex competens quis sit in materia Inuentarij.*
22 *Iudex domicilij heredis regulariter adeundus est pro inuentario.*
23 *Per procuratorem etiam potest continuari inuentarium.*
24 *Graffarij curiæ Palatij Apostolici obtinuerunt pro confectione Inuentariorum aduersus Graffarios curiæ ordinariæ in possessorio.*
25 *Notarius testamento deputatus an scribere debeat inuentarium priuatiuè quoad alios.*
Et ex quibus argui possit, electam fuisse illius industriam.
26 *Industria persona ex quibus electa dicatur.*

1 VÆRITVR vtrum inuentarium tribuat præuentionem iudici vel notario qui ad illius confectionem procedere cœpit? Ad hanc quæstionem *Bertrand.* respondet ex inuentario nullam induci præuentionem, imò nec sufficere quod hæres adeundo hæreditatem cum beneficio inoentarij imploret iudicis officium, vt sibi rem aliquam, vel res aliquas hæreditarias assignet pro legitima & trebellianica & aliis suis detractionibus: & ideo † consulit quod hæres ponat bona defuncti in discussione generali, & curet vocari omnes creditores ad vnum tribunal, & eis inhiberi ne per alias curias ipsum molestent, quæ tamen inhibitio non posset obtineri propter simplicem aditionem cum beneficio inuentarij, etiamsi hæres peteret sibi assignari bona pro suis detractionibus, vt explicat Bertrand. *cons.304. num.6.vol.1.prior.* Sed de materia iudicij vniuersalis vel generalis quando faciat cessare alia iudicia particularia fusius agemus *cap.10.num.7.& sequentib.*

3 Et sanè ex inoentario nulla potest induci præuentio nisi quoad Inuentarium ipsum, vt nullus alius notarius inuentarium perficiat nisi qui illud scribere cœpit, cum de iure inuentarium ab vno duntaxat eodémque notario fieri debeat, secundùm Angel. *in l.1.Cod.de sportul.* & bene per Gloss.*in §.si vero absunt, in Authent. de hered.& falcid. in verb.* Inuentarium, *in fin.* vbi dicit, † Eundem notarium 4 eosdémque testes à principio ad finem inuentarij adhibendos esse: quod etiam tenuit Francisc. Porcellin. *inter tract. de Inuentar.qu.3.num.10.* † Vbi 5 aduertendum est ex errore impressoris pro verbo (Non) legendum esse verbum (Notarius) hoc pacto, *debet tamen idem notarius semper adhiberi.* Eiusdem sententiæ fuit Roland. *inter tract.diuers.de Inuentar.qu 101.* † qui limitat nisi notarius semel ad- 6 hibitus haberet aliquod legitimum impedimẽtum, vel bona essent in diuersis locis, Monticul. *inter d. tract.de inuentar.qu.150.num.24.& 25.*

Quod tamen vltimum non procederet in inuen- 7 tariis, quæ fiunt in hac ciuitate de bonis immobilibus, quorum descriptio sufficit iuxta designationem per hæredem, aut alium eius nomine faciendam.

Si autem agerctor de booís mobilibus, vel se mouentibus extra ciuitatem, & illius territorium existentibus, mitti debet notarius causæ, vel committitur notario loci vbi erunt bona mobilia & per se mouentia ad electioœm hæredis inuentarium facientis, vt habetur *lib.1.statut.rubr.65.de inuentar. artic.2.*

Quæ dicta sunt de notariis in confectione in- 8 uentarij non mutandis, non habent locum in officialibus & executoribus, quicquid dicat *text.in l.1. Codic.de Sportul.* quia generalis consuetudo est contra illum textum, vt dicit Bald. & alij *in eadem leg.1.* quotidie enim assumuntur noui nuntij, cursores, vel executores beneuisi, & modo vnus, modò alius. Sed & totus ille titulus *Cod. de Sportul.* apud Gallos abrogatus est, teste Automn. *in not.ad ipsum tit.*

An autem in confectione inuentarij adhiberi 9 debeat notarius qui sit in ministerio illius iudicis, de cuius mandato fit inuentarium? Affirmatiuè respondendum esse existimauit Monticul. *inter tract. de inuentar. qu.150. num.22.* & Phanuc. *ibid. quæst.240.num.65.*

Sed tamen Roland. à Vall. *inter eosd.tract.q.125. num.6.& 7.* Existimauit inuentarium hæredis posse 10 scribi per alium notarium quam per illum qui præest actis, cum inuentarium sit actus fori, sed extra iudicium partibus præsentibus fieri possit, fatetur tamen quod si inuentarium non possit fieri aliter quam in iudicio, necesse esset quod in eo scriberet notarius actorum & curiæ illius cuius authoritate procederetur ad inuentarij confectionem, sed tamen ipsemet Roland. *d. qu.125. num.11.* fatetur consultius esse, vt inuentarium fiat coram iudice: post Corn. *in l.fin.Cod. de iur.delib.in principio, num.9.in quarto requisito.*

In hac quæstione controuersa, in qua multi Do- 11 ctores existimant iudicis præsentiam in Inuentario esse necessariam, alij vero negant, Fachineus *controuers.iur.lib.4. cap.36.* negatiuam sententiam veriorem existimat, ea ratione, quia nimis indecens & molestum esset, iudicem occupari in ea re, quæ plures dies plerumque requirit, & quia *in l.vlt.Cod. de iur.delib.& in Authent.de heredib. & falcid. & in leg. tutores 24. Cod. de Adm. tutor.* hoc solum requiritur quod inuentarium solemniter fiat, & in præsentia publicarum personarum, nec vlla de iudice fit mentio.

Ex consuetudine sufficit, vt fiat coram notario 12 absque præsentia iudicis, nisi agatur de ampla hæreditate, quo casu necessariam esse iudicis præsen-

tiam

tiam testatur Francisc.Barry. *in tract. de success.lib.* 1 t. *tit. quæ obseruanda sint in confect. inuent. num.*8. vbi ponit formam & praxim conficiendi inuentarij in Gallia.

13 Sed ista quæstio cessat in præsenti Ciuitate Auenionen. in qua inuentarium debet inchoari, & perfici authoritate iudicis, ita tamen vt eius continuatio Notario causæ committatur per iudicem, & sic cessat inconueniens allegatum à Fachin. *dicto cap.*36.

14 Hoc præsupposito sequitur, non posse inuentarium in hac Ciuitate fieri in curia ordinaria, nisi scribente Notario illius curiæ, nec similiter in curia Palatij nisi scribente notario illius tribunalis, vt post Corn. *in d.l.final. in princip.* † *Cod. de iur.delib.* tradit Roland. *d.qu.* 125.*n.*6.

15 Ex sui tamen natura, inuentarium quod fit ab hærede, esse actum extraiudicialem existimauit Salic. *d.l.final.§. sin autem dubius, num.*9.*Cod. de iur. delib.* Bertrand. *conf.* 125. *num.*4.*vol.*7. † licet contrarium

16 asserat habere locum in inuentario curatoris in quo iudicis decretum de necessitate requiritur, iuxta Montic. *d.qu.* 130.*n.* 12. Polyd.Rip. *de noctur.temp. c.*146. *n.*2. vbi de magis communi testatur, Valasc. *consult.*5 2.*num.*15.

17 Quicquid sit, inuentarium semper est actus vo-

18 luntariæ iurisdictionis, & non contentiosæ, † potéstque fieri, vel coram iudice ordinario, vel coram Principe, vt nominatim ait Cagn. *in l.si quis maior. C.de transact.* vbi dicit, quod si adeatur Iudex ordinarius, cautius est deinde impetrare confirmatio-

19 nem à Principe, † quæ cautela in Gallia maximè seruatur, in qua beneficium inuentarij à solo Rege impetratur, vt videre est ex Papon. *in recoll. arrest. lib.*21.*tit.*10.*arr.*12. Quod obseruatur in prouinciis Galliæ quæ eo iure consuetudinario reguntur.

20 Potest etiam fieri inuentarium coram iudice delegato, iuxta Bald. *in authent. sed cum testator, Cod. ad leg.fa lcid.*

21 Et in materia Inuentarij hæredis Index competens ille dicitur, quem adire deliberauerit hæres: Salic. *in d. l.final.§. sin autem dubius, num.*9. *Cod. de Iur.delib.*

22 Et cum inuentarium sit actus solius hæredis, iudex ordinarius inuentarij dicitur ille, qui est iudex domicilij hæredis licet bona hæreditaria alibi sita sint, & hæres delata hæreditate potest inchoare inuentarium in loco sui domicilij cum protestatione addendi quæ alibi sita sunt, vt post Guid. ait Pha-

23 nuc. *inter d.tract.de Inuentar q.*240. *n.*75. † Et potest hæres inuentarium per se, vel per procuratorem facere in loco vbi bona sita sunt, teste Roland. *in d. tract.qu.* 112.

24 Et per has rationes aliàs fuit dictum Graffarios Tribunalis Palatij, posse conficere inuentaria cumulatiuè cum notariis Curiæ ordinariæ S. Petri, & inter ipsos locum esse præuentioni, atque ita obseruatum ab illo tempore, nempe anno 1614. Et tunc inuentarium Ill. quondam D. Pompeij Catilina (dum viueret) militum pedestrium cohortis Pontificiæ præfecti, fuit confectum per Ill. Dominam Christinam Catilina, seu Ill. D. Franciscum d'Orleans Dominum loci Bedoyni eius maritum, scribente notario Palatij. Idemque fuit obseruatum, & obseruatur quotidie in aliis inuentariis, licèt reclamantibus notariis Curiæ ordinariæ S. Petri, quorum tribus in peritorio me præiudiceare nolle declaro, prout per sententiam Eminentiss. Bon.mem. Cardin. Philonardi, scribente D. Ioann. Anton. Fabri die 15. Iannarij 1614. in illis verbis, *stante possessione tribunalis D. Auditoris, & quod non versamur in casibus comprehensis in bulla Pij IV. concessa super priuilegijs Curia S. Petri.*

Sanlegerius de Præuent. Iudic.

Anno 1614. & die 15. Ianuarij apud Acta D. du Gay notarij inserta in causa editionis hæreditatis Ill. D. Pompeij Catilina Colonelis, &c.

Illustrissimus & Reuerendissimus D. Cardinalis, auditis partibus, & earum hinc inde oppositionibus, mandauit coram Domino Auditore procedi ad vlteriora, in confectione inuentarij hæredum quondam D. de S. Aman, de quibus agitur, stante possessione tribunalis prædicti D. Auditoris, & quod non versamur in casibus comprehensis in bulla Sanctissimi Domini Nostri Pij Papæ IV. concessa super priuilegiis dictæ Curiæ temporalis, & quoad prouisionem tutorum & curatorum quod dicti Domini Iudices ordinarij eiusdem curiæ S. Petri, in eis procedant prout fecerunt hucusque, & quod in præfatis causis inuentariorum non recipiantur maiores expensæ in tribunali Palatij, quam in dicta curia S.Petri. Card. Philonardus.

A quo decreto fuit appellatum per Illustr. & Magnificos DD. Consules, in quantum facit contra priuilegia Ciuitatis die 23. Ianuarij eiusdem anni apud acta eiusdem D. du Gay.

Quid si testator mandaret hæredi, vt conficeret 25 Inuentarium scribente Sempronio Notario, dictusque Sempronius tempore inuentarij, mortuus sit, aut etiam hæres nolit illum notarium rogare de Inuentario, vtrum inchoato per alium notarium inuentario dicatur inducta præuentio in præiudicium illius qui à testatore fuerat deputatus.

In hac quæstione ego aliàs consului, anno 1632. hæredem non teneri procurare, vt inuentarium fieret ab eo quem testator nominauerat, & licet in illo casu notarius à testatore deputatus iam esset mortuus, & sic rogari non posset, idem tamen dicendum esse existimo quamuis notarius viueret, & inuito hærede inuentarium conficere vellet, quia cum confectio inuentarij non sit res in qua magna cadat industria, potest explicari per alium: † quando enim 26 non agitur de negotio arduo, nunquam censetur electa industria personæ, cum per alium rectè & facilè explicari possit: confectio autem inuentarij est huiusmodi, cùm non desint plurimi notarij admodùm periti & capaces conficiendorum instrumentorum & præsertim inuentariorum: ad quod allegabam Menoch. *consil.*93. *num.* 34. *& sequ. vol.* 1. Gratian. *decis.* 155. *num.*15. Cum agatur de re certa & determinata, in cuius declaratione, vel explicatione non exigitur magna industria personæ, vt *ibid.* explicat Gratian. & benè Rot. *decis.*38.*n.*34. *& multis sequent.par.*6.*recentior.*

Sed tamen licet verum sit regulariter non censeri electam industriam personæ quando non agitur de negotio arduo & difficili, vt per Menoch. *in consil.*93. *hic citato num.*34. Mascard. *de probat. conclus.*595.*num.*1.*& seqq.* tamen ex coniecturis contrariis præsumitur electam fuisse industriam personæ, & propterea videtur quod tali casu inuentarium non debeat fieri per alium, quam per eum qui deputatus fuit à testatore: veluti si testator dixerit se multum confidere de persona talis Notarij: ex notaris per Menoch. *lib.*2. *præs.*21. *num.*17. Idem si dictum fuisset quod talis Notarius inuentarium

B conficiat

conficiat, & nullus alius: Menoch. *ibid. num.* 10. *&* 11. *& lib.6.præsumpt.*92.*per tot.* maximè *num.*14. Cyriac.Nig. *controuerſ.*115. *num.*4.*&* 5. Gaill. *lib.*1. *obſeru.*97. *num.*3. *& ſeqq.* vbi dicit *num.*6. quod ſi dictum fuerit quodqnis confidit de certa perſona ratione talis confidentiæ cenſetur electa illius induſtria, & ideo aliàs conſului quod cum contra Notarium à teſtatore deputatum ad conficiendum inuentarium, nulla poſſet per hæredem allegari cauſa ſuſpicionis, nullùmque nouum interueniſſet impedimentum, inuentarium fieri debebat ſcribente eodemmet Notario per teſtatorem deputato, quia teſtator declarauerat ſe multum confidere de tali Notario, & velle quod nullus alius præter ipſum reciperet inſtrumentum inuentarij, idque per iura & authoritates ſuperiùs allegatas.

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

De relationibus nunciorum & apparitorum. De neceſſitate harum relationum. Quis Notarius vel Graffarius illas recipere debeat: Et de quæſtione agitata inter Notarios Comitatus Venaiſſini, & Graffarios curiarum ordinariarum circa receptionem huiuſmodi relationum. Quid in ea fuerit deciſum quoad poſſeſſorium ſummariſſimum. Relationes iſtas à remiſſione illarum penes acta robur accipere. Nec ſufficere quod poſtea conſtet de relatione. Quæ ſit vis & effectus relationis nuntij.

SVMMARIVM.

1 *Relatio nuncij apud acta eſt neceſſaria in qualibet executione.*
Et Iudex debet eſſe certus ex actis de illa relatione aliàs tota proceſſura eſt nulla.
Relationi nuncij fides adhibenda eſt. Et quid ſi dicat ſe miſiſſe in poſſeſſionem bonorum certa perſona vtrum illi credatur.
2 *Relatio nũcij ſi fiat extra acta debet remitti in actis.*
3 *Relationes executionum vtrum fieri debeant apud Graffarios curiæ ordinariæ loci vbi fit executio quando agitur de executione facta authoritate ſuperioris curiæ.*
4 *Iuris aſſiſtentia non operatur manutentionem alio exiſtente in poſſeſſione.*
5 *Princeps non ſolet litigare ſpoliatus.*
6 *Notarij omnes habent officium à Principe.*
7 *Aſſiſtentia iuris communis quoad poſſeſſionem quando locum habeat.*
8 *Sola aſſiſtentia iuris communis non ſufficit ad obtinendam manutentionem.*
9 *Deputatio Graffarij in certo loco eſt actus iuriſdictionis.*
10 *Deputatio Graffarij in certa curia debet intelligi quoad acta illius curiæ.*
11 *Notarij feudatariorum non poſſunt acta recipere extra ſuam curiam.*
12 *Relationes ſumunt robur à remiſſione apud acta curiæ.*

Non ſufficit fieri executiones, pignorationes, ſubhaſtationes, & ſimilia, niſi de illis conſtet per relationem nuncij, & executoris apud acta, Anton. Nig. *in tract. de ind. pign. cap.*18.*n.*1. *per text. in cap. quoniam contra. de probat.* Ruin. *conſ.*102. *lib.*5. *num.*8. *circa med.* idem Niger de relatione proclamatum *cap.*1. § 8.*num.*3. *in tract. de ſubhaſt.* poſt Muſcatel. *in prax. par.* 3.*verb. venduntur, num.*89. Idem reſoluit Bartol. *in l. in hac autem,* §. *non defendi, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur: num.*1. vbi dicit, quod ſi iudex commiſerit nuntio, vt citaret aliquem ad comparendum tertia die, nuncius citauit quidem, ſed non fecit relationem; poſtea vero idem Iudex, eum qui citatus fuit declarauerit contumacem, & propter talem contumaciam, actorem mittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum contumacis; qua miſſione facta, nuncius fecit ſuam relationem; talis proceſſura eſt nulla ipſo iure: quia licet reus eſſet vere contumax, non tamen illi conſtabat ex actis de tali contumacia: idem concludit *in l. multum, num.*4. *ff. de condit. & demonſtrat.* dicens, quod Iudex de eo debet facere mentionem in ſententia miſſionis in poſſeſſionem, & quod de citatione conſtet ex actis: plures citat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 503. *numero* 12. 1

Neque obſtant tradita *ibidem* per Gratianum *numero* 13. *& ſeqq.* vbi videtur contrarium concludere.

Primò, quia in caſu Gratiani multa ſpecialia concurrebant: nam ſupponebatur relationem nuncij verè factam eſſe, & apud acta remiſſam, ſed fuiſſe deperditam, & illius commiſſionem probari. Item conſtabat iudici per depoſitionem teſtium, quod citatio verè facta & exequtioni demandata fuerat: qui ſunt caſus ſpeciales ab eodem Gratiano conſiderati. Regulariter itaque de relatione nuncij debet in actis cauſæ conſtare, antequam quis contumax declaretur: Vant. *de nullit. ex defect. citat. numero* 146. Carpan. *in ſtatuta Mediolani parte* 1. *capite* 1. *numero* 171. Iſtæ autem relationes nunciorum debent eſſe claræ & certæ, teſte Alexand. *conſil.* 1.*num.*6.*lib.*3. Cyriac. *controuerſ. c.*143. *num.*7.

Facta legitima relatione, nuntio plenâ fides adhibenda eſt, Merlin. *deciſ.*803. *num.*5.

Quid ſi referat ſe aliquem miſiſſe in poſſeſſionem talium prædiorum, per quondam Titium defunctum poſſeſſorum, vtrum in hoc credatur nuntio? Tres caſus diſtinguendi ſunt: *Primus*, quando conſtat quod verè, & ſine dubio defunctus illa bona poſſidebat, & hoc caſu creditur eius relationi. *Secundus*, quando conſtat quod illa bona poſſidebatur per Tertium, & tunc nuntio credendum non eſt, quia non poteſt præiudicare iuri vel poſſeſſioni tertij. *Vltimus* caſus eſt, quando verſamur in dubio, & hoc caſu eius relationi fides adhibenda eſt donec contrarium probetur: quos caſus ita diſtinguit Menoch. *remed.* 4.*adipiſc.poſſ.n.*921.

Item quæritur vtrum credendum ſit nuntio dicenti ſe pecunias ſequeſtraſſe in manibus alicuios debitoris, qui reſpondit, *Qu'il ſe gardera de ſe meſprendre?* Reſoluendum eſt, eum, qui ſic nuntio arreſtanti reſpondet, cogendum eſſe ad ſolutionem: & in hoc credi nuntio referenti, quamuis aduerſus talem relationem admittatur probatio in contrarium, ſed tamen interim per modum prouiſionis debitorem condemnandum eſſe ad ſolutionem dum de veritate debiti diſputatur, vt deciſum teſtatur Faber *in Cod. lib.* 4. *defin.*8.*titul.*10. *quemad.*

fiſc.

fisc. vel priuat. De iure enim nuntio seu cursori creditur dicenti se pecunias arrestasse, & debitorem, cui facta fuit intimatio, acceptasse sequestrum: vt decisum fuit in Rot.apud Put. *decis.* 187. *lib.* 3.

Et de hac materia relationis nuntiorum seu cursorum, plurima tradit Dec. *in cap. cum parati, numero* 12.13. *&* 14. *de appell.* Tiraquell. *de retractu consanguinitatis* §.8.*gloss.*9.*per totam*, Afinius *in praxi* §.9.*per tot.* Alciat. *de presumpt.reg.*3.*presumpt.*14. Menoch. *de arbitr.cas.* 112.

2 Dictaque relatio, si fiat in eadem Ciuitate in qua Index moratur, debet remitti apud acta notarij scribentis in causa, potest enim fieri per ipsummet cursorem, & apparitorem relatio citationis, vel executionis in dorso Cartelli vel litterarum.

Eadémque ratione potest executor, qui litteras executioni mandat extra ciuitatem, scribere relationem in dorso Cartelli, vt postea remittatur apud acta notarij scribentis in causa; atque ita quotidie obseruatur: sicuti & cursor qui fecit executionem in Comitatu authoritate curiæ sacri Palatij, potest, si velit, suam relationem facere apud acta Graffarij, qui scribit in causa.

3 Maxima tamen fuit controuersia excitata inter notarios Comitatus Venaissini, vtrum relationes pignorationum, citationum, & executionum fieri possint apud primum notarium Comitatus requirendum, an vero teneantur executores relationem facere in manibus Graffarij curiæ ordinariæ.

In hac quæstione ego aliàs anno 1631.scripsi pro Graffariis aduersus Notarios curiæ ordinariæ, sed non agebatur de petitorio, sustinui tamen io possessorio Graffarios esse fundatos aduersùs curiam ordinariam de qua agebatur, quia non constabat de aliqua possessione, seu quasi priuatiua aduersùs notarios Principis, sed tantum de possessione cumulatiua, neque existimabam ex sola iuris assistentia concedendam esse manutentionem Graffario curiæ ordinariæ nisi cumulatiuè, † quia iuris assisten-
4 tia non operatur manutentionem alio existente in possessione: Ludouis. *decis.* 311.*num.*4.*vers. item assistentia*: Rot. *decis.*685.*sub num.* 2.*vers. & præterea part.*1.*recentior.* fusè Cancer. *de Manuten. p.*3.*c.*14. *num.*19.*& sequent.*

Neque verificatur in casu proposito, quod opponebatur, tractati de Iurisdictionalibus, & notarios ordinarios à Principe deputatos in locis in quibus summi Pontifices habent iurisdictionem immediatam, (quia videlicet nullus adest vasallus, seu feudatarius Principis exercens iurisdictionem) manutenendos esse, † cum ipsi sint officiarij à Principe
5 in illa Curia deputati, Princeps autem non soleat litigare spoliatus, iuxta tradita per Cancer. *lib.* 3.*var. resol.cap.*14.*num.*42.

6 Quia omissis aliis responsionibus, hic non erat controuersia inter Principem, & notarios, sed inter ipsosmet notarios, qui omnes officium habent à Principe, & ita distinguit Rot. *in Rauennaten.notariatus, decis.*752.*n.*5.*p.*2.*recentior.*

7 Et sic non erat verum contendi de iurisdictione, vnde fundamentum petitum ex assistentia iuris communis, non erat tutum, vt dicit Marescot. *lib.*1.
8 *variar.resol.cap.*11.*n.*13. † Et extra materiam iurisdictionis non solet Rota dare manutentionem ex sola assistentia iuris communis, sed debet probari possessio per illum, qui petit se manuteneri, vt per Seraphin. *decis.*1449.*n.*3. Beltramin. *ad d.dec.*312. *n.*4.*vers. Extra verò materiam.*

Cæterùm quoad petitorium multa hinc inde aliàs *Sanlegerius de Preuent. Iudic.* pro Graffariis curiarum ordinariarum, & contra ipsos vicissim plurima allegata fuisse non ignoro, quorum decisionem afferre non intendo, sed vbique consuetudinem obseruandam esse existimo; licet de rigore iuris videretur dicendum, tales relationes recipi posse per quemlibet notarium à Principe deputatum, † quia Graffarij in certa iurisdictione de- 9
putatio est actus iurisdictionis, vt per Doctores *in cap.cum P.Tabellio.de fid. instrum.* † & sic deputatio 10
notarij certæ Curiæ, non videtur trahenda ad acta dependentia ab alia Curia, sed restringenda ad acta iudicialia illius Curiæ, in qua fuot deputati, vt per Cancer. *lib.*2.*cap.*1.*de iurisdict.num.*60.*&* 61.*in nou.*
† Nec possunt notarij curiæ ordinariæ extra suam 11
curiam acta recipere nisi creati fuerint authoritate Principis. Specul. *de Instrum.editione*, §.*restat. n.*15. vbi dicit notarios posse tantum suo officio vti intra metas iurisdictionis illorum, qui ipsos constituerunt, Gratian. *discept.for.c.*167.*n.*55.

Præsertim quia tales relationes non sunt acta iu- 12
dicialia, nisi quatenus postea remittuntur, & producuntur apud notarium causæ cum relationes possint, & soleant plerúmque fieri in dorso cartellorum, vel litterarum executorialium, & scribi ac subscribi ab ipsomet cursore, vel à primo Presbytero, vel Clerico requisito, & sumant tantùm robur à productione, seu remissione facta apud notarium, causæ vt per Ant.Nig. *locis supr.cit.n.*1. Sed tamen, vt mox dictum fuit, consuetudo locorum obseruari debet, donec aliter fuerit prouisum.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

Quod consummatis executionibus cesset præuentio, nouóque iudicio agendum sit. Quæ requirantur vt executiones dicantur consummatæ. Et an cesset præuentio si quis statim turbetur post missionẽ in possessionem. Quid si pendente tempore quo debitor admittitur per statutum, vel consuetudinem ad reluendum pignus. In factis successiuis non esse consummatã executionem, nec cessare præuentionem, etsi post longi temporis spatium superueniat turbatio. Coram quo Iudice agendũ sit in executionem sententiæ, si agatur actione in factum, vel iudicis officio. Perfecta missione si debitor illi acquiescat, & via ordinaria agere velit, potest eligere alium iudicem, aliumque notarium ad illam causam. Et quando expiret potestas executoris. Vtrum executor cognoscere possit de molestiis post executionem illatis.

SVMMARIVM.

1 *Consummatis executionibus tertius non auditur si se opponat, sed nouo iudicio debet experiri.*
2 *Quæ sit differentia inter eum qui se opponit ante, & eum qui post consummatas executiones.*
3 *Post executiones consummatas non potest allegari præuentio.*
Et commissio executoris quando expiret post factam executionem.

4 *Vt executio dicatur consummata, oportet fuisse factam missionem in possessionem.*
Quibus casibus requiratur traditio possessionis ad hoc vt executio dicatur perfecta.
5 *Si controuersia statim post factam missionem in possessionem moueatur, vtrum dicatur finita executio.*
6 *Vtrum iudex delegatus retineat suam iurisdictionem si incontinenti post missionem superueniat turbatio? Quid si pendente tempore ad reluendum pignus. Ibidem.*
7 *Quando agitur de facto successiuo dicitur incontinenti subsecuta turbatio licet longum temporis intercesserit internallum.*
8 *Factum successiuum quando dicatur.*
9 *Sententia lata in causa terminorum dicitur continere factum successiuum.*
Ex quibus verbis commissionis executor deputatus possit cognoscere de molestijs post executionem illatis, & num. 13. in fine.
10 *Ex sententia dupliciter agi potest, vel actione in factum, vel officio iudicis, 1. casu, potest agi coram quocumque iudice, 2. casu, debet agi coram illo qui sententiam protulit.*
11 *Perfecta missione contradictor debet agere contra immissum via ordinaria.*
12 *Ampliatur etiamsi causa sit commissa arbitrio Rotæ.*
13 *Perfecta missione si reus illi acquiescat & velit agere iudicio, potest mutare iudicem & notarium.*
14 *Inferior quomodo possit cognoscere de gestis per Superiorem.*

2 NOTANDVM est quod si executionea fuerunt consummatæ, si tertius se opponat tanquam Dominus, vel tanquam creditor, non potest audiri io causa executiua, sed debet intentare nouum iudicium & agere via ordinaria: si vero se opponat ante pignus addictum, & executione nondum consummata, auditur in eadem causa executiua coram eodem iudice, eodem scribente notario, & causa hoc casu est summaria, per text. *in l. à diuo Pio. §. si super rebus, & §. si post addictum, ff. de re iudic.* vbi dicitur quod de controuersia quæ mouetur post venditionem, vel dationem in solutum, non cognoscitur summariè per iudicem exequentem, & per viam executiuam,
2 sed ordinariè per iudicem competentem, † Et sic text. *in d. §. si post addictum.* continet limitationem *ad textum in §. si super rebus*, qui loquitor quando fit controuersia aote venditionem, vel adiudicationem pignorum; quia per talem oppositionem, vel controuersiam super dominio, vel possessione rei de pignore captæ factam, supersedetur in executione, & in venditione ac distractione pignorum, si vero post venditionem factam, & subhastationem pignoris consummatam, prout infrà *num.* 4. superueniat oppositio vel cõtrouersia, tunc iudex de cuius mandato factæ fuerunt executiones, non potest de illa oppositione, vel petitione amplios cognoscere tanquam iudex executionis, cũ sit noua causa nouúmque iudicium. † Et per consequens notarios, qui
3 scripsit in causa executionis, non potest allegare præuentionem cùm causa illa sit finita, & causa petitionis, vel iudicium reintegrandæ, quod intentantur aduersus possessorem rei de pignore captæ, subhastatæ, & liberatæ, sit nouum & distinctum, ac omninò separatum iudicium, vt dicunt omnes Dd. *in d. §. si post addictum*, & tradit Rolaod. *cons. 5. n. 17. vol. 2.* Natt. *cons. 412. n. 7.* & benè explicat Castrens. *in d. §. si post addictum.* Vbi dicit quod iudex executionis debet respondere, *Ego sum functus officio meo.* Possibile enim est, qood iudex sit competens in executione, non tamen sit competens in iudicio ordinario, & ideo adeondus est ille, qui erit Iudex competens liberatarij, cui adiudicata sunt pignora, vt dicit Castrens. *ibid.*

Quod vt melius explicetur, supponendum est, quod si concessa fuerit alicui commissio ad exequẽdum, vis talis commissionis expirat anno. *cap. querenti, & ibi,* Abb. & Felin. *de offic. iud. deleg.* Hoc tamen locum non habet quando executor cœpit vti sua facultate intra annum, hoc enim casu perpetuator eius potestas, donec executio fuerit perfecta, & propterea durat effectus præuentionis, Bart. *cons. 139. lib. 1.* vbi dicit eum qui commissionem habet pro executione, si cœperit exequi super vna re, & videt adesse difficultatem super tali re, potest variare, & exequi super alia, nec dicitor functus officio donec perfecta fuerit exequutio, quod probanit Rota *decis. 2. num. 19. & 20. part. 6. recent.* Ideo si exequutor cœpit vendere, & noo inueoit emptorem, potest dare in solutum, *l. à diuo Pio §. si pignora, ff. de re iudic.* & executione cœpta in mobilibus, si illa non sufficiant, potest executor procedere ad venditionem oominum, *dicta l. à diuo Pio §. in venditione*, vt explicat Bart. *d. cons. 139.*

Sed dubium est quomodo cognosci queat quan- 4
do executio dicatur consummata, Respoodet Mar. Giurb. *decis. 64.* tunc demùm dici executionem consummatam, quando liberatarius adeptus est possessionem bonorum venditorum, nec sufficere quod bona liberata, & adiudicata fuerint plus offerenti, nisi fuerit in effectu tradita possessio, qui hoc multis rationibus, & authoritatibus comprobat, ideo ad eum lectorem remitto: quem etiam sequitur Paul. Bellon. *in tract. de ijs qua fin. incontin. lib. 1. cap. 107. num. 4. vers. quod intelligitur.* Ratio est, quia ante traditionem alienatio non est perfecta, nec dominium transfertur, etiam post latam sententiam, nisi interuenerit sententiæ executio per traditionem realem, vt ibidem fusiùs Giurba comprobat. Quod enim dicitur litem finiri per sententiam, debet intelligi de sententia executioni demandata, Mohed. *decis. 3. vt lit. pend. num. 3.* Achill. *decis. 1. vt lit. pend.* vbi quod lis non finitur per sententiam, nisi etiam possessio sit tradita, Rot. *decis. 692. num. 3. part. 2. recent.* Limitaotur supradicta, vt locum quidem habeant quando lis est iotroducta contra possessorem, & contra illum lata fuit sententia; alioquin si sententia fuerit lata in fauorem possessoris, & in rem iudicatam transacta, non est opus aliqua executione, & statim lis & præuentio finita est: Verall. *dec. 172. num. 6. part. 2.* An autem sufficiat possessio ficta per traditionem tubæ vel calami? vidend. Guid. Pap. *decis. 22. & 81.*

Attamen Mura *in decis. Sicil. 55. num. 25. & 22.* 5
(licet in alio casu) difficultatem excitare videtur, vtrum videlicet si ab eo cui bona in solutum data fuêre, statim auferantur, ita quod traditio non fuerit plenum sortita effectum, sed taotum momento, vel modico tempore durauerit, tali casu dicatur effectus traditionis consummatus; Et Respondet non esse consummatum, quia bona tradita non fuerunt irreuocabiliter, sed decisio illa Muræ loquitur ad effectum extinguendi hypothecas per dationem in solutum, qui non est casus noster.

Dicendum ergo est 1. quod si incontinenti factâ executione, liberatarius, aut is cui res, vel possessio adiudi

adiudicata fuit, turbetur, aut molestetur ab ipsomet
aduersario, contra quem facta fuit missio in posses-
sionem, aut alia execurio, hoc casu quia res non fuit
perfectè tradita, iudex siue ordinarius siue delega-
tus potest continuare causam suam, & in ea proce-
dere donec possessio perfectè fuerit quæsita, secùs
si molestia vel turbatio contingat aliquo tempore
post quæsitam possessionem, tunc enim actio ista
noua debet intentari coram iudice ordinario com-
petenti, veluti si agatur de iudice, qui non habet
iurisdictionem nisi in causis executiuis vigore sub-
missionum & obligationum in formam instrumen-
menti publici reductarum: sanè iudex iste perfectâ
executione amplius adeundus non est nisi molestia
illicò, & incontinenti contingeret, per text. *in cap.
quærenti 26. de offic. deleg.* & tradunt Imol. Castrens.
Roman. Alex. & alij *in l. penult. §. species, ff. de acqu.
possess.* sequitur Tiraquell. *ad l. si vnquam, Cod. de re-
uocand. donat. verb.* susceperit liberos, *num.* 183. *&*
6 184. † vbi id procedere asserit tam in iudice ordi-
nario quam in delegato, Gars. *de Benefic. part. 6. c. 2.
num.* 155. Pendente verò tempore ad reluendum pi-
gnus, debitori ex consuetudine dari solito, non di-
citur executio consummata, cum nec irreuocabili-
ter facta sit liberatio, nec missio in possessionem, nec
ante tempus illud soluatur, aut debeatur laudimium
Domino directo: ad tradita per Giurb. *d. decis.* 64.
num. 5. Rota Auen. *decis.* 134. *n.* 2. Burg. *de Laudem.
p. 2. cap.* 45. *num.* 13. *&* 41.
7 Eodémque modo si agatur de sententia conti-
nente aliquod factum successiuum, licet iudex iam
semel suam sententiam executioni demandasset, si
tamen reus condemnatus moueret controuersiam
aduersus eum, qui talem sententiam obtinuit, re-
maneret adhuc eidem iudici potestas exequendi
vigore primi iudicij, cum executio nondùm sit ple-
nè facta quandiu ille qui sententiam pro se repor-
tauit turbatur in facto successiuo contento in sen-
tentia, vt tradunt Alex. & alij *in d. l. permisceri. penult.*
8 *§. species, ff. de acq. possess.* † vbi Additio dat exemplum
in sententia, qua quis condemnatus fuit ad rem re-
stituendam, hoc addito, quod condemnatus acto-
rem in futurum turbare, aut molestare non possit in
illa re, si enim in futurum molester, poterit idem iu-
dex in vim sententiæ impedire tales molestias, vt
dicunt Dd. *in d. §. species.* Et ratio est, quia vbi tur-
batio est successiua, dicitur quis facere incontinen-
ti, licet faciat post decennium, Paul. Bellon. *tract. de
ijs quæ fiunt incontin. lib. 1. cap. 6.*
9 Aliud exemplum afferri potest si agatur de sen-
tentia lata in materia terminorum, quia etiam se-
mel positis limitibus, si postea amoueantur, pote-
rit peti denuò eiusdem sententiæ executio contra
nouiter turbantes, etiam si sint vicini postea nati in
populo condemnato, cum sit idem concilium, licet
personæ diuersæ, Rot. *dec. 1. n. 23. & seq. p. 7. Recent.*
post Capyc. Auend. & Put. *ibid.* allegatos. Ad con-
firmationem huius limitationis faciunt tradita per
Rot. *decis. 21. num. 8. & 9. par. 7. recent.*
Insuper aduertendum est, consideranda esse ver-
ba commissionis: si enim alicui detur facultas, vt
vbi & quando expedierit, & requisitus à parte fue-
rit, commissionem in literis contentam exequi fa-
ciat, & inuiolabiliter obseruari, contradictores per
censuras Ecclesiasticas compescendo, tunc cense-
bitur datus executor non solum quoad primam li-
terarum executionem, sed etiam si postea superue-
niant molestiæ, & sic ex prima executione, non di-
citur functus officio suo, quia executio non fuit
perfecta, Rota *decis. 265. n. 13. & seqq. p. 7. recent.*
Qua in re aduertendum est circa modum agendi, 10
duplici enim modo agi potest vigore sententiæ in
iudicatum transactæ. Aut enim agitur actione in
factum quæ ex sententia oritur, aut officio iudicis:
si actione in factum: illa potest intentari coram quo-
cumq; iudice competenti, etiamsi is sententiam non
protulerit: si verò officio iudicis, idem iudex qui tu-
lit sententiam, & per consequens idem notarius ad-
eundus est, Bart. *in d. l. à diuo Pio 15. §. sententiam
Romæ, num. 2. ff. de re iudic.* Ias. *ibid. n. 4. & 5.* Scacc.
de Appellat. qu. 11. n. 165. restrict. 2. Franc. *in cap. Ro-
mana. §. final. sub n. 1. de Appellat. in 6.* Salgad. *de Reg.
protect. p. 4. cap. 2. n. 39.*
Ex supradictis etiam infertur, quod si quis fuerit 11
missus in possessionem vigore *l. final. Cod. de Edict.
D. Adr. toll.* aut aliis remediis possessoriis, vel exe-
cutiuis, & perfectâ missione, compareat aliquis le-
gitimus alioquin contradictor, non est audiendus in
hoc iudicio summario & executiuo; sed immissus
absoluendus est ab obseruatione iudicij, saluo iure
agendi alio eóque ordinario iudicio, vt benè com-
probat D. Argel. *in tract. de Legit. contradict. qu. 2.
art. 3. num.* 123. † quod ampliat *num.* 143. Etiamsi 12
causa commissa fuisset cum clausula *Arbitrio Rotæ.*
cum arbitrium illud debeat esse regulatum, & per
consequens in illo iudicio summario non possit re-
uocari immissio iam ante commissionem consum-
mata. Idem dicendum est in beneficialibus in qui-
bus potestas executoris expirat post factam missio-
nem in possessionem, & tunc nouo iudicio agēdum
est coram ordinario, Gars. *de ben. p. 6. c. 2. n. 145. vsque
ad* 155. Vbi dicit, quod quāuis data fuerit possessio
beneficij, illi, qui fuit prouisus per executorem lite-
rarum prouisionis, non ideo cessat eius authoritas
nec iurisdictio, & per consequens eadem est causa
& continuatio iudicij præuenti, donec immissus
fructus perceperit, ex Cardin. *in Clemem. si plures,
num. 2. de præbend.* præsertim si in commissione adsit
illa clausula, *quod inducam in possessionem, & indu-
cto faciam de fructibus responderi,* vt *ibidem* per Gars.
num. 149. Sed post adeptam pacificam possessionem
expirat potestas, & iurisdictio Delegati, eiúsque
præuentio non potest dare impedimentum iurisdi-
ctioni Ordinarij, vel alterius iudicis competentis,
cum ista sit nóua causa; nisi tamen turbatio oritu-
tur incontinenti post factam missionem in pos-
sessionem; vt *ibidem* probat Gars. *numero* 154.
& 155.
Infertur etiam quod si is aduersùs quem facta 13
fuit manutentio vel immissio, dicat manutento, vel
immisso, Ego consentio, & acquiesco tuæ immis-
sioni, vel manutentioni in possessorio; sed dico me
habere bonum ius in petitorio, vel in aliquo pos-
sessorio plenario: tunc quia iudex immissionis, vel
manutentionis functus est officio, & non contro-
uertitur de eadem causa, sed nouum iudicium in-
tentatur, potest hoc fieri per actionem separatam,
& in iudicio ac tribunali diuerso; ex traditis per Dd. 14
in d. §. si post addictum. Gars. Argel. & alios *suprà* ci-
tatos, & praxis ista bene probatur per text. *in l. à
diuo Pio. 15. §. si post addictum, ff. de re iudic.* vbi Ca-
strens. id optimè & practicè explicat: & videnda
sunt ea, quæ dicemus infrà *cap.* 24. vbi hæc materia
declaratur.
Obiicies quod hac ratione contingeret absur- 15
dum, nempè quod si executio fuisset facta autho-
ritate maioris Tribunalis, alius iudex aditus, si
esset inferior, cognosceret de validitate processura-
rum factarum per Superiorem, quod admitti non
debet.

B 3 Respon

Respondetur distinguendum esse, vtrùm Superior procedat per viam iuris, velut in rescripeis iustitiæ & similibus, aut per viam gratiæ velut in priuilegiis, & aliis rescripeis gratiosis. Primo casu iudex inferior cognoscere potest de iis, quæ per superiorem facta sunt, *cap. super litteris* 20. ibi, *de precum qualitate cognoscat. de Rescript.* & *ibid.* Dec. *num.* 12. Felin. *numer.* 18. & alij. Nisi tamen superior iam plenè de tali articulo cognouisset, Gabriel. *conf.* 182. *num.* 12. *vol.* 2. In rescripeis verò gratiæ obseruanda est resolutio tradita per Barbos. *in cap. cum venissent* 12. *num.* 3. & 4. *de Iudic.* Videlicet quòd si agatur de generali quadam interpretatione dubiæ voluntatis, quæ alia ratione fieri nequeat quam per interpretationem eiusdem superioris ore declarandam; tunc inferior nullam habeat cognoscendi de ea facultatem, sed si agatur de explicatione doctrinali, illa fieri possit per Doctores, Prælatos, aut alios Iudices competentes, nec opus sit recurrere ad Superiores, vt *ibid.* Barbos. probat. Sed quocumque casu, siue agatur de rescriptis gratiæ, siue iustitiæ dùm non reuocatur in dubium potestas superioris, nec agitur de interpretanda illius voluntate; sed agitur de aliquo defectu, nullitate, vel alia simili oppositione respiciente partem directè, superiorem verò tantùm indirectè, tunc iudex inferior cognoscere potest, vt tradit Gabriel. *d. conf.* 182. *num.* 15. quia tunc nullum fit præiudicium superiori, nec eius iurisdictioni, & potest inferior declarare vtrum obstet, vel non obstet actori, vel reo priuilegium, executio, vel decretum superioris: Innoc. & Hostiens. *in d. cap. cum venissent. de iudic.* vbi benè explicant.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Per renunciationem litis, & instantiæ, cessare præuentionem: qua de re copiosius agitur infra *cap.* 30. Vbi ostenditur quæ sit vis horum terminorum, litis, causæ, & instantiæ. Renunciare liti quando quis possit, & an teneatur soluere expensas sic renuncians. Quid sit renunciare liti, quid instantiæ. Et an in præiudicium iudicis, vel notarij qui præuenit, renunciari possit instantiæ, saluo iure rectius agendi. Appellans vtrùm inuito appellato renunciare possit suæ appellationi. Commissio vtrum expiret appellatione deserta.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare liti quilibet potest solutis expensis.*
2 *Limita nisi noua superueniente causa.*
3 *Actor non potest inuito reo soli instantia renunciare nisi propter actionem malè propositam.*
4 *Actor quandocumque renuncians soli instantia tenetur soluere expensas.*
5 *Renuncians Liti amplius non auditur agere volens.*
6 *Renuncians soli instantia iterùm agere potis solutis expensis.*
7 *Soli instantia renunciari non potest in præiudicium partis.*
8 *Statur iuramento partis vtrum interesse habeat in renunciatione instantia.*
9 *Renunciatio instantia* saluo iure rectiùs agendi, *an fieri possit in praiudicium iudicis vel notarij.*
10 *Ante litem contestatam renunciari potest soli instantia, solutis expensis.*
11 *Qui semel Litem contestatus est in illa ad finem vsque perseuerare.*
12 *Iudex post Litis contestationem efficitur Dominus causæ.*
13 *Renunciatio solius instantia admittitur si tempestiuè fiat arbitrio iudicis, sin minus reijcitur.*
14 *Interesse casuale & quod se habet ad esse & non esse, non est in consideratione.*
Appellans vtrum renunciare possit appellationi inuito appellato. Præuentio vtrum finiatur per desertionem appellationis.

LITE pendente potest Actor, vel Reus 1
illi renunciare, solutis expensis: *l. post-*
quam liti, & *ibi* Dd. *Cod. de Pact.* Gratian.
discept. forens. cap. 118. *num.* 52. † quas 2
tamen expensas, renuncians liti, reficere non tenetur si superueniat causa de nouo, per text. *in leg. destitisse, in fin. ff. de Iudic.* Gratian. *discept.* 572. *num.* 18.

Instantiæ tamen renunciari non potest nisi con- 3
sentiente reo, sed si reus non consentiat, ita demùm renunciari poterit quando iudex videt actorem malè suam actionem proposuisse, aut in processu adesse aliam nullitatem, sed si processus sit validus non potest actor soli instantiæ inuito reo renuncia-
re, *Auth. qui semel. Cod. quomod. & quand. Iud.* † Sed 4
in omnibus casibus in quibus permissa est renunciatio instantiæ inuito aduersario renuncians tenetur soluere litis expensas, Bald. *in l. quamuis, & in l. sed si hac, ff. de in ius vocand.* Galerat. *de renunciat. Centur.* 2. *cap.* 156. maximè *num.* 7.

Differunt autem renunciare Liti, & renunciare 5
Instantiæ: quia qui renunciat liti non auditur vlterius volens repetere actionem, *d. l. postquam liti. Cod.*
de pact. † qui verò, renunciat instantiæ, reseruat sibi 6
ius agendi, & iterum agere potest, solutis tamen prius expensis, *Practic. Papien.* in forma libelli quo agitur *vt pacta seruentur. verb. pacta, num.* 13. Galerat. *d. cap.* 156. *num.* 8.

Quo sic præsupposito, dubitatur vtrum actor possit desistere à lite inchoata & renunciare instantiæ, saluâ sibi facultate meliùs agendi in præiudicium iudicis, vel notarij. apud quos causa fuit introducta? Quod dubium restringendum est ad causas ordinarias: nam in executiuis licita est variatio de remedio ad remedium, & de iudice ad iudicem: *infrà cap.* 10. *num.* 18. Igitur

Distinguendum est, aut enim agitur de renon- 7
ciatione in præiudicium partis, aut in præiudicium curiæ. Primo casu, certum est non posse fieri talem renunciationem quando vertitur interesse partis, veluti si fuisset facta reconuentio, vel producti testes, & processus instructus, aut alio modo tractetur de
interesse colligantis, Galerat. *d. c.* 156. *n.* 5. † vbi di- 8
cit quod vtrum intersit, vel non, colligantis, probatur ipsius iuramento, eandemque conclusionem firmat Cancer. *lib.* 3. *var. resol. c.* 15. *n.* 185.

Si vero agatur de interesse iudicis, vel notarij, 9
quamuis Cancer. *loco cit.* existimauerit hoc interesse tanquam secundarium, & minus principale non esse attendendum: *Monter.* tamen contrarium verius esse existimauit, videlicet renunciationem instan-

tiæ

tiæ falsa facultate rectiùs agendi in præiudicium iudicis, & per consequens notarij fieri non posse post litem contestatam, *iuxta dictam Auth. qui semel.*
10 *Cod. quomod. & quand. ind.* † Nam ante litem contestatam poterit actor renunciare ad libitum solutis expensis. Galerat. *d. cap.* 156. *n.* 6.

Ratio est, quia si admitteremus huiusmodi renunciationes post litem contestatam, eluderetur iudicis authoritas, & partes indebitè fatigari possent,
11 † cum enim semel quis litem contestatus est, cogendus est in illa vsque ad exitum permanere, Caualcan. *decis.* 1. *de iudic. num.* 16. *vers. satis est:* Barbos. *in l. si constante* 25. §. *final. n.* 25. *vers. & est ratio. ff. solut. matrim.* Et sicut procurator efficitur Domi-
12 nus litis per contestationem, † ita & iudex lite contestata efficitur Dominus iurisdictionis in illa causa, & res non dicitur integra quoad iudicem cum quo etiam quasi contrahitur in iudicio, vt benè explicat Monter. *decis. Aragon.* 22. *num.* 16. *& sequent. vsque ad fin.*

13 Ego totum hoc à iudicis arbitrio pendere censeo, qui si viderit renunciationem instantiæ fieri absque animo calumniandi, vtpotè quod actor in principio litis & antequam processus sit instructus, & factæ multæ expensæ in prosecutione litis, & quod in effectu libellus sit ineptus, vel actio ineptè proposita; itavt si postea processus portaretur ad iudicandum sequeretur sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, saluo videlicet iure rectiùs agendi, admittet tempestiuam renunciationem solutis expensis: si verò viderit renunciationem fieri malo animo, & cum intentione aduersarium fatigandi, veluti quod iam expensæ fuerint hinc inde factæ circa probationes, & processus sit instructus, vel ferè instructus ad iudicandum, tunc talem renunciationem non admittet. Et hoc est quod in effectu videtur voluisse Cancer. *loc. cit.* Qua enim ratione poterit iudex pro interesse suarum sportularum, vel notarius pro interesse suarum expensarum impedire ne actor, qui videt se male egisse, pœnitentia ductus bonam fidem agnoscat, & renunciando id faciat, quod iudex suâ sententiâ facere debuisset? Sanè sicut in causa principali, is, qui se malam fouere causam agnoscit, potest liti & causæ renunciare, nulla habita consideratione iudicis & notarij, vt suprà dictum est, & tradunt Doctores *in d. l. postquam liti. C. de pact.* quidni eadem ratione admittetur renunciatio instantiæ bona fide, & ex iusta causa facta,
14 spreto interesse casualis iudicis vel notarij. † Quando enim agitur de interesse quod se habet ad esse, & non esse, & sic contingenter: illud non dicitur interesse considerabile, ad instar patris, qui non dicitur habere in cōtractu, interesse filij quando tale interesse est incertum, & potest adesse vel non, ex Soc. sen. *cons.* 80. *n.* 19. *vers. Praeterea dico, vol.* 4. Lamberteng. *de Contract. eor. &c. Gloss.* 10. *num.* 24. vbi dicunt patrem posse authoritatem filio contrahenti præstare, quando patris interesse est incertum, & casuale, dependens ex euentu incerto alicuius conditionis, quæ potest aduenire vel non aduenire.

Alia etiam est tacita renunciatio per desertionem litis, de qua inferiùs actum est, *cap.* 33. *num.* 9.

Dubitari autem hic potest, vtrum appellans possit ad libitum renunciare suæ appellationi, ita vt per talem renunciationem lis & præuentio finiatur, quando appellatus non vult huic renunciationi consentire, sed ea non obstante vult appellationis causam prosequi.

Regula est, appellantem inuito appellato non posse renunciare appellationi, sed eius renunciatione non obstante posse appellatum causam prosequi: quam proponit Surd. *decis.* 143. *num.* 3. Potest enim appellatus adhærere appellationi interpositæ per appellantem, *l. ampliorem, Cod. de appell.* Burat. *decis.* 123. *num.* 8. quod copiosiùs explicat distinguendo per plures casus, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 2. *n.* 94. *& seqq.*

Deserta autem appellatione, quæritur vtrum præuentio Iudicis appellationis obstet Iudici primæ instantiæ, itavt causa tractanda sit in tribunali Iudicis appellationis, vel Iudicis primæ instantiæ. Hæc quæstio resoluitur inferiùs, *cap.* 33. *num.* 3. Videatur *decis.* 746. *num.* 2. *p.* 2. *recentior.*

De iure Communi non potest Iudex de causa appellationis cognoscere, quin etiam cognoscat super desertione. Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap. vlt. num.* 9. *versic. sed hodie: in fine*, Rota *decis.* 296. *num.* 6. *part.* 6. *recentior.*

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

Præuentioni obstare euocationem causæ. De differentia inter euocationem, & appellationem. Euocatio quando fieri possit. Quis notarius scribere debeat in causa euocata, siue in eadem ciuitate, siue in diuersa fiat euocatio. Quis notarius scribere debeat quādo Superior causam committit alicui iudici ordinario. Quis tenetur portare acta primæ causæ post euocationem. Et plurima alia circa materiam euocationis causarum explicantur. De tacita Euocatione & inhibitionibus Iudici factis de non procedendo in aliqua causa.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Dd. de materia euocationis tractantes.*
2 *Causa miserabilium personarum euocari possunt.*
3 *Euocatio & appellatio à pari procedunt.*
4 *Euocatio est potentior appellatione, intellige vt numero* 11.
5 *Causa nondum cœpta potest euocari.*
6 *Euocationis definitio explicatur.*
7 *Euocatio non nisi magna ex causa fieri potest nec generaliter in omnibus causis, sed in certa causa tantùm.*
Variè enumerantur causæ propter quas superior potest concedere euocationem.
8 *Causâ ante litem cœptam euocatâ, scribit Graffarius curiæ ad quam fit euocatio.*
9 *Notarius causæ euocata ab eodem tribunali ad alium iudicem eiusdem tribunalis, suam causam retinet.*
Notarius semel in vna causa electus regulariter mutari non potest.
10 *Differentia inter euocationem & appellationem.*
11 *Euocatio dicitur eadem lis, sed non appellatio.*
12 *De euocatione commissa extra ciuitatem, vel locum, in quo causa tractabatur.*
13 *Iudex ordinarius si procedat vti delegatus assumit notarium curiæ delegantis.*

14 *Limita*

14 *Limita nisi commissio esset tantum excitatiua iurisdictionis.*

15 *De euocatione facta ab vno tribunali ad aliud in eadem ciuitate.*

16 *Rescriptum euocatorium si sit subreptitium est ipso iure nullum.*

17 *Statim vbi superior incipit cognoscere de causa, ligata sunt manus inferiorum.*

Sed non reuocantur ea que ante tacitam istam euocationem facta sunt.

Euocatio & inhibitio facta parti vtrum Iudicem afficiant.

Facta per superiorem inhibitione, si deinde disputando negocium ille causam remittat ad Cancellariam, vel tribunal Principis, non censetur reuocata inhibitio.

18 *Rescriptum continens euocationem, siue iustum sit, siue iniustum, est timendum.*

19 *Consuetudo quid obseruet in causis euocationum.*

20 *Acta omnia sunt exhibenda dum de viribus euocationis agitur.*

21 *Si queratur vtrùm causa sit eadem vel diuersa, omnia acta sunt transportanda.*

22 *Euocatione valida existente, tota iurisdictio curia euocata suspenditur in illa causa.*

23 *Quis teneatur portare acta post causa euocationem.*

24 *Sententia lata non visis actis causa euocata, est nulla.*

25 *Clausula*, quam & quas, *non operatur nisi post acta transportata.*

Quis habeat potestatem causas euocandi.

1 E materia euocationis ad longum disserere, mei non est instituti, sed qui Doctores de eius materia tractantes videre volet, videat quæ tractantor *in cap. vt nostrum, 56. de appellat.* Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. tit. de euocat. fol. mihi 435.* Lancel. *de attent. cap. 10.* Marchesan. *de commiss. vol. 2. tit. de commiss. euocat. causar. fol. 268.* & Vestr. *in prax. lib. 3. c. 9.* vbi ponit totam materiam euocationis, Ricc. *collect. 2593.*

Ad propositum nostrum tractandum est quis scribere debeat in causa euocationis, an notarios seu Graffarios qui scribebat ante euocationem, an vero is, qui eligetur per eum qui euocationem obtinuit,
2 dummodo non sit partibus suspectus, † exemplum peti potest à causa viduæ, vel alterius miserabilis personæ, quæ ex priuilegio *leg. vnica, Cod. quand. imper. int. pupill. & vid.* (De quo inter cæteros fusè Marchesan. *loc. cit. fol. 395. & sequent.*) petit causam à curia inferiori ad tribunal superius euocari, & similibus, in quibus quæri potest quis scribere debeat.

3 Et videtur dicendum quod in causa euocata, seu per rescriptum, seu per decretum Superioris, ille qui obtinet euocationem, habeat electionem notarij eodem modo quo fieri solet apud nos in causa appellationis, & tradit Boër. *decis. 258. num. 1. vers. & in causis.* Gratian. *discept. forens. cap. 167. num. 59.* cum appellatio, & euocatio à pari procedant: ad tradita
4 *in d. cap. vt nostrum 56. de appellat.* † Immo euocatio potentior est appellatione, & attentata post euocationem facta continent maius delictum: & sunt magis attentata, quam si fierent appellatione pendente, Lancel. *d. cap. 10. n. 3. & 9.*

Sed tamen pro resolutione huius quæstionis mihi seriò cogitanti varij distinguendi casus occurrerunt.

Primus casus est quando causa quæ nondum erat inchoata, per Superiorem euocatur, veluti si causa quæ ex sui natura coram iudicibus curiæ ordinariæ intentari debuisset, committitur tractanda de mandato Superioris in tribunali sacri Palatij Apostolici,
† quam euocationem causæ nondùm cœptæ fieri 5
posse verum est: nam licet Cooar. *practic. quæst. dict. cap. 9. num. 1.* & Rebuff. *in d. tit. de euocat. in præfat. num. 9.* definierint euocationem, vt sit translatio litis pendentis ad tribunal superius absque prouocatione
facta, † tamen in definitione addendum est, vt 6
sit translatio litis pendentis, *vel quæ pendere debebat*, hoc enim verius esse notauit Lancel. *de attent. d. cap. 10. num. 17.* Gail. *lib. 1. obseruat. cap. 41. num. 1. vers. item euocata dicitur.*

Fateor tamen non ita facile concedendas esse 7
huiusmodi euocationes, sed magnâ tantum existente causâ, neque generaliter quemquam eximendum esse à iurisdictione Ordinarij, sed dumtaxat in certa causa, & illa durante, ne membra à capite separentur, vt dicit Marchesan. *loc. cit. par. 2. de euocat. numero 67. & 70. fol. 279.* Tapia *in decis. 3. Regni Sicil. num. 12. & sequent.*

Inter cæteras autem causas ob quas concedi potest euocatio causæ, sequentes numerantur, nempe vtilitas publica, grauitas, & magnitudo causæ, Iudicis legitima suspicio, & similes. Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. tit. de euocat. in præfat. quæst. 6. num. 57. & quæst. 7. num. 66.* Regulariter autem euocatio sine causa concedi non debet, vt mox dictum est: & vltra citatos probat Cyriac. Nig. *controuers. 515. num. 1.* vel propter negligentiam Iudicis qui de causa cognoscit, Cyriac *controuers. 413. num. 35.*

Hoc igitur casu, quando causa nondum pendens 8
committitur cognoscenda in curia superiori, certissimum est notarium curiæ ordinariæ in illa causa scribere non posse, cum per euocationem suspensa sit tota iurisdictio ordinaria, & per consequens facultas scribendi sublata notario illius curiæ, sicut sublata principali tollitur accessorium, præsertim cum tota iurisdictio sit deuoluta ad curiam Superioris, & per consequens notarius illius scribere debeat, vt supra dictum est *ad trad. in d. cap. quoniam contra. de probat.*

Secundus casus est quando tractatur de causa iam 9
cœpta in vno tribunali coram vno iudice, quæ præuiâ euocatione cognoscenda delegatur in eadem ciuitate, alteri tamen iudici eiusdem tribunalis, veluti si causa coram vno commissario pendens, alteri præuiâ euocatione committeretur, & tunc quia commissio, fit in eodem tribunali in quo idem notarius habet officium, concludendum est, ex generali regula superiùs proposita per talem euocationem non fieri præiudicium notario, qui in causa euocata scribere cœpit, & ideo ipsum continuare debere vsque ad sententiam & appellationem. Et generaliter Notarius semel electus in illa causa mutari non debet, vt probat Cyriac. Nig. *dicta controu.*
515. *num.* 8. † Ratio est, quia euocatio nihil aliud 10
est quam translatio causæ: in quo differt ab appellatione, quæ præsupponit litem esse finitam, cum tamen euocatio præsupponat litem pendere, aut pendere debere, quam differentiam inter cæteras quas refert inter appellationem, & euocationem, agnouit Rebuff. *dict. tit. de euocat. artic. 1. num. 96. fol. 448.* & sic satisfit dubio superiùs proposito, *numero* 4.
† quia non negamus euocationem potentiùs at- 11
ctare, sed dicimus causam appellationis esse nouam litem, euocationis vero esse eandem licèt translatam.

Tertius casus est quando euocatio fit ad aliud 12
tribunal

tribunal alterius ciuitatis, v.gr. si causa pendens in Comitatu Venaissino euocetur ad Ciuitatem Auen. quod quomodo, & quando fieri possit nunc non discutio, & hoc casu nullum st dubium quin vnus ex notariis Curiæ Auenion. in qua causa euocata commissa est, assumi debeat; cum notarius tribunalis à quo fit euocatio nullum habeat officium in curia in qua euocatio commissa reperitur.

13 Sed quæres, quid si ista causa sic euocata committeretur vni ex Dominis iudicibus curiæ ordinariæ Ciuitatis Auenion. ex qua curia assumendus erit notarius; Respondetur assumendum esse notarium ex illis, qui habent officium in tribunali Superioris delegantis, quia delegatus repræsentat delegantem, & quicquid facit delegatus dicitur fieri à delegante, & ideo notarium assumendum esse in curia delegantis benè comprobat Gratian. *discept. forens.*
14 *c.167. n.56.* † qui tamen hoc limitat *num.* 58. nisi ageretur de commissione excitatiua iurisdictionis, quod verissimum est, quia tunc iudex non procedit vti delegatus; sed tanquam ordinarius, & sic Graffarius curiæ ordinariæ adhiberi debet: in dubio autem commissio præsumitur excitatiua iurisdictionis ordinariæ, *cap. licèt* 12. *cum ibi nst. de off. iud. Ordin.* Menoch. *lib. 2. præs.* 16. *n.* 24.

15 Quartus casus est quando euocatio fit ab vno tribunali ad aliud & in eadem Ciuitate: & hoc casu distinguendum existimo, aut enim euocatio iam fuit sortita effectum, aut non fuit sortita, sed de eius viribus coram Superiore disputatur.

In hoc posteriori casu pro Graffario primæ curiæ dubium facit, quia si opponatur rescriptum euocatorium esse subreptitium, causa remanet semper apud primum iudicem, quamuis enim alia rescripta si pars nihil opponat licèt subreptitia sint, subsistát, & processus vigore illorum facti, si non excipiatur,
16 iurisdictionem & potestatem tribuant, † Aliud tamen dicendum est in rescripto euocatorio, quod ipso iure nullum est si per subreptionem obtentum fuerit, itavt non videatur extincta iurisdictio quandiù de rescripti subreptione disputatur: ex traditis per Vant. *in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num.* 60. *& in tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num.* 59. Et non solum per tale rescriptum subreptitium causa non censetur auocata, sed etiam rescriptum & omnia coram nouo iudice facta, sunt ipso iure nulla. Vestr. *in prax. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 6.

His tamen non obstantibus existimo de rigore iuris Graffarium primæ curiæ scribere non posse, sed solum Graffarium curiæ euocantis, quia cum causa tractetur coram Superiore, & in tribunali in quo Graffarius curiæ ordinariæ non habet officium, in eâ scribere non potest, per regulam generalem superiùs traditam, quod qui non habet officium in aliqua curia in ea scribere non potest: licet enim sint omnes Graffarij Principis, sunt tamen Graffarij habentes potestatem limitatam, & restrictam ad certam curiam, & sicut Graffarius curiæ Superioris, non potest se immiscere de causis, quæ ventilantur in curia inferiori, pari ratione Graffarius curiæ inferioris non potest se immiscere de negotiis, quæ tractantur
17 in Superiori tribunali. Et ratio est; † quia ex eo quod Superior incipit cognoscere de aliqua causa etiam pendente coram inferiori, statim per illam manus appositionem sunt ligatæ manus iudicis inferioris quoad ipsas partes litigantes, *cap. licet, de offic. deleg. & can. quamuis,* 2. *q.* 6. Franc. *in d. cap. vt nostrum* 56. *n.* 9. vbi dicit hanc esse differentiam inter expressam euocationem, & tacitam quæ fit per manus appositionem, vt expressa liget manus iudicis, & totius tribunalis inferioris, tam quoad partes litigantes, quam quoad tertium, tacita vero tantum quoad ipsas partes litigantes, non autem quoad tertium, & ideo non obstante tacita euocatione posset vnus ex litigantibus agere contra tertium. Licet enim dubitari nequeat quin auocatio causæ, non solum expressè, sed etiam tacitè fieri possit, veluti si Superior causam vni delegatam alteri iudici committat, quia per talem commissionem cēsetur reuocare facultatem primo delegato concessam: Rota *decis.* 6. *de rescript. in Nouis.* Lancell. *de attentat. p.* 2. *c.* 10. *n.* 55. Tamen per huiusmodi tacitam euocationem, imo nec per expressam non reuocantur acta ante illam facta in illa, causa, vt probat Gratian. *discept. for. c.* 981. *n.* 4.

Sed quæritur vtrum intimatio euocationis, & inhibitio facta parti afficiat Iudicem, vt illius processus postea factus declaretur nullus? Distinguendum existimo; aut enim Iudex aliquid facit ex officio, aut ad instantiam partis, cui auocatio & inhibitio fuit intimata. Primo casu, non annullantur gesta, quia ex scientia partis nihil infertur ad scientiam Iudicis in materia attentatorum, Lancell. *de attentat. lit. pend. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 15. *num.* 26. post Franc. *in cap. si iustus metus* 73. *num.* 50. *de appellat.* Secundo casu, si Iudex aliquid decernat ad instantiam partis inhibitæ, processura dicitur attentatoria: Lancellot. *de attentat. post inhibit. ampliat.* 59. Ludouis. *decis.* 360. Rot. *decis.* 296. *num.* 9. *par.* 6. *recentior.*

Præterea quæritur si Iudex superior inferiori inhibuerit, & deinde disputando super illa causa idem Superior causam remiserit ad Cancellariam, vel ad sacram Congregationem Concilij Vrbis, vtrum duret inhibitio? Respondendum est durare inhibitionem: quia licet Iudex superior dum causam remittit ad superius tribunal, videatur à se abdicare iurisdictionem, tamen remanet effectus inhibitionis iam consummatus; & sicut relatio, ita & remissio sola ad Principem causat attentata: ita præcisè Lancellot. *de attent. post inhibit. ampliat.* 11. *per tot.* † Et sa- 18
nè certum est, rescriptum Principis continens causæ euocationem, siue iustum siue iniustum, semper timendum esse; & per illud, cum procedat à Superiore, siue iustum siue iniustum sit, iurisdictionem inferioris suspendi, nec posse nisi per superiorem reuocari, Marchesan. *in tract. de commiss. euocationis causar.* §. 3. *numero* 4. *fol.* 328. Quod verum est si rescriptum huiusmodi fuerit præsentatum iudici ante sententiam, nam sententia & processura tenet ante præsentationem rescripti euocatorij, Castrens. *in l.* 1. *Cod. vt lit. pend. num.* 3. quando euocatio fuit facta ad instantiam partis, quia parte non vtente commissio non suffragatur, Lancell. *de attent. cap.* 10. *num.* 4. Et ita intellige quæ diximus suprà *cap.* 1. *num.* 22.

Sed tamen de consuetudine vidi aliter fieri, & 19
vtrumque notarium cumulatiuè scribere decretum Superioris, donec quæstio super validitate, vel inualiditate euocationis fuerit terminata: quia interim videntur remanere quædam reliquiæ prioris iurisdictionis, & per consequens officij ex illa dependentis: præsertim vero quia Graffarius primæ curiæ euocatæ debet Superiorem informare de statu causæ, & sic illius præsentia videtur necessaria.

Si tamen super euocatione longior processus in- 20
stitueretur & disputatio, crederem eo casu solum notarium curiæ euocationis scribere debere, hoc saluo, quod Graffarius curiæ euocatæ teneretur acta sua exhibere; sicut in simili † quando disputatur 21

vtrum eadem, vel diuersæ sint causæ, decisum fuit omnia acta esse transportanda, vt apud Marches. *de commiss. lib. 3. de commiss. nullit. sanat. decis. 43. num. 3. fol. 118.*

22 Si vero semel decisum fuerit euocationem suum debere sortiri effectum, tollitur omnino iurisdictio iudicis inferioris, & per consequens Graffarij Curiæ illius, vt tradunt omnes Scribentes *in d. cap. nostrum, de appell.* conquiescit enim omnis inferior iurisdictio post causam ad supremum tribunal euocatam, Menoch. *cons. 301 num. 44.* Intellige prædicta iuxta statutum Auenionense *lib. 2. rubr. 27. articul. vnico*, videlicet dummodo euocatio fiat ante causæ conclusionem, vel ordinationem de portando processum.

23 Sed hic incidenter quæritur quis teneatur post euocationem causæ transportare acta primæ instantiæ? Respondeo illum, qui vult procedere in causa teneri omnis acta prioris iudicij transportare, & sententiam non transportatis actis causæ euocatæ, esse nullam, quia licet quando quælibet ex partibus facit suum processum separatum, iudex possit procedere super actis ab vna parte productis, si alia fuerit negligens in producendo, tamen quando vnus inter partes compilatus fuit processus, ille communis efficitur inter vtramque partem, & remanet penes notarium qui est custos actorum. † Illo casu si iudex euocationis non viderit

24 acta instantiæ euocatæ, nulliter procedit, & stante negligentia vnius ex partibus in producendo, alia pars potest habere acta, & satisfacere dispositioni iuris, quod vult vt iudex procedat visis actis, vt testatur Coccin. *decis. Rot. Rom. 424. per tot.* & tradit eadem Rot. *decis. 184. n. 8. p. 7. recentior.*

Quod procedit quamuis in commissione adesset clausula *quam & quas*, cuius vigore procedi potest vt in prima, quia illa clausula non operatur ante transportationem actorum, Rot. *decis. 210. n. 5. versic. nec poterat, par. 3. recentior.*

Sed nos alio vtimur remedio. Nam quemadmodum in causis appellationis, ita & in causa euocationis cursmus assignati ei, qui euocationem obtinuit, dilationem ad portandum acta causæ euocatæ, quâ elapsâ, si acta non transportauerit, causa ad primum iudicem remittitur. Nisi malit euocatus præueniendo acta portare pro faciliori causæ expeditione. *Ex statuto lib. 2. rub. 13. art. 9.*

Sed hic opportunè quæritur quis habeat ius auocandi causas ad se? Respondeo, quod licet aliqui DD. asserant ius euocandi causas competere solum habentibus supremam potestatem; tamen verius est facultatem euocandi competere iis omnibus qui habent iua causas committendi: Rot. *decis. 209. n. 12. & 53. part. 5. recentior.*

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Vtrum causa dicatur præuenta, si quis intentauerit remedium *l. diffamari, C. de Ingenu. manumiss. & l. si contendat, ff. de fideiussor.* Quando hæc remedia locum habeant, & quomodo inter se differant. De iactationibus. Quis dicatur in illis actor originarius, & quis iudicem vel notarium eligat. Et quod hæc electio pertineat ad citatum. Quis eligat iudicem, vel notarium in causa rescissionis contractus. Et vtrum Iudex qui fuit deputatus in causa præparatorij, debeat esse Iudex iudicij præparati.

SVMMARIVM.

1 *De remedio* l. diffamari. Cod. de Ingen. manumiss. & l. si contendat, ff. de fideiuss. *Et quando hæc remedia locum habeant, & quomodo inter se differant.*

2 *Statutum Auenion.* de moder. inhibit. art. 5. *vbi tractat de causis iactationum, explicatur.*

3 *Obtinens inhibitiones super iactationibus dicitur reus originarius, & non actor.*

4 *Electio iudicis non datur agenti ex remedio* l. diffamari, Cod. de Ingen. manumiss.
Vtrum semper sit verum quod Iudex præparatorij debet esse iudex præparati.

5 *In causa Rescissionis contractus agens eligit iudicem & tribunal competens.*

6 *Fallit si causa rescissionis non obstet contractus executioni.*

SCIENDVM est duo prodita esse remedia illi, qui timet in sua possessione, vel aliquo iure molestari. Alterum est ex *l. si contendat, ff. de fideius.* per quam communiter Dd. tenent licere Reo petere à iudice, vt pronuntiet sibi exceptionem competere, seque liberum esse ab es actione, quam aduersarius inteotare intendit. Alterum vero, ex *d. l. diffamari, Cod. de ingen. manumiss.* quo agitur, vt pronuncietur nullum ius diffamanti competere aduersus diffamatum in eo in quo ipsum diffamauit: & sic in hoc secundo remedio debet constare in primis de diffamatione, quod non est necesse in remedio *dict. leg. si contendat.* quod propterea vtilius esse dicitur, vt explicat Cancet. *lib. 3. variar. resolut. cap. 1. numero 53. & sequentib.* Et plures differentias inter vtrumque remedium affert Marchesan. *lib. 3. in tit. de commiss. iactat. num. 85.* 1

Hoc ita præsupposito, quæritur vtrum si ille, qui intentauit remedium dictarum legum, seu alterius ipsarum, possit eligere notarium qui scribat in tota causa.

Quæstio ista reperitur decisa *per Statutum nostrum, lib. 2. rubr. 14. de Moder. inhibit. artic. 5.* vbi cauetur quod in similibus causis iactationum, etiamsi adiectæ fuerint inhibitiones de non aliò trahendo, inhibitus possit non obstante inhibitione ad libitum experiri de iuribus suis coram quocunque iudice competente, & alio notario scribente. 2

In terminis iuris communis res difficultate caret; quis qui obtinet similes inhibitiones super iactationibus, est reus originarius, & non habetur pro actore nisi quoad illam primam p. ritionem, post ipsam vero habetur pro reo. Ex Cancer. *dict. cap. 5. num. 65.* Argel. *de Legit. Contradict. q. 3. art. 6. n. 590.* ideo debet agere coram iudice illius, quem in ius vocare contendit, vt bene explicat Gratian. *discept. forens. cap. 85. per tot.* 3

Et si is qui ea ratione in ius vocatus fuit plures haberet indices, non daretur electio agenti ex remedio dictarum legum, coram quo iudice conuenire mallet; sed electio spectat ad eum qui citatus fuit, Cod. *lib. 1. var. resol. c. 18. n. 6.* post Socio. sen. *cons. 94. vol. 3.* quia comparitio illius qui per istud remedium 4

dium prouocatus est, facit desinere primum iudicium, & petitio ipsius agentis valet tantum in vim exceptionis, Burg. *in tract. de Laudim. lib. 3. cap. 31. num. 36. & 37.* In quo capite multa de materia dictarum legum in medium adducit. Qui plura velet videat Authores ad longum citatos per Giurb. *decis. 44. num. 1.*

Applicando itaque supradicta ad nostram Præuentionis materiam, Dico quod cum in remedio *l. diffamari*, diffamans docere teneatur de iure suo intra dilationem sibi per Iudicem præfigēdam, alioquin illi perpetuum silentium imponatur, non tenetur diffamans probationes suas facere coram illo Iudice: sed si reus habeat alium Iudicem competentem, potest coram eo probationes suas facere, non obstante præuentione illius Iudicis. Nam cùm præuentio primi illius Iudicis facta fuerit ad alium finem, nempe vt quis probare teneatur; non debet operari diuersum effectum, nempe vt cogatur probationes suas facere coram illo Iudice, qui præuenit quidem, sed non quoad istum effectum: solum igitur Iudex, quem intentans hoc remedium elegit, competens erit ad præfigendam dilationem aduersario coram eo citato, intra quam agere possit; sed in actione proponenda & prosequenda, actor eliget vnum ex Iudicibus competentibus ipsius rei: vt bene explicat Cou. *lib. 1. var. resol. c. 18. n. 6. ad finem.*

Neque obstat si opponatur, quod Iudex præparatorij debet esse Iudex præparati, *l. ordinary. C. de rei vendicat.* Quia illud non habet locum quando in præparato alius est iudex competens, quem actor adire possit: ex not. per Afflict. *decis. 155. n. 6.* vbi dicit, quod qui fuit Iudex in possessorio, non est de necessitate adeundus in petitorio, si per hoc alterius iurisdictioni præiudicetur.

Et quod dictum est de remedio *l. diffamari, C. de ingen. manum.* eodem modo statuendum est de remedio *leg. si contendat*: cum & hoc casu eadem subsit ratio, vt bene probat Barbos. *in l. si quis posteaquam, ff. de iudic. num. 99.*

Ergo in his remediis hoc solum operabitur præuentio quod nullus alius Iudex poterit iudicare quoad hunc articulum diffamationis, seu assignandæ dilationis, intra quam actor suam proponere debeat actionem, sub comminatione perpetui silentij: sed quoad proponendam actionem nulla erit præuentio: Socin. sen. *consil. 41. n. 5. lib. 1.* Et videri poterunt quæ diximus *infr. p. 2. huius tract. c. 18. n. 14.*

De materia *d. leg. diffamari, & leg. si contendat*, vltra DD. *sup. cit.* vid個 sunt citati per Molin. *de primog. lib. 3. c. 14. n. 31. & ibi* Add.

5 Attamen prædicta locum non habent in causis rescissionis, vel annullationis contractuum, in quibus debitor etiam in forma Cameræ obligatus potest ex dispositione statuti suum creditorem præuenire præuiâ dispensatione iuramenti, & intra terminum à statuto, vel regulamento præfixum, perficere suum processum, & omnes exceptiones suas probare, & si intra dictum tempus processum suum non perfecerit, licet creditori exequi iuxta formam suorum instrumentorum, vt habetur *sub d. tit. de moder. inhibit. lib. 2. statut. rubr. 14. art. 1. & 2. & in regulamen.* Eminentiss. Cardinalis de Armeniaco, *inserto post vol. dictor. statutor. sub tit. de moder. inhib.*

6 Sed hoc casu si debitor processum intra tempus non formauit; ita vt licitum sit creditori vti viribus suarum obligationum; licebit creditori exequi volenti eligere notarium sibi beneuisum, nec dicitur causa præuenta per eum qui scripsit in causa rescissionis contractus, cum iam creditor efficiatur actor, & sic quemcumque iudicem competentem adire possit, & notarium sibi beneuisum eligere: vt probatur per iura, & rationes superiùs adductas. Cæterùm quamuis creditor præuenerit per executiones, potest nihilominus debitor agere ad rescissionem contractus, & tunc quælibet ex duabus causis currit marte suo, coram suo iudice, & scribente suo notario, & ita obseruatur.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione per citationem, & quæ requirantur ad ipsam. De citatione verbali & reali. De citatione nullâ, non inducente præuentionem. Quomodo reddatur valida per comparitionem principalis, vel procuratoris, si procurator specialiter ad illam causam, vel generaliter constitutus fuerit. De citatione circumducta. De ea quæ facta fuit die feriato: sine expressione diei vel horæ: sine relatione cursoris: Si contra tenorem cartelli: Si extra domicilium citati: Si maritus in personam vxoris citatus fuerit: Si per proclama generale: Si prorogata fuerit iurisdictio: Si quis citatus fuerit ad locum pestiferum: Si eodem tempore in diuersis tribunalibus. De citatione cum clausula, *si sua putauerit interesse*, Quod non inducat præuentionem, sicuti nec traditio memorialis. Et de citatione ad instantiam coloni, vel contra colonum, vtrum inducat præuentionem contra Dominum. De libelli oblatione. Et de citatione cuius copia penes non fuit expedita. De citatione ad domum. De edictis & proclamationibus quoad validitatem citationis.

SVMMARIVM.

1 *Sola citatio absque litis contestatione inducit præuentionem, & num. 5.*
2 *Exceptio præuentionis est declinatoria.*
3 *Qui sint effectus præuentionis per citationem & per litis contestationem.*
4 Decisio Rotæ Auen. 94. *explicatur.*
5 *Citatio ad videndum acta compulsari non dat præuentionem.*
Citatio simplex non dat præuentionem delegato nisi de eius mandato fuerit executioni demandata.
Citatio vt inducat præuentionē debet esse reproducta.
Libelli oblatio quo casu non inducat præuentionem.
6 *Citatio inducit præuentionem, licet non fuerit quis citatus ad totam causam.*
7 *Citatio vt inducat præuentionem non exigit trinam monitionem.*
8 *Præuentio per citationem inducitur etiam in iudicijs summarijs & executiuis.*
9 *Iudex minor per citationem præuenit aduersus maiorem.*
10 *In dubio dum de præuentione tractatur, pro maiori tribunali iudicandum est, secus si præuentio esset clara.*

11 *Citatio verbalis secundùm multorum sententiam inducis prauentionem.*
12 *Contrarium seruatur in praxi, & prauentio realis praualet.*
13 *Cessionarius non potest mutare iudicem.*
14 *Clericus post litem contestatam effectus, non mutat iudicem.*
15 *Lis & instantia ad heredem transit.*
16 *Citatio nulla non inducit prauentionem.*
17 *Fallit nisi citatus illam approbauerit.*
18 *Constituens procuratorem ante citationem non approbat eam qua postea nulliter fit.*
19 *Refellitur opinio Addent ad Ludou. circa comparitionem procuratoris generaliter ante citationem constituti.*
20 *Citatio non approbatur per comparitionem factam post terminum.*
21 *Vitium citationis purgatur etiam si comparens de eo opponat in termino.*
22 *Citatio circumducta habetur pro non facta, nec prauentionem inducit.*
23 *Citationis circunductio non perimit iura partium in negotio principali.*
24 *Citatio die feriato facta, an inducat prauentionem.*
Quid si facta fuerit diebus feriatis in honorem Dei.
25 *Citatio sine expressione diei an inducat prauentionem.*
26 *Citatio sine hora expressione est valida & inducit prauentionem.*
27 *Fallit ex statuto Auenionen.*
28 *Notario sine testibus attestanti de citatione non creditur, sed debet adhiberi relatio nuntij, seu cursoris.*
29 *Cartellus non inducit prauentionem, si executio contra eius tenorem facta sit, &* num. 38.
30 *Citatio facta extra domicilium quod citatus de eo tempore habebat, non causat prauentionem.*
31 *Citatio per copia dimissionem, an, & quando prauentionis effectum producat.*
Quid si Copia fuerit petita & non expedita.
32 *Quid si pracedant debita diligentia de reperiendo citandum.*
33 *Citatio mariti in personam vxoris vtrum operetur prauentionem.*
Si nuncius retulerit se citasse ad domum, & non dixerit solitæ habitationis, *vtrum inducatur prauentio.*
34 *Citatio per proclama generale non inducit prauentionem quando persona citanda, est certa.*
35 *Citatio per proclama contra omnes emphyteutas non afficit particulares.*
36 *Proclamatum remedium est subsidiarium.*
Quomodo constare debeat de non tuto accessu ad hoc vt procedere Iudex possit per edicta.
37 *Copia proclamatum publicè affigenda est, aliàs non afficit.*
38 *Executio non seruatâ formâ literarum, nulla est, & non inducit prauentionem, &* num. 29.
39 *Qui petit copiam non approbat executionem, quia censetur tantum petijsse ad fines deliberandi.*
40 *Per petitionem copia citationis non inducitur prorogatio iurisdictionis.*
41 *Consul non potest iurisdictionem sine mandato speciali prorogare.*
42 *Consensus in iurisdictionem ante litem contestatam potest reuocari.*
43 *Consensus in iurisdictionem factus per errorem, non nocet.*
44 *Prorogatio iurisdictionis non inducitur nisi fiat aliquis actus coram iudice.*
45 *Nuncio dicenti, quem se opposnisse, non creditur in praiudicialibus.*
46 *Ex verbis enunciatiuis non inducitur litispendentia, nec prauentio.*
47 *Inhibitiones non intimata personaliter, sed in personam vxoris, non causant attentata.*
48 *Quid si maritus sit vagabundus, vel ipsa vxor ageret contra maritum.*
49 *Prima causa citatio debet in personam fieri, vel saltem factis debitis diligentijs.*
50 *Citatio ad locum pestiferum non inducit prauentionem, & quomodo hoc procedat.*
51 *Liberos homines cogere, vt ad locum pestiferum accedant, est contra ius gentium.*
52 *Nemo tenetur etiam per procuratorem comparere in loco peste infecto.*
53 *Ex duabus citationibus eodem tempore ad diuersa loca factis, quanam praualeat, per plures casus Respondetur:*
54 I. *Casus, si vna citatio sit personalis, alia per diligentias. Quid de citatione per affixionem.* Ibidem.
55 II. *Casus, quando vna citatio maiorem habet conformitatem cum iurisdictione certi iudicis.*
56 III. *Casus, quando Reus eligit iudicem.*
57 IV. *Casus, quando omnia sunt aqualia & reus non eligit Iudicem.*
58 *Iudex non potest causam alteri iudici cum quo concurrit sponte dimittere, nisi partes consentiant.*
59 *Citatio facta in personam procuratoris non causat prauentionem.*
60 *Citatio cum clausula,* si sua putauerit interesse, *non facit prauentionem nec litispendentiam.*
61 *Fallit si citatus compareat, & fundet iudicium.*
62 *Traditio memorialis non inducit prauentionem.*
63 *Citatio ad instantiam coloni vel contra colonum an afficiat, & inducat prauentionem contra Dominum.*
64 *Citatio executioni demandata an inducat prauentionem si in personam coloni facta fuerit.*

PRÆCIPVVS præuentionis modus, est 1
citatio, per solam enim citationem legitimè factam quamuis processum
non fuerit ad litis contestationem, iudicium dicitur cœptum. *l. si quis postquam, ff. de indic. cap. proposuisti, de for. compet.* Et ideo si non obstante præuentione iudex concurrens vellet in causa procedere, contra eum opponi posset de defectu
iurisdictionis, non per modum incompetentiæ; sed
per modum præuentionis,† cum exceptio sit decli- 2
natoria, Gail. *lib. 1. obseru. 29. num. 5. & 6.* & bene
explicat Bartol. *in l. si pluribus, num. 1. ff. de legat. 1.*
Dicens,† quod si tractetur de præoccupatione exer- 3
citij iurisdictionis, dicitur facta præoccupatio per
solam citationem: Ratio est, quia citatio est de exercitio iurisdictionis, *d. l. si quis postquam, & l. vbi cœptum, ff. de indic.* Si vero tractetur de præoccupatione in ordine procedendi, ille dicitur præoccupare, qui primus dedit libellum ad hoc vt cum ordine procedatur, *l. in tribus, & l. qui prior. ff. de indic.*
Atque ita intelligenda est *Decisio Rota Auen.* 94. 4
Vbi asseritur, productis ab vtraque parte articulis, illos admittendos esse qui peremptoriam exceptionem continent. Illud enim intelligendum est quando coram eodem iudice causa tractatur, & reus proponit exceptiones peremptorias contra actorem,
&

& sic non ad effectum præuentionis causæ, sed dumtaxat ad effectum præuentionis in ordine procedendi, nam si reus citando vellet præuenire actorem, locum haberent omnia superiùs dicta, & actor posset iudicem & notarium eligere, vt suprà ostensum fuit.

5 Et quod sola citatio præoentionem inducat, fusè ostendit Mascar. *de Probat. conclus.* 1231. *vers. præuentio.n.*6. Gratian. *discept. foren.cap.*389.*n.*12. Carpan. *ad statut. Mediol.p.*1.*cap.*8.*n.*21.

Quod intelligendum est vt locum habeat, quando citatio facta fuit ad causam, si enim facta fuisset ad aliquod præparatorium causæ, non induceret præuentionem, veluti si citatio facta fuisset ad videndum compulsari acta; quia per talem citationem is qui citatur, non potest habere notitiam petitionis faciendæ super negotio principali: Rota *decis.* 106.*part.*3.*diuers.lib.*2. & *decis.*156. *num.*1. *in fine. part.* 2. *recent.* Idem dicendum est de intimatione interrogatoriorum litis præparatoriorum, iuxta explicationem per Nos allatam inferiùs, *cap.*32. *numero* 18.

Et adeo necessaria est citatio ad inducendam præuentionem & litis-pendentiam, vt si quis commissionem causæ obtinuerit, non ex eo censeatur præuenisse, nisi præterea citatio executa fuerit authoritate Commissarij: *Clement. final.* & *ibi* DD. *vt lite pend.* Rota *decis.*605.*num.*11.*p.*2.*recentior.*

Sufficeret tamen quod citatio fuisset facta ad dicendum contra commissionem: quia hoc casu lis esset introducta, & per consequens præuentio: *Clement.*2.*vt lite pend.* Felin. *in cap.super literis,num.*13. *de rescript.* Rota coram Ludouis. *decis.*27. *num.* 2. repetita *in recentior.decis.*42. *part.*2.

Et quod dictum est de citatione, intelligendum est dummodo postea citatio fuerit reproducta, vt per Rotam *decis.*81.*n.*1.*p.*2.*recentior.*

Vtrum autem sola libelli oblatio sine citatione inducat præuentionem? Respondetur non induceret, nisi oblatio libelli facta fuerit in præsentia partis: *l.amplius non peti, ff.rem rat.haberi. Authent. offeratur, Cod.de litis contest.*§.*final. Institut.de pœn.temere litig.* Rot. *decis.*431.*num.* 2.*part.*4.*recentior.*

6 Ampliatur, vt hoc procedat quamuis non esset citatio generalis ad totam causam, cum sufficiat quem citari simpliciter, vt veniat ad respondendum in causa, vt probatur *in d.cap.proposuisti. De for.compet.* & *ibi* Felin. Socin. Panormit. & alij quos citat, & sequitur Barbos. *in d. l.si quis posteaquam, num.* 18. & *num.*29. vbi respondet *ad textum in l.cum quidam, ff. de iurisd.omn.iudic.*

7 Ampliatur 2. vt procedat etiam in simplici citatione cum non requiratur citatio per trinam monitionem, vel vnicum edictum peremptorium, sed sufficiat quem simpliciter fuisse citatum, Mascard. *dict. conclus.* 1232.*n.*7.

8 Ampliatur 3. vt procedat etiam si ageretur de iudicio summario, & executiuo: Barbos. *in d. l. si quis postea quam, num.* 4.

9 Ampliatur 4. vt procedat etiam si iudex qui præuenit sit minor in iurisdictione, nam etiam aduersus maiorem iudicem præuenisse dicetur, Gail. *lib.*1. *obseru.*29. *n.* 3. vbi dicit quod si partes prius Cameram adeant quam Cæsarem, causa iure præuentionis spectat ad Cameram, Boss. *in prax.tit.de for.compet.num.*80. vbi dicit quod etiamsi iudex sit minor, non tenetur remittere alteri maiori processum suum. Quod intellige nisi agatur de Superiori à quo iudex inferior iurisdictionem recognoscit, vt diximus suprà *cap.*1.*num.*2.

Ista tamen procedunt, quando clarè constat de præuentione: nam si causa esset dubia, iudicandum esset in fauorem maioris tribunalis, Bald. *in l. Senatus, n.*3.*ad fin. Cod. Qui accus.non poss.* Socin. *d.cap. proposuisti,n.*21.*de for.compet.* 10

Ampliatur 5. vt etiam procedat in citatione verbali, quæ secundùm plurium opinionem, dat præuentionem iudici citanti verbaliter aduersus iudicem, qui realiter citauit, videlicet per capturam personæ, quos refert Capiblanc. *in tract. de Baronib. Pragmatic.*8.*p.*2.*n.*214. 11

Sed tamen contraria sententia seruatur in praxi, vt videlicet iudex, qui præuenit per citationem realem præferatur illi qui præuenit per verbalem, ex Farinac. *de Inquisit.quæst.*7. *num.*53. Qui hanc dicit veram esse, & communem sententiam, eámque in praxi magis receptam esse non negat Capib. *loc. citat.* Intelligendo tamen iuxta limitationes allatas per Farinac. *d.num* 53. Sed hoc non procedit in iudicio generalis discussionis, seu cessionis bonorum ex statuto nostro, vt dicemus infrà *cap.* 10.*n.*39. & *multis sequentibus.* 12

Ampliatur 6. vt præmissa procedant etiam quoad cessionarium, qui tenetur litem prosequi in illo tribunali vbi per cedentem fuerat intentata, quia iudicij prosecutio debet fieri nomine cedentis, & sola vtilitas transfertur in cessionarium: Gratian. *discept.forens.c.*906.*n.*15. Giurb. *dec.*107.*n.*1. 13

Ampliatur 7. etiamsi citatus postea forum mutauerit, *l.si quis postea quam.ff.de iudic.* Gratian. *d.c.*906. *num.*6. 14

Et multò fortiùs idem dicendum est de hærede, ad quem transit lis, & instantia cœpta cum defuncto, *leg.heres absens, ff. de iudic.* Et neminem de hoc dubitare testatur Burat. *decis.* 431. *numero* 1.2. & 3. 15

Limitantur supradicta, vt procedant si citatio sit valida: si enim nulla sit, non poterit operari effectum præuentionis, vt probatur *in d.cap.proposuisti*, in illis verbis, *legitimè citatus. De for. compet.* Mascard. *loc.cit.d.conclus.*1232.*num.*17. Gratian. *discept.foren. cap.*156.*num.*9.† Vbi hoc limitat nisi citatio illegitimè facta, fuisset approbata per citatum, vel mittendo procuratorem ad tuendam causam, vel etiam in ipsa causa comparendo; quia comparitio citati sanat omnem defectum citationis, Add. ad Burat. *decis.*727.*num.*8. & 9. vbi plures allegantur, immo dicitur ibid. *num.* 10. sufficere comparitionem procuratoris habentis mandatum generale, ad conualidandam citationem, quæ aliàs nulla erat, post Rot. *decis.*736.*n.*1.*p.*2.*recentior.* 16 17

Quod intelligendum est, vt procedat quando talis procurator fuit constitutus post citationem: ex constitutione enim procuratoris ante factã citationem, non purgatur nullitas & defectus ipsius citationis, Lancell. *de attent.lib.*2.*c.*4.*n.*136. Rot. coram Caualer. *decis.*500.*num.*2. 18

Et hoc procedit licet procurator constitutus generaliter ante citationem, comparuerit post citationem, & illam generalitatem ad speciem deduxerit respectu illius causæ, quicquid dixerit Add. ad Lodouis. *decis.*27. *num.*13. qui tenet contrarium, asserens, per comparitionem procuratoris generaliter ante citationem constituti, purgari defectum citationis, si post citationem comparuerit: Nam Rot. coram Caualer. *in Auximana vnionis*, 25. *Apr.*1619. quæ est, *d.decis.*500. *num.*2. clarè loquitur de procuratore tam generali, quam speciali constituto post citationem, vt ex lectura illius decisionis apparet. 19

Prædicta quoque procedunt quamuis procurator comparuisset, & mandatum produxisset post terminum citationis, vt post Rot. tenent Add. ad Butar. d. decis. 727. num. 13.

21 Quid si citatus comparuerit ad fines dumtaxat opponendi de nullitate citationis? Respondetur eo non obstante vitium citationis purgari, cum sufficiat citationem ad citati notitiam deuenisse, Fontanel. de pact. dotal. Claus. 3. glos. 3. num. 58. Prædicta sano modo intelligenda sunt, nempe vt dum de nullitate disputatur, donec de ea cognitum sit, si illa non sit notoria, interim vsque ad detectam nullitatem scribat notarius citationis, iuxta ea quæ diximus supra cap. 2. n. 5. in fine.

22 Vnde ex præmissis infertur, quod si citatio fuerit circumducta, vtpotè quod in termino citationis actor non comparuerit, & rei contumaciam non accusauerit, talis citatio habetur pro non facta, & nullam inducit præuentionem: l. & post edictum 73. §. 1. ff. de iud. vbi dicitur idem esse si reus quidem comparuerit; sed actor fuerit contumax: vtroque

23 enim casu citatio circumducitur, † quamuis ius actoris non pereat, sed sola instantia illius citationis perempta sit, saluo iure partium in negotio principali per nouam instantiam deducendo, vt dicitur in d. l. & post edictum, §. circumducto. Rot. decis. 240. num. 8. par. 5. recentior. vide Rot. decis. 289. num. 11. part. 6. recentior.

24 Infertur 2. Quod si citatio sit facta die Dominico non potest inducere præuentionem, cum nulla sit & inualida, quicquid sit in diebus feriatis ob necessitates hominum, Guid. Pap. cons. 36. per tot. Balb. decis. 162. per text. in l. final. Cod. de ferijs. Rot. decis. 365. num. 1. par. 3. recent. qua de re videatur Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 46.

Videatur etiam quod fusè tractat Dominus Paulus Rubeus I. C. Romanus in suis centum resolut. de testam. cap. 3. num. 131. vbi constituit hanc differentiam, vt citatio non possit fieri diebus feriatis ad honorem Dei, in quibus facta citatio non valet, nec citatus etiam ad diem non feriatum tenetur comparere, possit tamen fieri die feriato ad diem non feriatum, quando sunt feriæ indictæ propter fauorem hominum.

25 Infertur 3. Quid dicendum sit de citatione facta sine expressione alicuius diei, cum ipsa videatur nulla, vt per Seraphin. decis. 597. num. 6. quia videtur in contrarium talem citationem posse sustineri, ex traditis per Rot. decis. 738. num. 4. p. 3. recentior. & decis. 663. num. 8. par. 3. recentior. vbi dicitur citationem sine die factam intelligi pro prima die iuridica, post Put. decis. 207. lib. 2. in correct. Cæs. de Graff. decis. 9. n. 6. de sent. & re iudic.

26 Eadem ratio procedit in citatione facta ad certum diem, sed sine horæ expressione, non enim propterea nulla redditur citatio, quin potius citatus tenetur comparere horâ solitâ audientiæ, quâ iudex pro tribunali sedere, & ius reddere solet, vt post alios notauit Barbos. in cap. consulnit 24. num. 3. de offic. & pot. iud. deleg.

27 Ista procedunt de iure communi, sed ex statuto Auenion. Rubric. de citat. secùs est. Cum citatio debeat continere certum locum, diem, & horam, & sic si facta fuerit non seruatâ formâ statuti, nulla erit, nec poterit inducere præuentionem.

28 Infertur 4. Quod si de citatione non constat per relationem nuncij, sed solum per attestationem notarij talis citatio non inducet præuentionem, cum de iure non credatur notario attestanti de citatione à se facta, Ludouis. decis. 72. num. 2. Si tamen notarius duos testes adhibuisset, & instrumentum de citatione sumpsisset, illi credendum esset, vt dicitur apud eundem Ludouis. decis. 416. num. 4. alioquin sine testibus notario non creditur: Rot. decis. 614. n. 1. p. 1. recentior.

Infertur 5. Quod si in citatione non fuerit seruata forma cartelli citatorij, non inducitur præuentio, cum talis citatio nulla sit, Rot. decis. 685. num. 3. p. 2. recentior. per text. in l. 4. §. prætor ait, & ibi Dd. ff. de damn. infect. vbi dicitur, quod si monitorium, seu cartellus, aut litteræ citatoriæ contineant, quod quis personaliter citetur quatenùs commodè reperiri possit, sin minùs factis debitis diligentiis per ciuitatem, eo non reperto in domo eius solitæ habitationis, & tamen nuntius solùm referat se præsentasse copiam in domo habitationis, talis citatio nulla est, neque præuentionem inducit, per text. in d. cap. proposuisti, de for. compet. in illis verbis, legitimè citatus. 29

Infertur 6. Quod si quis habebat vnum domicilium consuetum, quod tamen tempore dimissæ citationis mutauerat, & citetur in loco antiqui domicilij, talis citatio nulla erit, & per consequens non operabitur effectum præuentionis, Bart. in d. 4. §. prætor ait. num. 9. ff. de damn. infect. Rot. decis. 525. num. 5. par. 2. recentior. 30

Infertur 7. Quod si citandus non fuerit personaliter apprehensus, sed solùm copia domi dimissa fuerit, talis citatio nulla erit, & per consequens præuentionis effectum non habebit, Vetall. decis. 217. par. 1. vbi etiam dicit num. 3. quod quando citatus est extra ciuitatem, citatio non potest fieri domi, sed debet fieri in loco vbi talis citandus reperitur, ipso personaliter reperto Seraph. dec. 1276. n. 4. vbi quod si persona non fuerit prius personaliter reperta, non potest procedi per affixionem in valuis curiæ, Vant. d. tit. de nullit. citat. n. 85. in fin. Vbi dicit hanc esse firmam conclusionem, quod in principio causæ, & in re alicuius ponderis & præiudicij, ordo substantialis est, vt si persona principalis domi reperiri possit, personaliter citari debeat, Rot. dec. 173. num. 4. p. 4. recentior. Qui plura de hac materiâ volet, adeat Tusc. verb. citatio. concl. 248. & 249. & Trentacioq. lib. 2. var. resol. cap. 3. de citat. per tot. fol. mihi 121. Nostri enim non est instituti diffusam citationum materiam hic tractare. Sed è conuerso, si persona fuerit reperta ac citata, & respondens citationi dixerit se petere copiam, quæ illi postea non fuerit expedita; quæri potest vtrum ex eo sit inducta præuentio? Respondetur verum esse, quod si citatus vel inhibitus petat copiam, illi debet expediri: vt concludit Specul. in tit. de citat. §. iam de citatione, num. 9. vers. hoc autem facto. Aliàs citatio non arctat ad comparendum, & non inducit præuentionem, Vestr. in praxi lib. 4. cap. 3. numero 3. si tamen citatus non permitteret sibi dari copiam, vel dolosè subterfugeret ad præueniendum, in præiudicium primæ citationis, crederem Iudicis partes fore in reiicienda posteriori præuentione fraudulenta, vt dixi cap. 10. num. 44. † Supradicta tamen intellige, vt citatio facta per dimissionem copiæ sit valida post factas debitas diligentias: Tusch. loc. citat. & ita disponit statutum nostrum lib. 2. rub. 2. artic. 2. 31 32

Infertur 8. Quid dicendum sit de citatione mariti in personam vxoris, talis enim citatio non operatur præuentionem quoad maritum, quando agitur de graui præiudicio, prout in initio litis, alioquin posset maritus incidere in contumaciam ex facto vxoris, quæ fortè maritum odio haberet aut, negli 33

negligens esset in ipsum monendo, præsertim si
citatio esset verbalis absque dimissione copiæ, vel
Cartelli, Guid. Pap. *decision.* 445. & *ibi* Add. quâ de
re videatur Tiraquell. *de retract. consangnin.* §. *nono.*
gloss. 1.

Hanc quæstionem bene examinat Mynsing. *lib.* 3.
obseru. 37. *per tot.* Quid iuris, si nuntius retulerit
se citasse ad domum, & ibi dimisisse copiam, &
non retulerit se citasse ad domum solitæ habitatio-
nis. Videatur Alexand. *cons.* 2. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 3.

34 Et ex his aliàs in facti contingentia consului, non
fuisse inductam præuentionem aduersùs quandam
communitatem, quæ fuerat citata per proclama ge-
nerale, quia aduersarij citandi erant certi, nempe
ipsa communitas & consules eiusdem, vnde parti-
culariter erant citandi, & non per proclama, Zaba-
rell. *cons.* 74. *vers. Dico quod debuerunt.* Et *cons.*
528. *in* 3. *quæst.* qui nominatim agit de proclamate
generali aduersus Emphyteutas, qui erat casus de
35 quo tunc agebatur, † similia enim proclamata gene-
ralia non afficiũt particulares, & certos aduersarios,
Cod. Fabr. *lib.* 7. *tit.* 32. *de fin.* c 4. Cancer. *lib.* 2. *var.*
36 *resol. cap.* 7. *num.* 25. *in non.* † cum remedium pro-
clamatis sit subsidiarium, *Cod. de remed. subsid. re-
med.* 13. Sed si in commissione data fuerit facultas
citandi per edictum, constito summariè de non tuto
accessu, & constet accessum non esse tutum etiam
per informationes coram alieno Iudice factas, vale-
bit citatio facta per edictum, vt fuit decisum in cau-
sa Serenissimi Domini mei, Domini Henrici à Lo-
tharingia, Ducis Guisiæ, in qua fuit dictum laxan-
dam esse citationem per edictum, quia constabat de
non tuto accessu ad Belgium, ad quod testes singu-
lares sufficiebant, necnon informationes factæ in
Ciuitate Parisiensi, vt fusiùs deducitur *in Mechli-
niensi nullitatis matrimonij,* 16. *Aprilis* 1645. coram
Eminentissimo Corrado inserta apud Ant. de Marin.
part. 2. *cap.* 43.

37 Præsertim, quia nuntius non retulerat se copiam
præcepti, seu intimationis, aut citationis in publi-
co loco affixisse, quod tamen erat necessarium ex Fe-
lin. *in cap. quoniam frequenter,* §. *porrò, num.* 17. *vt lit.
non contest.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 134.
Marches. *tom.* 1. *cap.* 5. *tit. de commiss. appell. in Rom.
Curia, num.* 266. *fol.* 210.

38 Cum etiam per cartellum de quo agebatur, re-
quireretur intimatio particulariter facienda in per-
sonam si apprehendi posset, sin minus factis debitis
diligentiis, quod tamen factum non fuerat, & ideo
sic gesta nulla erant, & nullum præuentionis effe-
ctum operari poterant: *l. contra, C. de exec. & exactor.
lib.* 12. Seraph. *decis.* 972. *n.* 3. *&* 6.

39 Neque obstare dicebam quod opponebatur con-
sulem petiisse copiam dicti cartelli, seu monitorij,
& ea ratione videri consensisse in iurisdictionem iu-
dicis citantis. Quia contrarium verius est; qui enim
copiam petit, illam petere videtur ad fines delibe-
randi dumtaxat, non autem vt propterea velit con-
sentire in iurisdictionem, *l. non videtur* 33. *ff. de iudic.*
40 vbi dicitur, † Eum non videri consentire in iuris-
dictionem, qui sibi aduersarij libellum apud eun-
dem iudicem edi postulat, & ita tradit Felin. *in cap.
inter monasterium, de Sentent. & re iudic. num.* 13. *in*
11. *declaratione, & num.* 7. *in* 3. *declaratione.* Ricc. *in
prax. Aur. rer. for. Eccles. resol.* 55. *num.* 2. Si enim
hoc locum habet in eo, qui coram iudice comparet,
multo magis locum habebit in eo, qui sic simplici-
ter nuntio exquenti respondet, alioquin omnes qui
petunt copiam citationis, censerentur consentire
in iudicem, quod esset absurdum.

Addendum videbatur, quod in casu proposito 41
Consul non poterat sine mandato speciali iurisdi-
ctionem prorogare in præiudicium Communitatis,
Tusc. *in verb. Prorogatio, conclus.* 932. *num.* 2. Perego.
Ianin. *de citat. real. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 160. Vant. *de
nullit. ex defect. mandat. n.* 102.

Et si nocuisset consensus ille, reuocari potuisset 42
quandocumque ante litem contestatam, Lancell. *de
attent. p.* 4. *Limit.* 16. *n.* 15.

Et oppositio Consulis si consensum inducere pos- 43
set, talis consensus censeretur factus per errantem
in facto, cum Consul ignoraret litem antea super eo-
dem negotio fuisse pendentem, vnde non præiudi-
caret, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic.*

Et quod plus est non inducitur prorogatio iuris- 44
dictionis per solam responsionem extraiudicia-
lem, imo neque per pactum expressum, nisi fiat
coram iudice, *leg. si conuenerit. in* 1. *illius parte, ff.
de iurisd. omn. iudic.* Barbos. *de iudic. lib.* 1. *articul.* 3.
num. 22.

Vltra quod, officiali, seu nuncio referenti Ti- 45
tium se opposuisse, non ita facilè credendum est in
præiudicialibus, Menoch. *de arbitr. Cas.* 112. *n.* 17.
18. *&* 19.

Non obstabat etiam quod Dominus iurisdictio-
nalis, qui cartellum obtinuerat, se nominaret Do-
minum directum vniuersalem totius territorij, qua-
lem per sententiam se nominandum & qualifican-
dum declarari prætendebat. † Quia quæ enunciati- 46
nè proferuntur, non disponunt, & ex illis nulla indu-
citur litispendentia, Anguillòl. *cons.* 73. *num.* 1. *per
text. in l. sed si ante, ff. de except.* Et cum Communi-
tas non esset citata ad illos fines, nulla ex eo oriri
poterat litis præuentio, quæ non inducitur sine ci-
tatione. Bartol. *in l. vbi cœpt. ff. de iudic.*

Similiter iuxta ea quæ superius *illat.* 8. diximus,
ego aliàs consului pro quodam ciue Auenionens.
Contra quemdam debitorem, qui ad instantiam il-
lius erat carceratus in præsenti ciuitate; quod eius
carceratio erat valida non obstante asserta litispen-
dentia, & inhibitionibus obtentis authoritate su-
premæ Curiæ Aquen. coram officiariis Regiis; Quia
† inhibitiones allegatæ, quæ litispendentiam indu- 47
cere, & manus dicti creditoris ligare videbantur,
non fuerant personaliter ipsi intimatæ; sed in per-
sonam eius vxoris: ad quod allegabam *d. decisionem*
Guid. Pap. 445. & Francisc. Merlin. *contron. forens.
centur.* 1. *cap.* 41. vbi allegat Bartol. Bald. & alios de
hac quæstione tractantes *in l. final. per illum text. C.
de indict. vid. toll.* Mynsing. *centur.* 3. *obseru.* 37. quam-
uis Hostiens. Ioan. Andr. & Innoc. *in cap. final. de eo
qui mitt. in posse.* Contrarium sentire videantur, si-
cuti & Bart. *in l.* 1. §. *permittitur, de liber. agnos.* Alci.
de Præsumpt. Reg. 1. *præs.* 35. cum aliis citatis per Ti-
raquell. *de retract. consang.* §. 9. *glos.* 1. *num.* 7. † Immò 48
plus dicit Innoc. *in d. cap. fin.* valere, licet maritus
esset vagabundus, & ipsum etiam maritum ipsamet
vxor citari curaret.

Attamen certum est primam causæ citationem 49
personaliter faciendam esse, si citandus apprehendi
queat, sin autem factis debitis diligentiis, iuxta for-
mam dicti statuti, de quibus constare debet per rela-
tionem in actis, vt per Tusc. *d. verb. citatio, concl.* 248.
& 249.

Infertur 9. Quod si quis citatus fuerit ad locum 50
pestilentem, talis citatio non inducit præuentio-
nem, quod Rip. intelligit si pestis sit magna, secùs si
leuis, *in tract. de pest. tit. de priuileg. iudic. caus. pest.
num.* 19. *vers.* 3. *casus.* citatus enim ad locum peste
infectum non tenetur comparere. Tusc. *littera P.*

conclus.

conclus. 326. Gaill. lib. 1. obseru. 52. num. 11. limitat Alex. in l. 2. §. si quis in iudicio, num. 1. ff. si quis caution. vt non habeat locum quando magistratus adhuc in loco illo ius communiter redderet, & feriæ non essent indictæ causa pestis: Ego existimo satis excusari citatum, si maior pars populi ob pestis timorem recesserit, & ciues non habeant ampliùs commercium cum vicinis. † Durum enim est, & contra ius gentium homines liberos cogere inuitos, vt accedant ad locum peste infectum. Thesaur. iun. lib. 2. qu. forens. q. 30. n. 13. † Neque tenetur hoc casu quis comparere per procuratorem, si causa sit ardua, Bell. iun. cons. 5. num. 130. Præsertim si scripturæ, & probationes intra locum pestiferum reperiantur, vt plerumque contingit, tunc enim quia citatus probabiliter timet vim inferri causæ ob defectum scripturarum, non tenetur comparere per procuratorem, Bellon. d. num. 130.

51 (margin, beside "commercium cum vicinis")

52 (margin, beside "qu. forens.")

53 Sed quid dicendum, si duæ citationes ad eandem diem & horam, vel etiam ad diuersa tempora datæ sint, sed non constet de prioritate executionis ipsarum, quis dicitur hoc casu præuenisse.

54 Respondendum est iuxta casuum diuersitatem. Primus casus est, si vna ex pluribus citationibus fuerit facta in personam, alia vero fuerit facta per diuersas diligentias, nam personalis citatio præualebit ex Bartol. in l. 3. §. prætor ait, n. 2. ff. de damno infect. Idem si vna facta fuerit in personam, alia per affixionem, prima enim hoc est personalis præualet, cum huiusmodi citationes per affixionem non subsistant nisi in casibus de quibus Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 122. Et in Gallia quomodo practicentur, & locum habeant contra notoriè absentes extra monarchiam degentes, tradit Imbert. in praxi gallica, lib. 1. cap. 6. & ibi gloss. litt. A. Iodoc. in praxi rerum ciuil. c. 59. n. 7.

55 Secundus casus est, quando vna citatio maiorem habet conformitatem cum iurisdictione vnius iudicis quam alterius, tunc enim causa pertinebit ad eum iudicem cum cuius iurisdictione maiorem habet conformitatem. Zanger. in tract. de except. par. 2. cap. 3. n. 22. & 23.

56 Tertius casus est, quando reus citatus coram duobus iudicibus, eligit comparere coram vno, & coram ipso fundat iudicium, & tunc causa dicetur præuenta coram eo coram quo reus comparuit, quia si deinde opponatur de contumacia coram alio iudice, replicabit se non potuisse coram duobus comparere, vt tradit Cost. in tract. de fact. scien. centur. 2. distinct. 65. num. 8.

57 Quartus casus, si non constet de prioritate citationis, & iudices sint pares in iurisdictione, maior est difficultas: In primis enim videtur quod est in electione istius citati, vt eligat coram quo velit comparere, vt supra dictum est; sed si non eligat, res videtur forte dirimenda, secundum Socin. in d. cap. proposuisti, quem sequitur Zanger. d. cap. 3. num. 31. qui existimat, nec etiam hoc casu dari reo electionem, nec Cost. loc. citat. d. distinct. 65. num. 8. dat simpliciter electionem reo, sed dicit ipsum teneri declarare, quænam citatio priùs sibi intimata fuerit, si hoc sciat: si vero ignoret quis priùs citauerit, hoc non ita clarè determinat. Ergo cæteris paribus, negotium forte dirimendum esse verius videtur, si reus declarare non possit, vel nolit, quænam citatio priùs executioni demandata sit, iuxta Zanger. & Socin. opinionem, in locis superius citatis. Et ista electio quæ datur citato, habet aliquid similitudinis cū electione, quæ datur debitori præuento in causa cessionis bonorū, de quo in sequēti capite agemus n. 39.

Dixi si iudices sint pares; nam si vnus esset altero maior, huius citatio in dubio præualeret, vt diximus hoc cap. n. 10. & c. 1. n. 13. & 14.

Notandum tamen quod licet vnus iudex concurrens in iurisdictione velit alteri iudici deferre, hoc facere non potest sine consensu partium litigantium, Soc. in d. cap. proposuisti, per textum in cap. pastoralis 14. in princ. De rescript. Argu. cap. super, q. 27. §. cum autem, in fin. de offic. deleg. 58

Infertur 10. Quod si prima citatio facta fuerit contra procuratorem, nulla erit & inualida, & per consequens per illam non inducetur præuentio. Ratio est, quia iudicia non incipiunt à procuratoribus, & semper prima citatio, intimatio, protestatio, nunciatio fieri debet principali, nunquam autem procuratori, nisi in subsidium, absente videlicet principali, & factis debitis diligentiis, iuxta formam statuti, qua de re videatur materiam tractans Gratian. discept. forens. c. 145. per tot. 59

Infertur 11. Quid dicendum de eo qui fuit citatus cum clausula si sua putauerit interesse. Quamuis enim in multis casibus talis citatio admittatur, & valeat, quia talis citatio non facit reum necessarium, nec arctat ad comparendum, & dicitur potiùs monitoria quam arctatoria, ideo non potest inducere præuentionem, & litis pendentiam, Argel. de legit. contrad. qu. 3. num. 92. † Nisi sic citatus compareat, quia per suam comparitionem conualidat, & fundat iudicium & perinde habetur; ac si citatio simpliciter facta fuisset, Lancellot. de attentat. lit. penden. cap. 4. n. 62. 60 61

Infertur 12. Quod per solam memorialis traditionem non censetur præuenta iurisdictio. Rot. decis. 80. n. 2. par. 4. recentior. 62

Infertur 13. Quid dicendum sit de citatione facta contra colonum, vel ad instantiam coloni nomine sui Domini, siquidem verum est, quod quando Dominus est absens, colonus censetur habere tacitum mandatum à Domino in rebus expedientibus rei conductæ, Roman. in l. si filiusfamil. num. 5. ff. de dam. infect. quem citat & sequitur Caroc. de locat. par. 2. quæst. 32. de locat. per procur. num. 51. fol. mihi 414. præsertim quando locatio facta fuit per publicum instrumentum si in eo Dominus posuerit conductorem in locum suum, aut si eum constituit procuratorem, vt dicit Caroc. de locat. par. 6. tit. de nou. oper. nunciat. qu. 11. fol. mihi 1540. quas tamen clausulas vix apponi vidi in nostris locationum instrumentis, vnde citationes & processuras pro vtilitate rei conductæ factas instante colono validas esse, & præuentionem inducere sequitur, si Dominus sit absens à loco. 63

Sed quod attinet ad citationes contra Dominum absentem factas, & colono intimatas, omnésque processuras inde dependentes, non afficere Dominum, nec præuentionem contra illum inducere, veritas est: Cum sententia lata contra colonum, vel alium alieno nomine possidentem, non afficiat Dominum, nec illi præiudicet. Card. Tusc. lit. S. concl. 174. num. 90. non solum in possessorio, Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. vlt. & lib. 3. cap. 17. num. 429. Alex. in l. sæpè, num. 114. ff. de re indic. Sed nec etiam in proprietate & petitorio iudicio, Ruyn. cons. 163. num. 7. vol. 4. 64

Pallit si notificatio & intimatio facta fuisset Domino etiam absenti, & existenti extra territorium, non per viam citationis contra ipsum colonum factæ; sed tanquam in persona ipsius, loco, & vice ipsius Domini, factis priùs aduersus Dominum debitis diligentiis, cum huiusmodi notificatio non fiat,

vt ipse colonus citetur, sed vt ipsi fiat citationis intimatio, quo faciliùs ad Domini notitiam deuenire possit, Ruyn. d. consil. 163. num. 7. vol. 4.

Alia quæ à prædictis conclusionibus dependent, vel à nostro instituto aliena sunt, vel magis in specie inferiùs separatis capitibus, explicabuntur.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

De præuentione in causis cessionis bonorum. Quæ sit differentia inter iudicia vniuersalia, generalia, & particularia. Quæ sit virtus iudicij vniuersalis, vel generalis, ad inducendam præuentionem, aduersus iudicia particularia. Variatio an & quando licita sit à iudicio executiuo ad ordinarium, & è contra, tam ex dispositione iuris quam ex Statuto Auenionensi. Causa Saluiani interdicti contra tertios intentati, vtrum inducat præuentionem, ratione causæ executiuę contra debitorem. aut è contra. Causa cessionis bonorum impedit executionem iam cœptam & præuentam; De præuentione per capturam personæ, vel pignorationem vniuersalem, vel particularem. Quid si pignoratio iam à pluribus annis facta fuerit, & intra quod tempus executio præuentionis effectum operetur. De primo & secundo decreto. De executione pro terminis censuum annuorum maturandis & futuris. De obligato ad curias alienæ monarchiæ, & de executione facta pro collectis absque citatione & intimatione. De Iudiciis vniuersalibus & particularibus. Et de iudicio concursus creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciorum distinctio in vniuersalia, generalia & particularia.*
2 *Iudicium generale, quod dicatur.*
3 *Iudicium particulare, quale sit.*
4 *Quæ sit natura iudicij vniuersalis, & quid in eo veniat.*
5 *Quid veniat in iudicio generali.*
6 *Quomodo libellus concipiatur in iudiciis generalibus vel in vniuersalibus.*
7 *Iudicium vniuersale facit cessare particulare.*
8 *Fallit, si tractetur inter diuersas personas.*
9 *Quando iudex fuit inhibitus pendente inhibitione, cessat præuentio.*
10 *Tertius non impeditur agere pendente iudicio vniuersali inter alios.*
11 *Pendente iudicio petitionis hæreditatis cessant iudicia rerum particularium inter easdem personas.*
12 *Fallit. vt n. 12.*
13 *Vt Iudicium vniuersale faciat cessare particulare, petitio debet esse de tota hæreditate.*
14 *Præuentio inducitur quoad legatarios, si de viribus testamenti disputetur, non ob præuentionem, sed ob præiudicium.*
15 *Actio præiudicialis priùs terminari debet, etiã parte non opponente, si agatur de iudicis præiudicio.*
16 *In iudiciis generalibus locum habet regula, Ne continentia causæ diuidatur.*
Iudicium discussionis bonorum vtrum sit vniuersale, & quid de iudicio cessionis vel separationis bonorum.
Præuentio creditorum non obstat debitori agenti ad cessionem bonorum: sed contrarium præcipitur in statuto Auenionensi.
Iudicium concursus creditorum in quibus casibus non sit iudicium vniuersale.
17 *Præuentio non datur in iudiciis particularibus separatis.*
18 *In executiuis licet variare de remedio ad remedium, de iudice ad iudicem, & de loco ad locum.*
19 *Obligatio cameralis continet in se renunciationem* l. vbi cœptum, ff. de iudic.
20 *A iudicio ordinario ad executiuum non licet variare.*
21 *Fallit, si actor in initio litis, fuerit protestatus sibi saluam esse viam executiuam.*
22 *Non licet variare in executiuis quando iudex decreuit, Interim nihil innouandum esse.*
23 *Quomodo debeat sibi prospicere qui obtinuit executiones, ne per Rei oppositiones, illaqueari se patiatur.*
24 *An confugiens ab ordinario iudicio ad executiuum, vel è contra, debeat reficere expensas.*
25 *Variatio de re ad personam, vel de persona ad rem, vtrum sit licita in executiuis.*
26 *Variatio de persona ad personam fit in executiuis.*
27 *Explicatur mens* statuti Auenionen. de Execut. instrum. lib. 2. rubric. 17. art. 1.
28 *Variatio licita est à via executiua ad ordinariam, & è contra, ex statuto Auenionen.*
29 *Variatio non est licita, si ad certorum bonorum venditionem sub hasta publica fuerit deuentum, quia tunc res non est integra.*
30 *Fallit si bona subhastata non sufficiant pro satisfactione creditoris.*
31 *Si sola facta fuerit pignoratio, licet ad alia bona redire.*
32 *Causa Saluiani interdicti contra tertios, non inducit præuentionem ratione causæ executiuæ contra debitorem inchoatæ, nec è contra.*
33 *Quid iuris si creditor fuisset immissus in possessionem vigore Saluiani interdicti, vtrùm liceat recurrere ad executionem. Quid ex statuto Auenionensi.*
34 *Cessio bonorum petita impedit executionem.*
35 *Exceptio cessionis bonorum potest opponi in executione sententiæ.*
36 *Amplia regulam propositam* num. 34. *siue cessio petatur ante, siue post executionem cœptam.*
37 *Citatio in cessione bonorum contra certos creditores afficit omnes, etiam non citatos.*
38 *Cessio bonorum fieri potest extra iudicium, & per epistolam.*
39 *Explicantur singulariter omnes casus præuentionum in materia cessionis bonorum, iuxta mentem statuti Auenionensis.*
40 *Carceratio debitoris facta Auenioni, an trahat causã executiuam iam cœptam in Comitatu, vel è contra.*
41 *Statutum ordinatorium quod dicatur.*
42 *Præuentio per capturam personæ.*
43 *Præuentio procurata non est considerabilis, &* n. 44.
45 *Concursus creditorum quid operetur dum adest pignoratio, vel captura personæ.*
46 *Causa*

Sanlegerius de Præuent. Iudic. D

46 *Causa concursus generalis afficit omnes creditores.*
47 *Exceptio fori declinatoria non prodest in concursu maioris partis creditorum.*
48 *Clerici tenentur comparere coram Iudice laico in iudicio discussionis generalis.*
49 *Praueniſſe dicitur qui habet pignerationem particularem.*
50 *Fallit vt num. 50. de rigore iuris. Nam ex statuto & consuetudine semper praefertur qui preuenit non obstante concursu creditorum volentium causam apud alium tractari.*
51 *Executio non demandata à iudice cum subscriptione illius non inducit prauentionem in Ciuitate Auenionensi.*
52 *Non inducitur preuentio nisi Nuncius relationem suam fecerit.*
53 *Notario attestanti fuisse factam executionem non creditur.*
54 *Pigneratio à pluribus annis facta, vtrum inducat preuentionem.*
55 *An & qualis possessio transferatur ex primo vel secundo decreto, tam in realibus quam personalibus actionibus.*
56 *Possessio amittitur per negligentiam decennalem.*
57 *Virtus primi decreti exspirat post decennium.*
58 *Quomodo verum sit primum decretum solo biennio durare.*
59 *Quod tempus inter primum & secundum decretum debeat expectari. & num. 60.*
61 *Intra quod tempus executio, prauentionis effectum operari queat.*
62 *Preuentio non inducitur ex capturâ, aut aliâ executione nulliter factâ.*
63 *Executio contra non submissum nec obligatum, aut condemnatum non inducit prauentionem.*
64 *Praeceptum cum clausula iustificatiua non habet vim executionis prauenientis, si pars non fuerit contumax.*
65 *Cessante contumacia, cessat immissio in possessionem.*
66 *Creditores tenentur venire oppositiuè, quando fuit prauentum per pignerationem.*
67 *Executio non potest obtineri pro futuro, quando nihil debetur de praeterito.*
68 *Cartellus seu littera executoria generales possunt etiam obtineri pro debitis maturandis.*
69 *Ius superueniens lite pendente suffragatur, si generaliter, nullâ causâ expressâ, actum fuerit, & num. 72.*
70 *Mandatum generale comprehendit etiam causas & lites futuras.*
71 *Clausula,* sine retardatione, *operatur etiam quoad terminos futuros.*
73 *Executio petita redditur valida, si antequam facta fuerit, terminus solutionis sit maturatus.*
74 *Commissio fieri potest die feriato ad diem non feriatum.*
75 *Index super stylo potest sese etiam extraindicialiter informare, maximè quoad ordinatoria, & sufficit attestatio plurium notariorum.*
76 *Quid operetur submissio facta omnibus curiis.*
77 *Obligatus simpliciter omnibus curijs, intelligitur de competentibus, non autem de carentibus iurisdictione.*
78 *Subditus summi Pontificis potest sese expresse obligare curijs Regiis, & è contra, subditus Regiis, curiis Pontificiis.*
79 *Prorogatio iurisdictionis fit etiam de Monarchia ad Monarchiam in contractibus.*
80 *In loco contractus nemo forum sortitur si ibi non reperiatur.*
81 *Debitor quamuis non personaliter repertus potest conueniri in aliena Monarchia, si in ea bona habeat.*
82 *Pro collectis non potest fieri executio, nisi praeuiâ citatione partis, & intimatione pignerationis antequam bona vendantur.*
83 *Pro collectis summariè proceditur, sed non ex abrupto.*
84 *Absenti quomodo fieri debeat intimatio.*
85 *Proclama quomodo contra absentem in ciuilibus fieri debeat.*

STATVTO Ciuitatis Auenion. sub *Titul. de Cessione & discuss. bonor. lib. 2. rubr. 34. art. 5.* Cauetur in hæc verba. Si debitor bonis cedere volens, antequam declarauerit se velle cedere, & antequam inhiberi fecerit creditoribus suis, fuerit præuentus ab vno vel pluribus creditoribus in diuersis curiis, teneatur cedere in illa curia in qua fuit præuentus per carcerationem, vel arrestum personæ, & Notarius dictæ præuentionis dumtaxat scribat. Et si eadem die in pluribus curiis fuerit præuentus, nec constet de prioritate, fiat in altera ex dictis curiis ad electionem cedere volentis. Quâ electione factâ, procedatur vt suprà. Si autem eadem die in eadem curia, scribentibus diuersis notariis fuerit præuentus, nec constet quis notariorum præuenerit, is solus scribat, quem cedere volens elegerit. Et quod dictum est de pluribus carcerationibus, idem fit de pluribus aliis remediis executiuis.

Pro huius statuti intelligentia, supponendum est iudicia quædam esse vniuersalia, quædam generalia, alia particularia. Vniuersalia sunt in quibus de iure vniuersali agitur, nempè de hæreditate quæ est successio in vniuersum ius quod defunctus tempore mortis habuit, *l. hæreditas, ff. de verb. signif.* Quale est iudicium petitionis hæreditatis, *l. item veniunt, §. final. l. sed & si, §. final. ff. de petit. hered. l. 1. in princ.* & *ibi Gl. verb. de vniuersitate, ff. de rei vindic.* Licet quandoque vocetur iudicium generale, vt *in c. cum Ecclesia 3. & ibi Glos. de caus. poss. & propr.* Quia hoc est ex impropríetate sermonis. Vt videre est ibi *in gl. in ver. Quidquid iuris. Et in verb. Id venire in indicium.* 1

Iudicium generale est, in quo non de hæreditate; sed de quadam rerum generalitate agitur, vt actio tutelæ, pro socio, negotiorum gestorum. 2

Iudicium denique particulare dicitur illud, in quo de re certa agitur, vt Rei vendicatio, licet & in hoc veniant fructus, *l. Paulus, ff. de re iudic.* Ita distinguit Marant. *in speculo. par. 4. dist. 4. n. 1.* Gall. *lib. 1. obseru. 68. n. 8.* 3

In iudicio vniuersali, quamuis agatur ad certam speciem, tamen quia modus agendi & titulus actionis est vniuersalis, nihilominus venit in hoc iudicio totum id quod reus tempore sententiæ reperitur possidere, *l. 4. d. l. item veniunt. §. si quis, & l. si quo tempore, ff. de petit. hæred.* ✝ Sed in iudicio generali nihil venit nisi id quod actum fuit, adeo vt si ad certam speciem actum fuerit, illa sola species veniat in sententia & condemnatione: *l. iudicium, ff. commun. diuidun.* 4 5

In vniuersali, libellus vniuersaliter concipitur, & sententia vniuersaliter fertur, nec cogitur actor res in specie exprimere, licet id facere possit, *l. non possumus, 7. ff. si pars heredit. petatur.* In generali, res generaliter exprimuntur, & libellus generaliter concipitur, sed lite contestata, res specialiter exprimuntur, 6

tur, *l. licet*, 2. *Cod. de Iudic. cap. Abbate*, 3. *de re iudic. in* 6. vbi habetur, petitionem generalem regulari per prosecutionem specialem postea lite pendente subsecutam.

7 Iudicium vniuersale inchoatum, an ita inducat præuentionem, vt cessare faciat particulare, dubitari potest, Regula affirmatiuè proponenda est, nempe quod pendente iudicio vniuersali, silere debet particulare: *l. non distinguemus*, §. *si is faciat*, & *ibi* Gloss. Odofr. Alberic. Bartol. *ff. de Arbitr. l. si quis libertatem*, & *ibi* Dd. *ff. de petit. hered.* Osasc. *dec.* 74. *per tot.* Guid. Pap. *decis.* 428. Ratio est ne contingat bis idem ventilari, & ad euitandam perplexitatem, Burat. *decis.* 257. *n.* 2. Marta *consil.* 196. *n.* 1. & 2. vbi hoc ampliat siue iudicium vniuersale fuerit priùs, siue posteriùs intentatum.

8 Quod est verum si iudicium particulare tractetur inter easdem personas, inter quas pendet vniuersale, secùs est si inter diuersas personas, hoc enim casu procedit text. in *l. final. Cod. de petit. hered.* nempe quando iudicium particulare mouetur à tertio, pendente vniuersali super hæreditate inter duos; vel si alter ex iis, inter quos pendet iudicium vniuersale, ageret contra tertium, Bartol. *in d. l. non distinguemus* §. *si is faciat.* Rot. apud Burat. *ead. dec.* 257. *num.* 2. Vnde si quæratur vtrum pendente iudicio petitionis hæreditatis, hæres possit conuenire debitores hæreditarios, vel si inter duos dominos esset contentio de iurisdictione alicuiùs castri, vel inter duos Prælatos de Rectoria alicuius Ecclesiæ, concludendum est non ideo cessare, nec dici præuenta iudicia particularia, nec impediri possessorem agere contra debitores hæreditatis, vel possessores bonorum ipsius, † dummodo iudex iudicij particularis non fuerit inhibitus, quia possessor hæreditatis, vel alterius iuris similis lite pendente manutenendus est, nisi illi interdicta fuerit administratio, vel possessio sequestrata, *ita* Lancell. *de attent. lit. pend. c.* 4. *limit.* 26.

9

10 Similiter non impeditur tertius agere pendente iudicio vniuersali, si rem petat ex alio titulo particulari, veluti si quis dicat prædium ad se pertinere titulo emptionis, & sic non esse hæreditarium, Rebuff. *in tract. de except. num.* 588. Eodem modo legatarij possiint agere pro consequendis legatis suis pendente iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, cum hoc iudicium sit separatum, nec quoad hoc fuerit inducta aliqua præuentio, *d. l. fin. C. de petit. hared.* Rebuff. *ibid. n.* 589. formam autem agendi hoc casu tradit Cald. *de renou. emphyt. lib.* 1. *qu.* 7. *n.* 9. ad quem me remitto.

11 Sed si inter duos contendatur de hæreditate, cessant inter ipsos iudicia particularia, & non potest lite pendente super iure vniuersali, agi inter ipsos ad res particulares, Bart. *in l. si quis libertatem*, *n.* 12. *ff. de petit. hared.* vt supra dictum est.

12 Quod ego limitarem vt supra, nisi ageretur titulo particulari, veluti emptionis, aut alio simili, tunc enim posset agi iudicio separato, quia supponeretur rem non esse hæreditariam, vt iam ostensum fuit.

13 Notandum tamen est quod ad hoc vt iudicium vniuersale faciat cessare particulare, petitio debet esse super tota hæreditate, & proposita ab eo qui totam hæreditatem prætendit, vt decisum testatur Add. ad Burat. *decis.* 257. *n.* 10. *lit. B.*

14 Prædicta omnia intelligenda sunt, vt locum habeant, & non inducant præuentio in præiudicium tertij, quando decisio iudicij particularis non dependet à decisione iudicij vniuersalis: aliud dicendum esset si iudicium vniuersale præiudicium afferret iudicio particulari, veluti si legatarij peterent, & reuocata esset in dubium & in iudicium deducta validitas testamenti, hoc enim casu, causa validitatis, vel inualiditatis testamenti priùs esset decidenda vti præiudicialis, per text. *in d. leg. si quis libertatem* 7. *de petit. hared.* Sed hoc non fit ex eo quod iudicium illud sit vniuersale, sed potiùs ex eo quod sit præiudiciale, vt per Cæual. *practic. q.* 818. *n.* 10. & *sequent.*

Et hoc locum habet, etiam parte non opponente, 15 ob interesse ipsius iudicis, ne motum animi sui in negotio principali requisitum manifestare cogatur in incidenti, Gratian. *discept. for. cap.* 394. *numero* 3. & 4. Quæ ratio petita ex iudicis interesse non militat in reconuentione de qua infra *cap.* 15. *num.* 21.

Et ex prædictis apparet, quando iudex vel notatius causæ vniuersalis dicatur præuenisse, ne alij procedant in iudiciis particularibus.

Quod autem de iudiciis vniuersalibus dictum 16 fuit, idem & de iudiciis generalibus statuendum est, & ideo si tutelæ, vel negotiorum gestorum iudicium, quod generale est, fuerit institutum, non potest articulus particularis causæ huiusmodi separatim tractari, ne continentia causæ diuidatur: Ias. *in l. nulli, num.* 3. *Cod. de iudic.* post gloss. *in ead. leg.* Menoch. *de Arbitrar. Cas.* 371. *num.* 10. Galerat. *de Renunciat. centur.* 2. *c.* 146. *num.* 3. *vers. tertio.* Et ideo si in similibus iudiciis Clericus simul cum laico citetur, tota causa ad iudicem Ecclesiasticum pertinebit, ne continentia illius diuidatur, Gratian. *discept. for. cap.* 641. *num.* 10. Sed de his copiosiùs agemus infrà *cap.* 13. & 15. Idem probat Gratian. *discept. forens. cap.* 394. *num.* 14.

Sed quæret aliquis vtrum iudicium generalis discussionis, seu cessionis bonorum & concursus creditorum sit iudicium vniuersale? Respondeo quod licet iudicium super concursu creditorum ex se non sit vniuersale, cum fieri possit concursus super certis bonis particularibus, tamen iudicium cessionis bonorum, vel separationis bonorum, dici potest iudicium vniuersale, cum nomen illud *bonorum*, contineat tam mobilia quàm immobilia, necnon etiam iura & actiones. Quia de iure, iudicium dicitur vniuersale, quando tam corporalia quàm incorporalia bona sub vno nomine *bonorum* continentur: Bald. *in cap. conquerente, n.* 5. *de offic. Ordin.* vbi propterea dicit quod iudicium fundatum in petitione iurisdictionis, dicitur vniuersale; sic iudicium super petitione Legitimæ dicitur vniuersale: Tusch. *lit. L. conclus.* 204. *n.* 1. post Bald. *consil.* 371. *vol.* 3. Idem iudicium super petitione dotis, est similiter vniuersale, Barbos. *in rubr. ff. sol. matrim. p.* 3. *num.* 7. & *seq.* proùt copiosiùs explicat & probat Salgad. *in labyrin. creditor. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 1. & *multis seqq.* qui propterea concludit *num.* 4. quod iudicium istud vniuersale trahit ad se omnia particularia, per text. *in leg. per minorem*, & *in leg. solemnus*, *ff. de iudic.* Guid. Pap. *quæst.* 428. Fr. Marc. *decis.* 549. *num.* 12. *part.* 1.

Sed tamen secundum dispositionem iuris communis, quando debitor communis intentat iudicium discussionis, quamuis præuentus fuerit à creditoribus in particulari, potest eligere vnum ex pluribus Iudicibus competentibus, coram quo causam cessionis bonorum per eum generaliter intentatæ prosequatur, vt dicit Salgad. *dict. part.* 1. *capite* 4. *numero* 3. ea ratione, quia iudicium istud est nouum & distinctum pleoque diuersum ab eo quod iam

iam deductum est per creditores; & cum sit Iudicium indiuiduum, non debet tractari coram pluribus Iudicibus ne continentia causæ diuidatur: quod tamen apud Nos non obseruatur vigore dicti statuti, sed debitor præuentus debet cedere bonis in illa Curia, in qua fuit præuentus.

Quod si concursus fuerit introductus ab ipsis creditoribus, quorum aliqui formant oppositionem aduersus alios prætendentes se potiores, neque tractatur de generali omnium bonorum debitoris discussione, tale iudicium est particulare, & caret priuilegiis & effectibus iudicij vniuersitatis ab ipso debitore intentati: & ideo quælibet causa debet marte suo currere, ita tamen vt dum deuenietur ad discussionem generalem, non fiat sententiæ executio nec exactio summarum debitarum, sed ea remittenda sit ad iudicium vniuersale concursus, & Index ille qui præuenit, & priùs cœpit cognoscere, debet causam generalem seu vniuersalem concursus decidere, vt probat Salgado *dicta part.* 1. *cap.* 4. *num.* 37. Et quod de pluribus Iudicibus dictum est, idem statuendum est de pluribus Notariis, siue eiusdem, siue diuersorum tribunalium, quia iisdem regulis regitur, & terminatur controuersia remissionis de Notario ad Notarium, quibus remissio de Iudice ad Iudicem, ne diuersi sint Iudices & Notarij: vt idem Author probat *dicto c.* 4. *à n.* 38. *ad* 42.

Sed quid dicendum, si vnus ex creditoribus suam causam separatim prosequutus fuerit, & sententiam obtinuerit, creditores autem iudicium discussionis generalis prosequentes nihil de isto creditore dixerint, vtrum illa sententia interim executioni demandari debeat, saltem præstita fideiussione de restituendo in casum futuræ succumbentiæ? Respondetur non esse locum executioni, donec iudicium concursus vniuersalis fuerit terminatum, vt euitentur confusiones & inuolutiones litium, vt copiosè probat Salgado *in labyr. credit. dicta part.* 1. *cap.* 4. *§.* 2. *per tot. à num.* 54. *ad* 69.

17 In particularibus, cum sint separata iudicia, non potest cadere præuentio. *leg. Papinianus exul. ff. de minor.* Et hoc indubitatum est, intelligendo tamen vt non cadat præuentionis cõsideratio inter diuersa & separata iudicia particularia, licet in vno solo iudicio detur præuẽtio quoad alios iudices vel notarios, sed non quoad alia iudicia particularia separata.

18 Secundò supponendum est quod in executiuis licita est variatio de remedio ad remedium, de iudice ad iudicem, & de loco ad locum, vt optime explicat Trentacinq. *lib.* 2. *var. resolut. tit. de Iudic. c.* 10. *per tot.* maximè *n.* 2. Galerat. *de Renunciat. centur.* 2. *c.* 145. *n.* 5. *&* 6. vbi dicit quod si debitor diuersis in locis possideat immobilia, & creditor egerit in vno loco, poterit nihilominus in alio loco agere, & coram alio iudice, non obstante dispositione *leg. vbi cœptum, ff. de iudic.* Lancell. *de attent. lit. pend. c.* 4.

19 *limit.* 15. *n.* 4. † Cum obligatio cameralis contineat in se renunciationem *dictæ l. vbi cœptum*, & remedio attentatorum, vt dicitur *ibid. n.* 8. Galesf. apud Zach. *de instrum. Camer. q.* 11. *n.* 2. *&* 3. Cyriac. post alios per eum citatos, Contron. *for.* 318. *n.* 43.

20 Quod intelligendum est si iudicium fuerit inchoatum viâ executiuâ: nam si fuerit actum viâ ordinariâ, non admittitur variatio à iudicio ordinario ad executiuum, itavt quando semel actor intentauit iudicium ordinarium, non possit redire ad executiuum, vt inter cæteros notat Cancer. *lib.* 1. *var. res. c.* 17. *n.* 42. *& lib.* 2. *c.* 3. *n.* 124. Burat. *decis.* 651. *num.* 7. Mauson. *de Execut. lib.* 1. *ampliat.* 19. *n.* 9. Giurb. *dec.* 100. *n.* 16. Rot. *decis.* 4. *num.* 3. *p.* 3. *Recentior.*

Limitandum tamen, nisi actor in initio iudicij ordinarij protestatus fuisset, quod sibi salua remaneret via executiua, vel nisi reus fuisset contumax in iudicio ordinario, vt notauit Cancet. *d. cap.* 17. *num.* 44. 45. 46. *& sequent.* 21

Prædicta autem variatio in executiuis intelligenda est, vt locum habeat, nisi coram vno iudice reus, qui passus fuit executionem, se opposuisset, & ad oppositionem admissus fuisset cum decreto *de nihil interim innouando*: hoc enim casu propter inhibitionem non potest actor variare, vt in simili tradit Lancel. *de attent. c.* 4. *limit.* 15. *n.* 6. *& limit.* 2. *n.* 103. Et generale est, vt in casibus in quibus potest ad vlteriora procedi & executio fieri, tamen si fuerit inhibitum, omnia gesta post inhibitionem sunt nulla & inualida, vt de inhibitione iudicis ad quem, quæ impedit executionem sententiæ latæ in causa possessoria, tradit Scacc. *de appellat. c.* 2. *qu.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *n.* 102. & de inhibitione concessa vigore appellationis ab interlocutoria, tradit idem Sccac. *d. c.* 2. *q.* 17. *limit.* 47. *memb.* 2. *n.* 27. † Et ideo cauendum est, vt quando debitor admittitur ad oppositionem cum clausula: *Et interim nihil noui*, non apponatur decretum de nihil innouando tam quoad personam quam quoad bona, si enim diceretur nihil innouari quoad personam & bona, tolleretur facultas creditori variandi propter vim dictarum inhibitionum, ex supradictis. 22 23

Similiter inspicienda est forma oppositionis, & inhibitionis, seu decreti de nihil innouando, si enim oppositio Tertij & inhibitio respiciat pignorationem rei particularis, ea non obstante procedi potest ad aliam executionem & pignorationem, per text. *in d. l. à diuo Pio* 15. *§. si super rebus, versic. Sed & illud, ff. de re iudic.* & infra dicemus.

Sed si oppositio fuerit generaliter facta per ipsum debitorem, qui fuerit admissus ad dicendum contra instrumentum vel illius executionem, hoc casu quia potest opponere exceptiones vulnerantes instrumentum, talis oppositio impedit vlteriores executiones etiam in aliis bonis eiusdem debitoris, cum effectus oppositionis, inhibitionis, & litispendentiæ regulari debeat iuxta suam causam, & generaliter vel limitatè operari debeat, prout generaliter, vel limitate concessa fuit, Lancel. *de atten. c.* 4. *lim.* 2. *per tot. & c.* 20. *de attent. post inhibit. limit.* 5.

Præterea aduertendum est quod inchoato iudicio executiuo potest recurri ad iudicium ordinarium nulla facta refusione expensarum: ab ordinario verò ad executiuum recurri non potest de iure communi, (quid enim ex statut. Auenion. dicendum, infra videbitur) nisi refusis omnibus expensis in primis & ante omnia, factâque renunciatione instantiæ, iuxta ea quæ tradit Cancer. *d. c.* 17. *n.* 47. *&* 48. & sub declarationibus per nos superiùs deductis, in *cap.* 6. *de Renunciat.* Sed à iudicio executiuo redire licet ad ordinarium, nullia refusis expensis, ex Caualc. *de vsufr. mul. relict. num.* 208. Mart. *de Clauf. p.* 1. *cap.* 65. *n.* 19. Cancer. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 15. *num.* 178. Lancellot. *d. cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 84. *& limit.* 30. *n.* 6. Vnde si actor egerit executiuè, & non sit fundatus in modo agendi, Iudex ad euitandum circuitum potest vigore clausularum salutarium *omni meliori modo*, &c. *Ius & iustitiam*, &c. conuertere iudicium executiuum in ordinarium, & condemnare super meritis condemnandum, & absoluere absoluendum, absque aliqua expensarum refectione, Caualc. *decis.* 35. *n.* 5. *p.* 1. Mart. *d. num.* 19. 24

Sicut autem regulariter in executiuis licita est variatio de remedio ad remedium, & de iudice ad iudi- 25

Iudicem, & de re ad personam, aut de persona ad rem,& sic si creditor curauerit suum debitorem carcerari, potest non obstante litispendentia super carceratione,aut illius validitate,executiones facere cōtra bona, & è contra,factā executione contra bona potest agere executiuè contra personam:Cancer. *d. cap.17.num.49.part.1.* Bartol.*in l.consentaneum.n.17. Cod. Quomod.& quand.iud.* Negu.*de Pign.3.membr. 8.part.num.27.vers.postremo.* Et hoc est quod voluit Statut. Aueniōn. *lib.2. Rubr.17. de execut. instrum. artic.1.in fin.* his verbis. *Et electa vna via executiua non fiat alteri praeiudicium; sed simul intentari,& cumulari possint.*

26 Similiter licita est variatio in executiuis de persona ad personam, & ideo executio facta contra principalem, non impedit quin agatur contra fideiussorem,& è contra, Herin.*in tract.de Fideiuss.c.20. §.35.* Cost.*de re integra.distinct.56.n.1.& de subsid. remed.25.n.8.& 9.*

27 Sed tamen circa interpretationem praefati statuti in *1.part. d. artic.1.lib.2. Rubric.17.* non leue dubium exoritur: nam dicitur ibi omnia instrumenta liquida mandari debere executioni,etiā non probatis mediis necessariis ad obtentionem dictae executionis, dummodò dicta media probentur intra octo dies:& haec est 1.pars articuli.In secunda parte dicitur,quod elapsis octo diebus, si media non fuerint probata,relaxabitur executus, appellatione & inhibitione non obstantibus, quamuis causa dictorum instrumentorum fuerit per viam ordinariam inchoata. Vnde oritur dubium vtrum haec vltima verba, *Quamuis causa &c.* referenda sint ad primam partem,itavt hic sit sensus;Vt instrumenta mandentur executioni, quamuis causa fuisset per viam ordinariam inchoata: an verò referri debeant ad posteriorem partem, itavt hic sit sensus; Quod reus, non probatis per actorem mediis, relaxetur, quamuis causa dictorum instrumentorum fuisset per viam ordinariam inchoata.

Videtur dicendum clausulam illam *quamuis causa &c.* referendam esse ad posteriorem partem, cùm verba referri debeant ad proximiora,& sic ad personam illius qui passus fuit executionem.

Sed tamen verissimum est dictam clausulam referri non posse nisi ad primam articuli partem, & sic iudicem debere decernere executionem instrumentorum,quamuis causa ipsorum fuisset per viam ordinariam inchoata:quia si illa Clausula referretur ad posteriorem partem,contineret contradictionem, supponeret siquidem causam fuisse inchoatam per viam ordinariam,& nihilominùs mandare executum relaxandum esse:quod tamen fieri non posset, si iudicium fuisset inchoatum via ordinaria,cum priuatio praesupponat habitum, & relaxatio praesupponat executionem: & sic illa verba non possunt referri ad posteriorem partem, ergo referenda sunt ad priorem, ita vt licèt actum fuerit iudicio ordinario, iudex tamen possit pronunciare sententiam in iudicio executiuo, absque expensarum refusione iuxta tradita per Caualc.& alios,*in locis sup.citatis.*

Ad quod etiam cooperantur verba illa statuti *dictorum instrumentorum*, quae referuntur ad clausulam priorem,in qua de instrumentis facta fuerat mentio, cùm dictiones illae sint repetitiuae omnium praecedentium.

28 Vnde patet quod vigore statuti Auenionen,licita est variatio à via ordinaria ad executiuam,& ab executiua ad ordinariam.

29 Tertiò supponendum est, quod *l. vbi coeptum. ff. de iudic.* quamuis regulariter locum non habeat in executiuis, tamen si executio fuerit inchoata coram vno iudice & super certis bonis,dictaque bona fuerint posita sub hastā,& plus offerenti liberata, tunc res desinit esse integra, & non potest creditor redire ad alia bona, *leg. à diuo Pio. 15. §. in venditione,& §.si pignora.ff.de re iudic.* † Nisi forte bona de 30
pignore capta & distracta, non essent sufficientia, tunc enim pro rata deficiente possunt alia pignora capi:aut adesset concursus creditorum, vel aliorum se opponentium aduersus executionem factam super talibus bonis,tunc enim licitum est nouas facere executiones super aliis bonis, & pignorationem ampliare,ex traditis per Thesaur.iun.*lib.1.q.foren.7. per tot.* qui tamen notat † quod si sola facta fuerit 31
pignoratio, facilè ex leui causa licet ad alia bona redire,vt tradit *ibid.n.6.in fin.*& dictam Thesauri sententiam sequitur Cost. *de Ration.rata,q.118.n.1.& sequene.*

Vnde cum quidam creditor egisset executiuè 32
contra bona soceri sui scribente vno notario, sed postea videns adesse oppositiones anteriorum creditorum,super bonis de pignore captis, intentasset iudicium Saluiani interdicti contra tertios possessores bonorum eiusdem soceri alio scribente notario, ego alias iudicaui quod quaelibet causa debebat currere marte suo,& causa Saluiani tractanda erat scribente posteriori notario. Ratio est quia sunt diuersae causae, & diuersa iudicia, vnum videlicet executiuum,& aliud ordinarium, & mea sententia fuit confirmata & executioni demandata.

Imò & è contrario,intentato iudicio Saluiani interdicti, potest creditor vti viribus suarum obligationum contra alia bona debitoris, he ex fructibus bonorum iuxta naturam Saluiani cogatur minutam capere solutionem: † idque etiamsi creditor 33
obtinuisset sententiam in Saluiano, & in vim illius fuisset effectualiter missus in possessionem, si interdictum Saluianum fuerit contra debitorem aut eius haeredem intentatum,quia hoc casu non dicitur creditor variare, sed accumulare: secùs si contra tertium possessorem actum fuisset, tunc enim factā semel executione non liceret variare, quia latā sententiā in iudicio ordinario,quale est iudicium Saluiani contra tertium,& facta executione, non licet ad alia bona redire,vt plenè explicat Rot.*in Romana dotis,* coram Peruano, *dec.161.die 6.Decemb.1632. part.6. Recentior.* Quia hoc casu ius est quaesitum debitori per actionem ordinariam intentatam, Rot. *ibid.num.9.*& diximus *sup.num.20.* Sed tamen crederem stante statuto Auenionensi etiam hoc casu licitam esse variationem à remedio ordinario ad executiuum,ex traditis supra *n.27.*

His ita praesuppositis, sequentes conclusiones pro huius articuli explicatione fieri possunt.

Prima Conclusio. Imploratio remedij cessionis 34
bonorum impedit executionem publici instrumenti, siue executio praecedat cessionem, siue subsequatur.

Haec conclusio est contra *decis.18.Capellae Tholos.* quam sequitur Lancel.*de attent.lit.pend.cap.4.limit. 2.num.15.& 16.*

Probatur autem conclusio, quia exceptio cessio- 35
nis bonorum potest opponi etiam in executione sententiae ad illam retardandam: cum per cessionem bonorum non tollatur ciuilis nec naturalis obligatio, sed illius effectus & executio differatur, donec cedens satisfacere valeat, Caroc. *de except.cap.141.* Graff. *de except.cap.17.num.1.& 5.* vbi fortiùs dicit hoc procedere,etiamsi statutum reiiceret omnes exceptiones, cuius contrarium voluisse videtur Brun.

36 *in tract. de cess. bon. in* 12. *q. princip.* † Qui tamen existimat per exceptionem cessionis, retardari vel impediri executionem, siue cœpta fuerit ante cessionem, siue post ipsam petita.

37 Quod multo magis locum habet, si iam debitor reperiatur actualem fecisse cessionem aduersus alios creditores, cum in facienda cessione bonorum, non sit opus vt citentur omnes, sed sufficiat illos citare, qui sunt in lite tempore cessionis, Petr. Iacob. *in prax. tit. de cess. bon. q. 9. princip. n.* 3. Luc. Math. *tract. de Cess. bon. tit.* 3. *n.* 7.

38 Immo & cessio bonorum fieri potest extra iudicium & per epistolam *l. fi. ff. de Cess. bon.* Et sufficit sola professio & declaratio debitoris quod vult cedere bonis absque alia solemnitate, *l. in omni. Cod. qui bon. ced. poss.* Petr. Iacob. *vbi sup. in 2. notab. in princip.* Nicol. à Ian. *in tract. de scripr. priuat. lib. 3. quæst. 35. num.* 3.

36 Secunda Conclusio. Ex dispositiooe dicti statuti Auenion. sequentia resultant.

Primò, quod si debitor cessionem facere velit, antequam ab alio ex suis crediroribus fuerit præuentus, habet electiooem notarij qui scribat in causa.

2. Quod si creditores fecerint executiones ante imploratum à debitore cessionis beneficium, cessio debet fieri io illa curia, & scribente notario carcerationis, vel arresti personæ debitoris, si fuerit præuentum per carcerationem, aut arrestationem persooæ debitoris.

3. Quod si non constet de prioritate carcerationis, debitor potest eligere vnum ex duobus iudicibus, & per consequens scribet ootarius tribunalis per ipsum debitorem eligendi, qui scripsit in causa carcerationis.

4. Quod si eâdem die, & in eâdem curiâ scribentibus duobus Notariis fuerit facta carceratio, nec constet qois ex duobus præuenerit, scribet is quem bonis cedere volens eliget.

5. Quod si debitor carceratus, aut arrestatus oon fuerit, sed factæ contra ipsum aliæ executiones, scribere debet notarius, quo scribente, facta fuit prior execotio, ita vt semper attendatur prioritas executionis, siue cootra personam siue cootra bona.

Circa cuius statuti interpretationem & praxim, variæ quæstiones, & dubia oriri possunt.

40 Primò, quid iuris, si vnus fuerit carceratus Auenio oi, vtrum talis præuentio trahat causam cessionis intentatam in Comitatu Venaissino; Idemque si per aliud genus executionis fuerit præueotus?

In hac quæstione ego aliàs respondi affirmatiuè, nempè quod statutum Auenionis obseruari debet, & causa cessionis, & discussionis booorum tractari io curia Auenionen. vbi debitor fuit carceratus, aut præuentus per aliam executionem, quia statutum huiusmodi oon respicit decisoria; sed ordioaria iu-
41 dicij, ideo attendi debet, † semper enim dicitur statutum ordinatorium, quod non permit totam litem, sed solum respicit modum procedendi, Marchesan. *de Commiss. nullit. sanator. p. 3. c. 5. num. 63. fol. 169. & decis. 2. n. 2. p. 2. §. 2. fol.* 2.

42 Sed est notandum, quod licet aliàs præuentio realis nempè per capturam personæ, præualere debeat executioni factæ contra bona, ex traditis per Hippol. de Marsil. *in repetit. l. final. ff. de iurisd. omn.*
43 *iudic. n. 202. & 203. inter Repeten. vol. 1. fol.* 355. † Maximè si carceratio non fuerit procurata ab ipso debitore; sed eo inuito facta, ex traditis per Boss. *in practic. crimin. in tit. de for. compet. num.* 98. Tamen hæc ratio non fuit admissa, quia quicunque præuenerit etiam per pignorationem, debet scribere io causa discussionis, ex *Statuto lib. 1. rub. 34. art.* 5. Et ita obseruatur, vt accepi à Viris practicis fide dignis.

Et eodem modo si Notarius aliquis, vel Iudex Comitatus Venaissini processerit ad capturam, vel arrestum personæ debitoris, aut præuenerit per aliam executionem; Cessio bonorum & discussio fieri debebit in illâ curiâ Comitatus, in qua prior executio facta fuit, non tamen per debitorem affectata, aut procurata; vt quod pro se iudices, vel notarij Auenionenses obseruari cupiunt, etiam contra se ipsos fieri patiantur: *l. 1. ff. Quod quisq. iur.* idque siue agatur de carceratione, siue de aliis remediis executiuis, iuxta dictum statutum. Licet, vt audio, hoc non
beoe obseruetur in Comitatu. Dixi † *non tamen procurata nec affectata.* Quia præuentioné procuratam 44
vel affectatam non suffragari certum est, ex Boss. *in prax. tit. de for. comp. d. n.* 98. Cancer. *lib. 2. var. resol. cap. 2. num. 229. in nouis.* Mascard. *de probat. conclus.* 1232. *num. 20. &* Boër. *decis.* 161. *num.* 4. Vbi de eo qui cum sciret aduersarium esse in itinere, vt iudicem adiret, impetrauit prouisionem ab àlio iudice vt ipsum impediret, aliàs licitum esset debitori deludere Curiam præuenientem, sese in carceribus constituendo, vel carcerationem procurando, quod fieri non debet.

Secundò quæritur quid iuris si vnus iudex, vel 45
notarius præuenerit per pignorationem generalem bonorum debitoris, postea superueniat carceratio eiusdem in alio tribunali, vtrum vigore statuti prædicti, ille qui prænenit in capturâ debeat præferri. Respondetur, quod licet aliàs videretur dicendum illum ootarium, qui habet concursum maioris partis creditorum esse præfereodum: Quia maior pars creditorum in numero, & cumulo semper præualet, & præiudicat minori, Aloys. de Leo *in l. cum solito*
num. 10. Cod. qui bon. ced. poss. † Et vnica causa coo- 46
cursus generalis omnes afficit, sicut vnicum inuentarium omnibus sufficit, Brun. *de Cess. bon. q. 9. pr. n.* 6.
† Et declinatoria fori non potest opponi, quando 47
maior pars consentit in iurisdictionem: Mastril. *de-*
cis. 79. n. 4. versic. item in citatione, † adeo vt etiam 48
Clerici, non obstante fori priuilegio, teneantur comparere in iudicio generalis discussionis bonorum communis debitoris, Vrsill. *ad Afflict. decis. 380. n.* 7. Mastril. *decis. 79. post num.* 4. Ceual. *de cognit. per viam violen. q.* 72. Et hoc ne continentia causæ diuidatur, & per alia iura ibid. allegata. Tamen attentà dispositione statuti contrarium obseruatur, & ille qui præuenit per aliquam executionem omoibus aliis præferendus est in illa causa. Et talis est obseruantia in his Curiis nostris.

Tertio quæritur, si vnus præuenit per pignora- 49
tiooem particularem, alius vero vniuersalem habeat, quis præferendus sit? Respondetur ex mente statuti præferendum esse eum qui præuenit per pignorationem particularem, quia iodistinctè Statutum præfert eum qui prænenit per carcerationem, vel per aliud genus executionis: vbi autem lex noo distinguit, nec nos distinguere debemus: *l. de pretio 10. ff. publician. in rem act.*

Sed tamen si notarius, vel iudex, qui processit 50
ad pignoratiooem generalem aduersus alium, qui præuenit per particularem, haberet concursum, & oppositionem maioris partis creditorum in numero, & cumulo, qui apud eius acta fecissent fidem de iuribus suis, adhuc crederem per rationem supra deductam in *hoc cap. numer.* 45. illum præferendum esse propter concursum tot creditorum, de rigore iuris

iuris. Sed tamen consuetudo est in contrarium vt scilicet qui præuenit per pignorationem particularem, præferatur non obstante concursu creditorum, idque ex mente statuti elici dicitur, ideo seruanda consuetudo.

51 Quarto quæritur quid iuris, si non constet de præcedenti executione, nisi per attestationem ipsius notarij, vtrum hoc sufficiat ad inducendam præuentionem? Respondendum est hoc non sufficere, quia debet constare de mandato iudicis, & de eius subscriptione, iuxta formam regulamenti Eminentissim. bon. mem. Cardinalis de Aquauiua tunc Le-
52 gati, inserti post volumen statutorum *artic.* 7. † Debet etiam constare de relatione nuncij, cum non credatur notario attestanti factam fuisse execu-
53 tionem, Rot. apud Cens. *decis.* 84. *num.* 3. † Quia tunc notarius attestatur de actu quem ipse non gessit, & de quo rogatus non fuit, Crauet. *conf.* 273. *num.* 6. Bald. *in l. vlt. n.* 17. *Cod. de re iudic.* & in simili Gall. *lib.* 1. *obseru.* 74. *num.* 21. vbi asserit si non constet de nuncij relatione apud acta, non dici interruptam præscriptionem.

54 Quinto quæritur quid statuendum sit, si vnus præuenerit per pignorationem, sed plures anni intercesserint à tempore talis pignorationis, vtrum ex tali pignoratione inducatur præuentio causæ discussionis vel cessionis bonorum? Respondetur quod quando debitor suo creditori satisfacere recusat, aut differt, creditor mittitur in possessionem bonorum
55 sui debitoris ex primo decreto, † ex quo licet in realibus possessio transferatur, tamen in personalibus actionibus, vt quando agitur vigore rei iudicatæ, vel instrumenti habentis executionem paratam, non transfertur ex primo decreto possessio in creditorē, sed sola custodia aut possessio tædialis, ad hoc vt debitor pignoratus veniat & soluat, Neguſ. *de pignor. in* 2. *memb.* 3. *par. n.* 6. Menoch. *remed.* 3. *retin. possess. num.* 225. *& sequent.* Sed crescente debitoris contumacià, decernitur secundum decretum, & bona debitoris effectualiter adiudicantur, & possessio aufertur à debitore, DD. *in l. si finita*, §. *Iulianus ff. de dam. infect.* & maximè Bartol. *num.* 23. *&* 41. Sim. Vincent. *in tract. de miss. in possess. num.* 14. Odofred. *in tract. de primo & 2. decret. num.* 4. *&* 5. Iacob. de Belloui ſ. *&* Guid. de Suzar. *in eod. tract. num.* 19. *&* 20. Guid. Pap. *in eod. tract. num.* 16. *&* 17. Mangil. *de subhast. q.* 6. Peregr. *conf.* 38. *n.* 6. *lib.* 4.

56 Hoc ita supposito fundamento, certum est in primis per lapsum decennij omnem possessionem amitti ob tanti temporis negligentiam, Menoch. *remed.* 7. *recuper. poss. num.* 15. Et ita si post pignorationem cæptam fuerit per decennium, omnem possessionem, & ius præuentionis per consequens amitti. Castrens. *in d. l. si finita.* §. *cum tamen. ff. de dam. infect. num.* 1. vbi dicit, quod si creditor tenutam obtinuerit, & eam executioni demandare neglexerit post biennium indiget nouo decreto: sed si immissio facta fuerit ex primo decreto, creditor potest quandocumque obtinere secundum decre-
57 tum, infra tamen decennium. † Et sic patet, quod virtus primi decreti expirat spatio decem annorum, & sic loquitur Bartol. *in l. prætor ait.* §. *in eum, num.* 1. *ff. de bon. author. iudic. possid.* & Neguſ. *in tract. de pign.*
58 *in* 2. *membr.* 3. *part. num.* 3. † Quia l. *final. Cod. de bon. auth. Iud. possid.* locum habet dumtaxat quando creditor nondum accepit tenutam post obtentionem primi decreti, tunc enim ex lapsu biennij amittitur ius primi decreti iam concessi, sed si tenuta cæpta fuerit, requiritur lapsus decennij ex supra dictis. Et generaliter, omnis possessio ciuilis amittitur per taciturnitatem decem annorum, *l. si de eo.* §. *si forte. ff. de acqu. possess.* Rip. *in cap. cum Ecclesia, sub num.* 23. *de caus. possess. & prop.* Put. *decis.* 269. *lib.* 1. Rot. *decis.* 427. *n.* 2. *p.* 4. *recent.*

Obiicies ex multorum sententia inter primum & 59 secundum decretum expectari debere tempus biennij, vel anni, vel sex aut duorum mensium, aut aliàs iudicis arbitrio, ex traditis per Menoch. *de arbitr. Cas.* 6. *per tot.* Bartol. *in l. cum proponas. n.* 6. *C. de bon. auth. iud. possid.*

Respondeo casum illum esse planè diuersum: 60 nam ibi quæritur intra quantum tempus expectandus sit debitor post primum decretum antequam deueniatur ad pignorum distractionem, & secundi decreti interpositionem; & bene concluditur debitorem esse expectandum tempore per consuetudinem, aut statuta, seu aliàs iudicis arbitrio constituendo. Sed nos agimus de negligentia ipsius creditoris, & dicimus pignorationis vim subsistere spatio decem annorum, & eam posse intra illud tempus per creditorem continuari, sed lapso decennio amittere vires, nec posse vlla ratione suffragari propter negligentiam creditoris, quoad effectum de quo agimus; nam quoad interruptionem præscriptionis, aut perpetuationem actionis, aliud dicendum esset: Sed hic non est casus noster.

Ex præmissis patet quod si executio facta fuerit 61 vigore decreti, quod ante biennium fuerat obtentum, non tamen toto biennio executioni demandatum, non potest operari effectum præuentionis. Etiamsi decretum illud post biennium fuerit executioni demandatum antequam alius notarius executionem suam faceret. Quod si decretum de exequendo fuerit obtentum, & executioni demandatum intra biennium, sed pars per integrum decennium tacuerit, tale decretum, & pignoratio facta, non tamen continuata, lapso decennio, non potest effectum præuentionis operari. Crederem tamen optimè facturum Superiorem, penes quem adest authoritas statuendi, si decennium illud ad breuiores temporis metas reduceret, veluti ad biennium, vel triennium ad euitandas fraudes, cum intra illud tempus de iure ciuili instantia causæ finiatur, iuxta *l. properandum* 13. *Cod. de Indic.*

Sextò quæritur vtrum ex carceratione, vel pignoratione nullà, oriatur præuentio? Respondetur non 62 oriri. Quia ad hoc, vt ex aliquo actu oriatur præuentio, actus ille debet esse validus, & quod nullum est, non potest aliquem operari effectum, Mascard. *de probat. conclus.* 1232. *num.* 16. Tusc. *litt. P. conclus.* 646. *num.* 30. & diximus sup. *de præuent. per citat. cap.* 9. *n.* 16.

Vnde aliàs dixi non fuisse inductam præuentio- 63 nem per executionem factam authoritate R.D. Iudicis submissionum contra non submissum, nec obligatum, & qui non erat de eius iurisdictione, nec agebatur de causa obligationis cameralis, cum non inducatur præuentio per processuras factas aduersùs eum qui non est subditus iurisdictioni iudicis præuenientis, Barbos. *in leg. si quis postea quam, num.* 37. *ff. de indic.* Et cum ageretur de non submisso seu obligato, debuisset ante executionem præcedere sententia condemnatoria, Mascard. *d. conclus.* 1232. *num.* 3.

Et quamuis opponeretur factum fuisse præcep- 64 tum cũ clausula iustificatiua, quæ facit vt præceptum resoluatur in vim simplicis citationis; hoc non obest: quia cum is, aduersùs quem emanauerat præceptum, comparuisset, & se opposuisset, non poterat considerari aliquod præceptum, aut executio, sed simplex

simplex

ſimplex & nuda citatio ac iudicium merè ordina-
tium, Ioſeph de Seſe *in tract. de inhibit. c. 2. §. 1. n.* 19
Rota Auenion. *deciſ.* 196. *n.* 8. Et per conſequens
non poterat eſſe inducta aliqua præuentio executi-
ua per illod præceptum quod pro nihilo erat, & per-
65 inde ac ſi factum non fuiſſet, † quia certum eſt ceſ-
ſante contumaciâ, ceſſare etiam immiſſionem in poſ-
ſeſſionem, *l. ſi ante*, & *ibi* Socin. *in* 1. *notab. ff. de excep.*
66 *rei indic.* Tuſc. *lit. C. concl.* 1019. *n.* 5. † Vnde cõcludeo-
dum erat quod præualebat pignoratio facta in curia
palatij, & in ea creditores debebant venire oppoſi-
tiuè, iuxta *text. in l. à diuo Pio.* 15. cum *ibi* notat. §. *ſi
ſuper rebus. ff. de re indic.*

67 Nec obſtabat quod opponebatur, cartellum, ſeu
literas executorias obrentas fuiſſe, antequam eue-
niret dies ſolutionis annui reditus, pro quo facta
reperiebatur executio, authoritate curiæ ſacri pala-
tij; cum de iure executio non poſſit peti pro futu-
ris, quando nihil debetur de præterito, Cenſ. *de
cenſibus q.* 96. *num.* 16. & 17. Surd. *deciſ.* 120. *n.* 9.
& 14. vbi quod ius de futuro non poteſt in iudi-
cium deduci principaliter, ſed tantùm acceſſoriè.

68 Reſponſio quippè facilis eſt, adhibitâ diſtinctio-
ne inter cartellum generalem contra omnes debi-
tores, & cartellum contra certum debitorem conceſ-
ſum: obiectio ſanè procederet, ſi executio facta fuiſ-
ſet vigore cartelli particularis contra certum debi-
torem pro cenſibus decurrendis tantum: nam hoc
caſu cum petitio, & executio ſit reſtricta ad cenſus
maturandos, non valet executio; ſicuti ſi cartellus
conceſſus fuiſſet pro decurſis, & executio facta quo-
que fuiſſet pro decurrendis. Sed ſi generaliter actum
fuerit, ita vt petitio comprehendere poſſit præterita,
& futura, tunc executio poteſt etiam fieri pro futu-
ris, vt teſtatur Fontanel. *de Pact. dotal. clauſ.* 4. *Gloſſ.*
18. *part.* 4. *n.* 26. Et ita loquitur etiam Salnſt. Tiber.
in prax. lib. 3. *c.* 3. *n.* 21.

69 Similiter quando generaliter actum fuit, nullâ
causâ expreſsâ, tunc ius ſuperueniens poſt actio-
nem propoſitam, vel executionem obtentam, ipſam
reddit validam, prout generaliter actum fuerat in ca-
ſu propoſito pro omnibus debitis reditibus, & rebus
ad quas debitores reperirentur obligati, & ſic per
70 verba futuri temporis, ſicut aliàs videmus, † quod
mandatum generale comprehendit etiam cauſas fu-
turas, quamuis conſtituens haberet iam motas, præ-
ſertim cum dictum fuerit generaliter de omnibus,
& quibuſcumque debitis, & verba generalia aliquid
operentur, *l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtruct.*
71 Rot. *diuerſ. deciſ.* 65. *part.* 3. *lib.* 3. † Eadem ratione
clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſionis* operatur
tam quoad terminos decurſos, quam decurrendos,
Barboſ. *clauſ.* 162. *num.* 8. & generaliter ita conclo-
dit Peregrio. *de fideicom. art.* 41. *num.* 6. *verſic.* 5. Vbi
72 dicit † quod iudicium ex iure ſuperuenienti confir-
matur, quando generaliter actum fuit nullâ causâ
expreſsâ. Quod maximè locum habet quando ius
ſuperueniens oritur ex cauſa de præterito, prout in
obligatione ad ſolutionem annui reditus, quæ iam
præexiſtebat tempore conceſſæ executionis, tale
enim ius ſuperueniens retrotrahitur, & operatur vt
ſententia in tali iure fundari poſſit, Coſt. *in tract. de
Retrotract. cap.* 8. *caſ.* 30. *n.* 10. Rot. *deciſ.* 296. *n.* 1. & 2.
p. 3. *lib.* 2. *diuerſ.* Vbi loquitur de ceſſionario qui ob-
tinuit ceſſionem fructuum lite pendente, & conclu-
dit quod ſi monitorium fuiſſet generale, executio
poſſet fieri pro fructibus, pro quibus poſt litem mo-
tam obtenta fuerat ceſſio iurium, atque ita benè de-
terminat Giurb. *deciſ.* 17. *n.* 23.

73 Prædicta confirmantur ex eo quod obtentio exe-
cutionis licet facta dicatur tempore inhabili, tamen
ſufficit quod illius effectus conferatur in tempus
habile, & ſic ſufficit quod ante factam executionem,
terminos ſolutionis penſionis fuerit maturatus, Bar-
tol. *in l.* 1. §. *nunciatio. num.* 30. *verſic. Commiſſio iudicis.*
ff. de non. oper. nunciat. † Vbi quod commiſſio iudi- 74
cis poteſt fieri die feriato, quando confertur in diem
non feriatum, *per text. in l. in tempus. ff. de hered. in-
ſtit.* Felin. *in cap. cum dilectus, de Accuſat.* Cum pluri-
bus aliis citatis per Gratian. *in diſceptationib. forenſi-
bus cap.* 712. *n.* 1. & *cap.* 818. *n.* 2.

Atque ita memini aliàs fuiſſe iudicatum per Il-
luſtr. Dominum Brunachium tunc Auditorem, poſtea
vero Epiſcopum meritiſſimum, & producta fuerat
atteſtatio plurium Graffariorum ſuper ſtilo in præ-
ſenti Ciuitate inconcuſsè obſeruato, † ſuper quo 75
poteſt ſe iudex extraiudicialiter informare, Rot. *de-
ciſ.* 725. *n.* 5. *p.* 2. *recent.* Maximè quando reſpicit or-
dinatoria, quo caſu probatur ex atteſtatione nota-
riorum, Rot. coram Ludouiſ. *deciſ.* 484. *n.* 4. & 5.

Ex eodem fundamento concludendum eſt, quod 76
ſi executio facta fuerit contra extraneum non ſub-
ditum iuriſdictioni ſummi Pontificis, cum ſit nul-
la, non inducit præuentionem, quamuis ſpeciali-
ter, & expreſsè talis debitor ſe obligaſſet omnibus
curiis, hoc enim tantum debet intelligi de curiis
iudicum competentium, per *text. in l. ſi conuenerit. ff.
de iuriſd. omn. iud.* Cartar. *deciſ. Cennen.* 6. *numero* 4.
† Quia obligatus vt conueniri poſſit vbique loco- 77
rum, intelligitur dummodò conueniatur coram iu-
dice competenti, Gratian *diſceptation. forenſ. capite*
875. *numero* 34. & *deciſione Murchia* 180. *num.* 12.
13. & *in addit.* & Zachi. *de obligat. Cameral. q.* 7.
num. 11.

Negari tamen non poteſt quin executio ſit vali- 78
da, & præuentionem inducat, quando debitor, etiam-
ſi ſit alterius Monarchiæ, expreſsè ſe obligauit, &
ſubmiſit curiis Pontificiis, vel ſi ſubditus ſummi
Pontificis expreſsè ſe ſubmiſit, & ſe obligauit curiis
Regiis, ſi in illis contra eum fiat executio. Cum pa-
ria ſint, alienæ curiæ ſe ſubmittere, & alterius iudi-
cis iuriſdictionem prorogare. Guid. Pap. *deciſ.* 370.
Matt. *de Cluſ. cap.* 177. *num.* 2. *par.* 1. Borell. *in ſumma
deciſ. lib.* 1. *tit.* 43. *de for. compet. n.* 40. & 41. In hac ta-
men ciuitate obſeruandum eſt Statutum *lib.* 2. *rubr.*
20. *artic.* 6.

Quæ prorogatio iuriſdictionis in contractibus pu- 79
blicis fit etiam de Monarchiâ ad Monarchiam, vt ex
communi DD. ſententia teſtatur Cancer. *lib.* 2. *var.
reſol. c.* 2. *de iuriſdict. om. Ind. n.* 219. *in nouis.* Neque
tali caſu locus eſt diſpoſitioni *l. ſi conuenerit. ff. de iu-
riſd. om. in.* ſtante. præſertim iuramento. Ricc. *coll.* 818.

Sed quæritur vtrum executio ſit valida contra 80
ſubmiſſum alienæ curiæ, ſi ibi non reperiatur, du-
bium facit quia nemo ſortitur forum in loco contra-
ctus, niſi ibi reperiatur, per *tex. in c. Rom. §. contrahentes
de for. compet. in* 6. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde,
in art. de for. rat. rei ſitæ. n.* 19. & ſic videtur quod licet
per contractum publicum, aut aliter proprio foro
quis renunciauerit, & alienæ iuriſdictioni ſe ſubmi-
ſerit, ſi tamen ibi non reperiatur, pignoratio contra
eum facta non ſubſiſtat.

Difficultas iſta reſoluitur adhibita diſtinctione,
nam ſi debitor, in loco vbi conuenitur, nulla habet
bona, nec ibi reperitur, hoc caſu forũ in eo loco ſor-
tiri non poteſt, per iura mox allegata. † Sed ſi ibi ha- 81
beat bona, licet perſonaliter repertus non fuerit, po-
teſt in alieno foro conueniri, taliſque executio va-
lida erit, & præuentionem inducet: *per text. in l. Ti-
tium & Mauium.* 47. §. 1. *ff. de adminiſtr. tut.* ibi cum

neque

neque debitores in Italia essent, neque eorum prædia, vbi *Iacob. de Aren.* infert quod si adfuissent bona in illo loco, ibi poterant conueniri. Et notat, quod licet ratione contractus quis sortiatur forum, hoc intelligendum est, vt ibi possit conueniri, si ibi sit, vel ibi bona possideat, aliàs non. Idem voluit Bartol. *in d.§.1.* qui sic ait, *sed si ibi reperirentur bona mea, possent ibi à me peti, licet personaliter ibi non essem.* Idem tenet Amat. *resol.33. n.8.* Cyriac. *controuers. forens. cap.318.n.22.& sequent.*

82 Similiter aliàs de iure interrogatus, Respondi quandam executionem pro collectis factam, nullam posse inducere præuentionem, quia pro collectis fuerat actum executiuè, non præcedente citatione partis in venditione bonorum, nec intimatione pignorationis, quæ tamen necessariò requirebatur pro ipsius validitate, ex Rot. Auenion. *decis.44. num.3.*

83 † Cum in materia collectarum, licet summariè & executiuè procedatur, non tamen procedi debeat ex abrupto ad venditionem & distractionem bonorum, Crauet. *cons.3.n.19.* Roland. *cons.32.n.38.lib.1.* Lancel. *de attent. p.2.c.4.limit.25.num.7.* Mauson. *de caus. execut. amplìat. 29.n.12.*

84 Præsertim quia intimatio quæ fiebat absenti, fieri debebat amicis illius, affinibus, colonis, vel aliis quorum medio processus deuenire poterat ad notitiam debitoris, idque antequam deueniretur ad secundum decretum, vt post Tiraqu. tradit Barbos. *in cap. consultationibus 10.num.4.de offic. iudic. deleg.* Et probatur *in l. item ait prætor.& l. ergo*, & ibi Bart. Bald.

85 & alij, *ff. ex quib. caus. mai. in integr. restit.* † Et debet hoc casu fieri proclama, Marant. *in specul. p.6.tit. de citat. num.107.* factâ prius perquisitione prædictâ: Roderic. *de annu. redit. lib.2.q.15.num.55.* & copia citationis, seu intimationis apponi debet publicè legenda & affigi in loco publico, ex traditis per Vant. *in tit. de nullit. ex defect. citat. n.122.& 234.* licet statutum Auenionense specialem formam procedendi contra absentem præscribat.

Alia multa afferri possent exempla executionum nulliter factarum, ex quibus non resultat aliqua præuentio, sed quia hic non agimus principaliter de nullitate executionum, sed de præuentione, ideò pro nunc prædicta sufficiant.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

De præuentione aduersus Iudices Feudatariorum habentium merum & mixtum imperium. Et quod Domini iurisdictionales possunt petere remissionem causæ, etiam post conclusionem. De iurisdictione concessa in feudum, in officium, vel in allodium. Concessam in feudum intelligi priuatiuè, & sic non esse locum præuentioni. Comitatenses in prima instantia habere ius reuocandi domum An & quando propter negligentiam, Superior possit euocare causam à curia Vassallorum. Explicatur Statutum Comitatus Venaissini circa delicta commissa per turbam coadunatam, vel in via publica, vel per Officiales in officio delinquentes. De magistris victualium & eorum authoritate, & quando censeatur illis data iurisdictio priuatiuè, vel cumulatiuè. Domini Iurisdictionales suspecti in cognoscendo, vtrum sint etiam suspecti in delegando.

SVMMARIVM.

1 *Domini iurisdictionales habent intentionem fundatam quoad omnes actus iurisdictionales.*
2 *Causa omnes subditorum debent in prima instantia tractari coram iudicibus Vassallorum.*
Domini iurisdictionales non habent secundas instantias nisi ex priuilegio.
Si Iudex Baronis sit suspectus coram quo agendum sit vt de alio prouideatur.
Per allegationem suspicionis non tollitur Domini Iurisdictio, sed suspenditur.
3 *Subditus inuito Domino, vel Dominus inuito subdito, ordinariæ iurisdictioni præiudicare non potest.*
4 *Remissio causæ peti potest per Dominum iurisdictionalem, etiam post conclusum in causa.*
5 *Expenditur ad hoc statutum Comitatus Venaissini.*
6 *Comitatenses in prima instantia habent ius reuocandi ad domum.*
7 *Superior non debet se intromittere in causis pendentibus in curia Vassallorum, nisi vt n.17.& 19.*
8 *Confiscationes, pœnæ, & mulctæ sunt fructus iurisdictionis.*
9 *Iurisdictio tribus modis concedi potest. In feudum, in officium, vel in allodium.*
10 *Iurisdictio concessa in feudum intelligitur priuatiuè; in officium, cumulatiuè; & est locus hoc casu præuentioni.*
11 *Superior non plus potest in iurisdictione vassalli quam in cæteris eius bonis.*
12 *Vassallus habet titulum onerosum, & tractat de damno vitando.*
13 *Princeps obligatur ex suo contractu, & habet sub se leges, sed non pacta & conuentiones.*
14 *Princeps non debet vti potestate absoluta in euocando causas, nisi magnâ subsistente causâ.*
15 *Potestas absoluta non est considerabilis in officialibus minoribus & locumtenentibus.*
16 Sur.d.consil.122. *refellitur.*
17 *Suprema curia vtitur euocatione in casum negligentia vassalli.*
18 *Quæ requirantur vt vassallus dicatur negligens in ministrando iustitiam.*
19 *Remissio peti non potest, quando delinquens est contumax curiæ superioris.*
20 *Contrarium verius est, cessante consuetudine.*
21 *Subditus non potest iuribus Domini sui præiudicare.*
22 *Explicatur statutum Comitatus Venaissini artic. 122. circa iurisdictionem vassallorum.*
23 *Mulieres computantur in numero armatorum, ad faciendam turbam coadunatam.*
24 *Turba coadunata tunc dicitur, quando id factum fuit cum animi deliberatione & consilio, non casu fortuito.*
25 *Turba coadunatio in dubio præsumitur casu fortuito euenisse.*
Domini Iurisdictionales possunt facere proclamata super portu armorum, sed subditi possunt se opponere in certis casibus.
Si duo sint iudices, vnus ciuilis, alter criminalis; locus est præuentioni inter ipsos dum agitur de portu armorum.

26 *Via publica quæ sunt intra oppida & ciuitates, non sunt de regalibus.*
Officiales Baronum cessante statuto in contrarium possunt ex verbis inuestituræ cognoscere de delictis commissis in via publica, sed locus est præuentioni.
De Iure commun quis iudex cognoscat de delictis officialium Baronis.
27 *Officialis quando dicatur deliquisse in officio.*
28 *Iurisdictio an censeatur magistris victualium concessa priuatiuè.*
29 *Cura carnis & victualium spectat ad Consules & Decuriones.*
30 *An officiarij supremæ curiæ possint prouidere super taxa victualium in terris feudatariorum, Remissiue.*
31 *Communitas manutenenda in possessione iuris nominandi præfectos victualium.*
32 *Superioris authoritas quoad victualia semper reseruata censetur.*

ON tatò exorta fuit controuersia, vtrum detur præuentio Curiæ superioris aduersus Dominos feudatarios habentes merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem in suis feudis: quà in re certum est Dominos feudatarios optimo iure niti, & controuersias quæ contra ipsos hoc in capite excitantur, iniustas esse & temerarias, talésque fuisse sæpissimè declaratas per sententias in iudicatum transactas, & non ita pridem per Rot. Auenion. in quadam causa, in qua ego scripseram.

1 Pro cuius rei probatione supponendum est in
primis, Dominos feudatarios habere intentionem
fundatam in mero & mixto imperio, & omnibus
actibus iurisdictionalibus, Abb. & Hostien. *in cap.*
si diligenti, de præscript. Rot. coram Burat. *decis.* 427.
2 *num.* 1. *&* 2. † & ideo causæ omnes tractari debent
in prima instantia coram iudice vassallorum, Thesaur. *dec.* 132. & *ibi* per Add. Dico in prima instantia, non in secunda; quia Barones seu Domini iurisdictionales non possunt delegare Iudices in secunda instantia, qui cognoscant de causis appellationum; nisi hoc illis fuerit concessum per priuilegium particulare, quamuis essent inuestiti cum mero & mixto imperio; vt reiecta contraria opinione, probat Scacc. *de appell. qu.* 8. *num.* 103. *vers. contraria opinio.*

Verùm si Bajulus, aut Officialis Baronis seu Vassalli, sit partibus suspectus, potest ad eundem Vassallum recurri, ad faciendum ius super causis suspicionum: quia quoties deputatus ab eo qui habet facultatem delegandi suspectus allegatur, recurrendum est ad delegantem, *cap. super, §. porro, & cap. si delegatus, de offic. iud. deleg. l.* 3. *ff. quis & à quo:* Marant. *in specul. de appell. num.* 381. tunc enim non recurritur ad Vassallum per viam appellationis, sed tantum vt prouideat super suspicione Iudicis, siquidem siue agatur de Iudice particulari delegato ad certam causam, siue de ordinario per vassallum deputato generaliter ad omnes causas, per allegationem suspicionis non tolletur iurisdictio, sed dumtaxat Iudicis persona sugillatur, teste Capiblanc. *de iur. Baron. pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 182. Muscatell. *in prax. ciuil. par.* 2. *in verb. competentes, nu-*
3 *mero* 59. † Neque potest subditus inuito Domino,
aut Dominus inuito subdito, iurisdictioni ordinariæ renunciare, Vincen. de Franch. *decis.* 541. *num.* 7.
4 *&* 417. *numero* 2. † & remissio causæ peti potest
per Baronem, etiam post conclusum in causa, vt
per Add. *in dict. decision.* 417. *numero* 2. *vers.*
Adde quod Baron. Guid. Pap. *decis.* 56. vbi dicit hoc
procedere non obstante salua-guardia per Principem subdito concessa, † prout fuit etiam determi- 5
natum per *statuta dictæ patriæ Comitatus, articul.* 231. Vbi expressè dicitur quod Officiales supremarum curiarum, non possunt auocare vel trahere ad se causas, ad iudices vassallorum pertinentes, nisi per viam submissionis, aut in casum negligentiæ vassallorum, aut denique propter causam euidentis grauaminis: quod etiam conforme est priuilegiis generaliter per summos Pontifices toti patriæ Comitatus concessis, vt Comitatenses in prima instantia extra Comitatum trahi aut euocari nullo modo possint.

Consonat etiam iuris communis dispositio, cum 6
habitatores Comitatus Venaissini non sortiantur forum in 1. instantia, in Ciuitate Auenionis, nec ratione domicilij, nec originis, aut contractus, nec denique ratione delicti, iuxta text. *in cap. Romana §. contrahentes, de for. comp. in* 6. & ideo habent ius reuocandi domum, per text. *& ibi* Gloss. *in l.* 2. *§. legatis, ff. de iudic.*

Et cum Princeps iurisdictiones feudatariis con- 7
cesserit per viam contractus, tenetur primam instantiam illis intactam conseruare, nec de causis se intromittere debet, nisi per viam appellationis & recursus, aliàs grauarentur feudatarij, & totus mundus meteret si Princeps placita non seruaret, vt dicit
in istis terminis Capiblanc. *de iur. Baron. pragm.* 8.
part. 1. *num.* 160. † Iurisdictio enim & illius fru- 8
ctus, nempe confiscationes, emolumenta, pœnæ & mulctæ spectant ad feudatarium, siue confiscatio principaliter veniat, siue in consequentiam, Amed. à Pont. *in tract. de laudem. q.* 24. *n.* 11. Farinac. *q.* 25. *n.* 103. *& sequent. tom.* 1.

Secundo certum est, iurisdictiones Dominorum 9
feudatariorum, ipsis non cumulatiuè, sed priuatiuè concessas esse: iurisdictio siquidem tribus modis concedi potest, 1. in allodium, 2. in feudum, 3. in officium, vt explicat Capiblanc. *d. pragm.* 8. *num.* 32. Illa quæ vassallis à Principe conceditur, non datur in allodium, quia dominium tantùm habent vtile; neque in officium, cum sint proprietarij & Domini; sed in feudum, & sic priuatiuè quoad ipsum Dominum.

Si iurisdictio simpliciter concessa esset in offi- 10
cium, censeretur concessa cumulatiuè, & locus esset
præuentioni, *cap. dudum, de præb. in* 6. *leg.* 1. *Cod. de off. præf. vrb. cap. pastoralis, de off. ordin.* Roland. *cons.*
80. *num.* 1. *& sequent. vol.* 2. Sed quando conceditur
in feudum semper priuatiuè conceditur, † neque 11
superior plus iuris habet in iurisdictione ordinaria, quam in cæteris bonis sui feudatarij, Thesaur. *decis.* 152. *num.* 2. *& decis.* 177. *num.* 11. Camill. de Curt. *in diuers. iuris feudal. in §. potest quoque, num.* 12. *fol.* 28. *verso.* quia vassallus hoc ius habet ex causa onerosa propter seruitia ad quæ tenetur pro feudo, vt
per Thesaur. *ibidem, & decis.* 266. *num.* 4. *&* 5. † tra- 12
ctat enim vassallus de damno vitando, cum pro feudis præstentur seruitia caualcatæ, & laudimia satis
egregia, Rosental. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 5. *numer.* 2. 13
& ibi gloss. litt. B. † Et eodem modo Princeps obligatur ex suo contractu, quo quilibet priuatus: licet enim habeat sub se leges, non tamen pacta & conuentiones, vt dicit Camill. de Curt. *loc. cit. nume-*
ro 14. † Adeo vt Princeps non debeat vti potestate 14
absoluta in euocandis causis feudatariorum, nisi magnâ subsistente causâ, & si aliter faceret, partem indebitè grauaret, vt decidit Tapia *dec. Sicil.* 1. *n.* 12. *&* 13. Amed. à Pont. *loc. cit. qu.* 24. *num.* 49. Capibl.
dict.

d. prag. 8. *par.* 1. *n.* 166. Et ita debent intelligi quæ dicit Menoch. *libro* 2. *præſ.* 18. *n.* 7. vt locum habeant, quando Princeps vult vti poteſtate ſuâ abſolutâ, non autem quando procedit de poteſtate ordinariâ, Camill. de Curt. *in d. §. poteſt quoque, n.* 27. *fol. mihi* 29.

15 Neque aliqua poteſtas abſoluta conſiderari poteſt in perſona officialium ſubalternorum, quales ſunt Auditores, vel Locum-tenentes, qui non habent facultatem cauſas euocandi, iuxta tradita per Cartar. *deciſ. Rot. Genuen.* 68. *num.* 4. poſt Plot. *inter conſil. criminal. diuer. conſil.* 133. *num.* 19. *tom.* 1.

16 Et licet Surd. *conſ.* 122. videatur facere in contrarium, loquitur tamen in diuerſis terminis, videlicet contrauentionis edictorum Principis, qui caſus magis fauorabilis eſt pro Curia ſuperiori, & nihilominùs ad illud conſilium optime reſpondet, & omnia illius argumenta refellit Theſau. iun. *poſt deciſ. Patris,* 132. *in* 1. *& antiqua editione concluſ.* 1. & per totum illud conſilium maximè *numero* 54. 55. *&* 57. *verſ. minus obſtat.* In quibus locis etiam Menochium reprehendit, & bene probat non eſſe locum præuentioni in præiudicium vaſſali de feudo inueſtiti, Quàmquam vbi agitur de contrauentione edictorum Principis, ſubſiſtendû ſit. Per ea quæ copiosè decidit Rot. Rom. *dec.* 449. *par.* 5. *Recentior.* Eandè explicationem Menochij, *d. præſumpt.* 18. *n.* 7. *lib.* 2. referunt Berlich. *lib.* 1. *practic. conclu. cap.* 2. *n.* 2. Amed. *d. qu. laudem.* 24. *num.* 54.

Et ſanè ſi locus eſſet præuentioni inter ſupremam curiam, & feudatarios, nulla prorſus eſſet differentia juriſdictionis conceſſæ in feudum, ab eâ quæ conceditur in officium, cum hoc ſecundo caſu locus ſit præuentioni, vt dicit Menoch. *loc. citat. n.* 8.

17 Fatendum tamen eſt, quod ſi feudatarius eſſet negligens in iuſtitia adminiſtranda, vel ageretur de crimine læſæ maieſtatis, cognitio ſpectaret ad ſupremam curiam, ſaltem per viam euocationis ratione ne-

18 gligentiæ, Capiblan. *d. pragm.* 8. *par.* 2. *num.* 101. † Sed ad hoc vt conſtet de negligentia feudatarij, debet præcedere trina illius monitio per litteras incitatorias, vt dicit Auend. *de exequ. mandat. par.* 1. *cap.* 5.

19 *num.* 12. *verſ. negligentia autem.* † & quod ſuprema curia in dictis caſibus procedere poſſit, tradût Amed. à Pont. *d. qu. laud.* 24. *num.* 43. *& multis ſequent.* Roſent. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 5. *num.* 4 *& ibi in gloſſ.* Cancer. *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 13. *num.* 282. Everard. *conſil.* 34. *num.* 99. *vol.* 2. Cyriac. *controu.* 475. *num.* 20. 21. *&* 22. Mar Mută. *deciſ. Sicil.* 29. *num.* 13. Maſtrillo *deciſ.* 263. *num.* 8. Sola *in conſtit. Sabaud. tit. de guardijs gloſ.* 3. *n.* 10. *& ſequent.* Caſaoat. *conſil.* 43. *numero* 59. Giurb. *conſil.* 66. *n.* 18.

Et præmiſſa locum habent, quamuis delinquens ſeſe abſentauerit, nec ad ſupremam curiam citatus comparuerit. Quia licet nonnulli Doctores exiſtiment hoc caſu remiſſionem delinquentis ſubditi peti non poſſe, Baiard. *ad Clar. qu.* 38. *num.* 91. Cataut. *titu* 205. *num.* 4. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 8. *parte*

20 2. *num.* 84. † Tamen Doctores illi loquuntur ſtante conſuetudine Neapolitanæ Curiæ, vt ex ipſorum lectura euidenter apparet. Imo ipſe Capiblanc. *dicto numero* 84. expreſſe ſe remittit ad obſeruantiam illius regni, innuens aliud eſſe ſtatuendum inſpecto iure communi, ad quod allegat Vincent. de Franch. *deciſ.* 417. *&* 541. vbi *n.* 3. teſtatur vaſſallum per contumaciam, vel renunciationem fori, non poſſe præiudicium inferre Baroni, ſeu feudatario.

21 Cuius rei ratio eſt, quia ſubditus non poteſt juribus Domini ſui præiudicare, vt dicit idem Franc. *deciſ.* 519. Alioquin quotidie fieret fraus per ſubditos in præiudicium Domini. Vſill. *ad Afflict. dec.* 155. *Sanlegerius de Præuent. Iudic.*

num. 3. De Ponte *in tract. de poteſt. Proregis, tit.* 3. *de elect. official. §.* 1. *num.* 22. Viſcont. *ad dictam deciſ. de Franc.* 417. *n.* 2. Giurb. *conſ.* 48. *num.* 10. *&* 11.

Excipiuntur tamen nonnulli caſus, *ex ſtatuto Comitatus Venaiſſini artic.* 221. *vſque ad* 228. in quibus ſuprema curia priuatiuè cognoſcit, ad excluſionem feudatariorum, & eorum officialium. Primo ſi agatur de exceſſu facto cum armis, per turbam coaduna-tam, 10 numero ſaltem ſex perſonarum. Nam exceſſus coadunationis hominum armatorum punitur per ſupremam curiam, delictum tamen ipſum, veluti vulneris, aut mortis, punitur per curiam feudatarij. 22

Circa quod notandum eſt primo, mulieres in numero ſex armatorum computari, vt oſtendit Corn. *conſil.* 216. *num.* 1. *lib.* 3. 23

Secundo, non eſſe locum ſtatuto, niſi homines fuerint coadunati per viam concilij, ſectæ, vel fœderis, & ex deliberatione præcedente. Nam ſi caſu fortuito id contigerit, veluti eundo ad miſſam, vel ad laborandum vineas, aut quid ſimile, ſtatutum non comprehendit iſtum caſum, Corn. *dicto conſil.* 216. 24

num. 3. † Et in dubio non præſumitur conſultò facta coadunatio, ſed potiùs caſu fortuito, Maſcard. *de probat. concluſ.* 450 *num.* 5. Flora Farinac. *de crimine læſæ maieſt. quæſt.* 113. *num.* 138. *& ſequent.* 25

Sed quæreret aliquis vtrum Baro ſeu Dominus iuriſdictionalis poſſit prohibitiones pœnales facere ſuper portum armorum? Reſpondendum eſt affirmatiuè. Ratio eſt, quia cùm portus armorum ſit de iure prohibitus, poteſt Vaſſallus facere edicta pro corroboratione iuris communis etiam pœnalia, vt probat Surd. *conſil.* 152. *numero* 53. *& ſequens.* vbi propterea dicit pœnam contrauentionum Vaſſallo applicandam eſſe. Plures allegat & ſequitur idem Surd. *conſil.* 210. *num.* 11. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 185. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 394. *numero* 25. Crauet. *conſil.* 314.

Reclamare tamen poſſunt ſubditi, tum ratione contrariæ conſuetudinis, tum ratione exceſſus pœnæ ſi modum excedat, tum ratione mercatorum & viatorum per loca periculoſa iter facientium, vt bene probat Albert. Brun. *conſil.* 207. *lib.* 2.

Si autem in eodem loco duo eſſent iudices, vnus ciuilis, & alter criminalis, nulla erit inter ipſos præuentio quoad huiuſmodi prohibitionem, ſed quilibet ſeparatim poterit huiuſmodi proclamata facere, nec vnius præuentio alterius bannimenta impediet: vt bene probat Cancer. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 2. *num.* 203.

Secundo ſuprema curia cognoſcit, ſi feudatarij ſint negligentes in puniendo malefactores. Quod etiam iuri communi conforme eſſe, ſuprà oſtendimus *num.* 17. *& ſequent.*

Tertio eadem ſuprema curia priuatiuè cognoſcit de delictis factis in via publica, non tamen in via vicinali, nec in vijs exiſtentibus intra oppida, vel loca vaſſallorum; vel ipſorum ſuburbia. Iſtæ enim viæ publicæ intra oppida exiſtentes, non ſunt de regalibus, cum illarum cura ad magiſtratus municipales pertineat, *l.* 1. *§.* 1. *hoc interdictum, ff. ne quid in loco public.* Cancer. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 2. *num.* 99. *in notis.* 26

Et ob hanc rationem cum aliàs Officiales R. C. Apoſtolicæ voluiſſent dare in emphyteuſim quibuſdam vulgaris mercis circumlatoribus propolis, vulgò *Colporteurs*, loca in platea publica, facta oppoſitione pro parte Dominorum Conſulum huius ciuitatis Aueniomenſis, merito tales conceſſiones impeditæ fuerunt: quia viarum publicarum vſus communis

E 2 eſt

eſt, & ea quæ ſunt intra ciuitatem non poſſunt inter Regalia adſcribi, ſed illarum cura ad Magiſtratus municipales ſpectat: *dicta l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loc. publ.*

Quarto contra officiales Principis, etiam extra officium delinquentes, ſola ſuprema curia cognoſcit: ſicut etiam contra eos qui Principis officiales offendunt. Cæterum ceſſante iſto ſtatuto Comitatus Venaiſſini, Domini iuriſdictionales ſeu Barones habentes merum & mixtum imperium poſſunt per ſuos Officiales cognoſcere de delictis etiam in via publica commiſſis, vt not. Bald. *in l. ſi plures, num. 15. Cod. de condu. inſert.* Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 14. num. 22.* Qui tamen hoc limitat *num. 25.* vt locum non habeat quando Rex, ſeu alius Superior Baronis, præuenerit ipſum Baronem, ſeu manum appoſuerit; quia tunc quilibet inferior tenetur abſtinere ab vlteriori proceſſura.

Imo in ipſomet Comitatu Venaiſſino, cùm aliàs iſta quæſtio fuiſſet agitata inter venerabile Collegium Sancti Martialis, & Procuratorem fiſcalem dicti Comitatus, licet multa allegarentur pro parte dicti Domini Fiſcalis; tamen cùm dictum Collegium Sancti Martialis ſit Dominus iuriſdictionalis loci Podioleni, in quo habet merum & mixtum imperium vigore tranſactionis initæ cum Comite Alphonſo & Regina Ioanna prædeceſſoribus ſummi Pontificis, nec non alterius inſtrumenti confecti anno 1441. dictum Collegium enixè contendebat ad ſe ſpectare ius cognoſcendi de dictis criminibus in via publica commiſſis. Allegabat quidem Fiſcalis in illa conceſſione non comprehendi vias publicas quæ ſunt de Regalibus, & non veniunt in generali conceſſione; nihilominus tamen pro dicto Collegio conſuluit Alciatus illi competere ius cognoſcendi de criminibus in via publica commiſſis propter generalitatem verborum dictæ tranſactionis, in quibus, omnis & quæcunque iuriſdictio, fructus, redditus, & prouentus ex dicta iuriſdictione prodeuntes communiter diuidendi concedebantur dicto Collegio, maximè quia per illos contractus ſolùm facta fuerat reſeruatio dicto Comiti & Reginæ ſuperioritatis & reſſortus, hoc eſt primarum appellationum. Et quamuis viæ publicæ ſint de Regalibus; tamen iuriſdictio in via publica non venit appellatione Regalium: prout iſta omnia fuſiùs comprobat Alciat. *conſ. 1. per tot. lib. 7.* Credo tamen quod hodie difficile eſſet obtinere in hoc capite in fauorem Dominorum iuriſdictionalium, propter claram diſpoſitionem dicti Statuti Comitatus.

Item de iure communi, ſi Superioris nuntius aut Officialis delinquat intra terminos territorij vaſſalli; diſtinguendum eſt. Aut enim delinquit in officio, ei per Superiorem commiſſo; & hoc caſu non poteſt puniri à Domino iuriſdictionali, ſeu eius Officiariis. Si vero delinquat extra officium poteſt puniri per Dominum ſeu vaſſallum, in cuius territorio delictum commiſſum eſt: vt probat Cancer. *lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 221.* Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 4. cap. 16. num. 256. & 257.*

Quinto contra officiales vaſſallorum, in ſuis officiis dumtaxat delinquentes, & contra ipſos offendentes ſola ſuprema curia cognoſcit.

27 Dicitur autem quis delinquere in officio, quoties fauore, colore, calore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officij delinquit. Farinac. *de delict. & pœn. quæſt. 19. num. 43.*

Sexto contra commiſſarios, in ſua commiſſione delinquentes, ſola ſuprema curia procedit, vt cauetur *à dicto artic. 221. ſtatutorum comitatus, vſque ad 228.*

Et hæc circa interpretationem ſtatuti Comitatus 28
dicta ſufficiant. Cœterum ex iis quæ ſuperius *num. 9. & 10.* huiuſce capitis dicta ſunt, inferri poteſt quid dicendum ſit de iuriſdictione ſuper victualibus conceſſa communitatibus, non ſolum à lege, ſed etiam ex ſpeciali ſummi Pontificis priuilegio, veluti dum annis præteritis diſputatum fuit de officio taxatorum panis, ſeu aliorum victualium. In qua quæ-
ſtione dixi in primis regulariter † curam carnis, pa- 29
nis, & victualium ſpectare ad Dominos Conſules & Decuriones. Ramon. *conſil. 56. n. 25.* Rip. *in tract. de peſte, par. 1. par. 3. princ. de remedijs iuridicis, num. 162. & maximè numero 171.* Et de furnarijs plura tradit Papon. *cum additionib. libro 6. tit. 1. de la cho-*
ſe publique, arreſt 7. † Et ſi controuerſia ſit inter Do- 30
minos feudatarios, & officiarios Principis, circa victualia, recurrendum erit ad ea quæ tradit Bacquet *des droicts de Iuſtice, cap. 28. num. 1.*

Et in conſequentiam iuris communitatibus com- 31
petentis, deciſum fuit in Senatu Neapolitano, communitatem manutenendam eſſe in poſſeſſione faciendi aſſagium panis, & imponendi taxam, Vincent. de Franch. *deciſ. 511.* in ipſo initio deciſionis *ante num. 1.* Si autem ſcire deſideras quid ſint catapani, de quibus in dicta deciſione, vide apud Capiblanc. *pragm. 10. num. 102.*

Sed tamen regulariter Princeps concedens ius po- 32
liticæ, victualium & ſimilium, niſi verba conceſſionis aliter exprimant, cenſetur illud dumtaxat cumulatiuè, & non priuatiuè conceſſiſſe, Roland. *conſil. 80. volum. 2.* De Pont. *in tract. de poteſt. proreg. tit. 2. §. 1. fol. 35. & ibi addit. num. 17.* Bobadill. *lib. 3. polit. cap. 4. n. 69.* vbi quod ad correctorem, vel procuratorem generalem ſpectat, pretium mouere, ſi iniuſtum ſit. & bene Roland. *dicto conſil. 80. n. 3. vol. 2.* Surd. *conſ. 56. n. 7.*

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

De concurſu duorum appellantium quorum quilibet cauſam ſuæ appellationis diuerſo Iudici committi obtinuit, quis inter eos præferatur. Si duo Iudices ordinarij vel delegati de iuriſdictione contendant, quis debeat hanc controuerſiam dirimere, & quis iudex hoc caſu dignior dicatur? Appellationem interpoſitam ad Legatum præualere illi quæ interpoſita eſt ad Metropolitanum non obſtante præuentione. Si alicuius ſententiæ plurima ſint ſeparata capitula, vtrum cauſa poſſit per appellationem introduci & tractari coram ſeparatis Iudicibus, & quomodo hoc caſu detur præuentio. Appellatio vnius ex litis conſortibus vtrum alteri proſit.

SVMMARIVM.

a *Duo iudices delegati ad inſtantiam diuerſorum collitigantium, eodem tempore, ſub eadem data concurrentes ſuperſedere debent, donec ſuperior intentionem ſuam declarauerit.*

a *Si vni ex duobus iudicibus ſub eadem data delegatis,*

prius

prius fuerit præsentata commissio, ille præferendus est, si delegans sit mortuus & commissa citatio.

3 *In rescriptis gratiosis attenditur tempus datæ, sed in literis iustitiæ attenditur tempus præsentationis.*

4 *In iudicibus delegatis circa præuentionem rescripti tenor considerandus est.*

5 *Si duo iudices ordinarij de præuentione contendant nonnulli existimant quemlibet posse de sua iurisdictione cognoscere.*

6 *Alij cognitionem existimant spectare ad iudicem digniorem.*

7 *Veritas est quod eligendi erunt arbitri, vel ad superiorem recurrendum erit.*

8 *Dignior inter iudices dicitur, qui talis est ratione maioris iurisdictionis, non aliunde.*

9 *Commissio obtenta ad instantiam illius qui non est grauatus, non subsistit. Appellatus potest consentire vt dimisso articulo interlocutorio, procedatur in negotio principali, ibidem.*

10 *Si sententia continet plura capita inuicem connexa vno appellante, alius appellare non potest, sed appellatio efficitur communis, nec non etiam appellationis commissio.*

Appellatio vnius litis consortis non prodest alteri quando quilibet suum separatum procuratorem habet: quod quomodo verum sit exponitur.

11 *Si sententia capitula sint separata, potest ad diuersos iudices appellari, sed vide numeris sequentibus.*

12 *Appellatio interposita ad Legatum, in dubio præualet illi quæ interposita est ad Metropolitanum.*

13 *Appellatio ad Legatum interposita præualet, etiamsi appellans ad inferiorem Legato, præuenisset.*

14 *Gesta post appellationem interpositam ad Legatum sunt attentata, quamuis inferior per viam appellationis ab vna partium fuerit aditus. Quod est verum si inferior habuerit scientiam appellationis interpositæ ad superiorem.*

15 *Eadem causa eiusdem appellationis coram diuersis iudicibus tractari non potest.*

16 *Contrarium tenet* Franch. *& alij communiter.*

17 Decioa *vero tenet contra communem.*

18 Decij *opinio verior & æquior videtur.*

VM tot sint senteotiæ quot capitula, fieri potest vt actor grauatus in vno capite appellet, reus vero graoatus appellet io alio, & vterqoe causam appellationis suæ committi curet. Quo casu dubitatur vter ex duobus iudicibus delegatis in illa causa procedere debeat? Quod quia variis modis contingere potest, ideo variæ cooclusiones coostituendæ sunt.

1 Prima conclusio, si diuersæ commissiones obtineantur sub eodem die, & datâ, vna ab actore, alia à reo, vterque commissarius supersedere debet, donec Prioceps vel Superior consulatur, idque ad euitandam perplexitatem & obscuritatem, vt dicit Bald. *in cap. sane, de off. & potest. iudic. deleg.*

2 Hoc tamen nō procederet, si vni ex duobus iudicibua delegatis fuisset priùs præsentata commissio, & delegaos esset mortuus. Quia res ooo esset amplius integra quoad alium delegatum, is ergo qui viuo delegaore citationem decreuerit, solus in causa procedere poterit, si impetrans commissionem eâ vti voluerit, vt supra explicauimos *cap. 1. num. 17. & sequentib. in 9. conclusione.* Quia cum vnus solus perpetuauerit iurisdictionem; ille solus de causa cognoscere poterit mortuo delegante. Et hac ratione ille censebitur præuenisse, & excludet alium iudicem
3 datum. † Quia licet io rescriptis gratiosis atteodendum sit tempus datæ, *cap. eam te 7. cap. constitutus, 19. de rescript. cap. cum qui. de præbend. in 6.* Tamen in litteris iostitiæ attenditur tempus præsentationis ad acquirendam iurisdictionem Rebuff. *in praxi benef. tit. de diff. inter resc. grat. & iustit. num. 55.* Bald. & Castrens. *in l. 1. Cod. vt lite pend.* Vincent. de Franch. *cum ibi citatis decis. 326. num. 2.* Quod intellige si iudex cœperit in caosa procedere saltem per commissiooem citationis, ex notatis *supr. cap. 1. num. 19.*

Rursus hoc intelligeodum est oisi ex lectura re- 4
scriptorum, vel processus tolleretur perplexitas. Veluti si io vno ex duobus rescriptis fieret mentio alterios taoqoam anterioris, vt per tradita Bald. *in d. cap. sanè.* tenuit Marchesao. *de commissionib. tom. 2. tit. de commiss. caus. p. 2. §. 3. n. 16. fol. 319.*

Præmissa quoque locum habent, quando agitur 5
de dooboa iudicibus delegatis. Sed dum agitur
de duobus ordinariis iudicibus quorum quilibet
causam ad se spectare iure præuentionis vel aliter
prætendit, aliud dicendum est. Variæ siquidem sunt
in hoc capite Scribentium opinioones. Quidam existimant
vtrumque iudicem posse cognoscere, *per
Glos. in l. 1. in offerendis, in verbo, decernendum. Cod.
de appellat.* † Alij cognitionem tribuunt Iudici di- 6
gniori, ex Iason *in l. ex quacumque, num. 19. ff. si quis
in ius voc. non ierit.* † Veritas est quod ad Superio- 7
rem recurrendum est, vel eligendi erunt Arbitri.
Bart. *in leg. si vni, num. 1.* & *ibi* Castrens. *num. 6. ff. de re
iudic.* Rota *decis. 29. num. 2. part. 4. recent.* † Doctri- 8
na vero *Iasonis* procedit dumtaxat quando ex duobus
iudicibus, vnus est dignior, & Superior respectu
iurisdictionis, secùs si sint pares in iurisdictione, licet
vnus alia ratione quam iurisdictionis dignior reperiretur.
Rota *dicta decis. 29. num. 5. parte 4. recentior.*

Secunda Conclusio. Ille qui fauorabilem senteo- 9
tiam obtinuit, & graoatus non est, non potest appellare,
& si appellet, illius appellatio non subsistit.
Quia appellatio datur propter grauamen, ergo cessante grauamine, cessat appellatio. Sigism. Scac. *de appellat. quæst. 5. num. 94.* Et ideo commissio data ad instantiam illius, qui nullo modo grauatus, non potest operari effectum præuentionis. Scac. *d. q. 5. n. 99.* Abb. *in cap. si duobus in fine, num. 2. versic. vltimo quæro. de appellat.* Antonin. de Amat. *resol. 6. n. 23.* Si tamen grauatus appellet ab interlocutoria, potest de consensu appellati iudex appellationis ius dicere in negotio principali. Surd. *decis. 175. num. 10.* Scac. *de appell. quæst. 17. limit. 47. membr. 3. num. 9.* vbi id explicat.

Tertia Conclusio. Quando sententia continet 10
plura capita quæ inter se connexionem habent, si vna ex partibua appellauerit, alia appellare non potest, sed appellatio vnius iuuat alteram partem, & efficitur communis vtrique, quamuis ille qui appellauit, declarauerit se appellare tantum quatenus contra, Add. ad Ludouis. *decis. 223. n. 9.* Et ideo hoc casu sicut appellatio est communis, ita & commissio.

Regula illa, quod appellatio vnius litis consortis, prodest alteri qui non appellauit; locum habet, etiā si postea appellans vellet suæ appellationi renunciare: Felin. *in cap. cum super, num. 8. de re iudic.* Gabriel. *consil. 38. num. 5. lib. 1.* Rot. *decis. 191. num. 4. p. 2. recent.* Quod tameo non procedit, quando quilibet de litis consortibus habet separatum procuratorem, quia constituendo alium procuratorem, videtur tacitè prohibuisse ne alius quispiam procurator in illa causa eius nomine se ingereret: Lancellot. *de attentat. cap. 12. ampliat. 11. num. 7.* Crescent. *decis. 7. n. 3.*

Sed hæc limitatio non habet locum, si procurator litisconsortis esset negligens in appellando, & ageretur de causa connexa: ita enim procedere dictam decisionem Crescentij, testatur Rot. *decis. 11. num. 6. par. 4. recent.* Idemque dicendum est si vnus ex litisconsortibus, non prodesset acquiescenti: Rot. *decis. 183. num. 6 in princip. part. 2. recent.* post Guid. Pap. & alios *ibidem* citatos. Idem dicendum est, quando quilibet ex litis consortibus distinctam habet defensionis causam; tunc enim appellatio vnius, alteri non prodest: vt probat Rota *dicta decis. 183. num. 6. circa fin. part. 2. recent.* Potest tamen appellatus adhærere appellationi aduersarij, quamuis propriam interposuisset appellationem, & postea illa esset deserta, aut etiam si propriæ appellationi renunciasset, & aduersarius appellasset *quatenus contra*, si agatur de capitibus connexis: vt fusè comprobat Antonin. de Amato *resolut. 9. num. 11. & sequent.* Ricc. *collect.* 1602. Cyriac. *controuers.* 185. *n.* 4.

11 Quando vero capitula sententiæ sunt diuersa & separata, tunc appellari potest ad diuersos iudices, vt notauit Franc. *d. cap. si duobus. num.* 5. 6. & 7. Scac. *de appellat. quæst.* 10. *num.* 5. & *sequentibus.*

12 Quarta Conclusio. In casibus in quibus ad diuersos iudices appellatio interponitur, veluti si à sententia Episcopi suffraganei, vna pars appellauerit ad Archiepiscopum Metropolitanum, alia vero ad Legatum vel Vicelegatum, prævalet appellatio interposita ad Metropolitanum, Gambar. *de offic. & potest. legat. lib.* 8. *quæst.* 25. *num.* 13. Franch. *in dicto cap. si duobus n.* 3. Ofasc. *decis.* 13. *n.* 14.

13 Quod ampliatur, etiamsi is qui appellanit ad inferiorem præuenisset, & causam ac processum iam coram ipso inchoasset. Talis enim præuentio nõn operatur in præiudicium appellationis ad Superiorem interpositæ, quia semper iurisdictio Superioris prævalet, Lancell. *de attent. cap.* 12. *ampliat.* 15. *n.* 24.

14 Vbi hoc limitat, nisi inferior coram quo causa appellationis introducta fuit, ignorasset appellationem ad Superiorem interpositam fuisse. Vnde cautela erit vt is qui ad Superiorem appellauit, notam appellationem suam faciat inferiori, ne causam ignorantiæ prætendere possit. Nam quomodocumque ad eius notitiam deuenerit, fuisse ad Superiorem appellatũ, debet abstinere, & si eo non obstante procedat ad vlteriora, talis processura declarabitur attentatoria: Lancell. *dicto cap.* 12. *ampliat.* 15. *num.* 30. quem sequitur Scac. *dicta q.* 10. *art.* 3. *n.* 10.

15 Quinta Conclusio. Si in sententia contineantur diuersa capita, & vtraque pars appellauerit ad eundum Superiorem, & quælibet suum obtinuerit commissarium, & similiter quælibet ex partibus suo diuerso scribente notario introduxerit, videtur dicendum eandem causam appellationis coram diuersis iudicibus tractari non posse, Franc. *in eodem cap. si*

16 *duobus, num.* 2. † Sed tamen *idem* Franc. *in eodem cap. si duobus in vlt. quæst. num.* 10. videtur tenere contrarium, videlicet quod licet agatur de vna eademque sententia, tamen si contineat capitula separata, & distincta, possunt duæ appellationes interponi, & coram duobus diuersis iudicibus tractari, nec eã ratione diuidi dicitur continentia causæ, quia appellatio separatim pro quolibet capite separato denoluitur, ne appellanti in capite separato tollatur electio iudicis ad quem, & oʀtarij, quæ spectat ad appellantem. Quod singulariter menti tenendum esse existimat Franc. *dicto cap. si duobus.* quem citat &

17 sequitur Scac. *d. q.* 10. *n.* 9. † Decius vero *in d. c. si duob. in vltima quæst. in* 2. *casu n.* 19. tenet contrarium optimis rationibus innixus, licet fateatur Doctores omnes *in dicto cap. si duobus.* priorem sententiam amplecti. Suam vero opinionem tuetur ex eo quod sicuti in causa principali, diuersa illa capitula simul deducta fuerunt, & per eandem sententiam terminata, eodem modo per vnicam appellationem terminari debent, cum appellatio naturam causæ principalis sequi debeat. † Et sane multa orirentur inconue- 18
nientia si aliter diceremus. Posito enim, verbi gratia, quod tres vel plures essent collitigantes, & tria aut plura eiusdem sententiæ capita separata, si quælibet pars separatim appellationem coram diuersis iudicibus introduceret, diuersisque scribentibus notariis, multiplicarentur expensæ, & lites ex litibus oriretur, daretúrque occasio partibus sese inuicem vexandi, oriretúrque magna confusio. Et ideo ego libenter opinioni Decij vti æquiori adhæreo, & super hoc bonum esset, vt Superior perpetuâ constitutione prouideret. Quamuis apud nos in praxi opinio Decij seruetur, prout eam per annos 40. semper seruari vidi, cum attendamus semper quis fuerit magis grauatus.

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM.

De continentia causæ non diuidenda ad materiam, *l. nulli Cod. de iudiciis.* Et de differentia inter *leg. vbi cæptum, ff de iudiciis, & dictam l. nulli.* De pluribus simul delinquentibus. Quid si vnus sit clericus alter laicus. Causa possessionis & proprietatis, an, & quando coram eodem Iudice sit terminanda, quod tamen fusius explicatur inferius, *cap.* 23. Non posse opponi de continentia causæ, quando quis coactè, exceptione iam proposita vtitur coram alio Iudice, nempe si fuerit ab aduersario prouocatus. Continentia causæ, an locum habeat dum agitur de eadem tutela, vel de eodem fideicommisso, vel de eadem pignoratione generali, vel de diuersis terminis solutionum eiusdem debiti. Et quod hæc exceptio possit opponi tam coram Iudice ordinario quam coram delegato, ex mente, *Rotæ*, quam sequi debemus, non obstante opinione *Ignei* de qua infrà, *cap.* 24. *num.* 8. Quando & in qua parte litis ista exceptio proponi possit. Contumax vtrum refusis expensis hanc exceptionem proponere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio continentia causa non diuidenda, est diuersa à dispositione* leg. vbi cœptum. Digest. de Iudic.

2 *Remedia* leg. vbi cœptum. ff. de iudic. & l. nulli. Cod. eod. tit. *non solum sunt diuersa sed etiam incompatibilia.*

3 *Remedio* l. nulli. C. de iudic. *renunciari potest expresse vel tacitè.*

Exceptio continentia causa vtrum necessario sit opponenda

ponenda ante litem contestatam, an vero opponi possit in quacumque parte iudicij.

Contumax auditur in hac exceptione refusis expensis contumacialibus.

4 *Si agatur de pluribus simul delinquentibus, causa debet coram eodem iudice tractari adversus omnes.*

5 *Si clericus & laicus de eadem re conveniantur, clericus vti dignior causam trahit ad iudicem Ecclesiasticum. Vide tamen ibi contrarium tenentes.*

6 *Causa proprietatis tractari debet coram eo qui fuit iudex causa possessoria.*

7 *Multo magis causa possessorij, coram vno iudice intentata, debet coram eodem iudice tractari.*

8 *Si post coram vno iudice petitam manutentionem in summarissimo, & denegatam, is cui denegata fuis cittetur in causa petitory coram alio iudice, non impeditur de summarissimo iterum opponere coram hoc nouo iudice, nec opponi potest de litispendentia, vel de causa continentia non diuidenda.*

9 *Si causa sit diuersa, non potest opponi de continentia causa.*

10 *Clausula* si quid sit exequendum *vis non porrigitur ad causam separatam.*

11 *Iudicium nullum, non causat litispendentiam.*

12 *Clausula* si quid sit exequendum, *apposita in commissione appellationis in causa possessorij, ostendit signaturam habuisse possessionem pro turbida.*

13 *Manutentio in prima instantia denegata peti potest in secunda.*

14 *Explicatur* decisio Caualer. 615.

15 *Causa proprietatis coram eodem iudice, qui de possessione cognouit, tractanda est, quandiu pendet iudicium super possessione. Sed finito possessorio, distinguendum est vtrum Actor, vel Reus sint eiusdem vel diuersi fori. Sed vide inferius* cap. 54. *per totum.*

16 *Causa tutela, vel fideicommissi, vel pignorationis generalis, debet coram eodem iudice tractari.*

17 *Causa super diuersis terminis solutionum eiusdem annui reditus, an & quando sint diuersa.*

18 *Causa non dicuntur diuersa, si petitio vel executio facta fuerit tam pro terminis maturatis, quam maturandis.*

19 *Creditor inuito debitore non potest petere partem sui crediti, nec debitor partem soluere cogendus est si totum soluere velit. Limita tamen vt* n. 50. in fine. *si petitio partis fieret à diuersis personis, & ex diuersa causa, iuxta* decis. Rotæ 434. n. 5. par. 5. recentior.

20 *Referuntur Doctores de continentia causa tractantes.*

21 *Exceptio* ne continentia causæ diuidatur, *opponi potest tam coram iudice ordinario quam coram delegato.*

1 ISTA est materia *L. nulli. Cod. de iudic.* quæ est omnino diuersa à materia *leg. vbi cœptum, ff. eodem tit.* quia in materia *l. vbi cœptum*, agitur de iudicio mota̅to. At vero in *l. nulli*, agitur de iudicio diuiso. Exceptio *l. vbi cœptum*, procedit quando quis vellet iudicium mutare, veluti si quis pro eadem re coram alio iudice Reum conuenire vellet, dimisso primo iudice: coram quo lis cœpta erat. Sed quando agitur, non de eadem causa, sed de connexa, quam quis vult coram alio iudice intentare, tunc opponitur, quod causæ continentia diuidi non debet, *ex d. leg.*

2 *nulli.* † Et sic duæ istæ exceptiones non solum sunt diuersæ, sed etiam incompatibiles, adeo vt vna aliam impediat, illique aduersetur. Natt. *consil.* 135. *n.* 4. Monach. *dec. Florent.* 66. *n.* 4. Alio modo exemplificat Galerat. *de Renunciat. c.* 146. *n.* 1.

3 Huic exceptioni renunciari potest, vel expresse, prout fieri solet per eum qui in instrumento publico obligatus est; vel tacitè, si quis videlicet illam non opponat ante litem contestatam. Cum enim hoc beneficium fuerit introductum fauore rei conuenti, sequitur reum illi renunciare posse. Galerat. *dicto c.* 146. *n.* 2. 3. 4. 5. Monach. *dicta decis.* 66. *n.* 5.

Ista tamen sententia non transit sine contradictione: nam plurimi DD. existimant exceptionem *Ne continentia causa diuidatur*, posse opponi in quacumque parte iudicij, quamuis sit dilatoria: quia lex resistit decisioni iudicij, & pœnam imponit: & ideo quidquid fit contra legem, nullum est; & propterea licet exceptio præuentionis debeat opponi ante litem contestatam, tamen aliud statuendum est in hac exceptione *Ne cōtinentia causa diuidatur*: quia in exceptione litispendentiæ seu præuentionis, lex non resistit, licèt non assistat: sed in hac exceptione *Ne continentia causa diuidatur*, lex omnino resistit: & per hanc rationem Trentacinq. *lib.* 2. *var. resolut. tit. de Iudic. resolut.* 3. *n.* 10. existimauit hanc exceptionem *ne continentia causa diuidatur*, posse opponi in quacumque parte iudicij: Quam sententiam amplectitur Alberic. *in dicta l. nulli, C. de Iudic. num.* 5. *& ibid.* Alexand. *num.* 6. Afflict. *decis.* 354. *num.* 8. plures citat & sequitur Carleual. *de iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 5. *disp.* 2. *num.* 10. Salgado *in labyrint. credit. c.* 4. §. 3. *num.* 7. *& sequent.*

Imo si reus fuerit contumax coram iudice præueniente, licet perdat beneficium dictæ exceptionis continentiæ causæ, tamen si compareat coram iudice præueniente, audiendus est, refusis prius expensis contumacialibus: vt probat Trentacinq. *dicta resolut.* 3. *numero* 9. Carleual. *dicta disputat.* 2. *numero* 14.

Triplex autem potissimùm est casus in quo de causæ continentia non diuidenda tractari potest. 4
Primus est, quando agitur de pluribus sociis, vel de pluribus simul delinquẽtibus, tunc causa coram illo iudice qui præuenit tractanda est, nec coram diuersis iudicibus agitanda, ne super eodem negotio diuersas, vel contrarias sententias pronunciari contingat, *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de quib. reb. ad eundem iudicem eatur.*
† Veluti si clericus simul & laicus deliquerint, vel simul conueniantur actione ciuili tanquam hæredes alicuius; tota causa spectabit ad iudicem Ecclesiasticum, quia persona Clerici, vti magis digna, totam causam trahit, ne continentia causæ diuidatur, & vt euitetur diuersitas, vel contrarietas sententiarum in eadem causa. Seraph. *dec.* 957. Gratian. fusè *discept.* 641. *per totam.* Licet aliqui Doctores contrarium teneant, & apud eos aliter iudicetur, Mastrill. *decis. Sicil.* 138 *num.* 6. videri potest Ricc. *collect.* 1511. 5

Secundus casus consideratur ratione subiecti, veluti si causa possessionis fuerit coram vno iudice intentata. Nam causa petitorij coram eodem, & non coram alio iudice tractari debet: ne causæ continentia diuidatur. *cap.* 1. *de causa possess. & propriet.* Gaill. *lib.* 1. *observ.* 32. *n.* 11. Menoch. *de arbit. casu* 37 1. *n.* 8. *& 9.* Quod intelligendum est iuxta copiosius tradita infrà *cap.* 24. 6

Multoque magis causa possessorij coram vno iudice inchoata, etiam per viam appellationis, debet coram eodem tractari & terminari; nec alius iudex adiri potest. Vt probat Post. *in tract. de manuten. observat.* 6. *n.* 39. 7

Quod

8 Quod tamen sic intelligendum est, vt locum habeat quando quis sponte alium adit iudicem, secùs si ab aduersario fuerit prouocatus: Tunc enim non obstaret litispendentia: Quia sicut permissum fuit aduersario pendente lite super possessorio, alium adire iudicem super negotio principali, ita & huic citato permitti debet, vt eandem manutentionis exceptionem opponat. Vt optimis rationibus probat Lancell. *de attent. lite pendent. limit.* 2. *à num.* 89. Vbi dicit, quod si quis lite coram primo iudice pendente, aduersarium ad nouum coram alio iudicium prouocauit, & deinde sub eo prætextu quod causæ continentia diuidi non debet, opponit de litispendentia coram primo, & instat quod causa ad primum iudicem remittatur, audiendus non est: ne ea sua culpa & facto suo commodum consequatur, quod fieret si postquam partem duabus diuersis litibus non sine magno sumptu & labore vexauit, sibi pro libito concederetur, vt omisso secundo iudicio in quo sponte comparuit, iterum ad primum reuerteretur, in præiudicium partis, cuius plurimum interest, vt secundum iudicium citiùs terminetur. Quod probatur à simili ex traditis per Gratian. *discept. forens. cap.* 118. *num.* 54. Vbi licet loquatur de contumace, tamen eius ratio militat etiam in hoc casu, videlicet quod litispendentia potest allegari aduersùs eum, qui est in causa, vt nouus processus instituatur, & qui facto suo dedit ansam variationi. Prout etiam determinat Rota *decis.* 91. *num.* 16. & 17. *part.* 6. *recentior.* Vnde cum aliàs quidam debitor annui redditus, causam separationis bonorum introduxisset, supponens illius, cui ipse successerat, hæreditatem non esse soluendo; creditor autem, suspenso iudicio separationis bonorum, petiisset & obtinuisset se manuteneri in quasi possessione censum exigendi, prædictus vero debitor ab hoc manutentionis decreto appellasset, causa appellationis à decreto summarissimi possessorij interpositæ commissa fuisset cum clausula *si quid sit exequendum in primis exequatur*, debitor ipse timens executionem quæ appellato denegari non poterat, intentauit nouum iudicium rescissionis cõtractus, in quo cum creditor iterum opponeret de manutentione, replicabat debitor de litispendentia, & de commissione appellationis cum clausula *si quid exequendum*, & quod causæ continentia diuidi non poterat, & ideo creditor debebat prosequi primum iudicium; Ego vero qui scribebam pro creditore dixi litispendentiam, seu potius exceptionem quod continentia causæ diuidi non poterat, non posse opponi, quia debitor per nouum iudicium non poterat deteriorem causam creditoris reddere, & per rationes & iura superiùs deducta. Et in fauorem creditoris fuit iudicatum in Vrbe, non obstante contrario decreto facto per R. D. Auditorem Aeuniuensem, & sic fuit executioni demandatum, & creditor manutentus.

9 Addebam prædictis rationibus, quod si noua lis super rescissione contractus erat diuersa à prima, non poterat opponi de continentia causæ, Ludouis. *decis.* 403. *num.* 6. Rota *decis.* 402. *num.* 6. *parte* 4. *recen.*

10 Duran. *decis.* 94. *num.* 11. † Et in specie de clausula *si quid sit exequendum*, quod nullum operetur effectum in causa diuersa, sed tantum in illa in qua data est commissio, tradit Barbos. *de claus. cap.* 169. *n.* 4. Rota *post tract. Censij de censib. decis.* 43. *n.* 4.

11 Item dicebam quod cum debitor primum illud iudicium nullitatis argueret ea defectu mandati, non poterat contrario remedio fundamentum desumere ex eo, quod nullum esse profitebatur, cum ex iudicio nullo litispendentiæ exceptio non possit produci, Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 76. *versic. Quæ nullitate.* Burat. *decis.* 76. *num.* 23. Rota *decis.* 123. *n.* 11. *par.* 7. *recentior.*

Et quamuis opponeretur, quod signatura iam iudicauerat possessionem esse turbidam, cum appellationem in possessorio commisisset cum clausula *si quid sit exequendum.* ex Marescot. *lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 6. 12

† Tamen respondebam, etiamsi non solum possessio fuisset declarata turbida, sed etiam in totum denegata, tamen constito de iustitia possessionis, debere iudicem quandocumque denegationem reuocare, & mandatum de manutenendo concedere, cum huiusmodi decreta sint merè interlocutoria, *l. quod iussit. ff. de re iudic.* Cagnol. *in l. in pari. num.* 6. *de reg. iur.* Et sic in terminis mandati de manutenendo iam denegati, decidit Rota *decis.* 404. *num.* 3. & 4. *parte* 2. *recent.* Loter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 38. *n.* 126. & 127. Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *numero* 77. Ludouis. *decis.* 275. *num.* 10. Si igitur hoc procedit quando reiecta fuit manutentio, multo magis procedere debet quando tantum fuit suspensa. 13

Nec obstat *decis. Caualer.* 615. quia ibi appellatus, propria authoritate volebat continuare suam possessionem, in præiudicium commissionis appellationis datæ cum facultate manutenendi, quem de iure; cùm tamen debuisset iudicem adire, & ita procedebat attentatoriè; qui est casus specialis nihil habens simile cum quæstione proposita. 14

Cæterùm vt ad rem redeamus, quæ supra diximus *n.* 6. sic intelligenda sunt, vt locum habeant quando primum iudicium non est finitum. Nam si iudicium possessorium esset terminatum, hæc adhibenda est distinctio. Nempe quod si actor reo inuito alium vult adire iudicem, non potest, ne continentia causæ diuidatur. Aut vero reus aduersus actorem originarium vult proprietatis iudicium coram alio iudice mouere, & tunc si ambo sint eiusdem fori, causa coram eodem iudice tractanda est. Sed si sint diuersi fori, tunc non est necesse quod causa tractetur coram primo iudice, sed potest reus, qui modo efficitur actor, alium iudicem competentem adire super proprietate. Probatur hæc distinctio per textum, Glossam, & Dd. *in cap. fin. de iudic.* & *ibi* maximè Abb. *num.* 15. Qui dicit quod hoc casu vulgata illa regula, quod actor sequitur forum rei, non debet violari per aliam regulam, quod continentia causæ diuidi non debet. Atque ita decisum refert Cabed. *decis. Lusit.* 32. *n.* 5. Sed de his fusiùs, *cap.* 24. 15

Tertius est casus, quando agitur de causa vniuersali, vel generali, veluti de tutela, de actione negotiorum gestorum, & aliis similibus plura capita in uicem connexa continentibus. Tunc enim ne continentia causæ diuidatur, iudex causæ vniuersalis, debet etiam cognoscere de causis particularibus sub illa generalitate contentis. Veluti si penderet causa vniuersalis super apertura fideicommissi, & creditores lite pendente vellent exequi contra bona quæ fideicommisso supposita prætenduntur, non possent hoc facere nisi coram iudice coram quo causa aperturæ fideicommissi pendet. Tum ex eo quod causa fideicommissi est præiudicialis, tum etiam ex eo quod continentia causæ diuidi non debet. Vt fuit decisum per Rotam apud Post. *tract. de manuten. decis.* 334. *num.* 9. Vbi additur, quod non solum causa illa dicitur vniuersalis, quæ talis est respectu petitionis, & conclusionis libelli, sed etiam respectu executionis, veluti si de pignore capta fuerint omnia bona fideicommisso supposita; vt dicitur *in decis.* 334. *numero* 11. Et faciunt tradita per Rotam 16

coram

coram Andr. *decis.* 87. *numero* 11. Crauet. *consil.* 79. *num.* 7. Plura de hoc tertio casu diximus, *cap.* 10. *num.* 1. *& sequent.*

17 Hic tamen opportunè quæritur quid dicendum sit de diuersis terminis vnius eiusdémque census, seu annui reditus, vtrum tales causæ sint ita connexæ, vt iudex coram quo actum fuit pro vno termino, censeatur totam causam præuenisse etiam quoad termios postea decursos. Hoc idem tractat Ias. *consil.* 9. *n.* 5. *lib.* 1. & bene Merlin. *decis.* 723. *n.* 3.

In hac quæstione Rota coram Ludouis. *dec.* 345. existimauit duas istas causas esse diuersas, & per consequens iudicem aditum pro solutione diuersorum censuum terminorum, procedere posse, non obstante litispendentia super aliis terminis absque periculo attentatorum; cum tot sint debita quot sunt

18 termini decursi. † Quod est verum, si petitio vel executio simpliciter facta fuerit pro termino, vel terminis tunc decursis. Secus si petitum fuerit debitorem cogi tam pro fructibus decursis, quam decurrendis, quod rectè fieri posse testatur Salgad. *in tract. de Reg. protect. par.* 4. *c.* 11. *n.* 19. Tunc enim cum petitio sit generalis, locus esset regulæ *d. l. vbi cœptum*, vel *d. l. nulli.* Propter pendentiam litis vniuersaliter, vel generaliter intentatæ.

19 Sed hic alia insurgit quæstio, videlicet vtrum creditor annui reditus, possit inuito debitore agere ad solutionem partis census, vel censuum decursorum? Et dicendum est non posse, ne continentia causæ diuidatur. Et præterea, quia sicut debitor creditorem cogere non potest, vt partialem recipiat solutionem, propter multa incommoda quæ secum affert solutio partialis, *l. Tutor.* §. *Lucius. ff. de Vsur.* Hieron. Butigell. *in l. quidam existimauerunt, n.* 15. *ff. si cert. pet.* Afinius, *in tract. de exec.* §. 7. *c.* 16. 1. *per tot.* Ita nec creditor cogere potest debitorem, vt sibi partialem faciat solutionem, sed illa non admittitur nisi interueniente mutuo tam debitoris quam creditoris consensu, ex regula correlatiuorum. Negusant. *de pignor. in* 5. *p.* & 2. *memb.* 5. *p. n.* 18. Add. ad Mathesil. *singul.* 115. *n.* 1. Gomes. *tom.* 2. *var. resol. c.* 10. *de indiuid. n.* 5. *versic. Pulchrum tamen dubium est.* Fachin. *lib.* 10. *qu. iuris controu. cap.* 59. *versic. Secundum argumentum.* Eâdem ratione, si creditor partem sui crediti petat in iudicio, aliâ portione suspensâ, valida quidem est creditoris petitio, sed quæ exceptione submoueatur, si debitor de continentia causæ non diuidenda op-

20 ponat. † Vt dicunt communiter DD. *in l. cum quadam puella,* §. *queries, ff. de iurisd. omn. iud.* & tradit Cens. *in tract. de censib. q.* 72. *n.* 11. *verf. Nec etiam obstat quarta ratio.* Afflict. *decis.* 354. *n.* 6. & *ibi* Addent. Trentacinq. *lib.* 2. *de iudic. resol.* 5. vbi plenè materiam huius capitis pertractat. Menoch. *de arbitr. cas.* 571. *n.* 14. & 15. Alex. Aretin. & Imola *in l.* 1. *ff. de acquir. poss.* Ioseph. Ludou. *decis. Lucensi* 46. *per tot.* Caroc. *de oblat. p.* 2. *q.* 7. *n.* 13. & *sequent.* Limita tamen vt per Rotam *decis.* 434. *n.* 1. *p.* 2. *recentior.* vbi vide. Concludit enim exceptionem hanc, *ne continentia causæ diuidatur*, habere locum quando adest identitas causæ & personarum; secus si eadem non esset causa defensionis, nec eædem personæ.

21 Hoc vltimo loco subiiciendum est exceptionem istam, Ne continentia causæ diuidatur, non solùm coram iudice ordinario, verum etiam coram delegato opponi posse. Rota *dicta decis.* 91. *num.* 21. *part.* 6. *Recentior.*

De hac materia continentiæ causæ non diuidendæ agit Salgad. *in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. & *eod. cap.* 5. 5. *num.* 6. & Cancer. *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 16. *num.* 34. & *cap.* 10. *num.* 100. & *seqq.* vbi di-
Sanlegetius de Præuent. Iudic.

cit quod continentia causæ non attenditur, nec inconueniens illud, quod sequi possent diuersæ sententiæ, quando personæ sunt diuersi fori & ad vnum trahi nequeunt, veluti si res sint in diuersis locis & iurisdictionibus.

CAPVT XIV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis feudalibus, si de feudo fuerit controuersia. De iurisdictione Domini Rectoris Comitatus Venaissini in toto Comitatu in castris infeudatis, vel non infeudatis. An & quomodo illi comperar. Causa feudalis per leges feudales decidenda, tractari debet coram Domino feudi, & sic coram Domino Rectore Comitatus, qui ius reddit vice & nomine supremi Principis nostri, secus si causa decidenda sit secundum ius commune, tunc enim coram Iudicibus ordinariis competentibus tractanda est. Quid si agatur de fructibus feudi, aut de possessorio iudicio super feudo.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rector Comitatus Venaissini, vti Præses Prouinciæ, habet merum & mixtum imperium in toto Comitatu.*
2 *Consuetudo in materia iurisdictionis feudalis est attendenda.*
3 *Si de feudo fuerit controuersia, cognitio ad Dominum feudi spectat, vel ad eius officiales.*
4 *Quando pares curiæ cognoscere debent de causis feudalibus, hoc facere possunt per Locumtenentes.*
5 *Feuda in Comitatu Venaissino sunt redacta ad instar bonorum patrimonialium.*
6 *Quando causa feudalis non est decidenda secundum leges feudi, sed secundum dispositionem iuris communis, tunc Dominus Rector Comitatus procedit vti iudex ordinarius, non vti iudex feudi.*
Præuentioni locus est quoad fructus feudi inter Dominum feudi, & iudicem ordinarium.
In iudicio possessorio vtrum sit locus præuentioni.

QVæstio ista tangit materiam præuentionis, quia si in causa feudali procedendum sit priuatiuè coram iudice feudi, qui est Reuerendissimus Dominus Rector Comitatus Venaissini, tunc non erit locus præuentioni in præiudicium ipsius, & tribunalis eiusdem; Sin minus, facilius admittetur contra ipsum præuentio, vel ratione priuilegij, vel aliis de causis ob quas recedi potest à iurisdictione ordinaria. Pro cuius resolutione duo casus distinguendi sunt. Primus est, quando agitur de negotio quod, per leges feudales est decidendum, veluti si agatur de seruitiis per feudatarium Principi præstandis, de inuestitura feudi, & aliis similibus, vel de iuribus ex natura feudi, vel ex pacto, Domino feudi erga subditos competentibus: Et tunc verus iudex vassallorum est Præses Prouinciæ, & sic in Comitatu Venaissino Dominus Rector dicti Co-

1 mitatus. † Quia omnis iurisdictio, quæ olim super castris eiusdem Comitatus competebat Domino Comiti Tholosan. hodie etiam cum mero & mixto imperio ad præfatum Dominum Rectorem Comitatus deuoluta est, vt de eodem Domino Rectore loquens testatur Castreos. *consil.* 406. *n.* 4. *vol.* 1. Quod intelligendum est de castris non infeudatis, nam infeudatorum iurisdictio, merum & mixtum imperium, ad feudatarios ex concessione Principis translata sunt, vt diximus *cap.* 11. *num.* 2. Quia vt ipse ait, Præses Prouinciæ merum habet imperium in tota Prouincia. Vnde videmus quod solus Dominus Rector Comitatus homagia vassallorum recipit, inuestituras feudales concedit, caualcatas indicit, & alios omnes actus facit, quibus se pro vassallorum
2 iudice ordinario gerit. † Quæ consuetudo in hac materia est attendenda, vt per Henric. Bohic. *in cap. ex parte, n.* 4. *de Feud.*

3 Vulgatum autem illud axioma, quo dicitur cognitionem ad feudi Dominum spectare, si de feudo fuerit controuersia, non de solo Domino superiori feudi intelligendum est, sed ad ipsius etiam officiales referendum, per quos ius redditur vice & nomine Superioris Domini, qualis est dictus Dominus Rector: & ita loquuntur Doctores, vt videre est apud Borell. *in summa decis. lib.* 1. *tit.* 33. *de appellat. num.* 1293. his verbis; *Quod dum dico, de magistratibus ab eo institutis intelligo.* Barbos. *in cap. cæterum, num.* 3. *de iudic.* in illis verbis, *Vel eius iudice tempo-*
4 *rali.* † Et ideo in casibus in quibus Pares curiæ iudicare debent, iudicant per se, vel per Vicegerentem seu locumtenentem, Mozz. *de natural. feud. num.* 17. Vbi dicit illum locumtenentem habere iurisdictionem ordinariam in vassallos, seu feudatarios, Rosent. *de feud. cap.* 12. *concl.* 2. *n.* 44. *&* 45. Vbi etiam ostendit consuetudine induci posse, vt de rebus feudalibus soli certi iudices cognoscant.

Alter casus est, quando agitur de negotio quod per leges feudales decidendum non est, veluti si quis vigore instrumenti publici paratam habentis executionem, & clausularum in eo contentarum, peteret se immitti in possessionem cuiusdam feudi, vel feudum ipsum de pignore capi, (quod fieri potest,
5 † cum feuda in Comitatu Venaissino sint redacta ad instar bonorum patrimonialium, Bertrand. *cons.* 257. *num.* 1. *vol.* 6. D. Ludouic. Bell. *consil.* 3. *num.* 64. *& consil.* 4. *num.* 1. *&* 81.) Hoc casu non est quærendum de aliqua iudicis feudalis tanquam feudalis prærogatiua, cui tunc locus est, quando negotium ex lege feudali decidendum est; At hic secundum ius commune sententia proferenda: Et propterea
6 † Dominus Rector habet quidem iurisdictionem, sed non tanquam Iudex feudi, vt tradunt DD. *in dicto cap. cæterum, de iudic.* Mynsing. *centur.* 1. *obseruat.* 99. *num.* 2. Cessat enim omnis iurisdictio feudalis cessante fundamento, dum non agitur ex lege feudi in qua tanquam in basi subsistit omnis potestas iudicum feudalium tanquam feudalium, Alexand. *consil.* 79. *num.* 1. *volum.* 1. Nicol Euerar. *consil.* 158. Præclarissimè Domine. *per tot.* Herman. Vulteius *in tract. de feud. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 39. Carol. de Grass. *in tract. de Effect. cleric. effectu* 1. *num.* 729. Surd. *consil.* 193. *num.* 13. *&* 14. Rosent. *de feud. c.* 12. *conclus.* 2. *num.* 3. Balzaran. *de feud. Tit. apud quos vel apud quem controuers. feud. definiri deb. ad textum, num.* 10. *in fine versic.* Item vbi non agitur.

Colligitur ex præmissis, multo magis posse authoritate Iudicis cuiuslibet ordinarij competentis, fructus feudi capi de pignore, & præuentioni locum esse inter Iudicem exequentem & Iudicem ordinarium feudi in quo fructus siti sunt. Quia regulariter fructus feudi ab ipso Vassallo sine consensu Domini alienari possunt: Clar. *in §. feudum, q.* 30. *n.* 9. Hartm. Pist. *lib.* 1. *q.* 15. *n.* 35. Sed hæc iurisdictio est cumulatiua cū Domino feudi, seu eius Iudicibus ordinariis: Harman. Pistor *d. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 90. *&* 93. & per consequens inter ipsos locus erit præuentioni.

Difficultas est circa Iudicem ordinarium, vtrùm possit excludere Iudicem feudi, saltem per viam præuentionis, quando agitur de possessorio feudi, quod secundum leges ciuiles decidendum est. Plurimi DD. volunt causam istam priuatiuè spectare ad Dominum feudi, nec Iudicem ordinarium posse hāc causam præuenire: & hanc communem esse sententiam testatur Farinac. *q.* 8. *n.* 22. *versic. Et hoc, siue agatur:* & plures citat Carol. de Grass. *de effectibus clericatus, effect.* 1. *n.* 732. Licet dicat magis communem esse DD. sententiam, quòd Iudex ordinarius possit cognoscere de causa feudali quoad possessorium. Sanè pro vtraque parte multi DD. citantur: vt videre est apud Farinac. & Carol. de Grass. *in locis citatis,* & apud Barbos. *in cap. cæterum,* 5. *n.* 4. *de Iudic.*

In hac cōtrouersia; Ego adhæreo primæ distinctioni: si enim possessorium secundum leges feudales decidendum sit, veluti dum possessorium admixtam habet causam petitorij; hoc casu dico, cognitionem spectare priuatiuè ad Dominum feudi, neque locum esse præuentioni: sed si causa possessorij decidenda sit secundum leges Ciuiles, existimo locum esse præuentioni, vt bene comprobat Hartman. Pist. *d. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 28. vbi plurimos allegat, Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 422.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

De præuentione in causis præiudicialibus. Quid sit præiudicium. Quæ & quotuplex causa præiudicialis. De præiudicialibus quæstionibus ex causa status, vel ratione præeminentiæ, in causis se contingētibus, vel non contingentibus. De quæstione præiudiciali incidenter proposita, quod non operetur præuentionem; & quomodo hoc casu concipi debeat sententia. De causa præiudiciali per modum reconuentionis proposita. De ea quæ proponitur principaliter per modum actionis. Et de præiudicio causæ ciuilis ad criminalem, & è contra. Et de diuersis casibus in quibus vna causa est alteri præiudicialis. Causa manutentionis in possessione, an & quando sit præiudicialis ad causam criminalem vsurpationis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium prius intentatum, prius debet terminari.*
2 *Iudicium præiudiciale, quamuis posterius intentatum, prius finiri debet.*
3 *Præiudicium quid sit. Et quid sit actio præiudicialis,* num. 4.
5 *Præiudicialis quæstio quandoque solam habet vim dilatiuam.*
6 *Si iudex velit coniungere cum negotio principali exceptionem præiudicialem dilatoriam, datur appellatio*

pellatio ab hac interlocutoria propter ordinis peruersionem.

7 *Praeiudicialis quaestio quandoque totum negotium perimit: vbi afferuntur exempla.*

8 *Causa criminalis quandoque ciuilem causam suspendit, quandoque illam omnino absorbet.*

9 *Quae sint quaestiones praeiudiciales ex causa status.*

10 *Dum tractatur de persona libertate vel seruitute, quaestio illa status praeiudicialis est, & prius decidenda.*

11 *Quaestiones in quibus disceptatur vtrum quis sit clericus, subditus, vassallus, maritus, filius, & similes, sunt praeiudiciales, & prius terminandae.*

12 *Causa libertatis an & quando sit praeiudicialis petitioni hereditatis, vel è contra.*

13 *Quaestio vicinitatis est praeiudicialis quaestioni retractus.*

14 *Causa praeiudicialis ratione praeminentiae locum habet, quandoque in causis sese non contingentibus, quandoque in contingentibus, vt n. 15.*

16 *Causae propriè dicuntur praeiudiciales, quando sententia lata in vnâ, producit exceptionem rei iudicatae in aliâ.*

17 *Quaestio fideicommissi est praeiudicialis ad quaestionem retractus ob vicinitatem.*

18 *Quaestio praeiudicialis si incidenter & per modum exceptionis deducatur, non facit vt supersedeatur in actione prius motâ, sed amba simul terminantur coram eodem iudice & notario.*

19 *Iudex potest expressè, vel tacitè in sua sententia decidere quaestionem praeiudicialem per modum exceptionis propositam.*

20 *Causa praeiudicialis per modum reconuentionis proposita, coram eodem iudice causa prius motâ, eodémque scribente notario tractanda est.*

21 *Parte non opponente, causa praeiudicialis non facit cessare causam prius motam, si per viam reconuentionis deducatur.*

22 *Causa praeiudicialis per viam actionis principaliter interposita facit cessare aliam, quamuis prius intentatam.*

23 *Causa praeiudicialis vt dicatur, sufficit possibilitas praeiudicij.*

24 *Causa criminalis quae oritur ab eodem fonte à quo causa ciuilis, debet prius terminari ob praeminentiam, si simul vtraque fuerit intentata.*

25 *Causa ciuilis vel criminalis, si prius mota fuerit, tunc inspicitur vtrum vna sit alteri praeiudicialis, & haec praeualet, & prius de eâ cognoscitur, ne diuersas super eodem negotio & contrarias sententias ferri contingat.*

Accusatio periurij superueniens non impedit causam ciuilem pro executione contractus praeuentam.

Causa super idoneitate cautionis praeuenta contra vsufructuarium est praeiudicialis petitioni vsusfructus, ideo prius terminanda.

Si quis aliquem testari prohibuerit, haec causa praeiudicialis est petitioni haereditatis.

Quando quis praetendit se iusto titulo possidere non potest criminali iudicio conueniri.

Si quis sit in possessione, seu quasi exigendi annuum reditum vtrum pendente concursu generali creditorum possit petere se manuteneri in praeiudicium dicti concursus.

Et generaliter quando pendente iudicio vniuersali possit quis petere se manuteneri.

26 *Reus qui per viam exceptionis causam criminalem deduxit, & in ea fecit probationes, non potest eandem causam deducere per viam actionis.*

2[7] *Quando actor, vel reus non possunt agere criminaliter propter praeiudicium, vtrum iudex possit procedere hoc casu ex officio.*

28 *Vtrum actio ciuilis praeiudicet criminali, vel è contra, remissiuè.*

29 *Exceptio quaestionis praeiudicialis non solum locum habet inter actorem & reum, sed etiam quoad tertium.*

30 *Quaestio Dominij est praeiudicialis ad quaestionem retractus vigore bullae competentis.*

31 *Quaestio praeiudicialis nunquam dicitur quoties agitur de causis diuersis & separatis.*

HARVM praeiudicialium actionum tractatus omnino ad materiam praeuentionis pertinet. Quia licet regulariter per iudicium prius intentatum suspendatur, vel omnino impediatur lis postea mota, *leg. qui prior. 29. ff. de iudic.* 1
† Hoc tamen locum habet quando iudicia sunt paria, secùs si vnum sit alteri praeiudiciale. Tunc enim 2
non attenditur quis praeuenerit, sed inspicitur natura & virtus quaestionis praeiudicialis, quae licet posteriùs sit mota, nihilominus praeferri & priùs tractari debet. Bart. *in d. l. qui prior 29. versic.* Aut vtraque continet petitorium. *ff. de iudic.* Bald. *in l. vbi pactum, 40. n. 4. in 3. opposit. versic.* In iudiciis ergo paribus. *C. de transaction.*

Praeiudicij autem nomen licet varias significationes habeat, nos hic sub eo nomine intelligimus, 3
cum Brissonio, quaestionem controuersam, seu causam de qua cognoscendum, statuendum & decernendum est priùs, quam de alio negotio quaeratur, propterea quod ei praeiudicium facit. † Vnde prae- 4
iudiciales actiones, seu quaestiones dicuntur, quae in cognitione praerogatiuam habent, & priùs iudicandae & terminandae sunt, vt habetur *in §. praeiudiciales, Inst. de action.* & ibi omnes Scribentes.

Ex multis autem praeiudicialium actionum diuisionibus, quae à Doctoribus in medium afferuntur, 5
duas magis ad propositum nostrum facientes eligendas censui. Prima ergo diuisio est earum quae litem suspendunt, & earum quae litem omnino perimunt. Primi generis hoc est dilatoriarum exemplum habetur *in cap. exhibita. 19. de iudic.* vbi dicitur, † quod si iudex simul iungat cognitionem quae- 6
stionis praeiudicialis dilatoriae cum negotio principali, & de vtraque simul ius dicendum & cognoscendum esse interloquatur, datur appellatio ab hac interloquutoria, propter ordinis peruersionem. Veluti si opponatur iudici exceptio excommunicationis, aut alia similis, quae iura partium in negotio principali non perimit, sed differt duntaxat.

Illarum vero, quae iura partium omnino perimunt, 7
exempla habentur in *l. 1. & tot. tit. C. de liber. agnosc.* Veluti si quis petat se admitti ad successionem ab intestato tanquam filius: Excepto illa, *Tu non es filius*, vel *tu non es legitimus*, ita totam dirimit controuersiam, vt si illum non esse filium, vel non esse legitimum cognitum fuerit, inferatur per necessariam consequentiam, illum à successione excludendum esse. Haec distinctio colligitur ex notatis per Gemin. *consil. 95.* Praesupponitur. *colum. 2. versic. secundo praemitto.* Licet ibi quaedam alia distinctionis membra referat, quae non faciunt ad propositum nostrum.

Et secundùm hanc distinctionem videmus, quod 8
aliquando causa criminalis perimit ciuilē in totum, aliquando verò illam suspendit, donec criminalis fuerit terminata: vt copiosè per Farin. *dicta q. 100.*

Secunda principalis distinctio causarum prae- 9
iudicialium trimembris est. Quaedam enim sunt

præiudiciales ex causa status, de quibus potissimum agitur *in §. præiudiciales. Instit. de actionib. & in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendicat.* Et dicuntur præiudiciales, tum quia prius sunt decidendæ, tum quia magnum
10 inferunt præiudicium, cum agatur de statu. † Exemplum in actione de liberali causa, cum quis à seruitute ad libertatem contendit, vel à libertate ad ser-
11 uitutem vindicatur. *Toto tit. C. de liber. caus.* † Item dum quæritur an quis sit ingenuus vel libertus, *l. diffamari. Cod. de ingen. manumiss. l. 1. & l. fin. Cod. si libertus ingen. esse dicatur.* Item actio de partu agnoscendo. Item si peto quempiam declarari meum hominem ligium, vel non ligium, meum subditum, vassallum, adscriptitium, vel quid simile, vt per Iaf. Fabr. & alios *in d. §. praeiudiciales. Instit. de actionib.* Iaf. *num.* 45. Faber. *num.* 23. Olriban. *de actionib. par. 2. lib. 1. cap.* 37. Vbi ampliat ad maritum respectu vxoris, monachum respectu Abbatis, Clericum respectu Episcopi, communitatem erga suos collectandos, & similes. Copiosè inter cæteros, Blanasc. *in d. §. praeiudiciales.*

12 Secundum genus actionum est illarum, quæ præiudiciales sunt ratione authoritatis & præeminentiæ, quia per minorem causam maior suspendi non debet, *l. per minorem 54. ff. de Iudic.* Exemplum in *l. si quis libertatem, 7. ff. petit. hered.* Vbi quia libertatis quæstio dependebat ex testamento, ideo decidit̄ur petitionem hæreditatis, quæ concernebat testamentum, vti principalem & præiudicialem priùs cognosci debere, quia quæstio testamenti est quæstio fundamenti, cum libertas ex testamento pendeat. Secùs esset si testamenti validitas penderet ex libertate, tunc enim quæstio libertatis priùs cognoscenda esset. Vt bene explicat Bald. *in l. 2. num. 1. in 1. opposit. Cod. de ord. cognit.* Vbi ita conciliat *d. l. 2. cum d. l. si quis libertatem.*

13 Aliud exemplum huius secundi casus afferri potest, si quis vigore statuti dantis vicino Domino domûs, ius & facultatem retrahendi, prætenderit exercere retractum, & ei moueatur quæstio vicinitatis, hęc vti præiudicialis facit cessare controuersiam retractus, Gratian. *discept. forens. cap.* 394. Ludouis. *decis.* 470.

14 Porrò in isto secundo modo, causa præiudicialis ratione authoritatis & præeminentiæ, dupliciter potest considerari. Primò si agatur de causis se inuicem nullo modo contingentibus, *vt in l. fin. C. de ordine iudic.* Quia ibi causa ciuilis & criminalis se inuicem non contingunt, & ideo causa criminalis non facit, vt supersedeatur in ciuili, ratione contingentiæ, seu connexitatis, vel dependentiæ, sed ratione præeminentiæ & maioris authoritatis, Farin. *dicta q. 100. n. 59.*

15 Secundo casu causa propter præeminentiam, est præiudicialis in causis, quæ se inuicem contingunt, propter aliquale præiudicium. Exemplum afferri potest si agatur petitione hæreditatis, & eâ pendente, intententur actiones pro rebus particularibus. & è contra, quæ est materia *l. si post litem. ff. de except. & l. fin. Cod. de petit. hered.* qua de re nos egimus suprà in *cap. 10. de ceß. bonor. n. 11.*

16 Tertius modus isque indubitabilis est, quando sententia lata in vno iudicio, parit exceptionem rei iudicatæ in alio, Bart. *in l. fundum. ff. de except.* Cuius fuit hæc originalis diuisio actionum præiudicialium, quam paucioribus verbis refert, & sequitur Rota coram Coccin. *decis.* 308. *num.* 7. Vbi propterea
17 concluditur, † quod causa fideicommissi est præiudicialis causæ retractus, quia sufficit causam esse alteri præiudicialē, vno ex tribus modis superiùs deductis,

His ita constitutis, vt ad huius materiæ explicationem distinctè quantum fieri poterit procedamus, sit.

Prima conclusio, quod quando reus in ius voca- 18
tus, non per viam actionis quæstionem præiudicialem proponit, sed incidenter & per viam exceptionis; veluti si quis agat ex testamento, & reus excipiat eum qui condidit testamentum, fuisse seruum, vel monachum; aut aliàs talis status, vt non haberet testamenti factionem: aut si quæstio retractus fuisset proposita, & reus incidenter, & per viam exceptionis proponeret quæstionem vicinitatis, tunc idem iudex idémque notarius, apud quos causa principalis proposita fuit, procedet etiam in iudicio exceptionis, quantumuis præiudicialis, sic propositæ. Non dico quin iudicium principale suspendatur per dictam exceptionem, quæ vnico contextu cum negotio principali terminabitur, sed dico quod idem iudex idémque notarius procedet in illa tota causa,
† & à voluntate iudicis dependebit, vtrum malit in 19
sua sententia expressè, vel tacitè illius exceptionis facere mentionem: text. est *in l. 3. Cod. de ord. iudic.* Farin. *d. q.* 103. *n.* 86. *& sequent.* Ludouis. *d. decis.* 470. *n.* 5. Gratian. *discept.* 394. *n.* 32. *&* 33.

Secunda conclusio. Quando quæstio præiudicia- 20
lis proponitur per viam reconuentionis, talis quæstio tractanda est coram eodem iudice, & scribente eodem notario causæ principalis. Barbos. *in d. l. qui prior. 29. num. 39. ff. de iudic.* per text. *in cap. dispendia. §. Reus quoque, de rescript. in 6.* Bart. *in auth. Et consequenter, n. 3. Cod. de sent. & interloc. omn. iud.* Decian. *in praxi crimin. lib. 4. c. 7.*

Quòd verum est parte opponente. Nam si pars 21
nihil opponat, valebit reconuentio coram alio iudice facta. Cald. *de ext. emphyt. c. 17. num. 10. versic. infero decimo quinto.* Crauet. *cons.* 220. *num.* 5. Angel. *in l. fundi, num. 5. ff. de except.* Quid autem statuendum sit dum non agitur de reconuentione, sed de causa vniuersali præiudiciali? vide suprà *cap. 10. n. 15.* Nam in reconuentione non militat illa ratio quæ in causa vniuersali præiudiciali, ne scilicet iudex animi sui motum declarare cogatur.

Tertia conclusio. Quando causa præiudicialis 22
alteri, aliquo ex tribus modis superiùs deductis, intentatur secundo loco, videlicet post primam litem motam, idque non per viam exceptionis & incidenter, nec per viam reconuentionis, sed principaliter, & de per se, & per viam actionis, tunc actio præiudicialis prius terminanda est, & prima actio silere debet & cessare, siue causa sit præiudicialis ratione status, vt in iuribus superiùs allegatis, siue ratione maioris authoritatis & præeminentiæ, *l. per minorem, 54. ff. de iudic.* siue ex eo quod sententia lata in vna, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, Addent.
ad Ludouis. *decis.* 470. *num.* 17. † Vbi hoc amplia- 23
tur vt locum habeat, quando præiudicium non oritur in effectu, sed possibile est illud oriri, ita vt sufficiat sola possibilitas præiudicij, post Burat. *dec.* 415.
num. 1. † Et propterea licet causa criminalis quæ 24
oritur ab eodem facto ex quo causa ciuilis originem ducit, prius debeat terminari tanquam maior, quamuis præiudicium sit vicissitudinarium, quando vna causa non est prius intentata quam alia, *l. 1. Cod. qui accus. non poss. d. l. per minorem, 54. ff. de iudic.* Rota *decis.* 218. *num. 1. parte 3. Recentior.* † Tamen si vna ex 25
duabus causis fuerit prius intentata, veluti ciuilis ante criminalem, & illa sit huic præiudicialis, aut possibile sit quod sit præiudicialis, veluti quando sententia lata in causa ciuili, produceret exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, tunc causa ciui-
lis

lis facit cessare criminalem. Ludouis. *d. decis.* 470. *num.* 17. Possent enim sequi contrariæ sententiæ in illis causis; quod euitandum est: Surd. *consil.* 139. *n.* 1. Euentus enim causæ ciuilis prius intentatæ, dabit initium vel finem causæ criminali vltimo loco propositæ, & ideo de causa ciuili tanquam præiudiciali cognosci debet, adeo vt si non supersedeatur in causa criminali postea intentata, licita sit appellatio, *l.* 1. *ff. de appellat.*

Ideo cùm aliàs debitor egisset ad nullitatem, seu rescissionem contractus ex capite minoris ætatis, creditor autem intentasset litem criminalem contra ipsum debitorem ratione periurij per eum incursi, ex eo quod ipse se declarasset maiorem medio iuramento, cùm tamen reuera esset minor, decisum fuit causam rescissionis contractus esse præiudicialem causæ criminali: quia cum statutum declararet iuramenta per minores præstita censeri per dolum extorta, talis declaratio extendebatur etiam ad iuramentum assertorium in contractu præstitum, quo minor se maiorem declarauerat: ideo iudicium causæ ciuilis tanquam præiudiciale causæ criminalis, faciebat supersederi in causa criminali, cuius decisio pendebat ex euentu causæ ciuilis, vt fuit decisum per Rot. apud Merlin. *dec.* 195. *per tot.*

Eadem ratione si fuerit mora lis contra vsufructuarium, cum prætenderetur ipsum teneri præstare cautionem idoneam, & quod fideiussor per ipsum oblatus non erat idoneus, pendente hoc iudicio causa dicitur præiudicialis, & ideo præuenta, vt pro consequendo vsufructu non possit agi coram alio iudice, donec causa super cautionis idoneitate fuerit terminata, Cyriac. *contrau.* 498. *n.* 12. *&* 13.

Item si quis agat petitione hæreditatis tanquam hæres, & ei obijciatur quod prohibuit testatorem facere testamentum, & ideo priuandus est hæreditate: prius cognoscendum est de hac quæstione prohibitionis, & interim suspendenda cognitio adiudicationis seu petitionis hæreditatis: *l.* 1. *C. si quis aliquem testari prohib.* Crauet. *consil.* 280. *num.* 1. Menoch. *consil.* 301. *n.* 27.

Eadem ratione non potest aliquis iudicio criminali vexari, pro turbata alicuius possessione, si alleget se esse in pacifica possessione ita faciendi; sed tunc ciuiliter agendum est: quia causa ciuilis possessorij præiudicialis est ad criminalem: Crauet. *consil.* 280. *col.* 2. *in fin. versic. ex quibus fundamentis.* Morot. *consil.* 8. *num.* 1. multa alia similia refert Crauet. *eod. consil.* 280. quæ apud eum videri poterunt.

Cæterum alia quæstio sæpiùs in nostris Tribunalibus agitata fuit, vtrùm videlicet in causa concursus creditorum, possit vnus ex creditoribus qui est in quasi possessione exigendi censum annuum, vel quid simile, petere se interim pendente lite manuteneri in quasi possessione exigendi; an verò causa concursus sit præiudicialis causæ summarissimi possessorij, & sic prius terminanda? Videretur non esse retardandam causam possessorij: quia possessor manutenendus est in sua possessione, pendente articulo præiudiciali, vt Mastrill. *decis.* 110. *num.* 21. *p.* 2. tradit Postius *de manutent. obseruat.* 8. *num.* 14. Imo etiam pendente discussionis & separationis bonorum iudicio: Cenc. *de Censib. quæst.* 91. *num.* 27. & Rota apud eumdem *decis.* 232. *num.* 20. & pendente quocumque alio iudicio vniuersali. Postius *ib. n.* 28. post Marchesan. *de commiss. part.* 1. *de commiss. appell. in possess. pag.* 932. *num.* 72. Et pendente iudicio diuisionis bonorum, Rot. apud Post. *de manutent. decis.* 476. *num.* 3.

Sed Ego distinguendum censeo; si enim agatur de concursu particulari quorumdam creditorum inter se, quorum aliqui prætendant se alijs esse anteriores, & anterioritas sit dubia, aut requirat altiorem indaginem; tunc censeo illum, qui in promptu fidem facit de sua possessione, interim manutenendum esse aduersus non possidentem, vel si possideat, de suis iuribus promptam fidem non facientem: sed si agatur de concursu generali, seu vniuersali creditorum, existimo lite pendente non debere procedi ad manutentionis cognitionem, ne oriatur confusio inter creditores: cùm duo hic concurrant, nempe vniuersalitas causæ, & illius præiudicialitas: Et ideo doctrinæ ex aduerso allegatæ non militant hoc casu. Nam *Decisio* Mastrilli 110. *num.* 21. loquitur de eo, qui pendente articulo præiudiciali, amotus fuerat à sua possessione: qui est casus specialis; & allegat text. *in cap. exhibita* 19. *de iudic.* vbi dicitur solùm dari appellationem à Iudice causam præiudicialem priùs terminare recusante, & illam reijciente ad negotium principale: quæ ad quæstionis propositum nihil faciunt.

Alij verò DD. & iura non loquuntur in terminis causæ vniuersalis concursus creditorum super generalitate bonorum debitoris, sicut nec *Decisio* 476. *num.* 3. apud Postium *de manutent.* quæ supponit tractari de possessione cuiusdam habentis ius separatum, & nullo modo connexum cum causa vniuersali diuisionis bonorum.

Marchesanus verò satis generaliter loquitur, & allegat Bartol. *in l. si quis libertatem, num.* 12. *versic. primo casu, ff. de petit. hæredit.* Vnde iuxta theoricam Bart. duo casus in hac quæstione distinguendi sunt.

Primus est, quando disceptatur inter petitorem & possessorem: Et hoc casu causa possessorij non retardatur per causam vniuersalem. Exemplum afferri potest in hærede intentante remedium *l. finalis C. de edict. diui Hadrian. tollend* quod licet sit vniuersale, tamen si compareat possessor, potest interim petere se manuteneri in possessione, quia immissio non datur hæredi quando defuncto non poterat dari manutentio, vt bene explicat Argel. *de legit. contrad. quæst.* 4. *n.* 32.

Secundus casus est, quando in iudicio vniuersali, non solum cum petitore, sed etiam cum alijs personis comparet possessor: & hoc casu, si illi tertij sunt actores aduersus possessorem vel petitorem, tunc suspenditur iudicium particulare, donec vniuersale fuerit terminatum: vt explicat Bartol. *in dicta l. si quis libertatem, num.* 12. *versic. secundo casu*: quem *ibidem* alij sequuntur. Et per consequens in iudicio concursus generalis & discussionis omnium bonorum communis debitoris, vbi agitur de interesse aliorum creditorum, suspendi debet iudicium particulare quantumuis possessorium. † Plus dico, quod 26 si reus per viam exceptionis, in iudicio ciuili deduxerit negotium seu factum, pro quo illi competebat actio criminalis, & de illa exceptione iam in iudicio ciuili tractari cæptum sit, non potest deinde reus, qui in hac exceptione actoris vices gerit, confugere ad querelam criminalem, sed illi imputandum erit, cur ius suum ciuiliter deduxerit: Caualer. *decis.* 443. *num.* 5. *&* *decis.* 536. *num.* 1. 2. *&* 3. † Ad 27 autem hoc casu saltem iudex in causa criminali possit ex officio procedere, Rota negatiuè respondit, quia cessat officium iudicis mercenarium, quod actioni intentatæ deseruit, ipsa principali actione cessante, Coccin. *decis.* 123. *num.* 30. quæ decisio est repetita *decis.* 201. *post consil. Farin.* conferunt tradita superiùs *hoc cap. num.* 19. de exceptione incidenter proposita.

28 Cæterùm, quia hæc quæstio vtrum causa criminalis ciuili præiudicet, vel è contrà, altioris est indaginis; & illam amplissimè tractauit Farinac. *dicta quæst.* 100. Ideo ad illum, lectorem remitto. Cui addo Tientac. *lib. 2. tit. de iudic. resol.* 7. Natt. *cons.* 138. Crauet. *consil.* 74. *l. b. 2. inter consil. crimin. defen. reor. uersor.* & apud eundem *consil.* 280. Guazzin. *de defens.* 1. *cap.* 24. Rotam *decis.* 579. *par.* 4. *recentior.* Gratian. *d. cap.* 394. Ricc. *collect.* 3450. & in locis per eum allegatis. Cocc. *d. decis.* 123. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 25. Burat. *decis.* 47. 69. 34. 415. 944.

29 Ista autem quæstionis præiudicialis oppositio non solum locum habet, quando agitur inter eundem actorem & reum, sed etiam quando tertius post litem inter alios cœptam, intentare vellet actionem præiudicialem. Exemplum habetur apud Coccin.

30 *d. decis.* 308. *num.* 5. † Vbi cum prima actio fuisset intentata à quodam tertio petente domum sibi adiudicari tanquam fideicommisso suppositam, non poterat reus agere ad retractum vigore hallæ super alia domo contigua, donec quæstio fideicommissi ab illo tertio intentata, fuisset terminata per sententiam. Quia quæstio dominij, etiam à tertio intentata erat præiudicialis, ex eo quod nemo potest retrahere nisi sit Dominus, & illa decisio fundatur in doctrina Bar. *in d. l. si. in dum, ff. de exceptio. num.* 5. *versic.* Secundum quam, *& versic.* Sed ipse. *Et vers.* Sed quando vnum iudicium.

32 Quarta conclusio. Non potest opponi quod causa vna sit alteri præiudicialis, quando agitur de duabus causis omnino diuersis & separatis, nullaque ratione inuicem connexis, nec mutuo dependentibus. Bart. *in l.* 1 §. *penult. ff. de verb. obligat.* Gratian. *dicta discept* 394. *n.* 14.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM.

An & quando qui per accusationem præuenit, possit reaccusari. Et an & quando locus sit recriminationi, præsertim quando agitur de delicto in eadem rixa commisso. Et quis dicatur aggressor. Et quid observandum sit si delicta essent æqualia & pares probationes. Denique quid iuris, si accusatus proponat recriminationem de falso, post litem criminalem præuentam. Quod reaccusatio non admittatur fauore illius cuius nomen receptum est inter reos. Et quod accusatio super vno delicto non inducat præuentionem querelæ institutæ super alio.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum accusatus possit recriminari, & suum accusatorem reaccusare. Remissiuè.*

Qui fuit accusatus potest reaccusare quando nomen eius nondum receptum est inter reos.

Si diuersa accusationes de diuersis criminibus opponantur non est supersedendum etiamsi agatur de minori delicto.

Iudex requisitus non tenetur remittere reum donec cognitum fuerit de delicto quantumuis minori de quo accusatur in suo tribunali.

2 *In qua querela procedendum sit quando agitur de mutuis iniurys, vel vulneribus hinc inde illatis, & quæ praualere debeat.*

3 *Ex duobus rixantibus, si ignoretur quis sit aggressor, quomodo procedendum sit.*

4 *Accusatus de aliquo crimine, potest falsi accusationem instituere, etiam post nomen receptum inter reos.*

5 *Accusatio falsi facta contra accusatorem, debet fieri coram eodem iudice. Quid vero de notario statuendum sit.* ibidem num. 6.

QVi per accusationem præuenit non potest ab accusato reaccusari, quia regulariter recriminatio permissa non est. Iuxta ea quæ declarat & copiosè deducit Clar. *in praxi.* §. *fin. qu.* 14. *num.* 11. Decian. *in pract. crimin. lib.* 3. *cap.* 24. *per totum.* Hippolytus Riminald. *consil.* 114. *ferè per totum.* Marantia *par.* 4. *dist.* 6. *num.* 56. *&* 57. Farin. *dicta qu.* 10C. *num.* 69. *&* 91. *Et de accusat. qu.* 11. *num.* 1. 5. *& qu.* 16. *num.* 30. Guazzin. *de defens. reorum. defens.* 5. *cap.* 10 *per totum.* Aduertendo tamen quod causa criminalis non dicitur cœpta per solam inquisitionem, nisi citatio fuerit legitimè executa, Burat. *decis.* 109. *per tot.* 1

Io hac materia multæ afferuntur à DD. regulæ & limitationes, & nominatim à Mar. Socino *in cap. ex literis, de mut. petit. in* 6. *art. princip. in* 14. *fall.* quæ paucis ad hoc reducuntur, videlicet, Quod ille qui accusatur de aliquo delicto, potest tam de maiori, quam de minori crimine accusatorem suum reaccusare, si nomen eius nondum est receptum inter reos; siue suam, aut suorum, siue extranei iniuriam prosequatur: sed si nomen eius iam receptum fuerit inter reos, non potest accusatorem aut alium accusare de minori crimine. Quod si agatur de maiori crimine, potest quidem alium extraneum accusare, non autem suum accusatorem, nisi suam, aut suorum iniuriam prosequatur. Quod intellige, reo in primis personaliter constituto; nam alioquin tota practica criminalis destrueretur: vt bene explicat Clar. *in pract. crimin.* §. *fin. n.* 12. qui in hac materia adeundus est. Excipe crimen falsi, de quo mox agetur *num.* 4.

Sed quid dicendum, si contra eundem reum duæ causæ criminales à diuersis accusatoribus proponantur? Respondeo non esse supersedendum, etiamsi noua accusatio sit de minori delicto: per text. *in l. si cui,* §. *cum sacrilegium, ff. de accusat.* Et sic causa præuenta super minori delicto suspendit cognitionem & iudicium maioris criminis. Et ratio est, quia alioquin contingere posset, vt reus accusans de minori crimine, non posset consequi satisfactionem iniuriæ sibi illatæ per crimen minus graue; quod fieri non debet, ex *l.* 1. *ff. de priuat. delict.* Vnde si iudex requisitus teneatur delinquentem ad Iudicem requirentem remittere, poterit deuegare remissionem si reus aliquod delictum quamuis leue commiserit, donec ille fuerit in suo Tribunali de leuiori delicto punitus, vt probat Addit. ad Gam. *decis.* 52. *in fin.*

Videri poterunt quæ nos diximus *in quæst. benefic. par.* 1. *cap.* 117. *num.* 1. *& seqq.*

Verum si agatur de iniurijs, vel vulneribus mutuo in eadem rixa illatis, maior est difficultas, & hic casus quotidie euenire solet. Vera resolutio est, quod in primis considerare debet iudex quis in rixa & aggressione præuenerit, non autem quis sit prior in 2

accusa

accusatione,& sic videndum est quis priùs deliquerit, & rixæ occasionem dederit, vt decisum fuit in Codice Fabriau. *lib.9.titul.1. Qui accusar. non poss. definit.1. num.5.* Quia dom quid in rixa commissum est, non debet considerari tanquam multiplex delictum,sed tanquam vnum; Ideo præuentio accusatioois nihil operatur.

Secundo aduertendum est quis grauiorem offensam passus fuerit, illius enim accusatio præualere debet. Faber *dicta definit.1. in fine*, per text. *in l.rei maiori 21.ff.de except.*

3 Et ad idem propemodum recidit Decian. *in tract.crimin.lib.3.dicto tit.24.num.37.& 38.* Vbi dicit quòd in mutuis vulneribus,qui non fuit accusatus, eiusque nomen nondum receptum est inter reos, potest accusatorem suum reaccusare,& recipitur quidem accusatio primi, & si alter, antequam aliud fiat, accuset,recipitor quoque huius accusatio si delicta sint paria. Sed si vnus de morte accuset, & alius de vulnere,quamuis accusans de morte esset posterior in accusando, tamen super hac posteriori accusatione sola esset procedendum, quia hoc delictum est grauius. Sed si delicta sint paria, recipitur vtraqoe accusatio, & super vtraque fit informatio. Et illa accusatio præualebit pro qua indicia & probationes erunt vrgentiores: Verum si factum esset vtrinque dubium, & probationes ac delicta æqualia, contra ambos procederur,& vtriusque partis recipientur constituta & responsiones. Atque ita apod nos etiam practicatur.

Et de hac materia, & ex quibus cognoscatur quis fuerit aggressor, videantur tradita per Farinac. *in tract.de homicid.q.125.p.7.§.3.à n. 484.* vbi copiosè & dilucidè casus omnes distinguit,ideo ad illum dum casus occurret recurrendum est.

4 Præterea & hoc in praxi summè notandum est; quod quando aliquis fuit accusatus de aliquo crimine, & testes qui contra ipsum deposuerunt fuit falsi, potest talis accusatus, etiam postquam nomen eius receptum est inter reos, suum accusatorem & testes de falso accusare, & talis accusatio admittitur,& illâ pendente,supersederi debet in accusatione principali, Farinac. *dicta quæst.100. num.65.& 68.& quæst.112.n.23.& q.16.n.30.*† Qui tamen existimat hanc falsi accusationem coram eodem iudice

5 causæ principalis proponendam esse, & non coram diuerso,ne causæ continentia diuidatur, per text. *in authent. Et consequenter,C.de sent.& interloq.omn.iudic.DD. in c.1.de mut.petit.*

6 Si tamen iudex videret notarium esse suspectum, posset de alio ex officio prouidere,sumptis summariè & extraiudicialiter de hoc informatiooibus,iuxta tradita per Iacob. Laurent. *in tract. de iudice suspect. cap.6. num.3.* Præsertim quia cum agatur de notario qui sumpsit informationes super negotio principali, posset ex nouis informationibus super testium falsitate fomendis, consequi laudem vel vituperium,vt in simili de teste dicit Farinac. *de testibus quæst.60. num.21.* Et ita in praxi vidi per iudices obseruari.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione per executionem instrumenti sumpti per Notarium Regium. An & quando instrumenta per Notarios Auenion. vel Comitatenses sumpta possint demandari executioni in Gallia. De Notariis recipientibus instrumenta extra locum suæ deputationis. Quod instrumenta in aliena Monarchia confecta, producant hypothecam vbique terrarum. Et de reddendo idem ius extraneis, quod in eorum Loco Ciuibus exhibetur. De contractibus rogatis per Notarios Baronum inter non subditos.

SVMMARIVM.

1 *In executiuis attendi debet statutum loci in quo petitur executio.*

2 *Instrumenta per notarios Regios confecta, continentia submissionem curiæ Auenionis,vel Comitatus, mandantur executioni in ciuitate Auenionis vel Comitatu,iuxta submissiones.*

3 *In Gallia instrumenta in aliena Monarchia confecta non habent paratam executionem.*

4 *De iure communi notarius Pontificia,vel Imperiali authoritate creatus, potest vbique instrumenta conficere.*

5 *Contrarium tamen seruatur in Gallia,* & n.9.

6 *Explicatur dictio* Notarij Apostolici, *de qua fit mentio in constitutione Regia.*

7 *Alternatiua dictio ponitur inter æqualia,seu parum distantia.*

8 *Notarius non potest instrumenta recipere extra locum sua deputationis.Vnde in Gallia notarij Pontificij non recipiunt instrumenta,*num 9.

10 *Vtrum notarius extra locum sua deputationis possit inter subditos illius loci instrumenta conficere? dua referuntur opiniones.*

11 *Quid in populis confœderatis? Remissiuè.*

· *In Gallia contractus sumpti per notarium Baronis inter non subditos non valent nisi tanquam scriptura priuata extra illum locum.*

12 *Notarij Pontificij qui à Rege etiam habent authoritatem, instrumenta, submissionem ad curias Regias continentia, habent paratam executionem in Gallia,& producunt hypothecam.*

13 *Instrumenta per notarios extraneos quamuis in loco eorum deputationis confecta, non habent executionem, nec hypothecam in Gallia secundum aliquos.*

14 *Alij vero hypothecam ex illis, sed non executionem oriri volunt.*

15 *Instrumenta confecta à notario Principis, vel alterius ad id potestatem habentis,in loco subdito deputantis, faciunt fidem vbique.*

16 *Hypotheca constitutio pendet à consensu partium, excepta hypotheca legali seu tacita, sed expressa est de iure gentium.*

17 *Statutum de reddendo extraneis idem ius quod illi ciuibus Auenionensibus reddunt, est validum, & iuridicum,& obseruandum est.*

QVIA superiùs in *cap.10.de cessione bonorum, num.76. & sequentibus*, ostendimus, quod attento statuto quo cauetur omnia instrumenta liquida esse executioni demandanda; & contractus in aliena Monarchia confecti, habent execotionem paratam, & ex illa ioducitur præuentio; non abs re erit paulo diffusiùs explicare, quænam sit potestas & virtus talium contractuum, seu instrumẽtorum per Notarioa Regios,

Regios, aut in alia monarchia confectorum, si illorum executio petatur in terris summo Pontifici immediatè subditis, & è contrà, quæ sit virtus in Gallia instrumentorum per notarios Pontificios rogatorum.

Pro cuius quæstionis resolutione supponendum est, dum de executione instrumenti agitur, attendendam esse legem, vel statutum illius loci in quo petitur executio, Barr. Bald. Castrens. Iason, & communiter Doctores *in l. 1. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol.* Cancet. *lib. 2. var. resol. c. 3. n. 20. in nouis.*

2 Vnde infertur quod cum in ciuitate Auenionensi adsit statutum, quod omnia instrumenta liquida mandentur executioni, concedenda erit executio omnibus instrumentis, etiam per Notarios Regios confectis, aduersus eos qui sese curiis Pontificiis submiserunt. Et è conuerso, cum per Regias ordinationes expressè statutum sit, quod instrumenta in aliena monarchia per Notarios Regiam approbationem non habentes, contracta non sortiantur executionem, † Ideo Gallicis moribus inductum est, vt talibus instrumentis executio denegetur. Quia cum executio sit imperij, fieri non potest non interueniente licentiâ tacitâ vel expressâ illius, in cuius territorio peti vel concedi debet, vt bene comprobat Renat. Chopin. *De Moribus Andeg. lib. 1. tit. 4. cap. 43. fol. mihi 341. n. 14.* Rebuff. *in constitution. Reg. tit. de mercat. mi-nt. vendent. gloss. 21. in fine.* Theuen. *a l'Ord. Reg. lib. secundo tit. 18 art. 2. in verb.* Au dedans du destroict. Loyseau *au traicté des offices, lib. 1. c. 7. n. 109.* Masuer. *in praxi, tit. 30. Des executions & subhastations, num. 5. versic.* Toutesfois.

3

4 Secundò supponendum est, quod de iure communi iuxta multorum sententiam, notarius authoritate Pontificia vel Imperiali creatus, potest in Gallia, Anglia, Hispania, & vbique terrarum, instrumenta recipere: qua de re copiosè Surd. alios referens *consil. 255. n. 10.* & hoc fatetur esse iuri conforme Rebuff. *de liter. oblig. art. 2. glos. 1. n. 44.*

5 Sed de consuetudine, contrarium seruatur in Gallia, vbi prohibentur Notariis Apostolicis vel Imperialibus instrumenta recipere, teste Rebuff. *loco proxime citato numero 38.* † Aduertendo quod dum in illa ordinatione fit mentio Notariorum Apostolicorum, debet intelligi de Notariis Pontificiis, non autem de solis notariis curiarum Ecclesiasticarum, quia eadem oratione comprehenduntur cum Imperialibus, & illis æquiparantur, & dictio illa *vel Imperialium* explicat dictionem *Apostolicorum*, † propter naturam & vim dictionis alternatiuæ, quæ ponitur inter æqualia, sine partium distantia, vt est *text. in l. 1. ff. de reb. dub.* Chassane. *in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 23 in verbo* ou promis: *numero primo.* Ias. *in leg. 4. §. Cato. numer. 1. ff. de verb. oblig.* Plura de Notariis Apostolicis ex Galliæ obseruantia recenset Add. ad Louet. *littera N, num. 5.*

6

7

8 Tertiò supponendum est, notariorum quemlibet extra limites suæ deputationis instrumenta capere non posse, veluti notarium à Comite, Barone, vel alio ad id in terris suæ iurisdictionis potestatem habente creatum, extra deputantis iurisdictionem & terminos, instrumenta conficere non posse: quemadmodum aliàs Domino Comiti Suzæ respondit Bertrand. *consil. 284. numer. 3. part. 2. vol. 3.* Idem tenet Ioan. Constant. *in art. 65. ordinationum Caroli IX.* Raochin *ad Guid. Pap. decis. 262.* Mornac. *in l. fin. colum. 1. ff. de iurisd. omn. iudic.* Vbi in *2. colum. versic. valet denique.* ostendit contractum etiam inter volentes, & subditos extra locum assignationis cõfectum, esse quidem validum, sed nullam producere hypothecam, ea ratione, quia ius hypothecarum ad Regis authoritatem spectat. Quæ ratio, vt infra ostendetur, non concludit, nec de iure subsistit. Sed ex alio capite defendi potest, quia authoritas tabellionum non est innixa Regiæ approbationi, dum extra locum suæ assignationis instrumenta conficiunt, cum tamen in Gallia pignoris constitutio non nisi interueniente tabellione publico fieri possit ob fraudis & antidatæ suspicionem, vt dicit idem Mornac. *in l. 4. in princ. ff. de pignorib.* Notarius autem extra suæ deputationis limites pro priuato habetur, nec amplius personæ publicæ authoritatem habet. † Et propter eandem Notariorum & territoriorum limitationem, quidquid sit de iure communi, tamen in Gallia notarij Pontificij etiam inter subditos Pontificis instrumenta non recipiunt, vt supra dictum est, & tradit Imbert. *in praxi Gallico idiomate conscripta lib. 1. cap. 7. in gloss. vltima.* Add. ad Louet. *Lit. N. num. 10.* 9

Quanquam & in hoc capite, vtrum videlicet notarius inter subditos extra locum suæ assignationis possit instrumenta conficere, duæ sint opiniones contrariæ: Nam affirmatiuam tenet Castrens. *in l. finali, num. 4. C. de temp. in integr. restit.* vbi testatur se ita consuluisse, & consilio suo plures Doctores se subscripsisse. Sequitur Rebuff. *in nota marginalis, in tit. des Notaires Apostoliques.* apud Fontanon. *tom. 4. constit. Reg. tit. 20. fol. mihi 510.* 10

Negatiuam vero vltra Mornac. *in d. l. fin.* tenent Addent. ad Pap. *lib. 4. tit. 14. des Notaires, arrest 1.*

De confœderatis vero populis quid dicendum, idem Mornac. *in d. l. fin. in fine*, subsistit, nihilque determinat. 11

In Gallia dubitatum fuit vtrum contractus rogati per Notarium Domini alicuius iurisdictionalis inter non subditos, sint validi? tandémque per diuersas sententias, & per arrestum Curiæ Parlamenti fuit iudicatum, talia instrumenta quamuis per Notarium publicum recepta inter forenses & non subditos intra limites iurisdictionis particularis non habere vim publici instrumenti, nullamque producere hypothecam, sed tantum valere tanquam scripturam priuatam, vt testatur Claudius Henrys *in sua recoll. arrest. lib. 4. cap. 6. qu. 34.* & fusè Add. ad Louet. *lit. N. num. 10.*

Quartò supponendum est quod notarij summi Pontificis authoritate creati, qui Regij etiam sunt & à Rege creati, quales multos in hisce partibus habemus, possunt hic & in Gallia omnis generis (licita tamen) instrumenta recipere, quæ si contineant submissionem ad curias Galliæ, non solum habent executionem paratam, sed etiam producunt hypothecam in Gallia in præiudicium cuiuscunque creditoris tempore, vel iure posterioris. Quia cum Rex talibus notariis suam approbationem contulerit, cessant omnes considerationes aduersùs Notarios Pontificios, à nonnullis Doctoribus Gallicis in medium adductæ. Atque ita obseruatur. 12

Quintò supponendum est, maximam inter Doctores Gallos fuisse pugnam, vtrum instrumenta, per Notarios alterius Monarchiæ recepta, hypothecam producant in Gallia, an vero pro simplicibus scripturis priuatis habeantur. Duæ siquidem reperiuntur in hac controuersia sententiæ omnino contrariæ. Prima, vult talia instrumenta nullam producere executionem nec hypothecam. Secunda executionem denegat, sed hypothecam concedit. 13

Prima sententia aduersòs hypothecam, authores habet Mornac. *in d. l. fin. ff. de iurisd. om. iudic.* Monthol. *arrest. 136.* Bouuot, *au recueil des arrests to. 2. in verb.* contract. *quæst. 7.* & alios quos citat D. Iacobus de

de Morgues I. C. Aquensis celebetrimus *in suis ad Prouincia statuta commentary, in tit. de submissionibus. fol. 397. & multis sequentib.* Ad coius scripta nihil addi potest, cum nihil intactum relinquat. Huius sententiæ fondamenta apud eum videri poterunt, & apud Louet *littera H, num. 15.* vbi tamen loquitur de hypotheca tacita & legali; Sed dum agitur de conuentionali, idem Author concedit hypothecam, sed executionem denegat, vt videre est apud eundem Addentem ad Louet *littera N, num. 10. vers. L'Arrest fondé.*

14 Secunda sententia Authores habet Rebuff. *in constit. Reg. tit. de mercat minut. vend. gloss. 21.* Vbi explicat ea quæ dixerat *in tit. de litteris obligat. superiùs citato*, & asserit instrumenta à notariis Apostolicis conscripta, producere quidem obligationem, sed non executionem. Eandem differentiam inter obligationem seo hypothecam & executionem, agnouit Loys. *des offices, lib. 1. cap. 5. num. 104. 107. & 109.* Theuen. *ad constit. Reg. lib. 2. tit. 18. art. 2. in verb. An dedans du destroict.*

15 Pro hac sententia bene facit regula generalis quod instrumenta sumpta per Notarium Principis, Ducis, vel Baronis in suo territorio, fidem vbique faciunt, vt per DD. communiter *in cap. cum P. tabellio, de fide instrum.* præ sertim Ostiens. *num. 4.* Felin. *num. 18.* Bellam. *num. 24.* Rota *decis. 5. in nouis, eodem, tit. de fid. instrum.* Rota coram Burat. *decis. 688. n. 14.* Ranchin. *in add. ad dec. Guid. Pap. 261.* Et per conse-

16 quens probant creditum & hypothecam, † cuios constitutio est de iure gentium, vt dicit Gloss. *in l. iurisgentium 7. in verb. Similes, ff. de pactis.* Nam vt dicitur in *§. per traditionem. Instit. de rerum diuis.* Nihil tam æquitati naturali conuenit, qoam volontatem Domini rem suam in alium transferre volentis, ratam esse: & vt rei suæ quilibet sit moderator & arbiter: *l. in re mandata, Cod. mandat.* Vnde expressæ hypothecæ constitutio non à Principum voluntate, sed à partium consensu dependet, sicuti & de re propria ad libitum disponendi, vendendi, donandi, etiam abutendi si quis sit legitimæ ætatis, adeo vt Principes liberum rerum, quarum dominium habemus, vsum impedire non possint, vt copiosè probat Fernand. Vasq. *controuers. illustr. lib. 1. cap. 17. per totum.*

Et hæc posterior sententia, non solum verior videtur, sed etiam omnino amplectenda, propter conseruationem commercij maximè cum Auenionensibus, & Comitatensibus, qoi ex benignitate Christianissimi Francorum Regis vtuntur priuilegiis Regnicolarum. Alioquin subditi summi Pontificis idem ius retorquerent contra subditos Regis, & contractibus in Gallia per

17 Notarios Regios receptis, non solum executionem, sed etiam hypothecam merito denegarent. † Cum adsit Statutum in ciuitate Auenion. *inter statuta antiqua rubr. 6. aliàs 62.* quo cauetur, quod si in aliis ciuitatibus adsint aliquæ consuetudines vel statuta, quæ grauamen inferant ciuibus ibi litigantibus, extranei illius ciuitatis vel loci, eisdem consuetudinibus, vel statutis vti cogantur in ciuitate ista, ad grauamen ipsorum. Quod statutum retorquens idem ius erga extraneos, quod in eorum loco ciuibus exhibetur, rationi consentaneum est, & obseruandum, vt dicit Tusch. *litt. Q. conclus. 450. maximè num. 9.* Et simile Statutum extat Mediolani, teste Carpan. *tomo 2. cap. 179. in commentar. ad statut. Mediol.*

CAPVT XVIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione debitoris agentis contra creditorem ad rescissionem, vel nullitatem, aut cancellationem obligationis; ad explicationem *Statuti Auenionensis, sub titulo, De moderat. inhibitionum.* Explicatur quænam sit vis instrumenti lapso termino Statuti, vel Regulamenti in causa rescissionis. Et vtrum debitor, dum fiunt executiones lapso termino Statuti, possit de nouo se opponere. Quomodo debeat prouideri de Curatore, Absenti. Et quid operetur præuentio Iudicis inhibentis. Quis dicatur locus contractus, & quæ requirantur, vt quis conueniri possit in loco contractus. Et an & quomodo sit verum, Iudicem contractus esse Iudicem distractus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor de iure communi non potest impedire executionem sui creditoris, quamuis præuenerit per inhibitiones ex causa nullitatis, vel rescissionis contractus.*

2 *Si euidenter de contractus nullitate appareret, licitum esset debitori narratis causis nullitatis obtinere commissionem ad inhibendum suo creditori, & sic eius executionem præuenire.*

Pendente rescissione contractus manutenendus est nisi constaret euidenter de nullitate.

Pendente iudicio super vsuris coram iudice Ecclesiastico, potest instrumenti executio peti coram Iudice laico: nisi interuenerit inhibitio, qua tamen tolli debet.

Iudicium nullitatis contractus de iure non retardat illius executionem secus si per viam exceptionis.

3 *Ex statuto Auenionensi debitor potest præuenire per inhibitiones in causa rescissionis contractus.*

4 *Explicatur* Statutum Auenionense, sub titul. de Moderat. inhibit. vnà cum Regulamento subsecuto, *quod in causis rescissionis contractus obseruari solet.*

5 *Lapso termino per statutum præfixo, ad probandas causas rescissionis contractus, perinde est ac si nulla inhibitio facta fuisset.*

6 *Lapso termino assignato in causis rescissionis, vel nullitatis contractus, si fiat executio, non potest debitor iterum se opponere ad fines retardandi executionem.*

7 *Oppositio admittitur lapso tempore concesso ad iustificandam rescissionem, sed non retardatur executio.*

8 *Quando agitur ad rescissionem contractus, causa non debet tractari coram iudice loci contractus, sed coram iudice domicily eius, contra quem agitur ad rescissionem.*

Plura pro confirmatione tradit Carlenal. de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 185. *vbi probat quod iudex contractus est iudex distractus.*

G 9 Si

9 *Si is, contra quem agitur ad rescissionem contractus, repertatur in loco contractus, ibi conueniri potest.*

10 *Quando agitur de contractu nōdum perfecto, potest agi ad rescissionem coram iudice loci contractus.*

11 *Locus contractūs dicitur non solum is in quo instrumentum factum fuit, sed etiam is ad quem collata fuit solutio.*

12 *Reus sortitur forum in loco contractus, licet absens sit, si ibi bona habeat.*

13 *Quando quis posset conueniri si præsens esset, iudex illi absenti curatorem deputare potest.*

14 *Ex inueterata consuetudine, & stilo curiarum Anenionensium, iudex contractus est iudex distractus.*

1 X dispositione iuris communis, quamuis debitor suum creditorem præuenerit per inhibitiones sub prætextu nullitatis, vel rescissionis, aut cancellationis instrumenti, talis præuentio & litispendentia non potest retardare executiones creditoris, sed quælibet causa nempe rescissionis & executionis separatim tractanda erit, nec vna prosecutioni alterius præiudicabit, sed quælibet (vt Practici loquuntur) curret marte suo. Bald. *consil.* 261. *num.* 1. *volum.* 1. Castrens. *consil.* 260. *volum.* 1. Galles. *de obligat. Camer. part.* 3. *in cap. de vi instrum. obligat. Camer. n.* 26. quæ apud Zach. est *quæst.* 31.

2 Quod tamen fallit, si causa nullitatis esset commissa per signaturam narratis rationibus per quas instrumentum ex sola illius inspectione nullum, & inualidum esse constaret, tunc enim etiam de iure communi retardaretur executio instrumenti cameralis, & inhibitio in causa rescissionis, vel nullitatis concessa, non esset reuocanda. Sed si de tali nullitate, vel de causis rescissionis euidenter non constaret, inhibitio facilè de iure reuocaretur, ita Mandos. *in tractat. de inhibit. quæst.* 49. *numero* 3. *& sequent.*

Præterea si aliquis sit in possessione bonorum, super quibus vertitur lis, seu causa rescissionis, aut nullitatis contractus, negari non potest quin possessor lite pendente sit manutenendus: *cap. laudabilem, vt lite pend.* Paris. *consil.* 39. *in princip. lib.* 1. Quod etiam obtinet in eo, qui est in possessione, seu quasi, exigendi annuum redditum: is enim iure petit se manuteneri in sua quasi possessione, quamuis fuerit præuentus per inhibitiones à suo debitore, sublatis priùs per Iudicem inhibitionibus: Cencius *in tract. de censib. quæst.* 91. *num.* 12. Nisi tamen nullitas instrumenti esset notoria & euidens, tunc enim retardatur executio instrumenti, & creditor præuentus per inhibitionem ad instantiam debitoris non est audiendus, etiamsi intentet remedium manutentionis in possessorio summarissimo, vt probat Post. *in tract. de manutent. obseruat.* 62. *num.* 12. Verbi gratia, si constaret euidenter tractari de alienatione bonorum Ecclesiæ sine vlla solemnitate, aut de donatione non insinuata, & facta absque solemnitatibus statutariis: vt *ibidem* Postius exemplificat.

Sed quid dicendum, si quis coram Iudice Ecclesiastico petierit contractum declarari vsurarium, vtrum ideo impediatur creditor petere coram alio iudice suum contractum mandari executioni? Respondeo non posse retardari executionem, neque in iudicio sæculari allegari præuentionem: ita tamen vt si adsit inhibitio emanata authoritate iudicis Ecclesiastici, illa debeat in primis reuocari: Zachias ad Galles. *de obligat. Camer. q.* 31. *n.* 16. post Vifill. ad Afflict. *dec.* 30. *n.* 3. Rebuff. *ad constit. tit. de liter. obligat. art.* 2. *gloss.* 1. *n.* 12. & alios. Et hoc casu inhibitionem Iudicis Ecclesiastici, coram quo causa vsurarum est præuenta, tollendam esse, nec posse sustineri probat, post multos ab eo allegatos, Giurb. *dec.* 100. *num.* 7.

Concludunt ergo præfati DD. quod in terminis iuris communis, si debitor præuenerit suum creditorem intentando principaliter & per viam actionis iudicium nullitatis, aut rescissionis contractus, non propterea impeditur creditor petere executionem sui instrumenti: vt per Giurb. *dict. dec.* 100. *n.* 3. Gasp. Roder. *de ann. redit. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 29. Cenc. *in tract. de cens. dicta q.* 91. *n.* 22. Secus si per viam exceptionis; hoc enim casu debitor excipiens retardat executionem: Giurba *dicta dec.* 100. *n.* 8.

Verum si nullitas contractus esset euidens & notoria; posset debitor agens ad nullitatem, iterum illam proponere per viam exceptionis, etiam ad retardandam executionem: vt probat Gasp. Rodetic. *dict. lib.* 1. *q.* 16. *n. vlt. versic. quod amplia.*

Sed tamen ex dispositione Statuti Anenionensis 3
sub *tit. de moderat. inhibit. lib.* 2. *rubr.* 14. aliud dicendum est, videlicet licere debitori suum creditorem præuenire per viā inhibitionū, obtentis dispēsatione iuramēti, seu per viam cancellationis, aut nullitatis, aut rescissionis contractus, & hoc casu inhibitio sic obtenta retardat executionem obligationis cameralis, eâ tamen lege, quod si debitor intra tres menses non obtinuerit processum portari iudici ad ordinandum definitiuè super dicta rescissione, aut nullitate, seu inhibitionibus, poterit inhibit⁹ vti iuribus suis, præstitâ obligatione de restituendo exacta vnà cum interesse & expensis in casum futuræ succumbentię.

Quæ dilatio trium mensium, ex regulamento Emi- 4
nentissimi Cardin. de Armeniaco, quod adhuc est in viridi obseruantia, fuit ordinatum, quod currat de momento ad momentum, & tempus illius sit continuum, quod ex statuto erat vtile; & quod incipiat à die executionis inhibitionum.

Et insuper fuit additum quod creditor, lapso mense continuo, poterit obligationem suam executioni demandare, si debitor non petierit processum portari iudici, ad prouidendum super dicta causa rescissionis, vel nullitatis, cauto tamen priùs idoneè per dictum debitorem de restituendo principale, expensas, & interesse, in casum futuræ succumbentiæ.

Et lapso dicto mense vel trimestri respectiuè, cre- 5
ditor poterit exequi authoritate cuiuscunque iudicis competentis, non obstante præuentione iudicis inhibentis, quia impedimentum inhibitionum fuit sublatum per statutum, & perinde est ac si inhibitio nunquam facta fuisset, Lancellot. *de attent. post inhib. c.* 20. *limitat.* 2. *per totam.*

Cæterùm circa illius statuti interpretationem 6
quoad materiam præuentionis, occurrit quandoque in praxi difficultas. Debitores enim fugitiui, vt moris est, confugiunt quandoque ad cautelam quâ creditores, aut deludere aut in longum protrahere volūt, dum enim lapso trimestri creditor suum instrumentum non obstante rescissione, & lite super ea pendente, vigore statuti executioni demandare vult præstitâ obligatione, vel lapso mense, datâ cautione, iterum se opponunt petendo dilationes statutarias ad deducendum, & deinde ad probandum in causis executiuis concedi solitas, & interim petere executionem retardari. Sed ego hanc cautelam semper reiiciendam existimaui, & sæpiùs in praxi reiectam vidi tanquam minus iuridicam, & intentioni

statuti

statuti omnino contrarium. In primis enim cum Statutum illud sit exorbitans à iure communi, vt superiùs ostensum fuit; non debet extendi, sed quantum fieri potest restringi, ne creditor per prætentionem debitoris inhibitionem obtinentis, impediatur executioni suum instrumentum demandare. Præterea clara est statuti intentio in contrarium. Cur enim Statutum adstringeret creditorem ad præstandam cautionem, vel respectiuè obligationem, si licitum esset debitori post illud tempus iterum se opponere ad fines retardandi executionem? Sanè creditor post lapsum temporis statutarij, deterioris esset conditionis quàm ille qui nonquam fuit inhibitus, & debitor cauillosos plus fauoris consequeretur, quia obtentis sine vllo fundamento inhibitionibus, quæ sub simplici dispensatione iuramenti concedi solent, obtineret cautionem vel obligationem de restituendo, quam debitor qui calumniosam inhibitionem agere noluit, non obtineret. Item cur Statutum liquidaret interesse ad rationem septem pro centenario in fauorē debitoris, & odium creditoris malè exequentis, si post mensem vel trimestre liceret debitori iterum se opponere ad effectum retardandi executionem? Denique intentio Statuti talis est, quod non obstantibus quibuscunque impedimentis, dilationibus, etiam gratiis moratoriis, procedatur ad executiones lapso termino statuti, vt dicitur in Statuto *dicta rub.* 14. *art.* 4. Et in regulam *art.* 3. Nam in statuto *dicto art.* 4. expresiè prohibetur, ne cuiquam liceat post primas inhibitiones, alias impetrare ab eodem, vel alio quocunque iudice. Et si secùs factum fuerit, creditor possit, non obstantibus dictis secundis inhibitionibus, vti iuribus suis. Vnde constat intentionem statuti esse, vt creditor lapsis dictis dilationibus possit vti iuribus suis, post mensem vel trimestre respectiuè, non obstante quocunque impedimento, & cautela ad retardandam executionem inuenta, & sic post lapsum dicti temporis dum fit executio, debitoris oppositionem factam aduersus executionem non posse retardare executionem.

7 Non nego tamen quin debitor possit se opponere, & de iuribus suis docere, & impugnare contractum, etiam excipiendo, quia alioqui frustra creditor adstringeretur ad sese obligandum de restituendo exacta, interesse & expensas, in casum futuræ succumbentiæ, sed non ad effectum retardandi executionem, vt supra dictum est.

Alia & non minor proponitur dubitatio, vtrum causa rescissionis contractus intentari possit in ciuitate Auenionensi contra Comitatenses, seu ad instantiam Auenionensium, seu Comitatensium agentium ad rescissionem.

8 Quæst. ista secundum terminos iuris communis videtur habere difficultatē. Quia qui agit ad rescissionem contractus, est actor; ergo debet sequi domicilium rei. Et quamuis dum agitur ad contractûs obseruantiam, iudex contractus sit competens, *cap. Romana*, §. *contrahentes, de foro compet. in* 6. Aliod tamen dicendum est, dum agitur ad illius rescissionem per text. *in l.* 1. *Cod. vbi & apud quem*, & *ibi* not. Bald. & Castrens. Cod. Fabr. *lib.* 2. *tit.* 18. *vbi & apud quem definit.* 1. Cald. *in l. si curatorem habens, in verb. Implorandum*, *n.* 30. *& sequent.* vid. omnino Carleual
9 *tom.* 1. *fol.* 94. † Sub hac tamen distinctione quod si aduersarius reperiatur in loco contractus, ibi poterit conueniri etiam in causa rescissionis illius, per text. *in leg. in contractibus*, §. *in omni. Cod. de non num. pecun.* vt dicit Cald. *ibid. num.* 30. *in princip. & circa med. versic.* In hac re tamen. *Et versic.* Quamobrem à communi sententia, Ias. *in l. qui certo loco vers. sic.* Et fortiùs, *ff. de cond. indeb.* Et ita distinguit Barbos. *in l. heres absens*, §. *proinde, num.* 16. *&* 17 *ff. de iudic.* Qui postea *num.* 54. aliam affert distinctionem, † vtrum agatur de contractu ex vtraque parte 10
perfecto, & hoc casu rescissio intentari debeat coram iudice domicilij, aut de contractu nondum vtraque ex parte perfecto, & hoc casu possit intentari etiam coram iudice contractus. Sed priorem resolutionem de reo reperto, vel non reperto in loco contractus sequitur, & receptiorem testatur Gratian. *discep. forens. c.* 54. *num.* 22. per text. *in d. l. in contractibus*, §. *in omni.* Couar. *lib.* 1. *variarum resolutionum, cap. quarto, num.* 1. † Dicitur autem locus contractus, non 11
solum in quo celebratus est, sed etiam in quem collata est solutio, *l. contraxisse, ff. de actionibus, & obligationib.* Anchar. *consil.* 191. *n.* 3. Trentacinq. *lib.* 3. *var. resolut. Tit. de solut. resolut.* 16. *num.* 5. *&* 6. Codex Fabrian. *lib.* 3. *tit.* 15. *defin.* 4. cum pluribus aliis quos citat & sequitur Antonin. de Amat. *resol.* 35. *num.* 6. Cyriac. Nig. *controu.* 318. *n.* 20.

Præterea ad hoc vt quis forum sortiri queat in 12
loco contractus, non est præcisè necesse, vt ibi reperiatur, sed sufficit alterutrum, nempe vel quod ibi repetiatur, vel quod ibi bona habeat, Amat. *dicta resol.* 33. *num.* 8. Cyriac. *dicta controuers.* 318. *num.* 21. † Immo subdit Amat. *dicta resol.* 33. *n.* 19. Quod iu- 13
dex loci contractus, & sic quilibet iudex, quando adest submissio generalis ad omnes Curias, potest prouidere de curatore absenti, quando talis absens possit coram illo iudice conueniri.

Verum quidquid sit de iure communi, apud nos 14
ex inueterata Curiarum consuetudine & stilo inconcusse obseruato, debitor volens agere ad rescissionem, aut alias aduersùs contractum, obtenta priùs dispensatione iuramenti ad fines agendi, obtinet inhibitiones à Curia sacri Palatij Apostolici, & causa ibidem tractari & decidi solet, & sic nos obseruamus regulam illam, quod iudex contractus est iudex distractus, qui stilus & consuetudo Curiæ hac in re debet obseruari, vt in simili dicit Amat. *dicta resolut.* 33. *num.* 29. Sicut aliis quoque in locis hoc obseruatur, vt causa semper ad iudicium loci contractus remittatur, teste Peregr. *de fideicomm. artic.* 53. *num.* 7.

CAPVT XIX.

ARGVMENTVM.

De pluribus accusatoribus concurrentibus, & quomodo inter ipsos sit locus præuentioni. Vtrum si remotior præuenerit in accusando repellatur per superuenientiam proximioris. Si vidua præuenerit accusando homicidam mariti, vtrum præferatur liberis accusare volentibus: Et quis hoc casu habeat electionem Iudicis & Notarij, & an proximior superueniens teneatur restituere expensas factas per remotiorem in accusando. Quis teneatur accusare ob mortem occisi; & quomodo incurratur indignitas hac de causa. Pluribus concurrentibus in accusatione, si sint in pari gradu locū esse gratificationi. Consulum

fulum accufatio nomine fuæ communitatis vtrum fit admittenda, & inducat præuentionem fi fpeciale à fua vniuerfitate mandatum non habeant. In illius qui parricidium commifit fucceffione, lis quoad bona fcribente notario ciuili, an vero criminali agitari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Proximiores remotioribus in accufando debent præferri.*

2 *Filiusfamilias de publico delicto, etiam parte contradicente, accufare poteft.*

3 *Vidua fecundum multorum fententiam liberis fuis præferenda eft in accufando homicidam mariti fui vita functi.*

4 *Verius eft liberos in accufatione matri præferendos effe.*

In accufando præfertur proximior, quid fi omnes fint in pari gradu, vel omnes extranei, & non conueniant de Notario, an & quando Iudex poffit vnum eligere.

Confules aut alij adminiftratores, an & quando poffint querelam criminalem inftituere fine fpeciali mandato.

5 *Electio iudicis, feu tribunalis, & notarij qui fcribat in caufa, fpectat ad eum qui proximior eft & potior in accufando, fi plures fimul concurrant.*

6 *Præuentio remotioris accufantis non nocet proximiori quin eligat iudicem & notarium. Quod ibidem latiùs explicatur & limitatur.*

7 *Remotiori accufanti non funt per proximiorem reftituendæ expenfæ per eum facta in accufando.*

8 *Frater querelans de morte fratris fui Religiofi, non repetit expenfas ab Abbate. Transpofitum ad* num. 12.

9 *Filius non tenetur mortem patris vindicare, fi mater præuenerit in accufando, nec efficitur hoc cafu indignus.*

10 *Mater nomine proprio accufans non repetit à filio expenfas, ficut nec frater Monachi occifi, ab Abbate,* num. 12. *in fine.*

11 *Pœnam priuationis ob inultam necem defuncti, hodie in defuetudinem abiiffe multi cenfuerunt.*

12 *In Gallia pœna priuationis & indignitatis ob inultam necem defuncti eft in vfu.*

13 *Pœna priuationis ob inultam necem defuncti, reftringenda eft ad bona hæreditaria. Intellige, vt* num. 16.

14 *Indignus amittit fubftitutiones vulgares, fed non pupillares.*

15 *Indignitas hæredis non nocet fideicommiffario.*

16 *Quilibet fuccedens titulo lucratiuo, tenetur mortem illius cui fuccedit vindicare.*

Vtrum fifcus excludat fucceffores ab inteftato in fucceffione illius, qui parricidium commifit? & in hac controuerfia vtrum Iudex ciuilis præuenire poffit criminalem.

1 N concorfu plurium de homicidio querelantium. proximiores remotioribus præferendos effe tam in accufando quam in renunciando, feu pacem faciendo, nemo dubitat. Vt copiosè tradit & explicat Farinac. *de accufat.q.*13. & 14. Ad quem lectorem remitto, ne nimium extra materiam propofitam diuagari videar.

Magis ad propofitum noftrum accedit quæftio illa, vtrum fi vnus ex proximioribus non adeo diligens fuerit in accufando, & fuerit ab aliquo ex remotioribus præuentus, proximior fuperueniens recedere poffit ab illo iudice & tribunali, & per confequens notario, quo fcribente, caufa fuerat ad inftantiam remotioris præuenta. Exemplum poni poteft in virgine, quæ cum haberet fori priuilegium tanquam miferabilis perfona, accufationem de nece fui fratris inftituit, patre accufare negligente (cum de iure † filiusfamilias de crimine publico) quale eft 2
homicidium ex *l.* 1. *ff. de publ.iud.* (accufare poffit, nõ folum patre negligente; fed etiam contradicente: *l.inter liberas.6.§.fin.ff.ad leg.Iul.de adulter. l.filium, ff.eodem tit.* iuxta tradita per Vincent. de Franch. *decif.*100.) Ideo in fuprema Curia coram Illuftriff. D. Prolegato, qui fummi Pontificis in his partibus vices gerit, querelam porrexit; fuperuenit pater qui coram iudicibus ordinariis accufationem inftituit, aut in alio tribunali huius ciuitatis, vel etiam Comitatus Venaiffini, aut in Terra alicuius Baronis, & feudatarij de mero & mixto imperio inueftiti.

Vel etiam ponamus, quod filij quorum pater fuit occifus dent querelam coram aliquo iudice ordinario; vxor vero ipfius defuncti, malit ex priuilegio viduitatis adire Principis vicarium, & alium fibi notarium eligere, † cum ipfa liberis fuis, fecundum 3
plurimorum fententiam, fit in accufatione & in pace facienda potior, Pafc. *de patr.poteft.parte* 2.*cap.*1. *num.*11. *& fequent.* afferens hanc opinionem effe communiter approbatam, quando mater ad fecundas nuptias minimè conuolauit, † licèt contrarium 4
fit verius, nempe liberos matri præferendos effe in vindicanda morte defuncti, prout in Senatu Neapolitano decifum fuit apud Vincent. de Franch. *decif.*382.*in fine.* Cod. Fabri *lib.*9.*tit.*1.*definit.*2. Giurb. *confil.*61.*num.*14. Vbi hanc quæftionem bene examinat, & ideo hæc opinio tenenda eft, quidquid in contrarium dicat Boër. *decif.*233.*num.*5. Mafner. *in praxi, tit.*34.*des defpens, dommages & interefts, n.*33. Plura de hac materia Caftill. *de vfufruct.cap.*40.*n.*8. *& fequent.* & tandem concludit *num.*18. filios matri in accufatione præferendos effe. Et ibi etiam agit de vfufructuario vniuerfali, Gratian. *difcept. forenf. cap.*518.*n.*3.*& fequent.*

Quid autem in Gallia obferuetur, tradit Pap. *lib.* 24. *tit.* 2. *qui font recenables à accufer. arreft.*2. & 3. Vbi additio ait, quod media pars multæ, matri; alia vero media pars liberis fuit adiudicata ex decreto Senatus. Sed hoc fuit tantùm per modum fiduciæ, feu prouifionaliter, vt dicit Chop. *de morib. Andeg. lib.*1.*cap.*73.*num.*5.

Itaque inter plures querelantes qui fuam, vel fuorum iniuriam profequuntur, præferendi funt illi qui in gradu funt proximiores; fed fi omnes fint in eodem gradu, omnes fimul admittuntur, *l.*3.*§. fi ad plures, ff. de fepulch.violat.* & *ibi* Gloff. & communiter DD. Si verò fint aliqui extranei, fine dubio confanguinei præferuntur: fed fi omnes fint extranei, Iudex poterit eligere, magis idoneum, in quo reperietur maior caufa vel qualitas ratione dignitatis, vel ætatis, approbationis vitæ, vel alterius iuftæ caufæ: *l. fi plures, ff. de accuf.* Iul. Clar. *in practic.crimin.§.fin. qu.*15.*num.*6. Gomef. *de delict.cap.*1.*num.*35. Quod intellige, vt inter duos concorrentes in cafibus iam dictis Iudex eligere vnum poffit, vt locum habeat ante litis conteftationem & re integra: vt not. *infr. verfic. Quod fano modo.*

Sed quæres vtrum accufatio Confulis, Tutoris, vel alterius adminiftratoris, fit valida abfque mandato

dato speciali, & per consequens verum inducat præuentionem? Hæc quæstio non ita pridem agitata fuit; in qua resoluendum est, Syndicum seu Consulem Vniuersitatis non posse querelam proponere nomine Vniuersitatis sine speciali mandato, quia de iure, nemo admittitor ad accusandum nomine alieno: Bart. & Ias. *in l. 5. C. qui accus. non poss.* Et ita resoluit Guazzin. *in tract. de defens. reor. defens. 3. cap. 8. num. 5.* Nihilominus tamen, si Consul aut Syndicus querelam proponat suo nomine ad vtilitatem Vniuersitatis, querelam esse validam, & ex ea ac processuris inde sequntis induci præuentionem vult Guazzin. *ibid. num. 1.* Farin. *qu. 15. num. 51. & cons. 55. num. 1.* vbi propterea dicit processum illum sine speciali mandato factom, esse nullum: ex quo sequitur, ex eo non induci præuentionem.

5 Quidquid sit de his quæstionibus, si vnus ex pluribus quibus ius accusandi subordinatè concessum est, passus fuerit se à remotiore præueniri, procedendum erit nihilominus coram iudice, & Notario per vltimum in querela, qui primos est io gradu, eligendo. Vt fuit decisum in Senatu Neapolitsno apud Vincent. de Franch. *dicta decis. 385.* Vbi filij accusauerant coram iudice ordinario, mater vero in suprema Curia ex priuilegio speciali Neapolitanis concesso: & tamen fuit decisum, quod sicut filij in accusando præferendi erant, ita & præferendum erat illud tribunal in quo per eos accusatio instituta erat, & sic agendum erat coram iudice ordinario.

6 Et licet de Franch. *ibidem* sgat de duobus simul in accusatione concurrentibus, idem tamen etiam statuendum est, si remotior in accusando præuenerit & diligentior fuerit: nam non obstante huiusmodi præuentione, proximioris accusatio quamuis posterior præualebit, in cuius præiudicium remotioris præuentio nihil potuit operari. Fstioac. *de accusat. dicta q. 13. num. 6.*

7 Quod tamen sano modo intelligendum est, nempe dummodo proximior non fuerit nimis tardus & negligens in accusando, datâ enim negligentiâ, non audietur ad effectum retardãdi, vel etiam impediendi processum iam ad instantiam remotioris inchoatum, vt probat text. *in l. 1. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* in illis verbis: *Marito non negligente nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus instante atque imminente.* Et in *l. si maritus 4. ff. eodem tit.* in illis verbis: *si non negligentia præuentus est.* Gomes. *de delict. tom. 3. c. 1. num. 35. versic. Adde tamen.* Vbi dicit quod si vnus priùs accusauit & litem contestatus est, alius superueniens non debet admitti. Sed quia *Gomes.* loquitur de eo qui est einsdem gradus. Ideo videndus est *Salycet.* qui pleniùs distinguit in *l. qui de crimine, num. 10. Cod. de accusat.* Vbi inter cætera docet non dici negligentem proximiorem, qui iustam habuit ignorantiæ, vel impedimenti excusationem. Et probatur in dicta *lege si maritus, 4. §. final.* in illis verbis, *si idoneas causas allegare possit, quibus impeditus non instituit accusationem.*

8 Et præmissa adeo vera sunt, vt si remotior in accusando præuenerit proximiorem minime negligentem, & ab eo expensas in accusatione factas repetere velit, non teneatur illas proximior restituere; quia sciebat, vel scire debebat ius accusandi competere proximiori. Argument. text. *in leg. si demum, §. Idem quærit. ff. locat.* Farinac. *dicta quæst. 13. num. 6. in fine, versic. per quæ & alia.* Et vide infrà *num. 15. in fine.*

9 Hoc obiter in hac materia non omittam, quod aliàs pro illustri quadam Domo consului, quod non potest aliquid imputari filio, si paternam mortem viâ iuris vltus non fuerit, quando matrem habebat, quæ nomine proprio querelam & accusationem homicidij in maritum commissi prosecuta fuit, vt ostendit Peregr. *de iure fisc. lib. 2. tit. 5. num. 18.* Farinac. *in fragment. in verb. fiscus. num. 54.* & probatur per text. *in l. sororem,* & *ibi* Alex. *n. 10. C. de his quib. vt indign.*

Eademque de causa censui matrem non potuisse 10
repetere expensas à filio, quas vindicandæ necis mariti causa iudicialiter fecerat, quia tales expensæ illo casu quoad filium non erant necessariæ, cum filius non teneretur prosequi vltionem quam ipsa mater iam prosequebatur, ex Peregr. *loco mox citato. n. 15.*
† Maximè cum multi existimauerint pœnam priua- 11
tionis ob inultam mortem defuncti, non esse amplius in vsu: prout de generali obseruantia testatur Peregr. *ibidem, num. 52.* Merlin. *in tract. de legit. libr. 4. titul. 5. quæstion. 18. numer. 4.* † Licet in 12
Gallia pœna illa indignitatis obseruetur & incurratur, Addent. ad Louet *littera H, num. 5.* Sicut in simili, Abbas non tenetur restituere fratri Monachi occisi prosequenti occisores ipsius, vt fuit decisum in Senatu Parisiensi apud Chenu *q. 6.*

Denique hoc etiam in hac materia aduertendum 13
est, pœnam illam priuationis ad bona testatoris esse restringendam. Peregr. *cons. 67. n. 1. lib. 6.* † Ideo 14
indignus non amittit ius substitutionis pupillaris, quamuis patris eius mortem non vindicauerit: *l. ex facto. 43. §. fin. ff. de vulg. subst.* Bellon. *de iure accresc. cap. 7. quæst. 74. num. 55.* Licet in substituto vulgari aliud dicendum sit. Fiscus enim ob hæredis indignitatem excludit substiturum vulgarem, DD. *in l. 1. ff. de vulg.* Bart. *ibi num. 56.* Alex. *num. 28.* Ias. *num. 51.* Rip. *num. 155.* Socin. sen. *num. 30.* & communiter omnes. Peregr. *de iure fisc. lib. 5. tit. 5. n. 57.*
† Substituto autem per fideicommissum non nocet 15
hæredis indignitas, immo fiscus, deductâ legitimâ & trebellianica, residuum fideicommissario restituit. Peregr. *de iure fisc. lib. 2. tit. 5. num. 2.*

Non solùm autem hæres, aut consanguineus ad 16
huiusmodi querelam admittuntur, immo & successores tenentur, sed illi etiam omnes qui à defuncto immediatè aliquid titulo lucratiuo acquirunt, licet non titulo hæreditario. Roland. *de lucro dotis quæst. 65. num. 1. & sequentib.* Peregr. *dicto lib. 2. tit. 5. num. 4.*

Sed in hac indignitatis materia, dubium non leue est, vtrum Iudex aut Notarius, qui præuenit in causa acceptationis hæreditatis cuiusdam delinquentis, qui commisit parricidium & propriam matrem miserè trucidauit, possit excludere fiscales Iudices à cognitione causæ ciuilis acceptationis hæreditatis per successores ab intestato matris mortuæ, intentatæ, etiam quoad portionem quæ cessante indignitate competiisset occisori, quam ad se deuolutam fratres occisoris prætendebant, cum essent in pari successionis gradu: Fiscus verò ratione indignitatis, fratres occisoris, & defunctæ liberos à portione fratris indigni excludere volebat. In hac quæstione multi DD. censuerunt fiscum excludi à portione quam occisor habuisset super bonis occisi cessante indignitate, quando adsunt successores ab intestato in pari gradu, sequuti Bartol. *in l. fin. ff. de bon. damnat.* & plures quos citat Farinac. *de homicid. qu. 120. num. 41.* Et pro hoc videtur textus expressus *in d. §. fin.*

Contrariam tamen sententiam receptiorem esse asserit Farinac. *d. q. 150. num. 42.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 2. tit. 5. num. 2.* Bellon. *de iure accresc. cap. 7. q. 57. num. 48.*

num.48. & seqq. Rot. Auenionen. *decis.22.num.25.* Quia quæ auferuntur ab indignis, fisco applicantur: Sanfelic. *decis.70.num.5.* Guazzin. *de confiscat. boner.conclus.13. ampliat.6.num.11.* Gomez. *de delict.lib.3.cap.3.num.51.vers.sed contrarium.* Quamuis primam sententiam æquiorem esse dicat Menoch. *de arbitrar.cas.356.in fin.* & compositioni locum esse dicat Farinac. *vbi supr.num.44.* Et pro Fisci exclusione in hoc casu dicant iudicati DD. Galli; Papon *lib.21. tit.1.arr.22.& eod.lib.tit.4.arr.1.* Robert. *rer.indicat.lib.3.cap.7.* Bacqu. *du droit de desherence, part.3.cap.25.num.18.* Maynard *lib.7.c.94.* Charond. *lib.2. respons.*80. Adden. ad Louet *lit.S. numero 21.* Petr. Gregor. *in syntagm. lib.45. cap.8. in fin.*

Ego in casu occurrenti quoad materiam principalem consului compositionem cum Fisco; quamuis opinionem quæ fauet fratribus veriorem existimarem. Quoad vero præuentionem,censui,attento quod saltem dubium aut controuersum erat ius Fisci, causam apud Iudices fiscales esse dimittendam,ex not. *infr.cap.23.*

CAPVT XX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis Ecclesiasticis. Quod Iudex laïcus non possit in iis causis præuenire, non obstante quacunque negligentia Iudicis Ecclesiastici. Emphyteuta Ecclesiæ quamuis laïcus, coram Iudice Ecclesiastico in lite intentata, etiam super solo dominio vtili, ex mente *Rotæ*, conueniri debet. De Clerico se opponente aduersus executiones, an repellatur exceptione præuentionis causæ. Explicatur Statutum Auenionens. *De Iactationibus.* Vt locum non habeat in causis Ecclesiasticorum obtinentium inhibitiones de aliò non trahendo. Et de confirmatione Statutorum Auenionensium. Clericum non possidentem,legitimum contradictorem, teneri comparere coram Iudice laïco. De Præuentione aduersus colonum Clerici. Clericus vocatus in euictionarium, an possit declinare forum Iudicis laïci. Quid vero dicendum sit de Fisco pro euictione impetito; vtrum possit causam trahere ad suos Iudices? ad materiam *leg.venditor.ff. de Iudiciis.* Denique quæ sit differentia si quis vocetur in euictionem pendente iudicio, vel ad indemnitatem lite finita. In causa generali concursus creditorum Clericum teneri coram Iudice laïco comparere. Quid dicendum de causa hæreditatis iacentis ipsius Clerici: & quæ requirantur ad hoc vt Clericus gaudeat fori priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio aduersus clericos in curia laicorum non inducitur, propter exemptionem clericorum.*
2 *Clerici nullo modo trahi possunt ad forum secularem.*
3 *Consuetudo obligans clericos ad comparendum in curia seculari, non valet; etiamsi esset temporis immemorialis.*
4 *Clericum trahens ad curiam secularem, incidit in censuras, & illi denegatur audientia.*
5 *Quamuis allegaretur negligentia iudicis Ecclesiastici, non tamen ex eo fundari posset præuentio iudicis laici.*
6 *Emphyteuta Ecclesiæ non potest præueniri, nec citari coram iudice laico, etiamsi de Dominio vtili & inter laicos ageretur.*
7 *Dominium vtile inseparabile est à causa dominij directi, cum illud ab hoc dependeat.*
8 *Clericus se opponens aduersus executiones, an repellatur exceptione præuentionis causæ; si illam velit ad iudicem Ecclesiasticum trahere.*
9 *Clericus potest incipere per inhibitiones de ipsum turbando, authoritate iudicis Ecclesiastici etiam aduersus laicum factas.*
10 Statutum Auenionense. De Iactationibus, lib.2. tub.14. artic.5. *non habet locum, si inhibitiones authoritate iudicis Ecclesiastici factæ fuerint.*
11 *Confirmatio statutorum etiam Apostolica non comprehendit statuta contra iurisdictionem Ecclesiasticam facta. Vbi de confirmatione Apostolica statutorum ciuitatis Auenionensis.*
12 *Clericus non possidens tenetur venire oppositiuè coram iudice laico exequente.*
13 *Clericus non possidens est legitimus contradictor coram iudice laico in materia* l.fin.Cod. de Edict. diui Hadr.toll.
14 *Quando causa fuit præuenta à iudice laico aduersus colonum clerici, causa nihilominus ad iudicem Ecclesiasticum remittenda est, si res illa ad clericum spectet.*
15 *Clericus citari potest coram iudice laico cum clausula,* si sua putauerit interesse.
16 *Clericus quoad bona quæ communia habet cum laico, totam causam euocat ad curiam Ecclesiasticam.*
17 *Clericus actor sequitur forum rei laici.*
18 *Clericus an possit præueniri coram iudice laico quando vocatur vti euictionarius: variæ referuntur sententiæ.*
19 *Verius est causam coram iudice laico præuentam tractandam esse coram eodem iudice præueniente etiam quoad clericum authorem laudatum.*
20 *Clericus potest si velit cum licentia Episcopi laïcum in curia seculari litigantem in eadem curia defendere.*
21 *Fiscus citatus pro euictione, totam causam trahit ad iudicem Cameræ, ex priuilegio speciali, quod priuilegium non est ad Clericos extendendum.*
22 *Dispositio* leg.venditor.49. ff. de iudic. *non habet locum finita lite principali, nec in eo qui conuenitur pro indemnitate in actione personali.*
Iudex laicus in causa concursus generalis creditorum cognoscit etiam de hereditatis clericorum.
Iudex laicus non potest præuenire quando hereditas Clerici est iacens.
Quæ requirantur ad hoc vt Clericus possit declinare forum Iudicis laici.

COPIO

Copiosam hanc iurisdictionis Ecclesiasticæ materiam aliis tractandam relinquimus. Præcipua tamen, & magis practicabilia capita quatenus tractatum præuentionis tangere possunt, in medium afferemus.

1 Primo igitur certum est & omni dubitatione caret, Clericos à quacunque iudicis secularis iurisdictione esse exemptos, *Authent. statuimus, C. de sacros. Eccles.* † Ita vt ne quidem de Episcopi consensu corá iudice laïco præueniri vel conueniri queant: *cap. 1. cum ibi notat. de for. compet.* Roland. *consil. 4. n. 8. & sequentib. volum.* 1. D. Argel. *de legit. contrad. qu.* 3. *art. 6. num.* 181. Surd. *consil.* 396. *num.* 15. † Adeo vt non obstante quacunque consuetudine, etiamsi esset temporis immemorialis, causa debeat ad iudicem Ecclesiasticum remitti, DD. *in c. causam, de præscript.* Felin. *in cap. 1. de maiorit. & obed.* Theodos. Rub. *in singular. ad decision. Rota Romana, decis.* 10. *de consuet. in antiqu. fol.* 585. † Et qui Clericum trahit ad Curiam secularem incidit in censuras, & illi denegatur audientia, Burat. *decis.* 632. † Quod procedit etiamsi Prælatus esset negligens in iustitiæ administratione, Farinac. *consil.* 68. *num.* 10. Carol. de Grass. *de effect. cleric. effectu.* 1. *num.* 390. apud quem plura de hac materia habentur, & apud Barbos. *de iure Eccles. vniuers. lib.* 1. *c.* 39. §. 1. *per totum.* Qui dum opus erit videri poterunt.

2

3

4

5

6 Secundò, hoc etiam certum est quod si agatur de emphyteuta Ecclesiæ, aut de caducitate per eum incursa, causa tractari debet coram iudice Ecclesiastico, & ad eum remitti, non obstante præuentione iudicis laïci, quamuis emphyteuta esset laïcus, & tractaretur solum de dominio vtili inter duos laïcos. Quia cum dominium directum Ecclesiæ, sit ita connexum & inseparabile ab vtili dominio, vt ab eo diuelli nullo modo queat, & illud sequatur sicut incrementum alluuionis, ideo non potest causa dominij vtilis, quæ saltem indirectè dicitur causa Ecclesiastica, coram iudice laïco tractari, quidquid in contrarium dixerit Thesaor. iun. *lib.* 2. *quæst. forens.* 15. *n.* 20. vbi voluit dari electionem laïco agendi contra emphyteutam similiter laïcum, coram iudice 7 laïco; † Quia contrarium verius est, vt tenuit Rota *decis.* 472. *num.* 1. *part.* 1. *Recentior.* Vbi dicitur, quod si agatur inter laïcos de vtili dominio, si tamen dominium directum sit Ecclesiæ: causa dicitur Ecclesiastica. Et apud Pacif. *decis.* 238. *per totam*, Cyriac. *controuers.* 12. *num.* 67. Rota *decis.* 42. *num.* 8. *part.* 6. *Recentior.*

8 Tertiò, quando clericus se opponit aduersùs executionem factam authoritate iudicis laïci, circa præuentionem illius causæ à laïco factam, hęc adhibenda est distinctio. Vtrum videlicet Clericus se opponens, rem illam, super qua executio facta fuit, possideat; an non. Si enim rem possideat, causa coram iudice Ecclesiastico tractanda erit; quia tunc clericus dicitur verè reus, *l. de pupillo, §. qui remissionem, ff. de noui oper. nunciat.* Et ideo regula succedit *cap. si quis contra clericum, & cap. cum sit generale, de for. compet.*

9 † Et propterea si clericus timeat molestari, aut executiones fieri super bonis per eum possessis, potest monere laïcum agere volentem, (idque authoritate iudicis Ecclesiastici) ne eum molestet, aut turbet in sua possessione; aut aliquid contra ipsum attentet, vt voluit Purpur. *consil.* 26. *num.* 12. Si vero clericus non possidet, non potest impedire continuationem causæ executiuæ inter laïcos, in Curia iudicis laïci præuentæ, sed causa apud eundem iudicem laïcum, qui præuenit terminanda est, vt fuit decisum apud Seraph. *decis.* 804. *num.* 4. In qua decisione etiam dicitur, quod si iudicium spolij fuerit intentatum coram iudicibus laïcis, clericus interueniens in causa, si non possideat, & non doceat clarè de iure suo liquido, non potest impedire cursum causæ, nec illam trahere ad iudicem Ecclesiasticum, tunc præcipuè quando adest aliqua suspicio collusionis; Mangil. *de euict. q.* 6. *n.* 18.

Et ex his patet, quod si clericus possidens, curauerit inhiberi laïco de ipsum non molestando, aut ad Curiam secularem non trahendo, non obstabit illi statutum Auenionense loquens de causis iactationum, & de inhibitionibus de non aliò trahendo, *lib.* 2. *rub.* 14. *de moderat. inhibit.* Tum quia illud statutum expressè reseruat iurisdictionem iudicis competentis: tum etiam quia statuentes, nec voluerunt nec potuerunt præiudicare iurisdictioni Ecclesiasticæ, † nec confirmatio, siue ab Eminentissimis Legatis, siue à summis Pontificibus, de qua testatur D. à Laurent. *decis. Rota Auenionensis* 86. *num.* 10. extendenda est ad casus, in quibus præiudicium inferri posset iurisdictioni Ecclesiasticæ, ad tradita per Bartol. *in leg.* 1. *ff. de iure person. num.* 1. Verall. *decis.* 204. *parte* 1. Pacific. *de Saluian. inspect.* 4. *c.* 2. *num.* 84. 10 11

Remanet ergo firma regula ex notatis *numer.* 9. quod clericus non possidens, debet venire oppositiuè coram iudice laïco: si contra laïcum pignoratio facta fuerit. 12

Sicut in simili casu, si laïcus petat se immitti in possessionem vigore *l. fin. Cod. de edict. Diui Adrian. tollend.* & compareat contradictor clericus, causa coram iudice laïco tractanda erit, si clericus non possideat: si verò possideat, coram Ecclesiastico: vt bene comprobat D. Argelus *in suo tract. de legit. contradict. q.* 3. *art.* 6. *per totum.* 13

Quartò, quando colonus possidet nomine sui Domini, & in ius vocatur pro re quam titulo locationis à clerico acquisiuit, ipse autem Dominum suum laudat authorem, vel Dominus causam assumit, tunc certum est causam coram iudice Ecclesiastico tractandam esse; cum causa principaliter ad Clericum spectet, & colonus in re controuersa nihil præter nudam detentationem habeat. Mangil. *de euict. q.* 6. *num.* 30. post Rimioald. iun. *consil.* 421. *n.* 8. 11. & 12. Surd. *consil.* 396. *n.* 37. Carol. de Grass. *dicto effect.* 1. *n.* 166. 14

Quintò, si clericus citetur coram iudice laïco cum clausula *si sua putauerit interesse*, citatio erit valida, quia clericus non arctatur ad comparendum, nisi quatenus ita sibi videatur, & si non compareat, non dicitur contumax, teste D. Argelo *dicta quæst.* 3. *de legit. contrad. artic.* 4. *numero* 77. 78. & 79. Vbi bene probatur, citatum ex tali citatione non effici reum necessarium, sed dumtaxat voluntarium. Et diximus suprà *cap.* 9. *de præuent. per citat. num.* 60. & in propriis terminis clerici citati, docet Borell. *in summa omn. decis. tit.* 7. *de cleric. & Sacerdot. num.* 60. *lib.* 1. 15

Sextò, Clerici sunt exempti à iurisdictione laïcorum, non solum ratione bonorum Ecclesiasticorum, sed etiam ratione bonorum patrimonialium, adeo vt si causam communem habeant cum laicis eadem bona possidentibus, tota causa tractanda sit coram iudice Ecclesiastico: Seraphin. *decis.* 957. 16

Septimò, si Clericus aut Sacerdos sit actor, etiam si esset persona Religiosa (cessantibus priuilegiis in contrarium) & agat contra laïcum, tenetur comparere coram iudice laïco, nec datur præuentio in Curia 17

Curia Ecclesiastica, *c. cum sit generale. Et c. si cleric. laicum. De foro compet.* Quod tamen limitandum est, nisi ageretur de rebus & iuribus Ecclesiæ, vt ostendemus infra *cap. 22. num. 1.*

Octauò, magna est inter Doctores altercatio, vtrum clericus vti euictionarius laici emptoris, possit coram iudice ipsius emptoris, & per consequens coram iudice laico præueniri,& vtrum coram illo comparere & causam defendere teneatur, an vero causa euictionis sit ad iudicem Ecclesiasticum remittenda? In qua quæstione varij varia censuerunt, aliis pro Coria seculari tenentibus, aliis pro Ecclesiastica. Vt videre est apud Carol. de Graff. *de effect. clericat. effect. 1. num. 261. & seqq.* Alij distinguunt, vt si de bonis Ecclesiæ agatur, Clericus author laudatus possit petere causæ remissionem ad iudicem Ecclesiasticum: si vero de bonis patrimonialibus ipsius Clerici, causa coram iudice laico sit terminanda, coram quo causa principalis fuit præuenta. Ric. *collect. 2283. & 2303.* post Nouar. *in praxi variat. & elect. fori, sect. 1. q. 31. n. 7.*

Sed hæc distinctio est contra mentem Rotæ Rom. apud Seraph. *dicta decis. 957.* quæ, vt suprà *num. 15.* ostendimus, vult etiam pro bonis patrimonialibus Clerici, causam ad iudicem Ecclesiasticum esse remittendam, vt habetur in *eadem decis. num. 2. versic. neque obstat.*

Hanc etiam quæstionem examinant plures, quos refert Mangil. *in tract. de euict. dicta quæst. 6.* Bocell. *in summa decis. tit. 7. de Cleric. & Sacerdot. num. 90. & sequent.* Barbos. *in cap. vltimo, num. 16. de empt. & venditione,* alius Barbosa *in l. venditor. 49. ff. de indic. à num. 138.*

19 In hac controuersia, verior videtur sententia quæ & magis communiter recepta est, videlicet, vt Clericus in ius vocatus pro euictione rei, de qua inter laicos est disceptatio, teneatur coram iudice laico comparere; neque possit petere causæ remissionem ad iudicem Ecclesiasticum: quam optimè defendit, & sequitur Barbos. *in dicto tractatu de iure Eccles. vniuers. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 116. & seqq.* cuius dicta hic repetere superfluum esset.

20 Nono, si Clericus venditor velit emptorem laicum coram iudice laico defendere, poterit ibidem pro suo interesse si velit comparere, habita à suo Episcopo licentia: quod non negant illi qui existimant Clericum euictionarium causam ad forum Ecclesiasticum posse trahere. Vt videre est apud Gloss. *in can. clericum nullus, in verb. Secularem Versic. licet ei præstet authoritatem 11. quæst. 1.* melius Abb. *in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, numer. 28. Vt lite non contest.* Vbi dicit quod aut Clericus venit nominatus in iudicio seculari, & tunc dandus est libellus, & debet remitti ad suum iudicem: (licet contrarium in hoc capite verius esse superiùs ostensum fuerit) aut venit voluntariè ad defendendum, & tenetur ibi defendere. Rip. *in c. a. num. 24. de iudic.* Barbos. *in d. l. venditor. 49. n. 145. ff. de iudic.*

21 Decimo, quid statuendum sit in fisco, quando in ius vocatur pro euictione, explicat Mangil. *dicta quæst. 6. num. 17. & sequentib.* Verius videtur, quod quando agitur de causa fiscali, illi qui emerunt à fisco, illumque vocant in euictionarium, petere possint remissionem causæ ad iudices fiscales. Quod si remissionem non petant, processus factus coram iudice ordinario non fiscali sit validus: vt tenet Pereg. *in tr. de iure fisc. lib. 7. tit. 1. n. 5.* Quænam autem sint causæ fiscales, & quomodo distcrant à criminalibus, paulo post ostendetur *cap. 23.*

Nec ex priuilegio fisci ad priuilegium Clericorum quidquam inferri potest, vt notauit Barbos. *in d. l. venditor 49. num. 149. ff. de iudic.* Qui etiam notabiliter *Peregrini* sententiam explicasse videtur, vt si aduersùs emptorem agatur ex causa nullitatis alienationis factæ per fiscum, causa ad iudicem fiscalem sit remittenda, quamuis fiscus emptorem defendere non curet. Sed si præsupposita validitate venditionis factæ per fiscum, conueniatur is qui emit à fisco ex alia causa, non sit locus remissioni ad iudices fiscales. Sed hæc distinctio videtur verbalis, quia quomodocunque fiscus vocetur in euictionarium, agetur de facto suo & de interesse fiscali; quo casu difficillimum erit (saltem apud nos) impedire remissionem causæ ad iudicem Cameræ, propter illius priuilegia & fauores, & propter generalitatem text. *in l. 3. C. de iure fisc. lib. 10.* ibi *Aditus procurator meus, &c.*

Denique & hoc statuendum est, quod licet emptor litem non denunciauerit venditori tempore legitimo, non tamen impeditur aduersùs venditorem agere, si ostendat iustitiam euincentis. Vt per Mangil. *de euict. q. 4. num. 55. & sequentib.* Hoc autem casu, si venditor agere velit separato iudicio, & coram alio iudice competenti, & notarium sibi bene visum eligere, hoc facere poterit, cum hæc sit causa omnino distincta, & separata à negotio principali. Maynard. *lib. 3. cap. 33.* Charond. *lib. 3. Resp. 60.* Actio enim ista separato & diuerso iudicio intentata, non iam realis est, sicut dum ab emptore res acquisita vendicatur, sed personalis, in qua iudicem quemlibet competentem adire sufficit: Sicut dum quis ad indemnitatem ab alio in actione personali conuenitur, quo casu non est locus dispositioni *dicta l. venditor. 49. ff. de iudic.* Vt bene per Maynard. & Charond. *in locis mox citatis.*

Decimo licet aliqui DD. inter quos est Mart. *in tract. de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 123.* existiment iudicem laicum in causa concursus generalis creditorum, non posse cognoscere de causis Ecclesiasticorum, qui in illa causa vti creditores habent interesse; Contrarium tamen verius est, nempe Ecclesiasticum in illa causa comparere teneri coram Iudice laico, prout sæpius vidimus practicatum: & tenet Vrsill. ad Afflict. *decis. 180. num. 7.* Mastrill. *decis. 79.* de Graff. *de effect. clericat. effect. 1. num. 475.* cum alijs quos citat & sequitur, optiméque probat Salgado *in labyr. credit. part. 1. cap. 6. per tot.* maximè *num. 14.* Rationem reddens, quia Clericus in iudicio discussionis generalis, est actor in effectu: & ideo tenetur sequi forum rei.

Vndecimò, si agatur de Clerico defuncto, cuius hæreditas sit iacens aut repudiata, processus factus per Iudicem laicum non operabitur præuentionem. Quia cùm hæreditas iacens repræsentet defunctum, & gaudeat iisdem iuribus & priuilegiis, quibus ipse defunctus, vt aduertit Barbos. *in leg. hæres absens 19. in princ. ff. de Iudic. num. 180. & sequent.* sequitur, processuram Iudicis laici aduersus huiusmodi hæreditatem iacentem non subsistere, nec per consequens ex ea oriri præuentionem, ex notatis per Salgad. *in labyr. credit. part. 1. cap. 2. numero 48.*

Duodecimò notandum est, quod ad hoc vt Clericus possit vti priuilegio fori aduersùs Iudicem laicum præuenientem, sufficit vnum ex tribus requisitis ex Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 6.* Videlicet quod habitum & tonsuram deferens Clericalem inseruiat alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, vel habitum & tonsuram deferens degat in aliquo

aliquo seminario de mandato Episcopi, vel habitum & tonsuram deferens in aliqua schola de mandato Episcopi versetur: Barbos. *ad dict. locum Concil. Trid. num.* 24. Quod intellige in Clerico non beneficiato in minoribus Ordinibus constituto, si enim haberet beneficium aliquod Ecclesiasticum, gauderet beneficio fori, & ad suum Iudicem Ecclesiasticum remittendus esset, quamuis habitum & tonsuram non deferret: hac enim esse Concilij mentem testatur *ibid.* Barbos. *n.* 13. vbi plures de materia tractantes commemorat: quibus addi potest Capyc. Latr. *decis.* 73. Qui in casu occurrenti adeundus est, sicut & Donat. Anton. de Matin. *p.* 1. *resol.* 56. Carol. de Graff. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 1166. *& multis seqq.* Farin. *q.* 8. *num.* 5. *&* 60.

CAPVT XXI.

ARGVMENTVM.

An & quando appellatus præuenire possit appellantem, & obtinere commissionem appellationis per ipsius appellati aduersarium interpositæ. Quando appellatus dicatur nimiùm festinasse committi curando causam appellationis, & appellantem præueniendo. Quomodo procedendum sit pèr appellatum, quando appellans intra quindecim dies à Statuto assignatos, ad obtinẽdam commissionem appellationis, fuit negligens in obtinenda dicta commissione. Ostenditur etiam differentia inter reuocationem executionis per viam iustitiæ, & per viam attentatorum, multaque alia afferuntur ad interpretationem *cap. oblata*, 57. *De appellationibus.*

SVMMARIVM.

1 *Commissio appellationis, intra quod tempus sit de iure per appellantem obtinenda.*

2 *Terminus ad introducendam appellationem à statuto assignatus quomodo intelligi debeat.*

3 *Quis possit assignare terminum appellanti, minorem termino legali.*

4 *Quando appellatus præuenit appellantem ante terminum hominis, quid in rescripto sit exprimendum.*

5 *Si appellans nihil opponat, commissio appellati defectuosa, redditur valida.*

6 *Quando agitur de termino legali, appellatus non potest nimiâ vti festinatione ad præueniendum appellantem.*

7 *Quando appellatus dicatur nimium festinasse in committendo causam appellationis, pendet à iudicis arbitrio.*

8 *Non dicitur nimium præcurrere, qui causam appellationis committi obtinet, in vltimo mense termini à lege assignati ei, qui appellationem interposuit.*

9 *Explicatur* Statutum Aueniocense lib. 2. rub. 23. art. 3. *de termino appellanti præfixo ad suam appellationem introducendam.*

10 *Quæ remedia competant appellato vigore dicti statuti aduersus appellantem negligentem.*

11 *Lapso termino statuti, appellatus potest obtinere commissionem pro confirmatione sententia.*

12 *Forma cõmissionis danda per appellatũ præueniẽtẽ.* Saolegerius de Præuent. Iudic.

13 *Commissio data pro confirmatione sententiæ iudicis à quo, extenditur etiã ad eius reuocationem. Commissio appellationis est communis vtrique parti; Sed qua cautela vtendum sit, quando data est super capitibus separatis,* eodem n. 13.

14 *Appellatus, lapso termino statuti, potest si velit omisso remedio executionis, committi facere causam appellationis, pro confirmatione suæ sententia.*

15 *Vtilius potest esse appellato, omissâ executione sibi post lapsum termini statutarij concessâ, obtinere commissionem appellationis.*

16 *Per lapsum termini à statuto Aueniomensi ad introducendam appellationem præfixi, non ideo deserta est appellatio.*

17 *Executio quæ lapso termino à statuto conceditur, potest obtineri parte non citatâ.*

18 *Quæ sit differentia inter reuocationem executionis per viam iustitiæ, & per viam attentati.*

19 *Clausula,* lapsu temporis ad introducendum non obstante, *quid operetur in commissione appellationis.*

20 *Per executionem factam post lapsum termini statutary, Iudex & Notarius prima instantia non dicuntur præuenisse.*

21 *In Curia Romana appellatus potest statim appellantem præuenire.*

22 *In Legatione quando derogari possit depositioni* cap. oblatæ 57. de appellat. *ad effectum vt appellatus possit appellantem præuenire.*

MATERIA huius capitis residet in *cap. oblata* 57. *de appellat.* in quo tractatur, quomodo & quando appellatus possit præuenire appellantem, committi faciendo causam appellationis. Circa quod notandum est, primo. † Quod duplex appellanti terminus, ad suam appellationem introducendam, assignari potest; Primus est terminus legis, secũdus est terminus hominis. Terminus legis est vnius anni, & ex causâ, biennij. Marchesi. *de commiss. appell. vigore cap. oblata, §. vnic. n.* 4. *&* 5. *fol.* 400. † Aliquando etiam terminus à lege municipali assignatur appellanti, ad suam appellationem introducendam, & commissionem obtineodã; & tunc ea debet fieri interpretatio, vt quantum fieri potest, statutum huiusmodi sit conforme dispositioni iuris communis. Vt dicit Alex. *cons.* 19. *n.* 4. *volum.* 1. † Terminus vero hominis ille dicitur, quem iudex à quo, appellanti assignauit, vel ipsamet pars sibi ad introducendã appellationem præfixit; quod facere potest abbreuiando terminum iuris, vt dicit text. *in d. c. oblata, & ibi omnes Doctores.* 1 2 3

Præterea notandum est, quod si appellatus velit appellantem præuenire, tenetur in rescripto commissionis suæ mentionem facere de termino à iudice, vel ab ipsa parte sibi præfixo; alioqui commissio tanquam subreptitia, erit nulla; nec præuentionis effectum operabitur, per tex. expressum in *d. c. oblata.* & *ibid.* Franc. & alij omnes. 4

Sed hoc sano modo intelligendum est, videlicet dummodo appellans opponat de hac nullitate. Si enim ipse nihil opposuerit, subsistet commissio; & commissario tribuet iurisdictionem, & appellans tenebitur comparere, & causam prosequi coram iudice, & apud Notarium causæ talis appellationis. Sigism. Scacc. *de appell. quæst.* 14. *n.* 52. *&* 53. Seraphin. *decis.* 455. *n.* 7. 5

Quando vero nullus est terminus præfixus ab homine, sed versamur in terminis dilationis legalis; tunc appellatus non potest præuenire appellantem, nimiùm festinando & præcurrendo, cum 6

appellans habeat à lege potestatem differendi intro-ductionem vsque ad finem dilationis legalis, cum possit contingere ipsum non habere testes, vel instrumenta parata, aut pecunijs carere, vel aliqua iusta de causa absque animo calumniandi cogi terminum legalem expectare, vt dicunt omnes *in dicto c. oblatæ*.

7 Non potest autem dari certa regula, quando appellatus nimium præcurrere dicatur, sed hoc totum pendet ab arbitrio Iudicis, considerata personarum qualitate, locorum distantiâ, aliisque circunstantiis, Seraph. *dicta decis.* 45 5. *num.* 7. Alex. *dicto consil.* 19.

8 *num.* 5. *lib.* 1. † Sed tamen quando appellans fuit nimis negligens, adeo vt non procurauerit obtinere commissionem suæ appellationis ante vltimum mensem anni; vel (ex iustâ causâ) biennij; nullus est iudex qui non arbitretur ipsum nimiâ vsum fuisse negligentiâ, ad effectum, vt appellatio ad instantiam appellati committi potuerit, & talis commissio præuentionem operetur, Barbos. *in eodem cap. oblatæ, n.* 5. Francisc. Marc. *decis.* 145. *n.* 19. *p.* 1.

Si vero terminus à statuto præfigatur, verba statuti diligenter attendenda sunt, vt ex illis quænam fuerit statuentium intentio colligatur, illaq; ad conformitatem iuris communis (quâtum verba patiuntur) reducenda, vt iam monuimus *n.* 2. † Et ideo cum

9 per statutum Auenionense præfigatur ipso iure appellanti terminus quindecim dierum ad introducendam appellationem in ciuitate, & trium mensium ad illam introducendam Romæ, quibus terminis respectiuè elapsis, si appellatus non fuerit instante appellante, seu eius procuratore, inhibitus seu citatus, authoritate iudicis dictæ appellationis, possit petere sententiam mandari executioni, illaque executioni demandetur, nisi appellans faciat inhiberi per iudicem appellationis, vt habetur *lib.* 2. *statut. Rubr.* 13. *art.* 3. Si appellans intra terminum statuti, non introduxerit mediante commissione per eum

10 obtenta, & inhiberi non curauerit, † appellatus duo habet remedia. Primum, vt possit petere sententiam iudicis à quo executioni demandari. Secundum, vt porrigat pieces commissionis causæ, & curet fieri citationes & inhibitiones requisitas authoritate iudicis in commissione deputati, & scribente Notario

11 per eum eligendo. † Quia lapso statuti termino, datur appellato facultas impetrandi commissarium, & causam appellationis introducendi, non in vim *dicti capitis oblatæ: 57. de appellat.* Quod loquitur dumtaxat de appellato commissionem intra terminum obtinente, sed propter moram appellantis & lapsum termini, & ideo valebit commissio obtenta per appellatum, & inducetur ex ea præuentio, cogetúrque appellans coram iudice impetrato litem prosequi & scribente Notario appellati, etiamsi determino nulla fuerit facta mentio in commissione, vt dicit Federic. de Sen. *cons.* 108. *n.* 2.

12 Poterit autem illa commissio, instante appellato, fieri vel iuxta formam traditam à Marches. *d.* §. *vnico, fol.* 404. *vol.* 5. Vel narrando sententiâ latam per iudicem à quo, & appellationem aduersarij. Quæ sententia licet sit iusta, & appellatio friuola, tamen orator desiderat suæ sententiæ confirmationem obtinere, & propterea petit humiliter causam, & eaosas dictæ appellationis & appellationum, alicui probo literatoque viro committi, &c. Et talis commissio communis erit tam appellanti quàm appellato.

13 † Quia commissio data ad confirmationem sententiæ, extenditur etiam ad illius reuocationem, vt tradit Panor. *in d. cap. oblata, n.* 4. *& n.* 5. *versic. Ex quo infertur.* Bellam. *decis.* 259. *Præfixo termino.* Commissio enim appellationis vtrique parti est communis. Add. ad Ludouis. *decis.* 552. *n.* 7. Intellige *vt c. t. n.* 21. Burat. *decis.* 405. *n.* 2. *&* 23. Ego tamen solebam dum palatium frequentarem ad maiorem cautelam, meam commissionem separatam dare, maximè dum commissio aduersarij continebat capita separata, vel non habebat clausulas requisitas, *cum toto negotio principali*, & similes. Atque ita fieri consulo.

Quod autem dicta duo remedia competant appellato ad eius electionem, probatur ex traditis per Zabarell. *consil.* 87. *n.* 3. *&* 4. *versic. Ad secundum*, Card. Tusch. *lit. A. concl.* 423. *n.* 5. quos citat & sequitur Cost. *de subsid. rem. c.* 126. *n.* 9. *vers. Secundo restringe.* 14

Poterit autem remedium commissionis per viam præuentionis aliquando vtilius esse appellato propter personam iudicis assignandi, & ob electionem Notarij qui in causa appellationis scripturus est, quamuis exequendi facultatem habeat: Quia terminus ille statutarius non est talis, vt propter illius lapsum appellatio efficiatur deserta, vt probatur ex verbis eiusdem statuti; ibi, *nisi appellans faciat inhiberi per iudicem appellationis*. Quæ verba ostendunt † quod etiamsi terminus Statuti lapsus fuerit, & appellans non obtinuerit commissionem suæ appellationis, & præterea non curauerit suam appellationis introductionem intimari per citationem, vel inhibitionem, sententia iudicis à quo, poterit demandari executioni. Deinde verò subijcitur in eodem statuto limitatio, *nisi appellans faciat inhiberi*, itavt intentio statuti sit quod in pœnam negligentiæ appellantis sententia mandetur executioni. Sed si postea superueniat inhibitio, debeat in executione supersederi. Quod probatur ex Rota *decis.* 13. *alias* 94. *de appel. in nouis.* Vbi dicitur quod si appellans non certificauerit iudicem à quo, de sua appellatione intra terminum, potest illius sententia demandari executioni. Sed non propterea appellatio erit deserta, si appellans obtinuerit deinde sententiam fauorabilem in gradu appellationis. Quod etiam voluit Feder. de Sen. *consil.* 18. *n.* 2. in illis verbis, *sed propter hoc appellatio non debet dici deserta*. Sequitur Scacc. *de appell. q.* 15. *n.* 25. † Et talis executio potest obtineri, etiam parte non citatâ, vt tenuit Lancell. *de attentat. c.* 12. *limit.* 14. *n.* 5. 15 16 17

Magna autem est differentia inter reuocationem executionis, quæ fit post lapsum termini quando reuocatur postea, dum iudex ad quem, profert sententiam definitiuam in fauorem appellantis, & sic per viam iustitiæ appellantis & iniustitiæ ipsius appellati, & illam quæ reuocatur ex capite attentatorum. Nam dum executio vti attentatoria impugnatur, supersederi debet in cognitione negotij principalis pendente iudicio attentatorum, & si fuerit cognitum appellatum attentasse, varias incurrit pœnas quæ per attentantes incurri solent. Sed quando reuocatio fit per viâ iniustitiæ & mali iuris appellati, talis reuocatio non fit ante sententiam definitiuam, sed si appellans foueat bonum ius in negotio principali, reuocatur sententia iudicis à quo, & eodem tempore executio facta vigore ipsius, non tanquam attentata, sed tanquam iniusta. Si vero appellatus bonum ius foueat, & sententia per eum obtenta in prima instantia, confirmetur in secunda, confirmabitur etiam eodem tempore executio iam facta, quæ erat in suspenso, vt bene explicat Lancell. *de attentat. appell. pend. c.* 12. *limit.* 14. *n.* 6. *&* 7. Atque ita sæpius in facti contingentia obtinui. 18

Et in effectu praxis hæc inoleuit in commissionibus appellationum, quæ fiunt post lapsum quindecim dierum in hac ciuitate, vt apponatur illa clausula, 19

fula: *lapsu temporis ad introducendum non obstante*, quamuis olim adiiceretur alia clausula *attento quod intra trimestre*, sed hodie indistinctè dantur commissiones cum restitutione aduersus lapsum temporis, etiam po trimestre.

20 Vnde data commissione & sequuta inhibitione etiam post lapsum temporis statutarij, Index & Notarius primæ instantiæ non possunt procedere in in causa, sed totum negotium apud iudicem & Notarium secundæ instantiæ tractandum est, suspensa vsque ad sententiam definitiuam executione, vt mox dictum fuit: cum ab illa sententia, & à cognitione negotij principalis dependeat iustitia, vel ioiustitia executionis, ex supra dictis.

21 Vltimo loco aduertendum est in Romana Curia ista non obseruari, sed statim datis apostolis, appellatum posse impetrare commissionem appellationis, Rota *decis.* 16. *de appellat. in nouis*, Gratian. *discept. forens. c.* 1. *n.* 10. Seraph. & Marchesf. *vbi suprà*. In Gallia dantur litteræ anticipationis, de quibus Rebuff. *tom.* 3. *tit. de anticipat.*

22 In Legatione vero non solet derogari dispositioni *dicti cap. oblata*. Poterit tamen id fieri quando vtraque pars appellauit ne continentia causæ diuidatur, quæ optima est cautela ad custodas controuersias, quæ super duabus concurrentibus appellationis commissionibus sæpiùs exoriuntur, ita tenet Marchesf. *dicto tit. de commiss. vig. cap. oblata*, §. *vnic. n.* 36. *fol.* 403. Ea siquidem ratione appellatus præueniens, vtriusque partis iura committi, in secunda instantia, iure poterit obtinere.

CAPVT XXII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione Iudicis laïci quando agitur de rebus aut bonis Ecclesiæ, aut de iuribus ipsius, vel legatis piis, aut contra Fraudatores, Inuasores, vel Raptores bonorum Ecclesiæ, & de pœnis contra lacerantes testamenta; maximè quando in iis continentur legata pia. Et quod Episcopus, in casibus in quibus procedere potest contra laïcos, possit deuenire ad capturam & alias executiones, etiam per proprios Officiales, & absque auxilio Brachij secularis. Episcopum esse executorem omnium piarum voluntatum, nec in eo munere turbari posse per Conseruatores.

SVMMARIVM.

1 *Laicus tenetur comparere coram iudice Ecclesiastico quando agitur de legatis piis, vel de iuribus Ecclesiæ.*

2 *Episcopus potest cogere heredes laicos ad legati pij præstationem.*

3 *Cui competit cognitio causæ ciuilis, eidem regulariter competit decisio causæ criminalis.*

4 *Episcopus cognoscit contra quoscumque inuasores, vel fraudatores bonorum Ecclesiæ.*

5 *Raptores bonorum Ecclesiæ vel illorum inuasores, etiamsi negent fraudem, conueniuntur coram iudice Ecclesiastico.*

6 *Sacrilegium impropriè dicitur dum quis Ecclesiam defraudat.*

7 *Negligentia iudicis laïci non est probanda ad hoc vt iudex Ecclesiasticus procedere possit contra fraudatorem bonorum Ecclesiæ.*

8 *Contra lacerantem testamentum potest agi, etiam antequam dies fideicommissi aduenerit.*

9 *Lacerans testamentum quibus actionibus conueniri possit.*

10 *Filius lacerans paternum testamentum priuatur sua legitima.*

11 *Episcopus in casibus in quibus potest contra laicos procedere, potest deuenire ad capturam & alias executiones, etiam per proprios officiales.*

12 *Episcopus pro executione facienda contra laicos ex propria iurisdictione, non indiget auxilio brachij secularis.*

Episcopus est executor omnium piarum voluntatum, etiamsi testator hoc prohibuisset: quod tamen non obseruatur in Gallia.

Doctores sub prætextu conseruatoria non possunt impedire Episcopū in executione piarum voluntatum.

QVOTIESCVMQVE agitur de bonis & iuribus Ecclesiæ, posse laïcum coram iudice Ecclesiastico actione reali conueniri, etiamsi de solo vtili dominio Emphyteusis Ecclesiasticæ inter laïcos ageretur, superius ostendimus *cap.* 20. *n.* 7. ex mente Rotæ Romanæ *decis.* 42. *parte* 6. *Recentior.* & apud Pacif. *decis.* 238. *per totam*, quibus addo Menochium generaliter de actione reali loquentem, *consil.* 1161. *num.* 10. & 11.

1 Sed dubitari potest quid dicendum sit, quando agitur de legatis Ecclesiæ, vel alteri pio loco factis: Quorum cognitionem ad Curiam Ecclesiasticam pertinere tradit Felin. *in cap. si Clericus laicum* 5. *n.* 5. *versic. Amplia. de foro compet.* Quod licet Felin. videatur tribuere actioni reali, † idem tamen etiam di- 2 cendum est de actione personali, & executiua ad cogendos hæredes etiam laïcos ad præstationem legati, vel fideicommissi Ecclesiæ relicti, & aliorum contentorum in testamento, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess.* 22. *c.* 9. *de reformat.* Barbos. *de Episc. alleg.* 82. *n.* 13. Episcopus enim omnium legatorum piorum cognitionem habet. Barbos. *in cap. nos quidem*, 3. *num.* 8. *de Testament.* Quod procedit, etiamsi ageretur de quibuscunque personis etiam exemptis, *Clement.* 1. *de Testam.* Sbrozz. *in tract. de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 50. & 52. Et quod etiam inter laïcos, Episcopus de relictis piis cognoscat, tradit Castrens. *consil.* 350. Quæritur. *versic. secundus casus, volum.* 1. Abb. *consil.* 105. Ex processu, *in* 1 *qu. volum.* 1.

Certum est, secundum dispositionem iuris tam Canonici quàm Ciuilis, Episcopos esse executores omnium vltimarum voluntatum in quibus continentur legata pia, necnon etiam omnium ex illis dependentium: iuxta text. *in cap. nos quidem* 3. *cap. si heredes* 6. *cap. tua nobis*, 17. *cap. Ioannes* 19. *de Testament. Clement. vnic. de testament. Clement. quia contingit*. 2. *de Religios. domib.* & de iure Ciuili, sunt text. *in leg. nulli* 18. *Cod. de Episcop. & Cleric. & in Authent. omnes Peregrini*, *Cod. comm. de successión.* Quod procedit etiamsi testator prohibuerit ne Episcopus se immisceret in dicta exequutione, hoc enim non obstante, cognitio spectat ad Episcopum *dicto cap. tua nobis*, ibi, *licet enim à testatoribus id contingeret interdici*: & probat Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 30. & *seq.* maximè *num.* 41.

Hoc tamen in Gallia non obseruatur, sed prosequutio fieri solet coram Ordinariis Regiis laicis sub nomine Procuratoris Generalis Regis, aut eius Substituti, absque eo quod Iudex Ecclesiasticus possit se immiscere in huiusmodi negotiis, vt inter cæteros testatur Brodeau ad Louet *litt. N, num. 5. celum. vlt.* quæ tamen Galliæ consuetudo est iuri contraria, & aduersatur iurisdictioni Ecclesiasticæ, quam habent Episcopi de iure, & ex dispositione Concil. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 8.* qua cauetur, Episcopos etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatos in casibus à iure concessis esse executores omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos relictarum; & omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsos ex officio suo iuxta præfata Sacrorum Canonum statuta cognoscere & exequi debere, non obstante quacumque consuetudine etiam immemoriali, priuilegio, vel Statuto: Quod procedit, etiam si ageretur de eo qui peteret causam remitti ad suum Conseruatorem, sub prætextu priuilegij Vniuersitatibus concessi: vt declarauit Sacr. Congr. teste Barbos. *in notis ad. dict. c. 8.*

3 Et non modo potest Episcopus, vel alius iudex Ecclesiasticus procedere ciuiliter in huiusmodi negotiis legata pia tangentibus, sed etiam criminaliter in casibus in quibus locus est actioni criminali, per regulam generalem quam affert Farinac. *consi. 85. numero 133. & 136.* quando videlicet causa criminalis incidit in ciuilem vel ab ea dependet, vt *ibi per eum.*

Vnde aliàs in quadam causa introducta coram Illustriss. Episcopo Caualicensi consului, & secundum meam opinionem fuit iudicatum, Episcopum esse iudicem competentem in quadam causa laceratjonis testamenti, in quo continebantur quædam legata pia in fauorem Ecclesiæ, quamuis accusatio esset

4 instituta contra laïcos, † cum iudex Ecclesiasticus procedere possit contra quoscunque fraudem committentes in Ecclesiæ præiudicium. Innocen. Abb. Anchar. & alij *in cap. cum sit generale 8. de foro compet.* & est bonus text. in *cap. 2. de priuil.* per quem dicunt DD. quod non solum inuasores rerum Ecclesiæ, sed etiam omnes alij qui in negotiis Ecclesiam tangentibus fraudem committunt, per iudicem Ecclesiasticum puniri possunt, cum tale delictum sit mixti fori, vt bene Barbos. *in dicto cap. 2. num. 14. de priuil.* Innoc. *in dicto cap. cum sit generale.* Cuius hæc sunt verba, *Cognoscet Ecclesia non solum de rapina, sed de qualibet etiam oppressione, imme si de fraude in contractu Ecclesiæ habita agatur. Et si pars aduersa neget fraudem, nihilominus proceditur in materia principali.*

5 Idem tenet Abb. *in eodem cap. num. 7.* † Ad hoc enim vt iudicium inchoetur tanquam coram competenti, sufficit in libello allegasse qualitatem tribuentem iurisdictionem, etiamsi non sit vera, dummodo non constet illam esse falsam, Felin. *in dicto cap. si*

6 *Clericus laicum, num. 3. de foro compet.* † Tales enim Ecclesiæ fraudatores, licet propriè non committant sacrilegium, illud tamen committunt impropriè, vt dicit Abb. *in d. cap. cum sit generale, num. 6. in fine.* Se-

7 quitur & explicat Ancharan. *ibid. num. 6. & 7.* † qui etiam hoc ampliat, vt locum habeat etiamsi nulla adesset negligentia iudicis laïci. Et tradunt omnes in *eodem cap. cum sit generale.*

8 Et quamuis dies fideicommissi nondum euenisset in fauorem Ecclesiæ, tamen dixi agi posse ex priuilegio speciali aduersus lacerantes testamentum, contra quos ante euentum conditionis substitutus age-

9 re potest. Peregr. *de fideicom. art. 41. num. 5.* † Et hoc casu datur duplex actio, videlicet furti, & legis Aquiliæ. Et furti quidem actio statim datur; *l. qui tabulas, 27. §. fin. l. sed et si, 31. §. si quis tabulas, l. quidam 32. ff. de furt.* Immo etiam locus est pœnæ *l. Cornelia, de falsis.* per text. *in l. 3. §. si quis dolo. versic. Et posse.* &

10 ibi Bart. *ff. de tab. exhib.* † Immo etiam filius lacerans testamentum paternum, sua priuatur legitima, Alexand. ad Bart. *in l. si quis cum falso, ff. de fal.* necnon Trebellianica, Fariuac. *de falsit. & simulat. q. 150, num. 169.*

11 Episcopus autem hoc casu, & in omnibus aliis casibus in quibus procedere potest contra laïcos, potest procedere etiam per capturam, quando illi locus est, potestq; habere familiam armatam, ex Concil. Trident. *sess. 25. de referm. cap. 3.* in illis verbis. *Per personarum districtionem per suos proprios, aut alienos executores.* Barbos. *de Episcop. part. 3. alleg. 107. num. 8. versic. Sed contrarium.* Tusch. *in verbe Iudex. conclus. 446. n. 46.* Et potest etiam laïcos condemnare ad pœnam pecuniariam, & confiscationem bonorum, Tusch. *ibidem n. 47.* Adeo vt non teneatur inuocare auxilium brachij secularis, Ceuall. *in tract. de violent. p. 2. q. 93. fere per totam.* Et plures allegat Barbos. *ad dictum Concil. Trident. dicta sess. 25. de reformat. c. 3. num. 33.*

CAPVT XXIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione Iudicum & Notariorum in causis Fiscalibus, Criminalibus, vel Ciuilibus. Vbi ostenditur differentia inter causas Criminales & Fiscales. Et quando Iudex, vel Notarius Cameræ procedere debeat in causa, non obstante præuentione Officialium, seu Notariorum criminalium. An & quando Iudex & Notarius criminalis procedere possint in causa ciuili incidenter proposita, vel è contra ciuilis in criminali. Vtrum Iudex criminalis procedere possit super solo partis interesse. Et circa hoc explicatur Statutum Aueniónis, *De eo qui furtum & rapinam passus est.* Vtrum fiscus totam causam discussionis trahat ad suos Iudices: Quid si fiscus in aliqua causa interueniat vti tertius.

SVMMARIVM.

1 *Priuatum Principis patrimonium in quo consistat.*
2 *Patrimonium fiscale quid sit.*
3 *Quæ sub patrimonio fiscali comprehendantur.*
4 *Causa patrimonij fiscalis, sunt apud iudices & notarios camerales tractanda.*
5 *Causa priuati Principis patrimonij coram iudicibus & notarijs non Cameralibus decidenda sunt.*
6 *Causa criminales & fiscales quomodo inter se differant.*
7 *Conductores vel emptores redituum fiscalium, coram iudicibus & officialibus Cameræ, actiones pro rebus fiscalibus proponere debent.*
Vtrum fiscus possit totam causam discussionis trahere ad Iudices fiscales.

Quando

Quando fiscus comparet vti tertius totam causam trahit ad suos iudices: quod procedit in causis cameralibus, non autem in criminalibus.

8 *Si reus sit in flagranti crimine deprehensus & pœna sit certa, adeo vt non sit opus vllum formare processum, causa cameraliter est tractanda.*

9 *Dum agitur de illis qui sibi mortem consciuerunt, si formandus non sit processus, sed solum bona fisco applicanda, cameraliter; si vero processus sit formandus, criminaliter proceditur.*

10 *Index ciuilis, vel notarius possunt incidenter in causa criminali procedere.*

11 *Falsus testis deponens in causa ciuili, vtrum possit incidenter iudicari scribente Graffario ciuili.*

12 *Iudex & Notarius criminalis, possunt incidenter procedere in causa ciuili.*

13 *Iudex criminalis si non potest condemnare ad pœnam delicti, non potest etiam condemnare ad interesse partis.*

14 *In crimine concussionis & extorsionis pecuniarum, Iudex & Notarius ciuilis procedunt etiam ad pœnam & punitionem delicti.*

15 *Officiales criminales procedere possunt super interesse solo partis, si de eo per partem facta fuerit ab initio protestatio.*

16 *Explicatur statutum Auenionis de eo qui furtum, vel rapinam fecit.* libro tertio rubr. 4. articulo primo.

Vtrum Dominus possit dimittere prædia sua ad depascendum inuito Domino iurisdictionali.

Quando animalia damnum dederunt, verum Dominus prædij possit consentire damno in præiudicium mulctæ quæ debetretur Domino iurisdictionali.

Dominus gregis tenetur de damno pastoris.

17 *In fisci præiudicium an præueniatur, si causa sit cœpta ciuiliter. Remissiuè.*

1 SVpponendum est in primis, Fiscum seu Cameram habere suum patrimonium cum eius reditibus, distinctum & separatum à priuato ipsius Principis patrimonio, quale est, exempli gratia, si quid ipsi Principi legatum, aut testamento relictum fuerit: hoc enim Principis priuatum patrimonium nuncupatur, Crauet. *de antiqu. temp. parte 4. §. absolutus, num. 33.*

Sed quæstio est valde practicabilis, vtrum Fiscus totam causam discussionis generalis trahere possit ad suos Iudices fiscales quãdo comparet pro suo interesse tanquam vnus ex creditoribus communis debitoris, siue citatus fuerit in illo iudicio, siue spõte comparet. In hac quæstione verior est sententia Fiscum totam causam trahere ad suos Iudices & Notarios fiscales: prout bene comprobat Salgad. *in labyr. credit. part. 1. c. 7. n. 14.*

Nec solum Fiscus totam causam trahit ad suos Iudices quando comparet in iudicio discussionis; sed etiam in aliis causis, si comparcat tanquam tertius oppositor pro suo interesse, totum negotium tractandum est coram Iudice fiscali, propter speciale fisci priuilegium: prout bis decisum testatur Fontanel. *decis. 557. num. 12. & seqq.* & probatur per text. *in l. 1. & 2. Cod. si aduers. fisc.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 12.* qui hoc amplist *num. 13.* etiam si Fiscus compareret vti vocatus in euictionem: quam sententiam sequuti summus superiùs *cap. 20. n. 21.* Carleual. *de iudic. tom. 1. disput. 2. num. 670. & 703.* Cancer. *lib. 2. cap. 16. num. 42.* Quod intelligendum est vt procedat, quando agitur de causis concernentibus patrimonium Principis, non autem de causis Cameralibus, sed simpliciter criminalibus, vt probatur inferiùs, *c. 30. per tot.*

Aliud verò nuncupatur patrimonium fiscale, quod ipsi competit tanquam Principi, Alexand. *consil. 6. num. 5. vol. 4.* Ferret. *in noua addit. ad Guid. Pap. decis. 476. circa medium.* Surd. *decis. 1. numer. 11.* Ioseph. Ramon. *consil. 37. num. 92.* 2

Inter bona vero quæ de Principis patrimonio sunt, numerantur vectigalia, portus, exactiones super sale, & similes, Rosent. *de feud. cap. 5. conclus. 34. numer. 1.* Et iura ista enumerat Bald. *super feudis, in tit. Quæ sunt regal. num. 5.* nempe bona vacantia, confiscationes, commissa, & similia. 3

In causis Cæsaris patrimonium concernentibus, hoc est Principis supremi, quæ ad diuinam domum pertinere dicuntur, causa cameraliter tractanda est, & sic per procuratores & officiales Cameræ, *leg. 2. Cod. vbi causa fiscal.* † Causæ vero priuati patrimonij coram iudicibus ordinariis & Graffariis non cameralibus terminari debent, ex Bartol. *in leg. 1. Codic. de fide instrument. lib. 10. num. 7.* Peregrin. *de iure fisc. libr. 6. titul. 4. numero 3.* Mastrill. *de magistrat. lib. 5. cap. 9. numer. 341.* † Bene explicat Iaf. *consil. 100. volum. 1.* Vbi ostendit causam dici criminalem quando agitur criminaliter, & pœna est applicanda fisco, sed non propterea est fiscalis, licet tangat interesse fisci. Sed postquam quis condemnatus est ob crimen, si contendatur de bonis damnati, ista benè diceretur causa fiscalis, idemque in similibus dicendum esse existimat. In his igitur causis fiscalibus soli officiales Cameræ procedunt, iudices vero, & notarij ordinarij criminales, in causis criminalibus. Vt bene explicat Peregr. *in tract. de iure fisc. libr. 7. tit. 1. num. 2.* Farinac. *in fragm. littera F, num. 180. & 181.* 4 5 6

Quod non solum procedit quando fiscus agit per se, sed etiam quando agunt conductores, vel emptores iurium fiscalium Peregr. *dicto lib. 6. tit. 4. num. 5.* Farinac. *vbi supr num. 181.* 7

Veruntamen quando delictum adeo notorium est, vt probatione non indigeat, nec vllus formandus sit processus, nec accusatio aut inquisitio facienda, nec opus sit aliqua condemnatione, quia reus habetur pro confesso & condemnato, vtpote quod in flagranti crimine sit repertus, aut alia ratione; tunc quia non agitur nisi de applicatione, seu exactione facienda in fauorem Cameræ, ideo soli iudices & officiales Cameræ procedunt, & scribunt in locis vbi adsunt distincti iudices, vel notarij Camerales, Peregr. *in dicto tract. de iure fisc. lib. 4. titul. 4. num. 12. versic. Superest vt videamus,* & tradunt DD. *in dicta l. 2. Cod. vbi causa fisc.* † vbi ponitur exemplum de eo qui sibi metu criminis mortem consciuit, qui si post criminis accusationem fuerit deprehensus mortuus, causa dicitur fiscalis, quia tractatur duntaxat de incorporatione bonorum; super crimine vero, nullum opus est formare processum: Nisi hæredes defuncti probare vellent eum non metu criminis se interfecisse, quia hoc casu non merè fiscalis, sed criminalis causa diceretur, & iudex ordinarius esset adeundus scribente Graffario criminali. Eodémq; modo dicendum est si Notarius, seu Graffarius Cameralis prætenderet scribere in causis contrauentionum, pedagiorum, & gabellarum, ac similium iurium fisci, seu Cameræ, si super hoc sit formandus processus, testes examinandi, defensiones faciendæ, & cætera quæ in causis criminalibus fieri solent, cognitio spectat ad Iudices & Graffarios 8 9

criminales ordinarios. Si vero non sit formandus processus, vtporè, quod delictum sit notorium, & pœna sit certa, aut aliter de sola pœnæ exactione tractetur, solus iudex vel Notarius Cameralis procedere debet, iuxta conclusiones superiùs ex *Iasone, Peregr. Farinac.* & alijs firmatas.

His ita expeditis, quia causæ criminales non solum cum fiscalibus, sed etiam cum ciuilibus comparari possunt, superest vt videamus, quomodo iudex vel Notarius ciuilis de causa criminali cognoscere, vel in ea scribere possit; & è contrà, quid dicendum sit de Notariis, vel iudicibus criminalibus, vbi tales sunt, respectu causarum ciuilium. Qua in re omissis superfluis sit

10 Prima conclusio, quando causa est ciuilis & ciuiliter intentata, iudex vel Notarius causæ ciuilis possunt in causa criminali incidenter intentata procedere. Probatur hæc conclusio, quia licèt officia circa iurisdictionis exercitium confundi non debeant, *l. nemo, & ibi gloss. in verb. Auxilium, Cod. de iurisdict. omn. iud.* & vnus non debeat in alterius officio se intromittere, *leg. solemus, §. 1.* & *ibi* DD. *ff. de indic.* adeo vt nec de consensu partium prorogatio facta facta hoc casu valeat, Clar. *in §. fin. quæst. 42. num. 2.* Tamen hoc non procedit quando criminalis actio incidit in ciuilem, & non principaliter, sed incidenter de ea tractatur, vtporè quod originem ducat, & descendat ex eodem facto, pro quo ciuilis actio fuit intentata, vt per Gloss. Bart. & alios communiter, *in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt.* Et probatur per text. *in l. quoties, 3. C. de iudic.* & in *l. si lis pecuniaria 21. cum ibi notatis, C. ad leg. Cornel. de fals.* vbi ostenditur, iudicem posse cognoscere incidenter de causa, in qua alioquin incompetens fuisset. Farinac. *de accusat. quæst. 1. n. 57.* Buccaron. *in tractat. de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ. 127. num. 10.* Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. ord. num. 48. versic. Qua simili modo.* Plures allegat Giurb. *cons. 80. num. 28.*

11 Exemplum poni potest in teste qui falsum deposuit in causa ciuili, nam is potest puniri à iudice qui habet iurisdictionem limitatam ad causas ciuiles, saltem pœnâ extraordinariâ, vt per Menoch. *lib. 1. arbitr. iudic. quæst. 91. num. 2.* cum pluribus alijs quos citat & sequitur Farinac. *de testib. quæst. 67. num. 38. & de accusat. quæst. 1. n. 59. & seqq.* Vbi benè explicat quomodo hoc procedat tam in iudice ordinario quam in delegato, adeo vt superfluum foret illius dicta hic transcribere. Solum circa materiam nostram aduertendum est, quod si Notarius ciuilis scribat in causa ciuili in quam incidat criminalis, & agatur de iudicibus ordinariis, qui hac in ciuitate, & prouincia Comitatus Venaissini habent vtramque iurisdictionē, sicut iudex ciuilis simul & criminalis iudicans causam ciuilem & in ea procedens, condemnat etiam & procedit in causa criminali incidente, etiam ad pœnam ordinariam; ita & Notarius ciuilis causam suam coram eodem iudice continuare potest vsque ad sententiam & illius executionem inclusinè. Atque ita obseruatur. Quæ omnia intelligenda sunt, dummodo causa criminalis incidens in ciuilem, sit talis, vt sine ea ciuilis terminari non possit, vt dicit Menoch. *de arbitr. dicta qu. 91. num. 8.* Vbi ita intelligit *l. quoties, 3. Cod. de rei vendicat.*

12 Secunda conclusio, Eodem modo iudex, vel notarius criminalis potest incidenter cognoscere, vel scribere in causa ciuili, quando incidit in criminalem: vt fusè explicat, Farinac. *dicta quæst. 1. numero 62. & multis sequent.* Vant. *de de nullit. ex defectu iurisd. ordin. n. 47. vers. Et præmissa.* Peguer. *decis. 79.* Borell. *consilio 78.* Buccaron. *dicta different. 127. numero 5.* Clar. *in practic. §. fin. quæst. 38. num. 13.* Guazzin. *de defens. reorum, defens. 1. cap. 12. per totum,* apud quos alij citantur, Ricc. *collect. 4220.* Merlin. *contr. cap. 19. n. 5.*

Tertia conclusio, In casibus in quibus iudex non potest reum condemnare ad pœnam delicti, non potest illum condemnare ad interesse partis ciuilis: & ideo non valet sententia per quam iudex condemnat reum ad interesse partis, & eum absoluit à delicto, de quo fuit accusatio instituta. Natt. *consil. 407. n. 14. lib. 2.* Bettazol. *consil. 232. lib. 1.* Crescent. *dec. 5. de indic.* Farinac. *consil. 176. n. 15.* Rot. *decis. 55. n. 1. post consil. Farinac.* 13

Quarta conclusio, In crimine batatariæ & concussionis seu extorsionis pecuniarum, speciale est, vt iudex qui de causa ciuili cognoscit, & per consequens notarius qui non habet officium criminale, procedere possit etiam ad condemnationem ex eodem processu ciuili, Farinac. *de var. ac diuers. crim. q. 111. n. 182. & 184.* 14

Quinta conclusio, Index & notarius criminalis possunt procedere, indicare, & respectiuè scribere, dum de solo partis ciuilis interesse tractatur omisso vel dilato iudicio & condemnatione criminis, quando coram ipso fuit introducta causa dependens à delicto, & pars noluit agere ad pœnam, sed solum ad consecutionem suorum damnorum & interesse, Farinac. *consil. 69. num. 4.* vbi bene hoc explicat, ad intellectum decisionis Rotalis *ibidem* allegatæ, quidquid eum reprehenderit Guazz. *dicta defens. 1. c. 12. num. 19.* Nam ibidem *in tertio casu* Farinacius expressè declarat, quando pars offensa coram iudice criminali agit solum ad reparationem proprij interesse, & non ad pœnam, idem iudex potest super solo interesse ciuili partis pronunciare. † Vnde infertur explicatio Statuti Auenionensis *lib. 3. rubr. 4. de eo qui furt. vel. rapin. fecit, aut passus est, art. 1.* vbi dicitur quod si is qui furtum, vel rapinam passus est, petierit facultatem à indice capiendi, seu pignorandi personam vel bona furis, vel raptoris, ad effectum ducendi ad carceres vel ad Curiam, iudex teneatur dare licentiam, & seruientes ministrare, cauto idoneè casu quo indebitè, &c. Quia licèt in vim illius statuti procedatur ad carcerationem, vel alias executiones contra eum qui furtum, vel rapinam fecit, scribente Notario criminali, tamen idem Notarius potest procedere super solo partis interesse, & iudex super eo solo pronunciare, quando in initio pars protestata fuit se solū velle prosequi suum interesse ciuile, per ea quæ iam deduximus, & quibus assentitur Gratian. *discept. forens. cap. 144. num. 70. & n. 63.* Guazz. *dicta defens. 1. cap. 12. num. 18.* Buccaron. *different. 127. num. 6.* Rot. *decis. 55. post 2. volum. consil. Farinac.* Idem Farinac. *consil. 210. n. 14. & qu. 1. de inquisit. n. 65. in fine.* Ricc. *collect. 1883.* Ioseph. Ramon. *consil. 52. n. 8.* 15 16

Sed dubitari potest, vtrum Officiales Domini Iurisdictionalis possint prosequi causam damni dati, ad pœnam seu mulctam, inuito eo, cuius prædio damnum illatum fuit: veluti si Dominus prædij, cui damnum est illatum, dicat *Ego abandonaui*, (vt barbaro DD. verbo vtar) seu dimisi prædium meum Titio animalia sua depascenti intra meum prædium. Respondeo non posse hoc casu Dominum, eiúsve Officiales procedere iudicio criminali. Quia volenti Domino non fit damnum nec iniuria: Et cùm quilibet sit suæ rei moderator & arbiter, non debet alicui prohiberi ne herbam vel fru-

ctus

ctus proprij prædij ad pastum animalium, aut alia amicorum commoda concedere possit, & donationis titulo transferre: ita determinat Petr. Annibolus *in tract. de muneri. §. 4. num. 202. & 203.* dicens se credere hanc esse puram veritatem. Et licet Domini iurisdictionales ægrè ferant, & opinio ista illis non placeat, ipse de hoc non curat, cùm talis sit veritas: & hanc opinionem Ego sequor, licèt sicut & cæteri interesse habeam.

Sed posito quod sine mea licentia amicus meus herbam prati mei acceperit cum suis pastoribus, me inscio, & in illo actu deprehensus fuerit per bannerios seu saltuarios, & territorij custodes, vtrùm eo audito possim consentire huic damno in præiudicium banni Domino iam quæsiti? Respondet Annibol. *loco citato, num.* 204. distinguendo plures casus. *Primus est*, si tempore quo mihi nunciatum fuit damnum fuisse datum, vel fructus collectos, ego statim declaro hoc mihi gratum esse: & tunc non quæritur ius Domino propter meam acquiescentiam. *Secundus casus est*, si mihi ante non placebat quod fructus caperentur, sed nunc mihi placet, & ipse accipiens credebat quod mihi placeret; vel quod si scitem, ipsi non displiceret: & hoc etiam casu nulla mulcta debetur Domino. *Tertius casus*, si tempore quo sciui damnum, ego conquestus sum, sed hodie mihi placet; & hoc casu mulcta debetur Domino: quia consensus illius, ad quem prædium pertinet, non potest præiudicare iuri quæsito Domino. *Quartus casus*, quando verfamur in dubio, vtrùm videlicet Dominus prædij permissurus esset, an non: & hoc casu, considerata qualitate personarum, veluti si ageretur de affinibus, consanguineis, vel amicis, præsumendum est quod Dominus prædij, si sciuisset hoc esset permissurus, alias non præsumitur. Hæc omnia singulariter probat Annibol. *d. n. 204. in tract. de muneri. §. 4.* vel vt ipse dicit potest deferri iuramentum purgationis. Hic autem obiter aduertendum est, quod Dominus gregis tenetur de damno pastoris, & sic pro damno dato Iudex potest procedere contra Dominos, seu contra Dominorum bona, & Pastores: Cevalos *de violentia, quæst.* 11. *num.* 50.

17 Vtrum autem superueniente publicatione bonorum delinquentis causa iam cœpta ciuiliter tractanda sit? dicemus infra *cap.* 26.

CAPVT XXIV.

ARGVMENTVM.

De præuentione per inhibitiones de turbando in possessione; vbi explicatur regula quæ habet, quod idem Iudex qui cognouit de possessorio, cognoscere debet de petitorio. Et quando Iudex causæ præparantis debeat etiam esse Iudex causæ præparatæ. Et quando ille qui fuit Iudex super possessorio, possit & debeat esse iudex super petitorio, & è contra.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium & petitorium coram eodem iudice tractari debent. Intellige vt infra n. 3. & seqq.*
2 *Iudex causæ præparantis, debet etiam iudex esse in causa præparata.*
3 *Causa possessorij finita, potest alius iudex adiri ex multorum sententia.*
4 *Alij tamen contrariæ fuerunt opinionis.*
Quomodo verum sit, illum qui iudex est petitorij esse Iudicem possessorij, & è contra; per plures casus declaratur.
5 *Inhibitio de turbando in possessione æquiparatur causæ iactationis.*
6 *Præuentio affectata non prodest.*
7 *Executione finita, potest alius iudex adiri, & supra, num 3.*
8 L. nulli. Cod. de iudic. *intelligenda est de indicibus delegatis. Alij tamen contra eodem numero 8.*
9 *Si pars inhibita acquiescat inhibitionibus, causa inhibitionum est finita.*
10 *Iudex causæ præparantis quomodo debeat esse iudex causæ præparata, vel è contrà.*
11 *Quando citatus potest plures adire iudices competentes, tunc iudex causæ præparantis non debet de necessitate esse iudex causæ præparata.*

QVÆSITVM fuit vtrum iudex aut Notarius qui præuenerunt per inhibitiones factas hæredi donatoris de turbando donatarium in pacifica, & quieta possessione rerum donatarum, iure possint impedire quo minus ipse hæres acquiescens inhibitionibus quoad possessorium, possit coram iudice competenti per eum eligendo agere ad nullitatem dictæ donationis.

Et prima quidem facie videbatur pro præuentione concludendum. † Quia causa petitorij & possessorij debent coram eodem iudice tractari, & per consequens eodem scribente Notario, per textum expressum, in *l. nulli, C. de iudic.* & in *c. t. de caus. poss. & propr.* idque duplici ratione. Prima ne partes superfluis vexentur expensis: Secunda quia iudex qui iam de possessorio cœpit cognoscere, magis est de negotio informatus. 1

Item quia iudex causæ præparantis est etiam iudex causæ præparatæ. Gaill. *lib. 1. obseruat.* 32. *n.* 11. Post. *de manuten. obseruat.* 6. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 371. *numero* 8. Et ad hoc ab eodem Menochio allegatur Igneus *ad l. necessarios, §. non alias, ff. ad S.C. Syllan.*

Sed in hac facti specie contrarium, concludendum esse existimo. Primo quidem, quia inhibitus in casu proposito, statim acquieuit inhibitionibus, declarans se nolle donatarium turbare in sua possessione, sed duntaxat reseruare sibi ius agendi separato iudicio ad nullitatem, seu rescissionem donationis. 2
† Et sic cum causa possessorij sit finita per talem declarationem, licuit hæredi nouum intentare iudicium super nullitate eiusdem donationis, ad instar illius legitimi contradictoris, qui finita missione in possessionem comparens, non est in illo iudicio audiendus, sed via ordinaria alioque iudicio experiri cogitur, vt ostendit D. Argelus in suo eruditissimo tractatu *de Legit. Contradict. qu.* 5. *art.* 3. *n.* 123. Seu illius qui post addictum pignus nouum iudicium coram quolibet iudice competenti intentare potest, ex Castrens. *in l. à Diuo Pio* 15. *§. si post addictum, ff. de re iudic.* 3

Et magis accedendo ad casum nostrum, hoc in nostris terminis renuêre plurimi DD. *in cap. final. de iudic.* concludentes licitum esse reo post finitam causam possessionis, intentare iudicium proprietatis coram quocunque Iudice competenti per eum eligendo,

gendo, vt nominatim tradit Anchar. *in dicto cap. fin. n. 2. in tertio notab.* Vbi dicit regulam illam, quod continentia causæ diuidi non debet, locum habere duntaxat, quando illæ causæ eodem tempore, ab eadem, vel diuersa persona in iudicio proponuntur, & quod tunc locum habet regula *d. leg. nulli, C. de iudic.* Secùs si altera post finem alterius moueatur. Quod etiam postea repetit *num. 7. in respons. ad secundum contrarium, versic. vel responde aliter.* Idem tenuit Henric. Bohic. *in eodem cap. fin. num. 1.* Ægid. Bellarm. qui illius dicta ad verbum refert *in eodem cap. in 4. colum. versic. Sed si generaliter quæris:* dicens id locum habere, siue petitorium & possessorium ab vno, siue à diuersis intententur: & ante eos Innocent. *in eodem cap. in verb. Cœgit*, & in *cap. 1. de causa poss. & propr. in fine*, vbi dicit illam Decretalem locum habere durante eo, de quo primo actum est, iudicio, aliàs secùs. Et Hostiens. *in eodem c. 1. de caus. poss. & propr. in verbo, Proprietatis*, vbi sequitur & refert dicta per Ionoc. *loco citato.*

4 Quamuis non ignorem alios contrarium tenuisse, inter quos est Panorm. *in dicto cap. fin. de iudic. numer. 15.* Ias. & alij *in dicta leg. nulli, Cod. de iudic.* cum distinctione de qua superius *cap. 13. numero 15.*

Eiusdem sententiæ fuit Cabedo *decis. Lusit. 32.* vbi decisum testatur quod reus conuentus coram vno Iudice super proprietate alicuius rei, non potest iterum conuenire actorem super possessione eiusdem rei, aut actor reum coràm alio iudice: & hoc siue duret & pendeat primum iudicium, siue finitum sit: allegans ad hoc Gloss. & DD. *in dicta l. nulli, C. de iudic. & in cap. final. eod. tit. in Decretal.* Hoc tamen procedere dicens, quando idem Iudex competens est, & iurisdictionem habet in vtroque casu; secus est si incompetens. Quæ distinctio fundari videtur *in dicto cap. finali, de iudic.* vbi Potestas Florentina sententiam tulerat super quasi possessione iuris eligendi, & tamen Summus Pontifex alijs Iudicibus causam petitorij committit, quia personæ Ecclesiasticæ intentauerant possessorium contra laicos, ideo illorum Iudices, & forum adire & sequi debebant: Sed quando laici erant actores in petitorio, tenebantur sequi forum reorum, qui erant Ecclesiastici. Atque ita concordatur textus *in dicto cap. finali, de iudic.* cum text. *in c. 1. de caus. possess. & propriet.* prout aduertit Barbos. *in d. c. 1. n. 5.*

Et sic intelligendus est Menoch. quatenus vera esset illius opinio, *in tract. de arbitrar. cas. 371. n. 7. & 8.* dum indistinctè voluit, iudicem possessorij necessariò debere & cogi posse, vt decidat causam petitorij: duplici ratione, videlicet ne continentia causæ diuidatur, & quia Iudex causæ præparatoriæ, debet esse iudex causæ præparatæ.

Quidquid sit, Ego in mea persisto sententia, considerando plures casus. *Primus est*, quando coram vno Iudice actor intentauit petitorium, reus verò interim petit se manuteneri in possessione, & tunc cum possessorium intentetur per viam exceptionis, debet sine dubio terminari coram Iudice petitorij.

Secundus, quando alicui per rescriptum fuit commissa causa proprietatis, potest etiam incidenter de causa possessionis cognoscere, quamuis id in commissione non exprimatur, quia petitorium habet in ventre possessorium, & illud absorbet: Caualer. *decis. 67. num. 3.* Post. *de manutent. obseruat. 6. num. 5.* nisi commissio data fuerit taxatiuè, quod videlicet commissarius de solo petitorio cognoscat; sic enim intelligi debent quæ tradit Barbos. *in cap. 1. numero 1. de caus. possess. & propriet.* vt probat Menoch. *remed. 1 1. recuper. poss. n. 367. & 368.*

Tertius casus est, quando agitur de possessorio, quod habet admixtam causam proprietatis, veluti cum agitur de Regalibus, iurisdictionalibus, & similibus; & hoc casu credo causam petitorij & possessorij coram eodem iudice terminandam, ne continentia causæ diuidatur, & ne diuersas sententias inuicemque contrarias ferri contingat.

Quartus casus, quando lis super possessorio est finita, & iudex qui cognouit de possessorio est incompetens, veluti in Gallia, & aliis locis, vbi Curiæ Parlamenti, aut alij Magistratus iudicant de possessorio in causis beneficialibus, finito iudicio possessorio causa terminari debet coram Iudice Ecclesiastico, quod indubitatum est, & quotidie practicatur, & probat Ioaon. Igneus *in repetit. leg. necessarios, §. non alias, part. 2. à num. 50. & sequent. ff. ad Sylanian.*

Quintus casus quando Iudex est competens ad cognoscendum super petitorio & possessorio: & hoc casu quidquid alij dicant, existimo causam petitorij finito possessorio principaliter, & non incidenter, nec per viam exceptionis intentato, posse tractari coram quocumque alio Iudice competenti, cum non agatur de causa connexa, sed planè diuersa, quia petitorium nihil habet commune cum possessorio: *leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* & per authoritates allatas *hoc eodem cap. num. 3.* Et sic existimo ea quæ *suprà* diximus *cap. 13. num. 15.* locum habere tantùm, quando causa possessionis habet admixtam causam proprietatis; alioqui non video quomodo vna causa dici possit de continentia alterius.

Et propterea ad enitandam opinionum contrarietatem, considerandum est in proposita quæstione, tractari de inhibitionibus de turbando, quæ naturam iactationis assumunt. Nam donatarius dubitans sibi moueri litem super nullitate donationis, quamuis sciret se in sua possessione, in qua actualiter erat turbari non posse; voluit affectare præuentionem vt sibi confidentem haberet Graffarium, sub prætextu inhibitionum de turbando, quamuis verbo Iactationis vsua non fuerit, sed in effectu inhibitio non tendit ad aliud, nec in alio est fundata quam in iactationibus: & ideo non debet suffragari ad effectum inducendæ præuentionis, iuxta *Statutum Auenionen. libro secundo, rubr. 14. art. 5.* Et iuxta communis etiam iuris dispositionem, vt superius *cap. 8.* demonstrauimus. Et copiosè in ostris propriis terminis docet Gratian. *discept. forens. c. 85. per totum*, vbi dicit hoc casu electionem iudicis spectare ad citatum seu inhibitum; qui licet sit reus, est tamen actor originarius. Alioquin fieret quotidie fraus legi & statuto: fierent enim semper inhibitiones de turbando in possessione, ad effectum præueniendi & præoccupandi causas. Et ideo debemus potiùs attendere ad effectum inhibitionis, quam ad verba: *argument. cap. in tantum.* & *ibi Gloss. in verbo. Variant. de Simon.* 5

Talesque præuentiones affectatæ, non possunt suffragari affectanti. Barbos. *in l. si quis posteaquam, 7. n. 88. ff. de indic.* Et diximus *suprà c. 10. n. 43. & 44.* 6

Accedit quod cum inhibitio hoc casu laxata fuerit per viam executiuam, vtpotè non citatâ parte, dum finita fuit executio, & pars inhibitioni acquieuit, potest separato iudicio ordinariam nullitatis actionem proponere, vt ex Castrens. *in d. l. à diuo Pio 15. §. si post addictum*, superiùs ostendimus, *n. 3. in princ. & cap. 5. n. 13.* 7

Præ

8 Præterea dicta *leg. nulli.* secundum *Ignei* sententiam *in leg. necessarios, §. non alias, ff. ad Syllan.* debet intelligi de iudicibus delegatis, non autem de ordinariis, vt patet ex verbis illios *leg. Qui contra hanc supplicauerit sanctionem, atque alium super possessione, alium super proprietate iudicem postulauerit.* Ex quibus ita decidit Igneus *loco citato in secunda parte, num. 52.* qui asserit possessorium coram vno iudice ordinario, petitorium coram alio etiam ordinario intentari posse; quamuis aliud statuendum sit, dum agitur de iudicibus delegatis. Quod etiam repetit *ibidem n. 55.* Eiusdémque sententiæ sunt alij DD. *in dicta l. nulli, C. de iudic.* Quanquam Iason, & alij illam legem iotelligant locum habere etiam in iudicibus ordioariis, & clausulam illam *in eadem l.* appositam *alium atque alium iudicem postulauerit,* intelligendam esse exemplificatiuè, & non limitatiuè.

9 Sed termini nostræ quæstionis sunt extra omnem illam Doctorum disceptationem: quia causa inhibitionum nunquam fuit, nec inchoata nec finita; Quia pars inhibita nunquam litem fuit contestata super inhibitionibus, seu super possessorio, nec super eo vnquam litigatum: Vnde ex eo quod nunquam fuit, nullus effectus subsequi potest, quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet.* Et paria sunt nullum esse, & esse sine effectu: Surd. *decis. 51. n. 21. & 22.*

Et ex his patet etiam responsio ad rationes io contrarium adductas. Nam ad text. *in d. l. nulli.* iam satis superque responsum fuit. Immo & rationes supra in fauorem præuentionis adductæ, retorquentur in contrarium.

Prima quidem, quia non iotereft hoc casu partis, nouam instroi causam, cum nullas expensas fecerit in prosecutione litis super possessorio, quia lis priùs finita fuit qoam nata.

Secunda vero, quia cum iodex nullam adhuc causæ cognitionem adhiboerit super possessorio, & inhibitiones sine causæ cognitione laxauerit, cessat ratio maioris instructionis ipsius causæ ac iurium partibus competentium, ergo cessante causa cessat effectus, *cap. cum cessante, de appellat.*

10 Eademque ratione retorquetur argumentum petitum ex connexitate causæ præparantis ad præparatam, prout illud bene retorquet Gratian. *dicto cap. 85.* Quia cum idem debeat esse iudex causæ præparantis & præparatæ, causa autem præparata nempe petitorium, simul & eodem tempore concurrat cum præparante, io qua iohibitus nunquam cootestari voluit, sicut inhibitus qui (licet reus quoad inhibitionem, est tamen effectualiter actor originsrius) habet facultatem eligendi, iudicem, tribunal, & notarium, apud quod quoa agere velit pro causa præparata, ita & causs præparans coram eodem tribuoali tractanda est, aut saltem per causæ præparantis introductionem eodem tempore cum præparata, fieri præiudicium electioni qnam lex actori originario concessit. Aut in omnem euentum, quamuis supradictæ omnes rationes cessarent, causa qualibet nempe inhibitionum ex vna parte, & rescissioois seu nullitatis ex alia, currere deberet marte suo, iuxta stilum in curiis nostris in similibus causis obseruari consuetum.

11 Deniqoe addi potest, quod iudex præparantis non est iudex præparati, quando citatus potest ratiooe præparati adire plures iudices competentes, quia à potestate citati non potest tolli electio iudicis; quæ illi datur à iure: Barbos. *in dict. l. si quis posteaquam 7. num. 99. ff. de iudic.*

***

CAPVT XXV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione per executionem, aut citationem factam in vim scripturæ priuatæ recognitæ. Ex sola citatione ad recognoscendum non induci præuentionem, maximè, si citatio facta fuerit coram iudice incompetenti. Scripturam priuatam recognitam habere executionem paratam, ex dispositione iuris communis si coram Iudice recognitio facta fuerit, vel coram Notario ex commissione Iudicis, licet instrumenta publica de iure non habeant executionem paratam. Et quid de litteris cambij statuendum sit. Scriptura priuata sine causâ, an & quando sit valida. Recognoscens scripturam non approbando contenta, vel negando numerationem, an & quando cogi possit viâ executiuâ per præceptum ad instar rei iudicatæ, vel confessionis iudicialis. Et super hoc explicantur, *Decisiones Rotæ Auenionensis*, necnon Statutum eiusdem ciuitatis, *lib. 2. Rub. 13. De litteris cambij artic. 4.* Literæ Cambij quomodo recognoscendæ sint & acceptandæ, vt producant actionem.

SVMMARIVM.

1 *Duplex præuentio considerabilis est, quando agitur in vim scripturæ priuatæ.*

2 *Ex sola citatione ad recognoscendum apocham, seu scripturam priuatam non oritur præuentio. Præuentio non inducitur ex citatione facta coram iudice incompetenti,* ibid.

3 *Quid operetur recognitio scripturæ priuatæ coram iudice incompetenti facta.*

4 *Scriptura priuata recognita habet paratam executionem de iure communi, quod defenditur aduersus contrarium sentientes.*

5 *Confessus habetur pro iudicato, & contra eum fit executio.*

6 *Scriptura priuata habet executionem paratam contra scribentem & recognoscentem, non contra tertium.*

7 *Recognitio scripturæ priuatæ debet fieri in iudicio.*

8 *Scriptura priuata recognita coram Notario ex commissione iudicis, habet paratam executionem.*

9 *Instrumenta publica, de iure communi, non habent paratam executionem.*

10 *Literæ cambij de iure communi non habent paratam executionem. Limita vt 12.*

11 *Probatio quæ oritur ex scriptura priuata recognita, est fortior ea quæ ex instrumento publico resultat.*

12 *Literæ cambij recognitæ habent de iure cõmuni executionem paratam, quod probatur contra nonnullos. Quæ sint necessaria ad hoc vt literæ cambij paratam habeant executionem & operentur effectum præuentionis.*

13 *Executio quæ fit in vim scripturæ priuatæ, fieri debet per viam præcepti, ex iuris communis dispositione.*

14 *Scriptura recognita ex ordinatione Regia in Gallia mandatur executioni. Et apud nos ex Satuto Anenionensi.*

15 *Perinde est quoad executionem concedendam, quod scriptura priuata fuerit recognita, vel habita pro recognita.*

16 *Scriptura sine causa, si de hoc incontinenti tempore recognitionis opponatur, non habet executionem paratam. Quod quando procedat traditur numeris sequentib.*

17 *Obligatio vel promissio sine causa quando sit valida, vel inualida.*

18 *Recognoscens scripturam priuatam mutui, sed negans numerationem, an quando executionem impediat.*

19 *Exceptio pecuniæ seu solutionis non receptæ, intra 30. dies opponi debet à creditore aduersus suam confessionem.*

20 *Confessio qualificata diuidi potest, & habetur pro pura si habeat contra se iuris præsumptionem.*

21 *Recognoscens, si dicat se non habuisse animum se obligandi, non euitat executionem scripturæ priuatæ sic recognitæ.*

22 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, potest aduersus executionem scripturæ priuatæ recognitæ opponi etiam lapso biennio, si reus assumat in se onus probandi, sicut & pacti de non petendo, & similes.*

23 *Recognoscens scripturam citra approbationem contentorum, non euitat executionem saluis suis defensionibus & exceptionibus.*

24 *Recognitio facta citra approbationem contentorum habetur pro pura, & qualitas adiecta reijcitur.*

25 *Sententia lata super continuatione executionum in vim scripturæ priuatæ recognitæ, non recipit appellationem suspensiuam.*

26 *A decreto de recognoscendo scripturam non datur appellatio.*

27 *Explicatur ad longum Statutum Anenionense* lib. 2. rubr. 13. de literis cambij. &c. art. 4.

28 *Argumentum desumptum ex regula illa quod si disponens ita voluisset hoc expressisset, fallax & lubricum est.*

29 *Praxis executionis rei iudicatæ & confessionis in iudicio factæ.*

30. *Explicantur nonnullæ Rotæ Anenionensis decisiones, circa executionem scripturæ priuatæ recognitæ.*

31 *Præceptum quando non debeat reduci ad simplicem citationem.*

AD materiam præuentionis pertinet
præceptum, seu executio quæ fit in vim
1 scripturæ priuatæ recognitæ, † cum duplex
oriri possit species præuentionis
ex actione, quæ in vim huiusmodi scripturæ intentatur, vna quidem tanquam ordinaria, alia vero tanquam executiua, sicut per viam ordinariam aut executiuam procedi potest. Pro cuius rei intelligentia sequentes proponuntur conclusiones.

Prima igitur conclusio sit, simplicem citationem ad recognoscendum apocham, aut aliam scripturam priuatam, nullam inducere præuentionem.

Ratio est, quia citatus coram quocunque iudice
etiam incompetenti, tenetur scripturam priuatam
antequam à conspectu iudicis recedat recognoscere
vel negare, absque eo quod possit quoad hoc declinare
forum, ex dispositione Statuti Auenionensis
lib. 2. rubr. 13. art. 1. idémque in tribunalibus Galliæ
seruari testatur Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. tit. de*
2 *chirograph. recognit. art. 1. n. 2. & sequentib.* † Citatio
vero ad comparendum coram incompetenti iudice
facta, non inducit præuentionem. Socin. *in cap. proposuisti, 19. de foro competen. in 4. art. princip. q. 3. versic. Sed si aliquis citaretur coram non suo iudice.*

Prodest tamen illa recognitio, vt recognoscens 3
postea cogi possit coram iudice competenti in sua
confessione persistere, & contento in scriptura adimplere.
Rebuff. *dicto tit. de chirograph. recognit. art. 1. num. 31. versic. Illa tamen.*

Secunda conclusio, scriptura priuata simpliciter, 4
& sine vlla restrictione in iudicio recognita, habet
de iure communi paratam executionem per viam
præcepti ad instar rei iudicatæ. Hæc conclusio est
contra nonnullorum sententiam, inter quos est Couarru.
lib. 1. variar. resolution. cap. 11. num. 4. post principium, versic. nihilominus. Probatur tamen quia recognitio
sic facta habet vim confessionis iudicialis, &
propterea plenissimam inducit probationem, *leg. vn.*
C. de confess. † Confessus enim habetur pro iudicato, 5
& in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in
exequendo, *leg. proinde si occisus, 25 §. fin. ff. ad leg.*
Aquil. Iudicatum autem paratam habet executionem,
leg. à diuo Pio 15. §. 1. ff. de re iudic. Golef. *de obligat. camer. parte 1. qu. 2. n. 12.* & *ibi* Zachias *n. 29.*
Cens. *in tract. de censib. q. 43. n. 13.* Thesaur. *decis. 26. n. 13.* Roderic. Suarez *in l. post rem iudicatam, in 3. notab. ff. de re iudic.* & *ibi* per Addentes. Vnde quidquid
alij dixerint, hanc sententiam, vt etiam de iure communi
scriptura priuata recognita paratam habeat
executionem, veriorem esse existimo, propter vim &
efficaciam confessionis iudicialis, ex illa recognitione
resultantis, quam etiam tuetur Gratian. *discept. forens. c. 183. num. 10.* & probatur etiam per text. *in leg. cum de indebito. 25. §. fin. ff. de probationib. in versic. sin autem cautio* in illis verbis, *Tunc enim eum stare oportet suæ confessioni.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 121. num. 5.* Barbos. *in leg. instrumenta. 5. Cod. de probat. num. 6.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 85. num. 4.* Mogon. *decis. Lucens. 15. num. 19.* Mauson. *de execut. quæst. 5. num. 36.* vbi malè allegat Surdum *decis. 256. n. 17.*
cum ibi *Surd.* loquatur, de probatione scripturæ
recognitæ, non autem de illius executione. † In- 6
telligendo tamen vt paratam habeat executionem
contra recognoscentem, non contra alios. Rota *dec. 145. num. 3. parte 3. Recentior.*

Dixi *in iudicio*, quia recognitio fieri debet coram 7
iudice, Gratian. *dicto cap. 183. num. 11.* † Si tamen 8
Notarius ex commissione iudicis reciperet actum de
recognitione, inde orietur via executiua, vt probatur
per text. *in cap. 1. ibi, Pro ineundis vel recognoscendis contractibus, de foro compet. lib. 6.* Tunc
enim cum talis confessio, seu recognitio fiat apud
acta iudicij, paratam habet executionem. Gratian.
dicto cap. 183. n. 5. & 6. Surd. *consil. 171. n. 45.*

Obiicies instrumenta publica de iure communi 9
non habere paratam executionem, *leg. minor. 41.* &
ibi DD. *ff. de minorib. leg. à diuo Pio 15. §. sententiam,*
& ibi Castrens. *n. 4. in fine,* Ios. *n. 14. in fine ff. de re iudic.* Menoch. *de arbitr. casu 17. n. 1.* sicut † nec literæ 10
cambij de iure communi paratam habent executionem,
cum tamen maiori potiantur priuilegio; Honded.
cons. 29. n. 35. vol. 5. Genua *de script. priuat. lib. 3. q. 6. n. 10. & sequent.*

Respondetur probationem, quæ oritur ex priua- 11
ta scriptura recognita, maioris esse virtutis, & efficaciæ,
quam instrumenta publica, propter confessionem
iudicialem inde resultantem quæ vim habet
sententiæ & rei iudicatæ. Rota *in antiq. decis. 7. de litis contest. & decis. 55. num. 10. parte 7. Recentior.* Et
probatur *ex dicto c. 1. de confess. lib. 6.* Ial. Bald. & alij
in l. cum te, C. de transaction. † Quod autem dicatur de 12
literis

literis cambij, non procedit, quando illæ fuerint legitimè recognitæ. Mastrill. *decis. 9. num. 7.* cum aliis per eum citatis, idque ex vi & potestate confessionis iudicialis, cui non existimo posse responderi.

Quod autem literarum Cambij recognitio sit necessaria, probat Scacc. *de commerc. §. 7. gloss. 2. numero 3.* Quæ recognitio fieri potest per comparationem literarum, quæ hoc casu plenam fidem facit, Thesaur. iun. *lib. 1. quæst. forens. 24. numero 22.* exhibita tota scriptura & non sola signatura, Vincent. de Franch. *decis. 304.* Immo ex æquitate & consuetudine mercantili sufficiunt testes qui habeant notam manum, licet non viderint scribentem: Rot. Genuen. *decis. 18. num. 12.*

Sed vltra recognitionem requiritur etiam quod literæ fuerint acceptatæ vel protestatæ. Quod vt intelligatur, sciendum est qood in literis Cambij duo considerantur effectus. *Primus est*, vt literæ Cambij probent debitum & creditum, & hoc casu non est necessaria acceptatio vel recusatio non sequuta protestatione. *Secundus* effectus est, parata executionis; & hoc casu requiritur quod literæ fuerint acceptatæ, vel in casum recusationis protestatæ; vt bene explicat Scacc. *in dict. tract. de commerc. & camb. §. 7. gloss. 2. num. 3.* His concurrentibus, nempe recognitione & acceptatione literæ Cambij, de consuetudine generali mercatorum, & ex Statuto nostro habent paratam executionem, vt probat Merlin. *in tract. de pignor. lib. 3. quæst. 16. numero 9. & sequentib.* Et ex supradictis patet in quibus casibus executio facta in vim literarum cambij, sit valida, & operetur præuentionis effectum.

23 Dixi in conclusione *Per viam precepti*, quia illa est forma procedendi ad executionem sententiæ, iuxta practicam traditam per Bart. *in l. penult. num. 1. ff. de author. tutor.*

24 Tertia conclusio, scriptura priuata purè & simpliciter recognita pluribus in locis ob particulares constitutiones vel statuta habet paratam executionem, veluti in Gallia ex Regia ordinatione, de qua Reboff. *tomo 1 titul. de chirograph. recognit. in præfat. numero 48. & articulo 2. numero 3. & 4.* Boër. *decis. 295. num. 14. post medium, versic. Ergo oportet. Et versic. Tamen de Stylo, & num. 15.* In hac vero ciuitate Auenionensi ita cauetur Statuto peculiari, *libro 2. rub. 13. art. 4.* vbi conceditur executio scriptis priuatis quæ fuerint recognitæ aut pro recognitis habitæ. De cuius statuti interpretatione paulo pòst agemus.

25 Quarta conclusio, quamuis statutum nihil de scripturis quæ pro recognitis habitæ fuerunt disposuisset, tamen hæ sicut & recognitæ eodem modo executioni demandari potuissent. Gratian. *dicto cap. 183. num. 10.* Caualc. *decis. 27. num. 59. in fine, par. 2.* Gutier. *lib. 1. practic. quæst. c. 12.*

26 Quinta conclusio, scriptura priuata recognita sine approbatione contentorum, non habet paratam executionem, quando in ipso recognitionis limine opponitur exceptio de qua constat incontinenti, & quæ nullam extrinsecam requirit probationem, nec altiorem indaginem: veluti si dicatur, Ego recognosco scripturam, quam dico esse nullam, quia facta fuit sine causa; ita probatur per text. *in d. l. cum de indebito 25. §. fin. versic. sin autem cautio, ff. de probat.* cuius hæc sunt verba. *Sin autem cautio indebitè exposita esse dicatur & indiscretè, id est*, (vt ibi per *Gloss.* in verbo *indiscrete*) *causa non adiecta, ex qua debeatur, tunc eum in quem cautio exposita est, compelli debitum ostendere quod in cautionem deduxit.* Et ita tenet Sanlegerius de Præuent. Iudic. net Cancer. *lib. 1. var. resolut. cap. 12. num. 13. versic. Dummodo in dicta scriptura.* Gomes. *lib. 2. var. resolut. cap. 9. n. 3. in quarta illatione, versic. Sed notabiliter.*

17 † De qua materia obligationis factæ sine causa, videri poterit Tusch. *in verb. obligatio. concl. 38. per totam.* Barbos. *in c. si cautio 14. de fide instrum.* Peregr. *consil. 100. & seqq. vol. 2.* Gomes. *lib. 2. var. resolut. c. 12. n. 3. & 4.* Mant. *de tacit. conuent. lib. 14. tit. 20. per tot.*

Idem statuendum est, si debitor scripturam recognoscens eodem contextu dicat se negare numerationem. Tunc enim distinctione opus est. Aut enim debitor est intra tempus opponendæ exceptionis non numeratæ pecuniæ, quod est biennium, si agatur de debito ex causa mutui; † vel triginta dies, si agatur de confessione solutionis in quocunque alio contractu; intra quæ tempora debitor reiicit ex dispositione legis onus probandi numerationem in in creditorem, vel è contra creditor in debitorem, iuxta textum in *leg. in contractibus, 14. Cod. de non numer. pecun.* Fontanel. *de pact. dot. claus. 4. gloss. 18. part. secunda, numero sexto.* Et tunc cum exceptio non numeratæ pecuniæ per debitorem intra biennium opposita, sit clara, & fundata in iure, & præsumptionem iuris habeat pro se, si debitor scripturam recognoscat negando contenta, veluti negando numerationem, onus probandi numerationem transfertur à lege in creditorem; vnde non poterit scriptura mandari executioni, nisi priùs creditor per testes, aut alia legitima probationum genera, docuerit de numerationis veritate, iuxta tradita per Mant. *de tacit. & ambig. conuension. lib. 18. tit. 1. num. 6. & sequentib.* Afflict. *decis. 105. num. 2.* † Ratio est, quia tunc demum qualitas reiicitur à confessione seu recognitione qualificata, quando illa habet iuris præsumptionem contra se, tunc enim reiectâ qualitate confessio habetur pro purâ; secùs est, dum agitur de qualitate quæ habet pro se iuris præsumptionem. Bart. *in l. Aurelio. §. idem quæsiit. ff. deliberat. legat.* Surd. *decis. 258. num. 4. 5. & 6.* Seraph. *decis. 644. numero 2.* Matta *consil. 133.*

18

19

20

E contrario vero, si recognoscens dicat se scripsisse sine animo & intentione sese obligandi, talia recognitio habetur pro pura, & non impedit executionem scripturæ priuatæ, quamuis creditor nihil probauerit pro parte sua, cum nemo præsumatur sese obligasse sine animo & intentione se obligādi, *l. Labeo 7. §. Seruius, versic. Equidem: & versic. Nemo existimandus est, ff. de supellect. l. dicta l. cum de indebito. 25. versic. fin. ff. de probation.* Ibi, *Nisi euidentissimis probationibus in scriptis ostendere paratus sit se hoc indebitè promisisse.* Menoch. *de arbitr. cas. 93. num. 32.* Alexand. *consil. 147. numer. 4. & 5. lib. secundo,* Gutier. *consil. 37. num. 1.* Tusch. *litera R, conclusion. 50. numero 15.* 21

Non inficiamur tamen, quin debitor, facto præcepto aut alia executione dum illi locus est, possit se opponere, & omnes suæ oppositionis causas deducere & probare; Cum omnes ei defensiones reseruentur; veluti si velit debitor in se assumere onus probandi solutionem, vel pactum de non petendo, aut similia; Non solum ex dispositione statuti nostri, *lib. 1. rubr. 13. art. fin.* vbi vult, ea quæ de instrumentorum executione disposita sunt, locum etiam habere in executione facta in vim scripturæ priuatæ; sed etiam ex dispositione iuris. Reboff. *dicto tomo 1. tit. de chirograph. recognit. in præfat. numer. 50.* & dicemus *infr. num. 24.* Idem dicendum, si assumat debitor onus probandi etiam post biennium pecuniam non fuisse numeratam, Mantic. *de tacit. conuent. lib. 18. tit. 2.* 22

23 Eadem ratione si quis scripturam agnoscat negando debitum, vel contenta in ipsa, verius esse censeo (semotis dictis casibus particularibus de quibus supra) locum esse paratæ executioni aduersus sic recognoscentem, quidquid in contrarium dixerint Doctores allegati per Mascard. *in tractat. de probat. conclus.* 109. *num.* 8. vbi allegat Salycet. *in l. super chirograph. Cod. si cert. petatur, num.* 3. videlicet in responsione ad obiectionem desumptam ex *l. cum tabernam.* § 1. *ff. de pignorib.* Ripam *in l. admonendi numero* 102. *ff. de iureiur.* vbi loquitur de eo qui fatetur scripturam factam à tertio, & negat in ea contenta, & loquitur in casu diuerso ab eo in quo versamur. Et Roman. à Ripa allegatus malè citatur *cons.* 404. sed voluit dicere *consil.* 204. *Pro discutienda. in princip.* vbi etiam loquitur in casu diuerso. Vt bene aduertit Fachin. *controuers. lib.* 11. *cap.* 29. vbi concludit pro executione, non obstante recognitione sic facta *sine approbatione contentorum*, vel *negando contenta*, iuxta mentem Baldi *consil.* 198. *lib.* 1. Quam sententiam tuetur Angel. *in l. scripturas* 11. *Cod. qui potior. in pign. habe.* Caccialup. *in d. l. admonendi, num.* 58. *in* 3. *concl. ff. de iureiur.* & Castrens. *ibid. num* 41. Caualcan. *decis.* 27. *num.* 59. *part.* 2. Nicol. à Genna *in tractat. de script. priuat. lib.* 1. *quæst.* 4. *proœmiali, num.* 86. Hodier. *ad Surdum decis.* 158. *num.* 4. & nouissimè Theod. Hopingk. *in tract. de iure sigillorum, cap.* 14. *num.* 214. 215. *iunctis num.* 221. *&* 222. Et ex præmissis sequitur

24 Sexta conclusio. Quod cum per ordinationem Regiam, & per Statutum Auenionense, scriptura priuata recognita habeat paratam executionem, eodémque modo si fuerit in contumaciam habita pro recognita, quamuis recognitio facta fuerit citra approbationem contentorum, vel hoc modo *non recognosco nisi negando numerationem.* recognitio debet haberi pro pura, & creditor potest acceptare confessionem ex recognitione resultantem, reiecta qualitate, quando qualitas est talis quæ habet contra se iuris præsumptionem, eo modo quo superius *in* 5. *conclusione* explicatum est. Vnde hoc casu debitor in hac ciuitate vigore statuti, & in Gallia vigore ordinationis Regiæ, cogendus est via executiua opportuna ad satisfaciendum contentis in scriptura. Rebuff. *dict. tit. de chirograph. recognit. in præfat. n.* 50. vbi dicit se ita vidisse obseruari. Ceual. *comm. opin. cap.* 39. *num.* 2. *versic. Sed hæc vltima.* & *qu.* 362. *n.* 12. optimè Marta *consil.* 233. *per totum.* Mauson. *de caus. executiu. q.* 5. *n.* 36. *iuncto n.* 37.

25 Septima conclusio. In omnibus casibus in quibus proceditur executiuè in vim Scripturæ priuatæ recognitæ vel habitæ pro recognita, si debitor passus executionem se opponat (quod facere posse supra diximus *num.* 55.) si postea condemnetur, talis sententia condemnatoria mandabitur executioni, non obstante appellatione, siue de literis cambij, siue de aliis scripturis agatur, tum quia confessus non potest appellare, vt in nostris terminis ostendit Marta *dicto consil.* 133. *num.* 7. Tum etiam ex dispositione statuti nostri *dicto lib.* 2. *rub.* 13. *art.* 7. *in fine*, vbi æquiparat executionem quæ fit in vim scripturæ priuatæ illi quæ fit in vim instrumenti publici. Tum & denique quia de iure in executiuis non datur appellatio suspensiua, vt de scriptura priuata loquens tradit. Card. Tusch. *littera R, conclus.* 50. *num.* 14. & *litera A, conclus.* 410. *num.* 19. Quia si in executiuis licita esset appellatio, tolleretur parata executio. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 8. *gloss. vnic. per totam*, Ioann. Dominic. Gait. *in tract. de credito, cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 3565.

26 Similiter si Iudex mandauerit alicui, vt scripturam priuatam recognosceret, vel negaret, à tali decreto, vel præcepto non esset admittenda appellatio. Burg. *de laudem. part.* 3. *inspect.* 38. *n.* 24. Costa, *de retrotract. c.* 8. *casu* 6. *n.* 19.

27 Sed aduersus prædicta multum vrgere videtur dictum Statutum Auenionense *dicta rubr.* 13. *art.* 4. *libri* 2. cuius verba pro maiori veritatis elucidatione hic inserenda esse censuimus. Sic igitur loquitur Statutum:

Item quod litera cambij recognita, etiam citra approbationem in eisdem contentorum, mandentur etiam executioni per omnem viam executiuam post terminum solutionis faciendæ elapsum, & alia scriptura priuata, vt suprà articulo 1. *&* 2. *recognita, vel pro recognitis habita, mandentur executioni secundum vires & tenores illarum.*

Ex quibus verbis videtur, quod executio literarum cambij sit magis priuilegiata, quam ea quæ conceditur aliis scripturis priuatis: Et cum exprimatur quod literæ cambij recognitæ etiam citra approbationem contentorum mandentur executioni; dum vero fit mentio aliarum scripturarum priuatarum, simpliciter dicatur, illas recognitas vel pro recognitis habitas, esse executioni demandandas: nec repetatur illa clausula, *etiam citra approbationem contentorum*, videtur concludendum ex mente statuti alias scripturas priuatas, præter literas cambij, recognitas cum negatione contentorum, non esse executioni demandandas, sed onus probandi contenta reiiciendum esse ad actorem, per regulam de qua in text. *leg. vnic.* §. *sin autem ad deficientis, Cod. de caduc. toll.* quia si Statuentes ita quoad alias scripturas priuatas statuere voluissent, hoc eodem modo in illis expressissent, prout fecerunt in literis cambij. Vnde sæpius per *Rotam Auenionensem* fuit ordinatum onus probandi contenta in scripturis priuatis, spectare ad actorem si reus illa negauerit. Et videtur etiam de hoc adesse decisio eiusdem Rotæ apud D. à Laurentiis *decis.* 196. *per totam.*

Pro cuius difficultatis resolutione, & vero Statuti intellectu, aduertendum est in primis, regulam illam petitam ex *dicto* §. *sin autem ad deficientis.* esse adeo incertam, vt ex ea nihil concludens elici possit, cum aduersùs eam alia opponi possit communis regula, quod vna pars dispositionis aliam declarat. † & hoc 28 argumentum lubricum esse, & posse ad alterutram partem non absurdè accommodari, ostendit Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 8. Casanat. *consil.* 47. *num.* 45.

Secundo loco aduertendum est, si bene verba statuti considerentur, satis euidenter constare nullam fieri in eo differentiam inter literas cambij & alias scripturas priuatas, nisi quoad modum executionis, nempe vt literæ cambij mandentur executioni postquam fuerint recognitæ per omnem viam executiuam, & sic vel per præceptum de soluendo, vel per pignorationem, aut etiam capturam personæ, quæ omnia comprehenduntur sub generali nomine viæ executiuæ, vt dicitur in *eodem statuto lib.* 3. *rubr.* 9. *art.* 41. Aliæ vero scripturæ priuatæ recognitæ, vel pro recognitis habitæ, mandentur executioni secundum vires & tenores illarum; ita vt si in illis contineatur obligatio bonorum, mandari possint executioni per viam pignorationis: si vero adsit etiam obligatio personæ, mandari possint executioni contra personam per carcerationem: si vero nec personæ nec bonorum obligationem contineant, mandari possint executioni dumtaxat per viam præcepti, idque vigore confessionis iudicialis ex recognitione

resultan

resultantis : vt superius ostensum est *in* 2. *concl. n.* 5. *& sequentib.*

Et ideo facile est argumentum propositum retorquere, quia si Statuentes voluissent diuersimodè statuere inter literas cambij & alias scripturas cum negatione contentorum recognitas, hoc eodem modo expressissent, sicut quoad modum executionis inter vtrumque scripturæ genus expresserunt, regulam illam retorquendo iuxta tradita per Mantic. *loco citato*, nempe *de coniect. lib.* 6. *tit.* 3 *n.* 8.

Quod autem talis fuerit mens statuentium, dum vsi fuerunt illa clausula, *secundum vires & tenores illarum*, probatur ex alia parte eiusdem statuti sub *tit. de executione instrum. lib.* 2. *rubr.* 17. *art.* 1. vbi dicitur omnia instrumenta liquida mandari debere executioni *secundum vires & tenores illorum*, quæ verba ostendunt illam clausulam non fuisse adiectam circa scripturas priuatas ad limitandam facultatem exequendi, sed ad limitandum modum executionis, præsertim cum ex eodem Statuto *dicto lib.* 2. *rub.* 13. *art.* 7. *in fine.* hæc executio quæ fit vigore scripturæ recognitæ, æquiparetur illi quæ fit vigore instrumenti publici. In quo etiamsi non adesset obligatio personæ vel bonorum, cum semper contineatur debiti confessio, nemo negauerit inde oriri viam executiuam per præceptum, multoque magis hoc dicendum est de scriptura iudicialiter recognita
29 † ad instar sententiæ, iuxta praxim allatam à Bartol. *in l. defendente, pen. ff. de author. tut. n.* 1. *&* 2. Et iuxta idem Statutum *lib.* 2. *de exec. sent. rubr.* 16 *art.* 3.

Tertio loco consideratione dignum est, quod si bene verba statuti perpendamus, constabit nullam in eo factam fuisse differentiam inter literas cambij & alias scripturas priuatas, nisi quoad viam & modum executionis faciendæ, cum statutum de vtroque scripturæ genere promiscuè & indistinctè quoad omnia loquatur præter viam, & modum executionis, idque in *eodemmet art.* 4. & in eadem oratione. Non enim loquitur de aliis scripturis aduersatiuè per clausulam *sed alia scriptura*, vel per hæc verba *alia vero scriptura*, sed continuatiuè nullo interposito puncto, *& alia scriptura.* Natura autem copulatiuæ dictionis est, vt vtramque orationis partem coniungat atque contineat, & dicta in vna parte, repetat in alia: *l. final. ibi. Et coniuncta scriptura, ff. de reb. dub. l. Seia, § Caio, ff. de fundo instruct. l.* Menoch. *consil.* 106. *num.* 291. *&* 292. vbi dicit hoc casu idem iudicandum esse de vltimis copulatis quod de præcedentibus quibus copulatio facta fuit. Rota *decis.* 145. *n.* 8. *par.* 2. *recentior.*

Quartò, non sine causa in eodem articulo prædicti statuti apposita fuerunt hæc verba, quod literæ cambij mandentur *etiam* executioni, si recognitæ fuerint, *etiam* citra approbationem contentorum, per omnem viam executiuam. Frustra enim illa dictio *etiam* bis repetita fuisset, nisi operaretur extensionem & ampliationem respectu executionis, & sic comparatiuè ad alias scripturas priuatas, & ampliatiuè ac augmentatiuè; itavt hic sit sensus, vt scripturæ priuatæ simplices quamuis recognitæ citra approbationem contentorum mandentur executioni secundum vires & tenores illarum, sed quæ sub nomine cambij factæ sunt, & citra approbationem contentorum recognitę, mandentur etiam executioni per omnem viam executiuam, ob naturam dictionis illius repetitiuæ & augmentatiuæ. Barbos. *de diction. cap.* 112. *num.* 9. *& sequentib.* Cum ex lectura illius articuli satis euidenter appareat clausulam illam ampliatiuam non posse effectum ampliatiuum operari sic geminatè appositam nisi respectu posterioris partis articuli incipientis, *& alia scriptura priuata.*

Quintò considerandum est, quod tam in rubrica quam in corpore illius statuti, semper promiscuè & indistinctè facta fuit mentio tam de literis cambij, quam de aliis scripturis priuatis, tam quoad formam citationis ad recognoscendum, quam in forma recognitionis, & in introducenda hypotheca à die factæ recognitionis, & omnibus aliis præterquam quoad viæ executiuæ speciem, vt obseruari potest *in* 1. 2. 3. 6. *&* 7. *articulo eiusdem tituli.*

Ipsa vero rubrica sic concepta. *De literis cambij, apochis & aliis scripturis priuatis recognoscendis, & forma ipsarum literarum cambij, & illarum executione.* Ex quibus aperte demonstratur statutum in omnibus parificare literas cambij, & alias scripturas priuatas: cum illa verba, *& illarum executione*, referenda sint ad vtrumque scripturæ genus, alias nihil diceretur in rubro de executione aliarum scripturarum priuatarum, de qua tamen tractatur in nigro.

Denique si pars vna dicti articuli aliam non declararet, sequeretur absurdum: nam in secunda illius parte dicitur scripturas alias priuatas recognitas, vel pro recognitis habitas esse exequendas, in primo autem capite nulla fit mentio de literis cambij quæ habitæ fuerunt pro recognitis, necesse ergo est interpretationem primi capitis elici ex secundo. Quidni igitur eadem ratione interpretatio secundi supplebitur ex primo? Rursus in 2. capite huius 4. articuli fit relatio ad scripturas recognitas, iuxta 1. & 2. eiusdem tituli articulum; quæ relatio necessariò referri debet ad formam recognitionis literarum cambij, vt vna pars illius articuli suppleatur ex alia. Quamobrem ita, vt supra, intrepidè tenendum esse existimo, atque ita obseruaui & obseruatum vidi ab antiquioribus. Licet ab anno 1625. quidam de hoc dubitauerint propter aliquas Rotæ Auenionensis decisiones, tunc factas. Quibus accedit alis decisio *Domini Hieronymi à Laurentiis*, viri consummatissimi, *in ordine* 196.

Sed vt illarum decisionum verus sensus habeatur, 30
repetenda sunt quæ nos superius *hoc eodem capite, in* 5. *conclusione à num.* 16. comprobauimus. Aut enim contenta in scriptura negans, habet præsumptionem iuris pro se, aut contra se. Primo casu onus probandi per suam negationem reiicit in actorem: secundo casu, recognitio habetur pro pura, & reiicitur qualitas adiecta, negationis contentorum, vt ibidem comprobatum est. Et in primo caso procedunt & intelligendæ sunt præfatæ decisiones Rotales, nempe de eo qui recognoscens cum negatione contentorum, habet pro se præsumptionem, veluti in apocha mutui intra biennium, non autem in casu contrario, ex superius deductis, & maximè per Mattam *dicto conf.* 133. *per totum.* & per text. notabilem *in d. l. cum de indebito,* 25. *§. fin. versic. sin autem cautio.* Nec est credendum Viros illos eruditissimos (quorum memoria in benedictione est) aliter intellexisse. Si enim sine illa distinctione suam decisionem locum habere voluissent, onus probandi numerationem post biennium ad creditorem reiecissent, contra omnes iuris regolas; & eundem creditorem, ad exonerationem debitoris contra se iuris præsumptionem habentis, onerassent indebita probatione contentorum in apocha, quod de tantis Viris credere esset absonum. Et secundum hanc distinctionem intelligi debet Statutum *loco cit. art.* 2. *in fin.* in illis verbis: *Sin autem dictas scripturas scripsisse confessus fuerit non approbando in eis contenta, seu*

numerationem pecuniænegando, & creditor illam probanerit, habeant & importent etiam hypothecam à dio confessionis prædicta. Quia cum statutum à iure communi capiat interpretationem, intelligendum est in casibus in quibus locus est exceptioni pecuniæ non numeratæ, videlicet intra biennium, intra quod debitor transfert onus probandi in creditorem, aut aliis in casibus in quibus adest legis præsumptio pro debitore, ne alioqui creditor contra expressam iuris dispositionem indebitæ probationis onere prægrauetur.

Quod autem attinet ad decisionem *Domini à Laurent.* 196. illa continet casum specialem. Tum quia recognitio facta fuerat coram Iudice Valriaci, & coram eo cœptum iudicium, & opposita compensatio, & executio petebatur Auenioni, cum tamen simile statutum vigeret in loco vbi recognitio facta fuerat. Tum etiam quia recognitio fuerat admissa conditionaliter *si admitteretur compensatio* (licet ita admitti non debuisset.) Tum quia non est ita nudè intelligendum quod ibi dicitur, præceptum reducendum esse ad viam iuris & in vim simplicis
31 citationis, † quia illud non procederet, si in illo casu recognitio legitimè facta fuisset, ad tradita per Solã, *in constit. Saband. tit. de claus. mandator princip. signific. gloss. 2. num.* 8. Tum denique quia in omnem euentum, debet intelligi & explicari secundum distinctionem superius adhibitam in *dict. concl. 5. n.* 16. *& seqq.* Et hæc satis de hac quæstione.

CAPVT XXVI.

ARGVMENTVM.

In hoc capite tractatur de diuersis causis accidentalibus, propter quas præuentio redditur inutilis. Et primo quidem quomodo Notarius qui præuenit in causa, ratione suspicionis de nouo superuenientis, possit remoueri. Item quid statuendum sit in Substituto Notarij, vtrum solo iuramento possit declarari suspectus, quando semel fuit à partibus approbatus. Et vtrum Successor in Prælatura possit reuocare Notarium Curiæ Episcopalis, quando ipse dedit pecuniam pro vtilitate Ecclesiæ. Et quando dicatur versum in illius vtilitatem. Et de concessione officiorum ad vitam facta per Ecclesiam, solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiæ requisitis, non indigente. Officiales deputati à Baronibus an possint reuocari. Societas Officij Notariatus dependens à coadiutoria, finitur; reuocatã coadjutoriã ex lege Superioris. Vtrum Notarius possit allegari suspectus, ne recipiat instrumenta. Quid statuendum sit de Aduocato Fiscali suspecto allegato. Denique vtrum Assessores qui tempus sententiæ præuenerunt remittẽdo vota sua penes acta, si talis remissio fuerit scripta in actis, possint mutare vota sua, vbi cõcluditur negatiuè: & ideo corrigendum est summarium, in præced. editionib. n. 42. vbi dicitur, *possunt mutare*, & legendum est, *non possunt mutare*. Quid si agatur de pluribus Iudicibus, quorum vnus sine altero iudicare non debet, vtrum vnus illorum post votum suum apud acta remissum possit illud mutare? Notarius principalis vtrum possit allegari suspectus propter magnam suspicionem illius qui est illius socius in officio.

SVMMARIVM.

1 *Notarius sicut & Iudex statim vbi allegatus est suspectus debet abstinere ab illa causa, in qua fuit allegatus suspectus.*
2 *Notarius de iure communi solo iuramento recusatur.*
3 *Notarius ex statuto Auenionensi non allegatur suspectus nisi probatis legitimis suspicionum causis.*
4 *Quod Notarius scribat per substitutum, exorbitans est à iure communi.*
5 *Statutum loquens de Notario non excludendo, nisi probatis causis suspicionum, non habet locum in substituto Notarij.*
6 *Notarij persona censetur approbata per comparitiones iudiciales ipso scribente factas.*
7 *Semel approbatus non potest sine causa remoueri, etiamsi ageretur de Notario substituto.*
8 *Approbatio tacita Notarij sufficit, vt sine noua causa remoueri non possit.*
9 *Iudex semel approbatus non potest nisi probata noua causa remoueri.*
10 *Quomodo intelligendum sit quod dicitur Notarium de iure communi solo iuramento suspectum declarari posse.*
11 *Maior adhibenda est fides substitutis à publico approbatis, quam substitutis simplicibus.*
12 *Successor in prælatura an & quomodo repellere possit Notarium à suo antecessore deputatum. Et quid obseruetur in Gallia,* num. 15. *Et vide* n. 29. in fine.
13 *Dispositionem suam nemo conferre potest ad tempus in quo actum illum facere non posset.*
14 *Capitulum non potest præiudicare iuribus Episcopi.*
16 *Contractus non transit ad successorem in Ecclesia, nisi ea concurrant, de quibus* num. 18.
17 *Multum interest an Prælatus nomine proprio Contrahat, an nomine Ecclesiæ.*
19 *Successor contractum sui antecessoris reuocat beneficio restitutionis in integrum si in eo Ecclesia læsa fuerit.*
20 *Versio in vtilitatem Ecclesiæ non probatur ex sola assertione Prælati contrahentis.*
21 *Probatio coniecturalis regulariter sufficit ad probandam versionem pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ.*
22 *Prælatus successorem suum per quemcunque contractum supplantare non potest.*
23 *Versio pecuniarum in vtilitatem Ecclesiæ concludenter probanda est quando agitur de successoris præiudicio.*
24 *Prælatus tenetur de proprio ad reparationes ordinarias bonorum suæ Ecclesiæ.*
25 *Successor in Ecclesia non tenetur ad debita sui prædecessoris nisi quatenus probetur versum in vtilitatem Ecclesiæ.*

26 *Reten*

26 *Retentio non datur pro melioramentis factis in alia re diuersa.*

27 *In concessione officiorum ad vitam non requiruntur solemnitates solita adhiberi in alienatione rerum Ecclesia.*

28 *Res quæ semel exiuit de mensa Ecclesia, dum alteri conceditur, non dicitur amplius alienari.*

29 *Ex quibus probetur rem solitam concedi per Ecclesiam.*

30 *Alienatio si contineat noua pacta, reduci debet ad antiquas rei concedi solita concessiones.*

31 *De concessione officij ad beneplacitum.*

32 *Referuntur* DD. *de reuocatione officiariorum tractantes.*

33 *Officiales Baronum quomodo caute deputandi sint.*

34 *Officialibus quandoque contra Barones competunt remedia possessoria.*

35 *Reuocata ex lege Superioris superueniente coadiutoria, cessat & societas ab ea dependens.*

36 *Promittens pensionem super certo beneficio ad eam non tenetur si beneficium non obtineat.*

37 *Si Iudex vel Notarius post causam præuentam desistant à salutatione pareis, quam prius salutare consueuerant, remoueri possunt.*

Si post approbatam personam Notarij principalis superueniat suspicio socij quem principalis remouere noluit, vtrum causa suspicionis sit sufficiens ad remouendum principalem.

38 *Notarius potest etiam allegari suspectus ne recipiat instrumentum.*

39 *Aduocatus fisci non potest remoueri à causa ob inimicitiam occasione officij contractam. Secus si inimicitia ex priuato odio graui oriatur,* numero 40.

41 *Aduocatus fiscalis non ita facile remouetur sicut Iudex.*

42 *Assessores si tempus sententia præuenerint remittendo votum suum penes acta, talisque remissio fuerit scripta in actis, non possunt mutare votum suum.*

43 *Iudicis officium circa sententiam expirat post illius publicationem; Assessoris vero habentis votum deliberatiuum, statim post voti remissionem.*

Quid dicendum de pluribus iudicibus, seu Commissariis, vtrum possint mutare votum ante latam sententiam.

VM varij casus occurrere possint in quibus Iudex, vel Notarius non obstante præuentione tenentur causas & lites præuentas dimittere, aliquos ex ipsis hoc in capite exponemus. Et primo quidem quamuis superius sæpè diximus, Notarium, qui cœpit in causa scribere non esse remouendum, nec alium in eius locum subrogandum, propter vim præuentionis, vt in *cap.* 2. *num.* 3. *&* 15. *& cap.* 30. *num.* 89. Tamen ex causa alium deputandum esse diximus *dicto cap.* 2. *num.* 6. Vna autem ex causis ob quas
Notarius præueniens remouetur, est ratione suspi-
1 cionis; † nam sicut iudex, ita & Notarius statim vbi
fuit allegatus suspectus ex iustis causis, debet absti-
2 nere. Verall. *decis.* 390. *p.* 2. † Adeo vt de iure Communi Notarius solo iuramento suspectus allegari possit. Cagnol. *in l. si librarius* 93. *num.* 47. *ff. de reg. iur.* Aochar. *consil.* 293. *num.* 1. Alexand. *consil.* 104. *num.* 3. *vol.* 5. Iacob. Laurent. *de Iudic. susp. cap.* 6. *num.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *n.* 58. Farin. *in fragm. verbo, Iudex, num.* 719. Verum ex Statuto Auenionensi Notarius actorum remoueri non potest tanquam suspectus nisi probatis legitimis suspicionum causis, vt cauetur *lib.* 2. *statut. rub.* 9. *art.* 30. Et propterea ad interpretationem illius statuti quæritur de duobus. Primo vtrum dispositio illius statuti locum habeat in substituto Notarij qui contraxit societatem duraturam ad vitam cum Notario principali cuius in capite officium est.

In qua quæstione ego in ea sum sententia, vt di- 3
ctum statutum intelligendum sit dumtaxat de Graffario principali, non autem locum habeat in substituto, qui solo iuramento poterit recusari, seruatis ta-
men inferius dicendis. † Ratio est quia quod Nota- 4
rius actorum scribat per substitutum, exorbitans
est à iure communi, vt in *auth. de tabellionib.* §. 1. *&*
§. *nos autem*. Et ideo facultas substituto tributa strictam debet admittere interpretationem, & statutum illud loquens in casu simplici, nempe in Notario principali, non potest habere locum in casu mixto,
nempe quando admixta est persona substituti, *l. vim* 5
passam, §. *præscriptione*, *ff. ad legem Iul. de adulter.* cum alijs in simili casu allegatis per Rotam Romanam, *decis.* 16. *n.* 2. *post tract.* Zachiæ *de societ. offic.*

Secundo quæritur vtrum dictus substitutus solo 6
iuramento recusari possit, quando eius persona semel à partibus fuit approbata, veluti si eo scribente plures actus iudiciales fecerint; immo sufficit quod apud eius acta citationes fecerint, ex hoc enim eius persona dicitur approbata: Burat. *decis.* 606. *num.* 7.

Resoluendum est, Notarium substitutum semel approbatum à partibus non posse solo iuramento remoueri, sed causas suspicionis probandas esse ab eo qui ipsum remouere desiderat; immo & probandum esse tales suspicionum causas de nouo superuenisse, cum non versemur hoc casu in terminis regulæ suprà de Iure communi fundatæ, sed in alia
iuris regula: quod † qui semel est approbatus non 7
potest sine noua causa remoueri Gratian. *discept. forens. cap.* 167. *num.* 17. *&* 19. adeo vt tacita approba-
tio sufficiat, Burat. *dicta decis.* 606. *num.* 7. † Idque 8
ad instar iudicis, qui recusari non potest, quando eius persona fuit approbata, nisi probatæ fuerint le-
gitimæ suspicionum causæ de nouo superuenien-
tes, Gaill. *lib.* 1. *pract. obseruat.* 34. *numero* 11. Myn- 9
singer. *lib.* 4. *obseruat.* 59. Vbi dicit notoriè, & euidenter constare debere Iudici causam suspicionis de nouo superuenisse, aliàs quòd non est remouendus. Et magis in specie de Notario semel à partibus approbato tradit Iacob. Laurent. *in dicto tract. de ind. suspect. cap.* 6. *num.* 3.

Sed in terminis quoque iuris communis non ita 10
facilis debet esse Iudex ad remouendum Notarium ex capite suspicionis, solo partis iuramento, neque pars ipsa ex se sola iuramentum istud præstare potest aut debet, sed ita demum si probabiles adesse suspicionum causas iudex arbitratus sit, qua in re non parum potest illius arbitrium. Quinimò potest etiam de causis illis suspicionum propositis summariam capere informationem, nec parti iuramentum deferre nisi præuia dicta informatione, vt notat Laurent. *in d. tract. de Ind. suspect. c.* 6. *n.* 3.

Sequitur ergo Notarium substitutum semel à partibus approbatum solo partis iuramento recusari non posse, nisi superuenientibus & probatis nouis legitimisque recusationum causis: cum casus iste à statuto non decisus, secundum iuris communis regulas debeat terminari.

Et in effectu Doctores qui volunt solo iuramento Notarium nondum approbatum, posse vti suspectum

recu

recusari, loquuntur de Notario per iudicem electo,
provt de iure communi electio Notarij actorum spe-
ctat ad iudicem, qua de re egimos suprà *cap.2.n.16.*
17.& 18. Nos autem loquimur de Notario secun-
dum statuti dispositionem, & Curiæ obseruantiam
ab vna parte electo; cuius persona fuit ab illius ad-
uersario approbata, qui casus multum inter se diffe-
runt, vt videre est apud Laurent. *dicto cap.6. in ipso*
principio, ante n.1.

Considerabit etiam iudex qualitatem substituti.
Nam magna est differentia inter simplicem substi-
tutum siue iuuenem qui pro magistro scribit, quem
faciliùs recusari posse non est dubium; & magistrum
Notarium magistraliter à collegio Notariorum re-
ceptum atque à Superiore approbatum, provt in ci-
uitate Auenionensi ex regulamentis Superiorum re-
quiritur in substitutis: quod videtur esse de mente
11 Rotæ *dict.decis.16.* apud Zach. *de societ.offic.* † Quia
cum istorum persona fueris à publico approbata,
maior erga tales personas debet haberi respectus,
maiorémque fidem illorum qualitas meretur, Me-
noch. *de arbitr.cas.92.num.4.* Calderin.*consil.2.n.2.*
de test. quos *ibi* Rota *num.3.* allegat. & Capic.*dec.61.*
in fine.

Secundus occorrit casus in quo iudex, vel Nota-
rius qui præueoit, remouetur à causa, nempè si sit
Notarius, seu magister actorum à Prælato deputa-
tus, adueniente successore in prælatura, de quo fit

Quæstio tertia, vtrum Iudex, vel Notarius ab Epi-
scopo, aut alio Prælato deputatus, adueoiente suc-
cessore in prælatora, debeat remoueri etiam ab offi-
cio, & causis per eum præuentis.

12 Hac de re consultus alias respondi posse Episco-
pum successorem ab officio remouere graffarium à
suo antecessore deputatum, aliúmque oominare, qui
in omoibus Curiæ suæ causis motis, & moueodis
scribat, nisi probetur salem esse illius Ecclesiæ con-
suetodinem quod graffarij deputati ad vitam sint so-
liti, & quod deputatio sic facta ad vitam, fuerit for-
tita effectum etiam post mortem deputansis, idque
inuitis & contradicentibus successoribus: nam alias
simplex continuatio in officio post mortem succes-
soris in prælatura, non sufficeret ad inducendam
consuetudinem, nisi simul probaretur contradictio
Prælati successoris. Immo non sufficeret quamlibet
consuetudinem probari, sed oporteret illam fuisse
legitimè præscripeam, provt hæc omnia copiosè de-
ducuntur per Gratian. *discept.forens.c.167.num.1.&*
seqq. intelligeodo tamen iuxta ea quæ diceotur in-
frà, *num.29.*

13 Ratio autem huius conclusionis est, quia † ne-
mo potest dispositionem suam conferre ad teropus
in quo non potest actum illum facere, *leg.quod spon-*
sa, Cod. de donat. ante nupt.

Et quamuis Gratian. *ibidem n.10.* videatur præ-
dicta limitare, vt locum non habeant quando in sali
deputatione interuenit cõsensus Capituli, quia Ca-
pitolum nunquam moritur, vt etiam ostendetur in-
frà, *num.18.* Tamen in casu proposito illa opinio
14 oon est tuta; † Capitulum enim non potest præiu-
dicare iuribus Episcopi, quando iura Episcopi sunt
separata à iuribus Capituli, in præiudicium mensæ
Episcopalis. Iuxta veriorem opinionem, Antonius de
Butr. *in cap.final. Ne Prælati vices suas*, quem io ter-
minis propositæ quæstionis citat & sequitur, non
citato tamen Gratiano, Marc.Ant. Genuens.*in pra-*
cticab. Eccles. q.469.versic. sed prædicta, n.2.

15 Quid autem io hac materia obseruetur in Gal-
lia, copiosè tractatur apud *Louet. in recollectione ar-*
rest. lit.O, num.2. & *ibi* Addentes.

Sed tamen in facti contingentia dubitatum fuit,
vtrum supradictæ conclusioni locus esset, quia graf-
farius Episcopo antecessori certam pecuniarum sum-
mam persoluerat, in reparationem furnorum Eccle-
siæ conuertendam. Vnde quæsitum fuit vtrum suc-
cessor teneretur illam officij concessionem ratam ha-
bere, aut saltem in omnem euentum pecunias per
graffarium solutas illi restituere.

Quoad primum caput dixi non ideo teneri suc- 16
cessorem ratam habere hanc officij concessionem,
quod summa illa in furnorum Ecclesiæ reparatio-
oem conuersa probetur. Licet enim sint aliqui ca-
sus in quibus successor in prælatura, vel beneficio,
ad sui antecessoris debita persoluenda tenetur, de
quibus in *c.1. de solut.* & *ibi DD.* † non tamen ideo 17
sequitur quod dispositio, seu contractus transire de-
beat ad successorem, si alias non esset transiturus, vt
benè ostendit Castrens. *consil.2. num.6. volumin.1.*
Vnde remaoet solum secunda pars dubij decidenda,
vtrum Episcopus volens alium graffarium deputa-
re, teneatur pecunias per eum qui reuocandus est so-
lutas, ipsi restituere? qua in re obseruanda sunt in
primis verba deputationis per Episcopum antecess-
sorem factæ, vtrum videlicet nomine proprio ipsius
Episcopi, an vero nomine Ecclesiæ facta fuerit. Nam
in primo casu, nullo modo tenetur successor ex con-
tractu sui antecessoris, quamuis pecunia fuisset in
Ecclesiæ vtilitatem conuersa. Peregr. *consil.9. n.11.*
volum.3. † vbi dicit tria requiri ad hoc vt successor 18
ex contractu sui antecessoris obligetur, nempè quod
contractus factus fueris nomine Ecclesiæ. 2. quod in-
teruenerit authoritas Superioris, vel cõsensus Capi-
tuli. 3. quod pecunia versa fueris in vtilitatem Ec-
clesiæ. Nam licet contractus factus fuisset oomioe
Ecclesiæ, tamen valeret mero iure, nisi adhuc etiam
probaretur illum cessisse ad Ecclesiæ vtilitatem, &
pecunias in causam expressam fuisse conuersas. † Et 19
in omnem euentum, etiam his probaris, succurreo-
dum esset Ecclesiæ, quatenus læsio interuenisset, be-
neficio restitutionis in integrum, Alexand. *cons.160.*
num.4. vol.6. Peregr. *consil.9. num.10.& 11. volum.3.*
Prædictamque distinctionem inter contractus per
Prælatum nomine Ecclesiæ, vel nomine proprio fa-
ctos approbauit Rota apud Burat. *decis.482. num.8.*
iuncto num.17. Mantic. *de tacit. conuent. lib.5. tit.13.*
num.16. vbi latè explicat quando contractus tran-
seat ad successorem, illúmque obliget.

Ad probandum autem quod pecuniæ in vtilita- 20
tem Ecclesiæ fueriut conuersæ, non sufficit partium
sola confessio, cum illa in fraudem Ecclesiæ facta
cẽseatur, & in successorum præiudicium, vt per Ca-
strens. *consil.437. num.4. vol.1.* † Quamuis enim 21
alias probatio coniecturalis sufficiat ad probandam
versionem, Ludouis. 31. *n.2. & 12.* Burat. *decis.546.*
num.4. & 9. cum ibi citatis. Aliud tamen statuendum
est in casu proposito: quia com † Prælatus suum 22
successorem supplantare non possit per quemcun-
que contractum, vt suprà dictum est, & vltra cita-
tos tradit Gabriel. *consil.83. numer.45. & sequentib.*
vol.1. † ideo versio pecuniarum plenè probanda 23
est, quando agitur de successoris præiudicio. Ca-
strens. *consil.2. num.4. versic. Praterea illud dictum,*
volum.1.

Aduertendum præterea est, vtrum causa io quam 24
pecunia versa fuit, sit ipsi Ecclesiæ vtilis, an vero
Prælato? nam, exempli gratia, dum de furnorum or-
dinaria reparatione agitur, onus istud ad ipsum tunc
existentem Prælatum pertinebat, tanquam oous il-
lios qui fructus percipiebat. *leg. si pendentes, §. si quid*
cloacary, ff. de vsufruct. Et qui administrationi
præest,

præest, tenetur reficere, *leg. hactenus, ff. de vsufr.* Castrens. *in puncto, consil.* 337. *n.* 8. *vers. vltimo quæritur, volum* 1. & conferunt tradita per Castil. *de vsufr. c.* 56. *n.* 14 & *cap.* 57. *n.* 1. & 6.

25 Successor autem non tenetur ad debita sui prædecessoris, nisi quatenus probetur versum in vtilitatem Ecclesiæ. Monoch. *de arbitr. casu* 432. *n.* 19. Mar. Antonin. *var. resol.* 14. *n.* 5 *vol.* 1.

Et quamuis Rota asserat successorem teneri ad expensas & debita pro rebus Ecclesiæ meliorandis contracta, *decis.* 486. & 208. *part.* 2. *diuers.* hoc ideo quia ibi tractabatur de Emphyteusi deuoluta ad Ecclesiam, & sic de ipsa re recuperãda, noster autem casus versatur in ipsa re distrahenda in successoris præiudicium. Præterea in casu dictarum decisionum agebatur de possessore qui rem melioratam possidebat, cui propterea ius retentionis competebat, hic autem casus supponit, notarium vel officium aliud ab Episcopo antecessore possidentem, ipsum quidem officium possidere, non tamen rem melioratam;

26 † ideo vnius rei pro alia non datur illi retentio, Gloss. *in l. planè, in verbo, Deducatur*, & *ibi* Alberic. & Angel. *ff. de petit. hæred.* Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 112. *num.* 25.

Et propterea constat ex prædictis iudicem aut notarium à Prælato deputatum à causis præuentis & cœptis desistere debere, nec in illis procedere aut scribere posse, si à Prælato successore fuerit reuocatus.

Quarto quæritur quid dicendum sit de deputatis ad vitam iudicibus, vel notariis, quando talis est Ecclesiæ consuetudo, vt sic deputentur. Respondetur, validam esse concessionem huiusmodi officiorum, etiam non obseruatis solemnitatibus necessariis in

27 aliis bonorum Ecclesiæ alienationibus, † quia officiorum alienatio perpetua non est, officia enim cum persona finiuntur, & redeunt ad Ecclesiam concedentem: Rota *decis.* 622. *n.* 9. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Burat. *decis.* 24. *n.* 12 & 13.

Quod maximè procedit quando officia sunt ad vitam concedi solita, prout dicitur de re quæ in feudum vel emphyteusim solet concedi, quæ sine solemnitatibus alienari potest, Rot. & Burat. *in dictis*

28 *locis.* † Ex eo enim quod semel huiusmodi bona exierunt de mensa, non dicuntur amplius alienari. Rota *d. decis.* 622. *n.* 10. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.*

29 Et quamuis Gratian. *discept. forens. c.* 167. *num.* 9. requirat hoc casu probationem consuetudinis legitimè præscriptæ, etiam cum contradictione Prælati vel Ecclesiæ, tamen ex mente Rotæ Romanæ, alterum de duobus sufficere videtur, nempè vel quod doceatur de vna concessione præcedenti valida & solemni, vel saltem de duabus minus solemnibus effectuatis, cum cursu quadraginta annorum, Rota *diuers. dec.* 160. *n.* 5. *p.* 2. vbi dicitur hanc esse communem conclusionem, Seraph. *decis.* 434. *num.* 1. & 1451. *num.* 3. & 1490. *num.* 3. & 5. *Et in recentior. decis.* 36. *n.* 7. *part.* 7. Vel etiam sufficeret probari per testes huiusmodi officia ad vitam concedi solita, Rota *dicta decis.* 622. *n.* 10. *part.* 3. *lib.* 3. Et ita intelligi debent superiùs dicta *numero* 21.

Sed quid iuris si præcedentes concessiones factæ fuissent ad vitam alicuius, in sequenti verò concessione etiam ad vitam facta, fuissent adiecta noua pacta & conditiones in præiudicium Ecclesiæ, vtrum

30 concessio hæc vltima in totum corruerit? † Respondeo quod non, sed solum ad formam antiquatum reducenda esset, ex traditis per Clar. *in* §. *feudum. q.* 13. *n.* 7. *vers. Sed quid si alteret. Et in* §. *Emphyteusis. quæst.* 6. *n.* 2. *versic. Sciat tamen.* Vbi hanc dicit esse magis communem opinionem, & veriorem.

Rursus quæritur quid dicendum sit de concessione officij facta ad beneplacitum. Respondetur clausulam *ad beneplacitum* non nocere perpetuitati officij. Marta *de claus. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. & 4. intelligendo tamen iuxta copiosè tradita per Barbos. *tract. de claus. c.* 3. ad quem lectorem remitto, quia nimis remouetur à materia nostra. † Videatur Olasc. *dec.* 144. *n.* 3. De Poot. *de potest. proreg. lib.* 3. *de elect. official. in princip. num.* 5 & *ibi* Addit. *fol.* 29. *n.* 5. Fontanel. *de pact. dotalib. claus.* 4. *gloss.* 10. *p.* 1 *n.* 145. & *seqq.* Mastr. *lib.* 1. *de magistr. at. cap.* 27. *n.* 16. & *sequent.* & 42. Ioseph. Ramon. *consil.* 35. *n.* 4. Ceual. *comm. concl. c.* 425. *num.* 19. 31 32

Solum hic obiter monebo Barones seu feudatarios habentes merum & mixtum imperium, vt dum deputant suos Officiales, aduertant ad formam & verba deputationis, & nisi eos velint constituere perpetuos, apponant clausulam, quod possint ad libitum voluntatis, etiam sine causa reuocari. Nam alioqui possent incidere in lites dum eos vellent reuocare, vt colligitur ex Doctoribus mox citatis, cum ipsi possint de huiusmodi officiis disponere, non tamen in præiudicium successorum, si feudum esset ex pacto & prouidentia, & non hæreditarium. † Et darentur Officiali ad vitam constituto remedia possessoria; Guill. Bened. *in cap. Raynutius, in verb. Duas habens filias, n.* 38. Ceual. *d. q.* 425. *n.* 19. Mastril. *d. c.* 27. *lib.* 1. *n.* 33. & 42. 33 34

Quinto quæritur quid dicendum sit de notario qui alium sibi in coadiutorem assumpsit ea lege, vt donec bullæ suæ litteræ coadiutoriæ fuissent expeditæ, talis adiunctus remaneret associatus in illo officio: Sed cum fel. record. Vrbanus VIII. per bullam generalem omnes coadiutorias officiorum nondum effectum sortitas reuocasset, easque in futurum non concedendas esse edicto seu lege generali statuisset, vtrum superueniente tali lege non præuisa tempore conuentionis, cogendus saltem sit notarius principalis, vt adiunctum, si non vti coadiutorem, saltem vti socium in suo officio admittere teneatur.

Hæc quæstio diutius agitata fuit tam Auenioni, quã Romæ, sed per plures sententias decisum fuit, non solum coadiutoriam expirasse; de quo dubitari non poterat, sed etiam societatem, illius accessoriã. † Ratio decisionis fuit, quia cum societas fuerit tantum contracta sub spe futuræ coadiutoriæ, cessante causa promissionis, cessauit & ipsa promissio, Rota *decis.* 455. *num.* 1. *parte* 1. *recent.* † vbi promittens pensionem super certo beneficio, non tenetur illam soluere, si illud beficium adeptus non fuerit. 35 36

Et quia sublato præsupposito tollitur & illud quod ex eo sequitur, Gl. *in l. mancipia, C. de seru. fugit.* Dec. *in simili, consil.* 244. *num.* 15. Et societas est respectiua ad ipsam Coadiutoriam, Surd. *cons.* 217. *num.* 9. & probatur in *l. petens. C. de pact.* Ergo hac cessante, cessat & societas. Rot. *dec.* 589. *num.* 3. & 4. *p.* 1. *diuers.* Surd. *decis.* 7. *num.* 33. Georg. *allegat.* 22. *numero* 44. Item quia Coadiutoria quæ est causa contractus deuenit ad non causam, ideo omnia in pristinum statum sunt reponenda: Surd. *dec.* 163. *n.* 144. Præsertim cum Coadiutoria sit causa finalis, sine qua partes non erant contracturę, & ex qua tanquam ex radice oritur obligatio, Menoch. *consil.* 331. *num.* 73. Quando enim causa talis est, vt sine ea quis non fuisset contracturus, etiamsi esset impulsiua, efficitur finalis, *l. si paterfamilias, ff. de hæred. instit.* Bertrand. *cons.* 77. *num.* 6. *volum.* 7. Qua cessante cessat dispositio. Gratian. *disc. for.* 96. *n.* 27. 40. & 42. & *c.* 764. *n.* 9. & 558. *n.* 25. Denique quia omnis obligatio & promissio

Santegerius de Præuent. Iudic. K debet

debet intelligi, rebus sic stantibus & nun potest comprehendere causam extra contractū de nouo superuenientem, orientem ex noua lege non præuisa tēpore contractus, *l. continuus.* 137. *§. cum qu. ff. de verb. oblig. &* Sanch. *de matrim. lib.* 5. *disp* 5. *num.* 16. optimè Bald. *in consil.* 460. *num.* 4 his verbis, *Euictio sumens causam ex nouis legibus disponentibus circa decisoria vltra vel contra ius commune, non pertinet ad venditoris detrimentum, l. Lucius, ff. de euict.*

Sexto quæritur quid dicendum sit de notario qui in causa scribere cœpit, & à partibus fuit approbatus, sed tamen pendente lite, vnum ex litigantibus salutare destitit, an hæc sit causa sufficiens ad illum remouendum; Et an idem de iudice dicendum sit?
37 † Respondi in facti contingentia hanc esse sufficientem causam remouendi iudicem vel notarium, vt de Iudice tradit Mastrill. *decis.* 151. *numero* 46. vbi dicit sufficere leuem inimicitiam, ad hoc vt Iudex recusetur, veluti si se salutare cum parte litigante recusaverint, provt antea salutabant. Et in dicta decisione multa vtilia afferuntur in materia recusationis Iudicum, quæ nimis remota sunt à materia nostra præuentionis, ideo non insisto. Sequitur Gratian. *disc. forens.* 284. *num.* 28. De Notario vero quod ob salutationem non factam cum parte litigante possit vt suspectus recusari, tradit idem Gratian. *discept. forens. cap.* 538. *num.* 57. quem citat & sequitur Gitib. *consil.* 88. *num.* 12. Quod intelligendum est si data opera & aduertenter à salutatione destiterit.

Verum cum nuper disputaretur, si pendente lite & approbata persona Graffarij principalis, superueniat noua causa suspicionis contra eius socium generalem in eius tabulario, vtpote quod ille socius desierit salutare vnam ex partibus litigantibus, aut malè se gesserit in scribendo acta causę, seu aliter se valde suspectum reddiderit, verùm non modo socius ille remouendus sit vti suspectus, sed etiam ipse Graffarius principalis? In hac quæstione Dixi, ipsum quoque Graffarium principalem esse remouendum: & sententia mea fuit confirmata, & executioni demandata. Ratio est quia Graffarius principalis videns socium malè se gessisse scribendo acta causæ, tenebatur illum remouere, quod cùm non fecerit, reddidit se suspectum, ex doctrina Rip. *in cap.* 1. *de iudic. n.* 34. ibi, *Quia eo ipso quod suspectum assessorem non remouet, seipsum suspectum reddit.* Item quia cum in causæ prosequutione necesse esset quotidie ingredi officium, officinam, seu tabulatum in quo socius suspectissimus quotidie morabatur assiduè, dutum esset, & multis querelis suppositum, si partes cogerentur locum illum adire, in quo socium Graffarij sibi viderent infensissimum, cùm nemo ad locum non tutum accedere cogendus sit: *Clem. causam, vers. vero, & ibi* DD. *de elect. & Clem.* 1. *de iud.* Immo sola societas personæ suspectissimæ cum Graffario principali, reddebat principalis personam suspectā: per text apertum *in c. cum R. Canonicus, de offic. iud. deleg.* in illis verbis, *Quos, cum sint illius socij, merito habet pars aduersa suspectos.* Imò in hac materia socij dicuntur, qui habent occasionem sæpe ad inuicem conueniendi: Abb. *in d. c. cum R. Canonicus, n.* 1. *&* 2. Aufrer. *in tract. de recusat. n.* 31.

38 Septimo quæritur (licet paululum extra materiam) vtrum sicut notarius potest ex causa recusari in iudicialib. ita & in extraiudicialibus. Veluti si dicam me nolle homagium vel iuramentum fidelitatis præstare, aut alium contractum facere scribente tali notario, quia meus est inimicus? Respondetur affirmatiuè. Ratio est quia contractus fiunt ex mutuo partium consensu, nec potest Notarius instrumentum recipere nisi de partium voluntate, ergo non potest pars cogi ad contrahendum si Notarius recipiens sit illi suspectus. Ita in puncto determinat Bertrand. *consil.* 219. *num.* 5. *vol.* 3. *poster.*

Octauo quæritur vtrum sicut Iudex & Notarius non obstante quacunque præuentione remouentur ob causas suspicionum de nouo superuenientes, ita & Aduocatus fiscalis possit tanquā suspectus remoueri; In hac quæstione duas statuo conclusiones.

Prima est, dominum Aduocatum fisci remoueri 39
non posse si causa inimicitiæ orta fuerit propter exercitium sui officij, veluti si aduersus recusantem aut eius consanguineos fisci partes sustinuerit, quia cum id ob muneris sui necessitatem fecerit, illi imputari non debet, *l.* 2. *C. de delatoribus lib.* 10. Mastr. *decis.* 214. *n.* 31.

Secunda conclusio. Dominus Aduocatus fiscalis re- 40
cusari potest propter inimicitiam priuatam aliunde ortam quam ex officij sui executione, aut aliis iustis de causis, Mastr. *d. dec.* 214. *n.* 11. licet non facile huiusmodi causas admittendas esse asserat. † Non enim 41
ita facile recusatur fisci patronus sicut Iudex, Larrea *in suis alleg. fisc. p.* 1. *alleg.* 2. *n.* 12. in quo capite plenè hanc quæstionem examinat.

Nono quæritur. Cum ex statuto Auenionensi Iudex ad partium requisitionem teneatur Assessores sibi assumere partibus non suspectos, qui votum habeant non solum consultiuum, sed etiam deliberatiuum, quia sententia de voto maioris partis proferenda est, vtrum si vnus vel plures ex Assessoribus votum suum remiserint ante sentētiæ prolationem, & talis remissio notata fuerit in actis notarij, vtrum possit illud votum mutari, & aliud in eius locum remitti ante sententiæ prolationem. † In hac quæstio- 42
ne ego existimo votum semel remissum mutari non posse quia res non est integra, & officium Assessoris est finitum. Vincent. de Franch. *decis.* 185. *n.* 3. *versic. Primo quia.* nam finito officio non est amplius assessor, sed priuata persona, vt *ibi* dicitur *n.* 6. Licet verum sit, illa vota Assessorum non habere vim & effectum sententiæ, vt dicit Afflict. *decis.* 303. *n.* 2. qui tamen loquitur ibi de votis tantùm consultiuis, sicut & Vincent. de Franch. *dicta decis.* 185.

Neque obstat si dicatur, iudicem posse suam sententiam mutare quandocunque ante publicationem. Quia non est eadem ratio in iudice, quæ in Assessore. Iudex enim ante sententiæ prolationem non est functus suo officio. Sed Assessor qui non interuenit in prolatione sententiæ, nec sententiam profert. (Imò solus iudex de voto Assessoris quamuis absentis) statim vbi votum suum Iudici, vel Notario causæ remisit, functus est suo officio, & vti priuatus reputatur. Semel enim siue bene siue malè egerit, illius officium expirauit, *leg. iudex posteaquam* 55. *ff. de re iudic. l.* 1. *§. si quis vltrò, ff. de quæstionib.* Et si aliter fieret, multa inconuenientia sequerentur, quæ hic dicere non expedit. Et prædicta mea opinio probatur ex iis, quæ bene ad propositum tradit Carol. Tap. *decis.* 12. *num.* 23. *versic. Quo vero ad allegatas doctrinas.* Vsque ad finem decisionis. Vbi ostendit vota semel remissa mutari non posse. Et sic verum est, Assessorem, qui præuenit tempus sententiæ, votum suum prius in actis causæ remittendo, se ipsum ab vlteriori processura in eadem causa prorsus excludere. Notarius enim cum iam scripserit in actis illam voti remissionem, non potest votum illud alicui restituere, neque actum de tali remissione factum, & scriptum delere in præiudicium partis cui ius est quæsitum.

Ratiu

Ratio autem præcipua est, quia cum iuxta dispositionem Statuti, vota Assessorum non solum sint consultiua, sed etiam deliberatiua, adeo vt Iudex teneatur sequi vota duorum Assessorum, si sint concordes; statim remisso voto ius fuit quæsitum partibus eodem modo quo si lata fuisset sententia per vnum ex pluribus Iudicibus seu Commissariis, vt notauit Tapia *decis. Siciliæ 12. num. 14.* vbi considerat illam differentiam inter vota consultiua & deliberatiua. Et ideo si ageretur de Assessoribus sumptis per Iudicem ex officio, qui secundùm statutum & de iure communi habent solùm votum consultiuum, aut si lis esset mota in locis vbi Assessores non habent votum deliberatiuum, possent illud ante Iudicis sententiam mutare, quia per voti remissionem non esset alicui ius quæsitum, iuxta præfatam Tapiæ distinctionem.

CAPVT XXVII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione per Monitoria Ecclesiastica concessa ad fines obtinendi reuelationes testium, vel restitutionem rerum ablatarum. Ostenditur ex huiusmodi litteris monitorialibus nullam oriri præuentionem. Declaratur an & quomodo præuenta lite principali coram Iudice laico, procedi possit coram Ecclesiastico in specie ad declarationem censurarum, contra non reuelantes, aut falsum reuelantes, vel non restituentes. Et vtrum in præiudicium præuentionis possit procedi coram eodem, vel diuerso Iudice, ad remedium declarationis censurarum in specie. Et multa tractantur circa Monitoria, & reuelationes testium. Maximè ad interpretationem, *Statuti Auenionensis, sub titulo De Monitoriis.* Et vtrum oppositio vnius, retardet publicationem monitorij quoad alios. Quæ sit praxis Monitorialium in Gallia: & vtrum Conseruatores illas concedere possint.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores de materia Literarum monitorialium tractantes.*

2 *Ex literis monitorialibus nulla oritur præuentio.*

3 *Monitoria sunt actus mere extraiudiciales, & ex illis nullum oritur attentatum.*

4 *Monitoria ante litem, vel lite pendente, concedi possunt.*

5 *Qui se opponit monitorio, habet contra se suspicionem mali iuris.*

6 *Quomodo verum sit, monitorium esse actum extraiudicialem.*

7 *Causa monitorij est omnino separata à causa negotij principalis, & qualibet debet currere suo marte.*

8 *Lite pendente super negotio principali, non potest procedi ad declarationem censurarum coram iudice Ecclesiastico contra rem indebitè detinentem,* Sanlegerius de Præuent. Iudic.

tem, in specie, sed solum generaliter contra omnes.

9 *Lite pendente in causa principali non potest procedi contra testes non reuelantes ad declarationem censurarum coram Iudice Ecclesiastico, sed solum generaliter contra non reuelantes.*

10 *Contra testem falsum, falsum reuelantem, potest procedi criminaliter, ad pœnam falsi coram iudice Ecclesiastico, non tamen in præiudicium causæ præuentæ in tribunali Curiæ secularis.*

11 *An liceat variare in præiudicium præuentionis, & recurrere ad remedium declarationis censurarum, in specie.*

12 *Variatio & recursus ad censuras, fieri potest ab eodem iudice ad eundem Iudicem Ecclesiasticum.*

13 *Declarans se possidere iusto titulo res contentas in monitorio, ab illo eximendus est, & reus ad iudicem laicum competentem remittendus.*

14 *Testis declarans se esse promptum dicere veritatem quando iudicialiter producetur, eximendus est à monitorio.*

15 *Explicatur statutum Auenionense* libro secundo Rubric. 33. de Monitoriis, *in causis arduis reuelantes possunt cogi respondere cum interrogatoriis,* ibidem.

16 *Iudex Ecclesiasticus lite nondum capta, & causâ nondum præuentâ per iudicem laicum, potest procedere ad declarationem censurarum contra non reuelantes & non restituentes,* & numero 19.

17 *Laicus efficitur de foro iudicis Ecclesiastici ratione peccati.*

18 *Testes qui reuelarunt vigore monitorij, debent formiter repeti coram iudice Ecclesiastico, dum vult procedere ad declarationem censurarum contra certam personam.*

19 *Refertur praxis quarundam curiarum in hac materia.*

20 *Iudex Ecclesiasticus non sufficit quod preuenerit per concessionem monitorij, sed debet præuenisse per processum declarationis specialis censurarum, aliàs præualebit processus iudicis laici.*

21 *Monitoria & excommunicationes non conceduntur nisi in subsidium.*

22 *Non deuenitur ad denunciationem Ecclesiasticam, pro re iam in iudicium deducta & negata.*

23 *Oppositio vnius aduersus monitorium, facit vt supersedeatur quoad omnes, si opponens deducat exceptionem realem, secus si personalem.*

24 *Explicatur* Decisio Rotæ Auenionensis, 168. *Quæ sit praxis literarum monitorialium in Gallia.*

Conseruatores vel Vicarij Episcoporum vtrum possint decernere monitoria, & quid de vicario Capituli sede vacante.

NON tractamus hîc de monitoriis nisi quoad effectum præuentionis. Qui enim plura de his scire desiderabit, adeat integrum de illis tractatum *Lazary*, nec non Riccium *in Praxi Rerum fori Ecclesiastici, à decis. 267. ad 281. Et in suis decis. dec. 119. te prima, & 69. par. 2.* Costam *de remed. subsidiar. remed. 14.* Anton. Fab. *lib. 4. Cod. tit. 14. de probation. definit. 49. & 54. Et libro 7. titul. 28. de appellat. definit. 22.* Sol. *in constit. antiqu. Sabaud. tit. vt nemo inuitus, gloss. vnic. numer. 6. & sequentib.* Giurb *decis. 94.* Syluam Nuptial. *lib. 3. num. 30. & sequentib.* Praxim Archiep. Neapol. *cap. 1.* Barbos. *de potestate Episc. par. 3.* 1

K 2

par.5.allegat.96. Imbert.Rupell. *in praxi Gallica libro primo cap.62.* Guazzin. *de defenſ.reor.defenſ.18. cap.1.cum alijs per eos citatis.*

Deueniendo itaque ad materiam tractatus noſtri
a † dicimus ex huiuſmodi literis monitorialibus nullam oriri præuentionem iudicis Eccleſiaſtici, vel eius Curiæ, contra alium iudicem cauſæ principalis eiuſve tribunal. Et viciſſim ex præuentione cauſæ & negotij principalis, nullum fieri præiudicium ſeu impedimentum impetrationi, vel curſui monitorialium.

3 Probatur concluſio, quia monitoria iſta ſunt actus merè extraiudiciales, & per conſequens tales vt ex iis præuentio aliqua oriri non poſſit, nec attentatum dici in præiudicium cauſæ pendentis, cum non tendat ad impediendam, ſed ad coadiuuandam cauſam & probationes detegendas, ita determinat Mar. Antonin. *lib.1.vari.reſolut.cap.vlt.caſ.36.* quem citat & ſequitur Laſar. *de Monitor. ſect.4. quaſt.1. num.29.*

4 Vnde quotidie videmus in praxi literas monitoriales tam ante litem, quam lite pendente concedi, prout & in Curia Gratianopolitana ita ſe vidiſſe obſeruari teſtatur Crauet. *conſ.181.num.5.* dicens hoc eſſe fundatum in æquitate: † quia is qui ſe opponit
5 monitorio, habet ſuſpicionem contra ſe. Nam tuto in conſcientia, quorſum attinet ſe opponere, ne currat monitorium? Ita etiam concludit Laſar. *in dict. tractat. de Monitor. ſect.1. quæſtion.18. num.9. & 10.*

6 Sed tamen hæ non ſunt veræ rationes, nam quod monitorium ſit actus extraiudicialis, verum quidem eſt dum obtinetur & publicatur nemine opponente. Sed dum adeſt oppoſitio, certum eſt in ea procedi coram iudice Eccleſiaſtico per modum contentioſæ iuriſdictionis, & iudicialiter. Vera igitur ratio huius concluſionis eſt illa, quæ petitur ex
7 eo quod † Cauſa monitorij, & cauſa principalis, ſunt duæ cauſæ ſeparatæ, & coram duobus iudicibus diuerſis tractantur, & ideo quælibet currit ſuo marte, nec cauſa principalis impeditur per cauſam monitorij, nec è contra. Nam vt aliàs diximus *c.10. n.17.* Litis pendentis & præuentionis exceptio, locum non habet in cauſis particularibus ſeparatis & diuerſis.

8 Aduertendum nihilominus eſt, præmiſſa locum habere, quãdo agitur de impetratione & curſu monitorialium. Aliud tamen eſt ſi, publicato monitorio, & ſubſequutâ excommunicatione, impetrans velit agere contra eum quem exiſtimat rem ſuam iniuſtè detinere, & per teſtium qui reuelarunt depoſitiones eſſe conuictum: & petere eum incidiſſe in cenſuras Eccleſiaſticas. Tunc enim de præuentione agendum eſt. Nam ſi iudex alius, ſeu laïcus, ſeu Eccleſiaſticus, à quo non emanarunt literæ monitoriales, cœperit procedere in cauſa & negotio principali, obſtabit agere volenti coram iudice Eccleſiaſtico exceptio litis pendentis, ſeu præuentionis cauſæ. Per regulam *l.vbi cœptum, ff.de iudic. & l.nulli C.eodem tit.* Non enim debet iudex Eccleſiaſticus ſub prætextu cauſæ incidentis trahere ad ſe totam cauſam principalem, ſed eam debet remittere ad Curiam vbi præuenta eſt, *cap.later.* vbi Panorm. & alij, *Qui fil. ſint legitim.*

9 Idémque dicendum eſt de eo qui non reuelauit, cum tamen ex aliorum teſtium reuelationibus conſtare poſſet, eum aliquid ſciuiſſe de contentis in monitorio. Nam contra hunc non reuelantem non poſſet iudex Eccleſiaſticus lite pendente procedere ad excommunicationem, Lazar. *de Monitorio, ſect.4. q.8.num.13.*

Similiter licèt contra teſtem, qui falſam reuela- 10
tionem fecit, procedi poſſit coram iudice Eccleſiaſtico, adeo vt quidam falſum reuelans condemnatus fuerit ad pœnam fuſtigij in Curia Neapolitana Archiepiſcopali, vt per Prax. Archiep. Neapolit. *d.c.1. n.16.verſic.eſt etiam mente tenendum.* Tamen hoc non exiſtimo fieri poſſe niſi lite principali finita, quia rationes allegatæ, apud Lazar *d.q.8.n.15.* & per Syluam Nupt. *d.lib.3.n.60.* militant etiam in caſu iſto: fieri enim poſſet præiudicium cauſæ principali coram iudice laïco præuentæ, maximè quia omnes reuelantes eſſent formiter examinandi, & repetendi, coram iudice Eccleſiaſtico. Vt fatetur *dicta Prax. Archiep. Lazar. & Sylua Nuptialis.* Quod fieri non poteſt in præiudicium iudicis laïci qui præuenit.

Non obſtant tradita, per Guid.Pap. *quaſt.105.n.3.* 15
vbi dicit fuiſſe licitum actori, derelicta actione in factum, per eum intentata coram Officiali Gratianopolitano pro quodam delicto, redire ad litteras excommunicatorias & monitorias, & facere eas exequi in bonis debitoris excommunicati, attenta renunciatione cauſæ prædictæ per eum facta. Quia quando competunt duo remedia, vnum videlicet ordinarium, & aliud extraordinarium, licitum eſt primò intentato ordinario recurrere ad extraordinarium, ſi per iſtud pinguiùs parti prouideatur, vt concludit Cyn. *in l. etiam, in 4. oppoſit. Cod. ſi tutor vel Curat. interuenerit.*

Quia in caſu *Guid.* agebatur de eodem iudice 12
Eccleſiaſtico, coram quo actio in factum fuerat intentata, nec fiebat præiudicium alteri iudici, nec cauſa transferebatur à iudice laïco ad tribunal Eccleſiaſticum: ſecùs eſt quãdo cauſa fuit cœpta coram iudice laïco, & in præiudiciũ iuriſdictionis & præuentionis, cauſa traheretur ad Curiam Eccleſiaſticam, quod fieri non debet. Iuxta tradita per nos ſuprà *in c.6.de renunciat.litis, n.9. & ſeqq.* atque ita reſpondet Neuizan. *in Sylua nupt.lib.3.n.60.*

Si autem lis nondum cœpta fuiſſet coram iudice 13
Curiæ laïcalis, tunc duo caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt, quando aliquis comparet coram iudice Eccleſiaſtico, de cuius mandato proceditur ad publicationem monitorij, & dicit ſe habere & poſſidere bona vel res contentas, & deſignatas in monitorio, ſeque illas iuſto titulo poſſidere: & hoc caſu non obſtante præuentione facta per viam talis monitorij, remittendus eſt ad iudicem ſuum competentem etiam laïcum, nec de negotio principali cognoſcere poteſt iudex Eccleſiaſticus monitorium concedens, Abb. *in cap.nouit. num.35. de iudic.* poſt quem & plures alios ſic tenuit Lazar. *d.tract. ſect.3. qu.1. num.4.*

Idémque locum habet, quando quis non detinet 14
res in monitorio deſignatas, ſed ſcit aliquid de contentis in eo: nam ſi adeat iudicem qui monitorium conceſſit, & corã eo declaret ſe aliquid ſcire de contentis in eo, & promptum eſſe iudicialiter coram iudice cauſæ principalis deponere, & dicere veritatem; eximendus eſt à monitorio, & remittendus ad iudicem cauſæ principalis qui præuenit in illius cognitione, ſecundùm diſpoſitionem Statuti Auenionenſis, *lib.2.rub.33.*

Circa cuius ſtatuti interpretationem mota fuit aliàs difficultas ex eo quod ibi dicitur, eum qui parêre vult monitorio pro rebus occultis conceſſo, debere coram iudice concedente declarare ſe de contentis in monitorio tale quid ſcire, quod offerat ſe paratum teſtificari coram iudice, qui eum ad teſtificandum vocabit: quo facto, ſit ab eodem monitorio exemptus. Verba enim illa, *tale quid ſcire*, non hoc videntur inferre, vt quis generaliter declarare debeat

ſe

se aliquid scire de contentis in monitorio, sed potius quod debeat declarare in specie, *tale quid scire*, id est res certas & specificas, *leg. talis scriptura, ff. de leg. 1. cum similibus.*

Et sanè si rigorem verborum, potius quam mentem statuentium consideremus, dicendum erit non fuisse satisfactum statuto nisi factâ speciali reuelatione, & designatione eorum quæ ad eius notitiam deuenerunt; Sed si mentem attendamus, contrarium erit dicendum; nam intentio statuti illa fuit, vt obuiaretur fraudibus, quæ passim fiebant circa huiusmodi reuelationes. Remittebantur enim originaliter ipsi parti, quæ testes in sui fauorem reuelantes eligebat, cæteros dimittebat, & occultabat, & dabatur occasio suborrationis testium. † Ad quæ inconuenientia euitanda, dicunt DD. quod in causis arduis non debent recipi tales reuelationes, nisi cum interrogatoriis partis, vt concludit Lazar. *de Monit. sect. 2. q. 3. num. 4.* Praxis Archiepiscop. Neap. *cap. 1. num. 6. versic. seruatur tamen.*

15

Sed melius prouisum fuit per statutum Aueniouen. quod sufficiat declarare se aliquid scire de contentis in monitorio, cuius intentioni non satisfieret, si quis teneretur omnia quæ scit declarare. Alio qui statuti dispositio redderetur inutilis, Atque ita statutum illud interpretata est Rota Auen. apud D. à Laurent. *decis.* 136. Et sic etiam ordinari in Patria Pedemont. testatur Sol. *in constit. Saband. tit. de tribunal. compet. gloss. 4. n. 1.*

16 Secondus casus est, quando nec reus aut possessor aliquis comparet vel testis, & tamen vel reus iniustè res in monitorio designatas detinet, vel testis scit contentorum in monitorio veritatem; & hoc casu lite nondum cœpta coram iudice rei competente, potest procedi coram iudice Ecclesiastico ad declarationem censurarum, & tunc iudex Ecclesiasticus declarabit; Titium v.g. incurrisse censuras in genere, in monitorio contentas, præcipiendo ei in specie sub pœna excommunicationis, vt talem rem restituat, & exeat de peccato. Vel melius, concludi poterit in libello, solummodo quod cogatur ad pœnitentiam, nullam mentionem faciendo de restitutione rei. Nam idem sequetur effectus, & lis erit breuior, cum pœnitere non possit nisi simul rem restituat, vel parti læsæ satisfaciat, vt copiosiùs explicat Neuis. *d. lib. 3. num. 57.* maximè, *in versic. nihilominus.*

17 Et hoc casu laïcus efficitur de foro iudicis Ecclesiastici ratione peccati, cuius cognitio ad laicum spectare non potest, Gratian. *discept. forens. 154. numero 25.* text. & DD. *in cap. nouit. 13. de iudic.*

18 Sed vt iam dictum est, repetendi sunt formiter in hoc iudicio testes coram iudice Ecclesiastico, aliàs fidem non facerent. Neuisan. *dicto numero* 57. Quod tamen in praxi non seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Praxis Archiepisc. *d. cap. 1. n. 17.*

19 Et quamuis apud nonnullos fuerit etiam de huius praxis validitate dubitatum, tamen eam multis rationibus comprobat, & magis veram & piam dicit Mat. Anton. *libro 1. resolut. vltim. vltimo casu.* Vbi respondet ad contraria & de hoc adest decisio: Rotæ 383. *num. 1. part. 1. diuersor.* Sequitur Barbos. *de Episcop. parte 3. allegat 96. n. 44.*

20 Sed quæritur quid iuris, si monitorium fuerit à iudice Ecclesiastico concessum & publicatum, immo & declarata, ac publicè fulminata excommunicatio; sed iudex laïcus, antequam ageretur coram iudice Ecclesiastico ad declarationem censurarum contra non restituentes, vel non reuelantes, præuenerit per citationem contra assertum iniustum detentorem, vtrum præuentio ista impediat quominus iudex Ecclesiasticus procedat in causa specificæ declarationis censurarum? hanc quæstionem non reperio sic in indiuiduo tractatam. Sed tamen concludendum est præualere præuentionem iudicis laïci.

Primo quia ex Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 3.* non potest deueniri ad istud remedium declarationis excommunicationis, nisi in subsidium; quando aliter consultum parti esse non potest. At hîc præsupponimus partem, suam actionem iam coram iudice laïco intentasse. 21

Præterea quia sequeretur, diuersas & omnino contrarias sententias in eodem negotio ferri posse. Quia vnus iudex absolutoriam, alter condemnatoriam sententiam proferre posset, & causæ continentia diuideretur, testésque coram vtroque iudice formiter examinarentur, magnaque sequeretur iudiciorum confusio & perturbatio. † Cúmque iste modus procedendi coram iudice Ecclesiastico nuncupetur Denunciatio iudicialis priuata, non poterit ad eam deueniri pro re iam in iudicium deducta & negata, vt dicit Abb. *in d. cap. nouit. de Iudic. n. 53.* Et fatetur Anton. *dicto casu vlt. in fine, versic. tum quia ex simplici negatione.* 22

Vltimo loco notandum est, quod si aduersus monitorium aliquis se opposuerit, & ad oppositionem admissus fuerit, dubitatum alias fuit vtrum oppositio illius faciat, vt supersedeatur in publicatione monitorij quoad omnes alios? In qua dubitatione fuit resolutum per Rotam Aueniouensem *decis.* 168. Quod si vnus fuerit admissus ad oppositionem aduersus monitorium, supersederi debet in illius publicatione, tam quoad illum, quam quoad alios omnes. Sed ego distinguendum esse existimo: nam aut ille qui se opponit aduersus monitorium, opponit exceptionem aliquam personalem, veluti si dicat se non teneri reuelare, quia est consanguineus, vel quia est Aduocatus partis, vel illius consilium, de quibus Giurb. *decis. 94. n. 15. & seqq.* & hoc casu si pars quæ monitorium impetrauit declaret se consentire, vt talis se opponens eximatur à monitorio, hoc casu si nullus alius se opponat, procedetur ad publicationem monitorij contra omnes alios. Quia illa exceptio non fuit opposita ad impugnãdum totum monitorium, sed tantum ad certum particularem effectum, nempè ad hoc vt ille, qui se opponit, eximatur à monitorio, & ita exceptio illa opposita ad certum effectum non debet ad alium extendi: Rot. *dec. 256. n. 3. p. 2. recent.* & cum sint diuersæ personæ, & diuersa iura ac omnino separata, non potest propter iura distinctum, & nullo modo connexum supersederi, quoad alios in publicatione monitorij, & in effectu hoc voluit, Rot. *d. decis.* 168. maximè *n. 9.* 23

Aut vero oppositio fundata est in aliqua exceptione, quæ totum ipsum monitorium respiciat potius quam personam, veluti si fuerit oppositum, monitorium continere diffamationem, vel agi de rebus notoriis, de quibus constet per instrumenta publica, quo casu monitoria non conceduntur, tunc oppositio vnius facit, vt supersedeatur quoad omnes. Et in his terminis huius posterioris casus loquitur & procedit *dicta decis.* 168. 24

Notandum autem est, prædictam praxim non habere locum in Gallia, vbi modus procedendi est valde diuersus, nec Iudices Ecclesiastici de præuentione cum Iudicibus laïcis regulariter contendere solent in causis monitoriorum. *Primò* enim, in Gallia, monitiones ipsas atque censuras, communis seu

obseruantia, seu corruptela, de Ecclesiastica disciplina in ciuile forum traduxit, & promiscuo vsu neruos eius corrupit, vt dicit Argentr. *in consuetud. Britann. artic. 6. not. 2. num. 1.* Et quod plus est, semel mota lite, non nisi Iudicis ciuilis, apud quem lis pendet, licentia concessa monitorium obtineri potest. Quod de illis litteris intelligendum est, quæ *in forma malefactorum* nuncupantur. Quæ enim ad restituendas res pertinent, aduersus laicos minimè conceduntur. Et si quis aduersus istarum literarum exequutionem se opponit, iudicem laicum adeundum volunt: vt *ibidem* Argentr. *num. 2.* obseruat. Quæ omnia sunt contra dispositionem Sacri Concilij Tridentin. *sess. 21. de reformat. cap. 3.* quo cauetur, vt similes excommunicationes & monitiones à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur. Quamquam de iure, etiam Legatus monitoria concedere possit; vt probat Lazar. *de Monitor. sect. 1. quæst. quinta, num. 2.* Potest etiam de iure monitiones istas concedere Vicarius Capituli, Sede Vacante, vt Sacr. Cardinalium Congregatio declarauit *die 14. Augusti, 1586.* teste Lazar. *in d. tract. de monitor. q. 7. num. 1.* Sbrozz. *de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 171. n. 5.* A Vicario autem Generali monitoria concedi non possunt, nisi ad id specialem ab Episcopo habeat facultatem, Sbrozz. *ibid. num. 6.* Conseruatores autem Iudices monitoria concedere non posse, nisi inter sibi subditos, censuit Chopin. *de Sacra Polit. lib. 2. cap. 5 num. 11.* vbi etiam asserit inter ipsos quoque priuilegiatos, non principaliter, sed incidenter ab huiusmodi Conseruatoribus monitoria concedi posse, quod Gallicorum Tribunalium præiudiciis confirmat.

CAPVT XXVIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis militaribus, quando Miles est actor vel reus, descriptus in matricula, vel non descriptus; existens in actu expeditionis, vel ad eam paratus; prorogans iurisdictionem Iudicis non militaris; negotiationem exercens, aut in aliena prouincia existens. Quæ dicantur delicta militaria. De delictis militaribus commissis in mari, vel in terra firma, in loco tamen destinato ad exercendam iustitiam maritimam. De præuentione inter Magistrum Militum, & Præfectum Generalissimum, & inter Audientiam generalem Exercitus, & Capitaneum Generalem triremium. De delictis commissis in loco custodiæ vulgo, *Corps de garde.* De delictis commissis inter militem & militem, & inter militem & non militem. De remissione delinquentis ad locum delicti. Vtrum Miles, Scholasticus, vel Magistratus temporalis, gaudeant fori priuilegio pro litibus antea cœptis. De eo qui miles factus fuit in fraudem. Et exceptio temporalis superueniens lite pendente an & quando suffragetur. Miles non opponendo suum priuilegium sibi præiudicat. Quid dicendum sit de milite falsum deponente coram Iudice non militari. De Pœna militis, seu Capitanei, cui custodia fortalitij demandata fuit, & illud culposè inimicis capiendum reliquit. Et ad quem iudicem illius causæ cognitio spectet.

SVMMARIVM.

1 *Non datur preuentio fauore militis actoris contra reum non militem.*
2 *Miles reus coram iudice militari in causis ciuilibus conueniendus est.*
3 *Milites non gaudent priuilegio fori nisi sint actu milites & descripti in matricula.*
4 *Matricula sine exercitio nullum dat priuilegium.*
5 *Miles potest prorogare iurisdictionem iudicis non militaris, quia priuilegium illi datur non ratione dignitatis, sed ratione exercitij, vt suprà,* numero 4.
6 *Miles efficitur ciuis loci in quo meretur stipendia,* & num. 23.
Vtrum Iudex non militaris possit procedere contra militem in suo tribunali falsum deponentem.
Quid si miles aut priuilegiatus exceptionem suam declinatoriam non proposuerit.
7 *Militi licet non sint in actu expeditionis, si tamen sint semper parati cum armis & equis vt seruiant in bello, gaudent priuilegio fori.*
8 *Iudex non militaris, potest carcerare militem, animo illum remittendi ad suum iudicem.*
9 *Milites negotiatores non gaudent priuilegio fori, in rebus concernentibus negotiationem.*
10 *Milites negotiatores debent conueniri coram iudicibus illius artis quam exercent.*
11 *De Conseruatoribus nundinarum Lugdunensium. Remissiuè.*
12 *Iudex militaris solus iudicat super delictis militaribus.*
13 *Quid sit procedere more militari.*
14 *Præuentio non datur contra iudicem militia, quamuis miles repertus fuerit in prouincia.*
15 *Milites alterius prouinciæ remittendi sunt ad locum delicti.*
16 *Delicta militaria dicuntur quæ à milite tanquam milite committuntur.*
17 *Delictorum militarium exempla plurima afferuntur.*
18 *In Gallia iurisdictio iudicum militarium valdè mutila est.*
Qui habet Castri custodiam, & illud cum culpa permisit capi ab aduersarijs, qua pœna puniendus sit & ad quem spectet cognitio.
19 *Acta facta coram iudice non militari circa delicta militaria nullam fidem faciunt.*
20 *Milites qui parati sunt ad recedendum & proximè sunt ituri ad exercitum, habentur pro actu militantibus, & gaudent priuilegio fori.*
21 *Iurisdictio militaris locum habet etiam in expeditione maritima.*
22 *Rex debet purgare à malis hominibus mare adiacens regno suo.*
23 *Qui militia nomen dederunt sortiuntur forum in loco vbi stipendia recipiunt,* & num. 6.
24 *Statutum loquens de forensibus non comprehendit milites stipendiatos.*

25 *Non*

25 *Non conceditur remissio delinquentis in mari, si delinquens non fuerit prauentus per capturam.*
26 *Delictum commissum in terra & in loco destinato ad exercendum iustitiam maritimam, tractari debet coram iudice maritimo.*
27 *Præuentioni locus est inter Magistrum militum & Præfectum generalissimum.*
28 *Audientia generalis exercitus non potest præuenire Capitaneum generalem triremium in delictis maritimis militaribus.*
29 *Concessa vni iurisdictione generali, & alteri speciali, de rebus in eodem genere contentis, præuentioni locus est inter tales iudices.*
30 *Locus est præuentioni, inter iudices militares, & non militares in criminibus non militaribus, grauibus & enormibus.*
31 *In criminibus non militaribus leuibus iudex ordinarius cognoscit, sed tenetur causam remittere ad Magistrum militum.*
32 *Quando agitur de graui crimine, reatus omne priuilegium excludit.*
33 *In delictis verè militaribus, non est locus præuentioni.*
34 *Delicta commissa in loco custodiæ, vulgo* Corps de garde, *pertinent ad Iudicem militum, nec est locus præuentioni, si miles ibi deliqueri.*
35 *Duces exercitus ibi habent territorium vbi est illorum exercitus.*
36 *Quenam dicantur delicta grauia, & quæ leuia. Remissiuè.*
37 *Si dubitetur an delictum sit militare, vel non, cognitio spectat ad Magistrum militum.*
38 *Si agatur inter militem & non militem quis iudex in causa procedere debeat? Miles non admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur.* Ibidem.
39 *Si sit mutua rixa inter militem & non militem, quis iudex debeat procedere.*
40 *In Gallia iudex militaris quomodo procedat, dum agitur inter militem & non militem.*
41 *Delictum commissum à non milite intra locum custodiæ, pertinet ad Iudicem militum.*
42 *Remissio conceditur ad iudicem loci delicti quando iudices sunt sub eodem Principe.*
43 *Miles effectus post delictum, non gaudet priuilegio fori,* & num. 48.
44 *Explicatur textus in* l. qui cum vno §. reus ff. de re militar. & *num.* 55.
45 *Scholasticus effectus post litem motam gaudet priuilegio,* & num. 56.
46 *Magistratus temporalis gaudet priuilegio fori etiam quoad lites cœptas ante delatum officium.*
47 *Exceptio quæ superuenit lite pendente, potest opponi quandocunque.*
49 *Præuentio in causis dubijs multum iuuat.*
50 *Miles factus sponte & in fraudem, non gaudet priuilegio fori.*
51 *Legatio affectata in fraudem, non præiudicat præuentioni.*
52 *Priuilegium post litem proueniens ex facto voluntario, non suffragatur.*
53 *Miles fraudans, absoluitur à Sacramento militiæ, instantibus creditoribus.*
54 *Miles effectus post condemnationem, puniendus est à iudice ordinario.*
57 *Differentia inter militem & clericum, quoad forum, ratio explicatur.*
58 *Ratio differentiæ inter magistratum & militem circa præuentionem.*
59 *Exceptio temporalis, superueniens lite pendente, suffragatur.*
60 *Exceptio superueniens in persona defensoris, non suffragatur principali.*
61 *Exceptio peremptoria, suffragatur, quamuis superueniat lite pendente.*
62 *Exceptio personalis voluntaria & procurata non nocet præuentioni.*

VASTIO est consideratione digna, an & quomodo iudex ordinarius cognoscere possit de causis militum, vel illas præuenire in præiudicium Capitanei generalis, vel Auditoris ipsius militiæ. Quamuis autem hæ circa præuentionem controuersiæ, vt plurimum ex instructionibus, & authoritate data Præfectis militum dependeant, nos tamen iuxta iuris communis dispositionem loquentes, pro huiusce quæstionis resolutione sequentes statuimus conclusiones.

Prima Conclusio. Nulla datur præuentio fauore militis actoris contra reum non militem, sed reus non miles coram suo iudice ordinario conueniendus est, ex generali regula, quod actor sequitur forum rei. Nam vt ait Cuiacius *in paratit. sub tit. de offic. militar. iudic.* militares iudices sunt quibus non inter priuatos, aut inter militem & priuatum reum, *leg. 2. cod. tit. de offic. milit. iudic.* sed inter milites, aut inter priuatum actorem & militem reum iurisdictio est. 1

Secunda Conclusio. Milites in causis ciuilibus coram iudice militari sunt conueniendi, text. est apertus in *l. penult. Cod. de iurisd. omn. iudic.* in illis verbis, *etiam ciuilium quæstionum*, & tradit Cyriac. Niger, *controuers.* 448. *num.* 61. Milleus *in prax. crim. persequent. in tit. de fori præscriptione, num.* 17. *fol. mihi* 94. *verso.* 2

Tertia Conclusio. Priuilegium fori non est militibus concedendum qui nomine tenus sunt milites, sed actu militiam non exercent, quamuis essent matriculati, ideo ad hoc vt miles fori priuilegio gaudeat, debet actu militiam exercere, & præterea descriptus esse in matricula, de Poote *in tract. de potest. Proregis, titul. de assess. Regio, sect.* 1. 7. § 7. *num.* 34. & *sequentib.* † Et matricula sine exercitio nihil operatur; Vincent. de Franch. *decis.* 481. & sic priuilegium fori conceditur ratione exercitij, non ratione dignitatis: vnde non exercentibus & actu non militantibus conuenire non potest, iuxta distinctionem allatam à Menoch. *cons.* 908. *num.* 22. *versic. postquam,* & quod milites non matriculati, vulgo *enroollés*, non gaudeant fori priuilegio, tradit Giurb. *cons.* 59. *n.* 73. 77. & 114. Farinac. *consil.* 4. *num.* 9. Mastrill. *de magistratib. lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 5. 3 4

Quod intellige procedere in militibus exceptionem declinatoriam fori proponentibus: nam si illam non proponant; valebit iudicium coram iudice ordinario loci institutum. † Ratio est, quia milites efficiuntur ciues illius loci in quo merentur stipendia, & per consequens ibi forum sortiuntur, Cyriac. *d. controuers.* 448. *num.* 64. & per hanc rationem ita tenet Castrens. *in d. l. penult.* super illis verbis text. *nisi à suo iudice.* Et propterea Miles, si coram Iudice non militari falsum deposuerit, potest idem Iudex non militaris contra militem in causa falsitatis procedere, & militem punire: vt determinat Carleual. *de iudic. tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *num.* 478. Quod multo magis locum habet, quando Iudex offensus præuenit per capturam; vt probat Sanfelic. *decis.* 150. *num.* 15. vbi ampliat vt hoc procedat, etiam si miles esset 5 6

esset adscriptus inter milites:vt per eundem *num.* 16. Neque opponi potest quod miles expressè vel tacitè fori priuilegio renunciare non possit. Quia contrarium verius est, vt mox probauimus. Distinguendum quippe est vtrum renunciatio fori per militem facta, sit voluntaria, & sponte per eum facta, & tunc verius est militem suo priuilegio expressè renunciare non posse. An verò agatur de renunciatione facta per contractum, vel delictum, & hoc casu potest se miles alienæ iurisdictioni supponere, non tam ex ipsius militis voluntate, quàm ex legis dispositione, quæ vult vt ille Iudex coram quo delictum in consequentiam causæ suæ commissum est, de ea causa cognoscat. Ita loquitur Larrea *alleg.* 64. *num.* 14. Sic miles coram Iudice ordinario suam exceptionem declinatoriam non proponens, potestate legis cogitur litigare coram Iudice non militari: Castrens. *dicta l.penult.C.de iurisdict.omn.iudic.* Vbi idem locum habere dicit in Scholari, qui licèt possit petere se remitti ad Rectorem Vniuersitatis, si tamen suam declinatoriam non proposuerit, cogitur coram Iudice Ordinario litigare; vt diximus *in sequent. cap.num.* 14. Hæc de milite dicta, non eadem ratione procedunt in Clerico, falsum deponente coram iudice laico: vt probauimus inferiùs *part.* 2.*cap.* 27. *num.* 1.

7 Quarta Conclusio. Eodem priuilegio fori fruuntur illi milites, qui licet non sint in actu expeditionis, tamen sunt semper parati cum armis & equis, vt seruiant in bello ad omne mandatum superioris, nam hi continuo militant, Mastrill. *de magistratib. d.lib.*5.*c.*16.*n.*5.Cyriac. *contron.*201.*n.*114. Gratian. *discept.forens.c.*186. *n.*27.& 28.

8 Quinta Conclusio. In delictis quorum cognitio priuatiuè spectat ad iudicem militarem, potest nihilominus iudex ordinarius loci procedere ad capturam & arrestatioem personæ militis, animo illum remittendi ad suum iudicem militarem; ita determinat Salgad. *in tract.de Reg.protect. part.*2. *c.*4. *n.*14. per text.gloss. & DD. *in l.de militibus, & in leg. non dubium ff.de custodia reorum.*

9 Sexta Conclusio. Si ageretur de milite negotiatore, qui litigaret super re concernente suam negotiationem, talis miles non deberet gaudere priuilegio fori, nec aliis militum priuilegiis, sine per seipsum huiusmodi exercitio vacet, siue per alios; Gratian. *d.cap.*186. *num.*24. & ante eum Bald. *in leg.in testamento,in fin.Cod.de testament.militari*, Bartol. & Bald. *in leg.*1.*Cod. in quib.caus.milit.person.&c.*Martin.Laudens. *in tract.de milite,quæst.*5. Caball. *resol.*

10 *crimin.* 294. *num.*258. Vbi asserit † debere hoc casu militem conueniri coram iudice illius artis seu ne-

11 gotiationis, si talis deputatus fuerit, † veluti in ciuitate Lugdunensi coram regio nundinarum iudice, de cuius auctoritate multa tradit Robert. *lib.* 2. *rerum iudicat. cap.*16. Eandemque conclusionem firmat de Ponte *in d.tract.de potestat.proregis,tit. de assess.reg.§.*7.*n.*17. & *ibi* Add.*n.*18. Rebuff. *in tract.de militib.num.*9.

12 Septima Conclusio. Quando tractatur de delicto, & causa criminali: si agatur de delicto militari, iurisdictio & facultas procedendi, condemnandi, vel absoluendi, ac in totum decidendi, pertinet ad iudicem militarem, vt in omnibus procedat secundum suæ auctoritatis modum; id est more militari, *l.officium regentis* 12. *§.officium tribunorum, ff. de re mili-*

13 *tar.* † quod ibi explicat Gloss. id est *militaribus modis*, & Caball. *dicta resolution. criminal.* 294. *numero* 262. explicat procedi ex bono & æquo, & diebus etiam feriatis; maximè dum agitur de defensione reorum, Ferret. *in tit. de militar.iustitia,numero* 78.

Quod adeo verum est, vt etiam si miles delin- 14
quens fuerit repertus in prouincia, non detur præuentio inter iudicem ordinarium, seu Rectorem prouinciæ, & iudicem militiæ, sed miles ipse remittendus sit ad militum Magistrum, seu Auditorem generalem militiæ: *l.*1. *C. de exhibend. reis*, vbi dicitur quod si miles in prouincia repertus crimen publicum commiserit, rector prouinciæ illum sub custodia detinere debet, & causæ meritum, id est, acta criminalia facta super probatione delicti mittere ad Magistrum militum, vna cum persona militis delinquentis si opus sit, & in *l. de militib. de custodia & exhibitione reorum.* Vbi dicitur milites remittendos esse ad Magistrum militum, sub quo militabant, & *in l.fin. ff.de accusat.* Vbi etiam † dicitur milites al- 15
terius prouinciæ remittendos esse ad locum delicti, quod intelligendum est de iudice competenti, & sic, de iudice militari dum agitur de delictis militaribus, Farinac. *consil.*4.*num.*17.& 18.

Delicta autem militaria sunt quæ solis militibus 16
conueniunt, & quæ in aliis non essent delicta, de quibus copiosè Iulius Ferret. *in tract. de re militari, titul.de milit.Iustit.* ferè *per totum*, & Caball. *resolut. crimin.*294. *num.*87. *& sequent.* oportet autem vt delicta sint talia, quæ à milite tanquam milite committantur; nam si tanquam à priuato, non essent militaria, *leg.*2.*ff.de re milit.* Caball. *d. Resolut.* 294. *numer.*72. Vincent. de Franch. *dicta decis.* 88. *num.*2.& 3.

Delictorum militarium exempla plurima afferun- 17
tur à Mornac. *in tit. C.de offic. præfect. milit.* Veluti delicta omnia quæ à militibus, vel in castris, vel in statione, aut illuc eundo & redeundo, committuntur. Item si miles sine commeatu exercitum reliquerit. Item si agatur de exploratoribus, proditoribus, desertoribus, & transfugis. Si alicuius nomen ex albo iniustè sublatum fuerit, & in casibus similibus; † quamuis in Gallia mutilam planè esse 18
hanc iurisdictionem asserat, maioremque eius partem vel à magno Consilio, vel à Iuridico Parisiensi vendicari.

Inter alia autem delicta militaria hoc notandum est, quod tangit Custodem Castri à Rege deputatum, qui si Castrum dereliquerit, & ab inimicis capi permiserit, morte dignus existimatur: vt optimè discurrit Tapia *decis.*13. quæ est pulchra & notabilis, vbi multa proponuntur, propter quæ Præfectus Castri fuit liberatus à pœna mortis; sed tamen fuit confinatus & reclusus vita durante intra Castrum sibi ad id assignatum. In hoc igitur delicto, quæsitum fuit apud quem Iudicem spectet cognitio: sed quidquid *in eadem decisione* arguatur in contrarium, verissimum est in similibus casibus consulendam esse Regiam Maiestatem: prout in casu *dictæ decisionis* factum fuit.

Quæ adeo vera sunt, vt acta facta coram ordinario 19
circa delicta militaria, nullam prorsus fidem faciant. Salicet. *in l.*1.*C.de exhibend.reis, num.*6.

Ampliatur dicta conclusio, vt locum habeat non 20
solum in militibus, qui sunt in exercitu; sed etiam in illis, qui proximè sunt recessuri, vel qui parati sunt ad recedendum & eundum ad exercitum, & ita intelligenda sunt ea quæ diximus suprà *num.* 9. de militibus non militantibus, & quæ de illis tradit Viuius *decis.*254. *num.*1. & Giurb. *d. cons.*59. *n.*80. *in* 2.*responsione,& n.*107.

Ampliatur prætereà dicta conclusio, vt procedat 21
in iurisdictione maritima, de qua in *tit. de classi cis.* *lib.*

lib. 11.*tit.* 12. vbi Luc.de Penna, Caball. *cent.* 3.*resol.*
crimin. 194. *n.* 177. Laudens. *in tract. de milite, q.* 32.
Mastrill. *de magistratibus lib.* 5.*cap.* 16.*n.* 20. Siue de-
lictum fuerit commissum in mari, & intra triremes
22 regias, siue in terra firma, † quia sicut Rex debet pur-
gare à malis hominibus regnum suum, *l. congruit,*
ff. de offic. præsid. ita & mare vicinum & adiacens re-
giro suo, vnde sic etiam Bartol. per text. *in leg. Cæsar.*
ff. de public. & vectigalib.

23 Sed hoc est verum ratione delicti intra regias tri-
remes commissi, etiam si delinquens esset alterius
prouinciæ oriundus: quia qui militiæ nomen suum
dederunt etiam si essent extranei, facti fuerunt sub-
diti, & ciues illius loci vbi stipendia recipiunt, *leg.*
municeps, 23.§.*miles, ff. ad municip.* & *ibi* gloss. & Bart.
Peregr. *cons.* 72.*num.* 1.*volum.* 5. vbi propterea con-
24 cludit, † quod statutum loquens de forensibus non
comprehendit milites, qui stipendia recipiunt: Lau-
dens. *de milit. q.* 30. Cyriac. Niger, *dict. controu.* 448.
num. 64. Iul. Ferret. *dicto capite de milit. iustit. n.* 39.
versic. & conuenire.

25 Quod procedit si delinquens in mari, fuerit re-
pertus & præuentus per capturam. Nam si non fue-
rit repertus, non debet illius remissio concedi, Luc.
de Penn. *in leg. vnica, Cod. de classicis, lib.* 11.*tit.* 12.
26 *vers. quod videtur verum.* † Eadem ratione si delictum
fuerit commissum in terra, & in loco destinato ad
reddendum ius illis, qui in regiis triremibus mili-
tant, Ioan. Andreas Georg. *alleg.* 48.*per tot.*

27 Vbi etiam *num.* 15. ostendit † inter Magistrum
militum, & Præfectum generalissimum locum esse
præuentioni: quia ambobus concessa est iurisdictio
cumulatiuè, per text. in *l. fin. C. de re milit. lib.* 12. Su-
28 stinet nihilominus *num.* 5. quod † Audientia gene-
ralis exercitus non potest præuenire Capitaneum ge-
neralem triremium in puniendis militum delictis
commissis in triremibus, vel in loco ad iustitiam pro
ipsis reddendam destinato, ex regula generali pro-
posita per Iacob. de S. Georg. *in l. cum prætor* 12. *ff.*
de iudic. quod quando vni fuit concessa iurisdictio
generalis, alteri vero concessa fuit iurisdictio spe-
cialis contenta sub illo genere, cessat iurisdictio ge-
neralis; Quamuis ego existimem fundamentum
Georgij petitum ex præuentione melius, & solidius
29 esse. † Cum verius sit, concessa alicui iurisdictio-
ne generali, & alteri speciali de rebus in eodem
genere contentis, non censeri derogatum iurisdi-
ctioni generali, sed inter tales iudices locũ esse præ-
uentioni, ex traditis per *Menoch.* qui id optimè ex-
plicat & tuetur, *lib.* 2.*præsumpt.* 18.*n.* 15. *& vlt. casu*
à n. 25.*vsque ad* 31. Ricc. *p.* 1.*decis.* 69.*n.* 11.

Sed de concursu & præuentione inter plures iu-
dices ex professo superius actum fuit, *c.* 1.*per totum.*

30 Octaua Conclusio. Quando agitur de delicto
quod commune est tam militibus, quam aliis, & sic
de crimine non militari, veluti de homicidio, furto,
damno dato, & similibus, illius cognitio spectat ad
iudices ordinarios, aut saltem inter ipsos & iudices
militares locus est præuentioni, quando delictum
de quo agitur est graue & enorme, vt decisum fuit
apud Vincent. de Franch. *decis.* 88.*per totam,* Caball.
loco citat n. 254. Aloys. de Leo *in l. Magisteria, C. de*
31 *iurisdict. omn. iudic.* † Si vero delictum non militare
sit leue, & non enorme, iudex ordinarius de eo co-
gnoscit quidem, sed tenetur remittere reum ad Ma-
gistrum militum, Franch. *ibid. n.* 2.*& n.* 16.*versic. hac*
32 *causa.* † Ratio differentiæ est, quia reatus omne pri-
uilegium excludit, dum agitur de graui crimine: Sa-
lic. *in l. si miles* 1.*C. de exhibend. reis.*

33 Sed in delictis militaribus non cadit hæc distin-
ctio delicti grauis, aut leuis; sed indistinctè causa spe-
ctat ad iudicem militiæ, nec est locus præuentioni,
Georg. *d. Allegat.* 48. *num.* 2.*&* 3. Giurb. *d. cons.* 59.
n. 97. 103.*&* 108.

Supradicta procedunt in delictis commissis extra 34
arcem, fortalitium, vel locum ad custodiam destina-
tum, vulgo, *Corps de garde:* si enim in illis locis mi-
lites deliquerint, à solo Auditore militiæ, vel militũ
Præfecto erunt priuatiuè puniendi, nec locus erit
præuentioni: Boss. *in praxi crim. tit. de for. comp. n.* 4.
licet Salic. *in d. l. magisterie,* teneat contrarium, quan-
do locus delicti subest iurisdictioni Præsidis prouin-
ciæ. † Ampliatur etiamsi exercitus esset extra terri- 35
torium, quia Duces exercitus ibi habere dicuntur
territorium, vbi est illorum exercitus, Bart. *in l. pu-*
pillus, §. territorium, ff. de verbor. signific. Bald. *in l. præ-*
ses 2.*n.* 3. & *ibi* Doctores, *ff. de offic. præsid.* Caball. *d.*
resol. 294.*n.* 272.*& sequent.*

Quænam autem delicta dicantur enormia & gra- 36
uia, & quæ leuia tradit copiosè Farinac. *q.* 18.*n.* 61.
& multis sequentibus.

Sed si dubitetur an delictum sit militare, vel non 37
militare, cognitio spectat ad Magistrum militum:
Boss. *de for. compet. n.* 151.*& seqq. versic. & cui spectet*
cognitio. Caball. *num.* 192.

Supradicta locum habent si agatur inter militem 38
& militem, nempe quod iudex militaris procedat
iuxta distinctiones & regulas prædictas. Sed si aga-
tur inter militem & non militem, quis procedet, an
iudex ordinarius, an militaris? Respondeo si agatur
de milite querelante contra non militem, & deli-
ctum non sit militare, procedet iudex ordinarius ex
dicta regula generali quod Actor sequitur forum rei;
si de milite accusato per non militem, procedet iu-
dex militaris iuxta formam ante dictam, & cum di-
stinctione delicti grauis vel non grauis, vt mox osté-
dimus. Intelligendo tamen si miles suam vel suorum
iniuriã prosequatur, alias accusare nequit: *l. non pro-*
hibentur, C. qui acc. non poss. Rebuff. *de milit. num.* 50.

Si vero adsit mutua querela inter militem & non 39
militem, licet Mastrill. *d. lib.* 5.*c.* 16.*n.* 22. dicat iudi-
cem non militem debere procedere, vel saltem am-
bos iudices; tamen existimo inspiciendum esse quis
fuerit aggressor, & quis magis grauatus; iuxta distin-
ctiones & regulas supra deductas *in cap.* 16. Ita vt
si miles magis sit grauatus, habeatur pro reo; sin mi-
nus, vices habeat actoris, & coram iudice non mili-
tari ordinario reum conuenire teneatur.

In Gallia tamen cessat supradicta distinctio in- 40
ter militaria delicta grauia & leuia, sed indistinctè,
si inter milites admissum sit crimen, atque à milite
in militem, tunc cognoscit dux militum, quæcum-
que vertatur criminum quæstio, secus si non inter
milites, sed à non milite in militem, tunc enim cog-
noscit iudex Regius, vt aduertit Mornac. *ad d. l. magi-*
steria 6.*C. de iurisd. omn. iud. & in tit. de offic. militar.*
Iudic. quò loci explicat iuxta ordinationes Regias
quæ dicantur delicta militaria.

Quod si priuatus aliquis, qui non sit miles, deli- 41
querit intra locum custodiæ destinatũ, vulgo *Corps*
de garde, existimo Capitaneum seu Præfectum ge-
neralem militiæ procedere posse, & eius Auditorem
seu officialem habere iurisdictionem ratione loci
in quo delictum factum fuit: *l.* 1.*C. vbi de crimin. agi*
oport. Georg. *d. alleg.* 48.*n.* 6.

Et maximè, quia hoc delictum respicit aliqua ra-
tione militiam ob varia inconuenientia, quæ oriri
possent; si in loco ad custodiã destinato rixæ & que-
relę passim excitarentur: vnde cum ambo iudices sint
non solum sub eodem Principe, sed sub eodem

Præside & in eǎdem ciuitate, verius videtur ratione talium delictorum remissionem instè peti posse, ad
42 instar illius † remissionis quæ petitur ad iudicem loci delicti, Farinac. *de Inquisit. quæst.7. nnmer.15. & 59.* Barbos. *in l.heres absens,19.§.proinde, in art. de foro delict. num.131.*

43 Nona Conclusio. Si iudex ordinarius non militaris præuenerit antequam miles fuerit militiæ adscriptus, non potest militum Magister, seu militiæ Auditor in causa præuentis procedere:per tex.expressum *in l.si quis posteaquam 7.ff. de iudic.* vbi dicitur quod si quis posteaquam in ius vocatus fuit, miles vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi forum non habebit quasi præuentus.

44 Circa cuius legis intelligentiam multum laborant Doctores,per text.in *l.qui cum vno,§.reus,ff.de re militari.* Vbi dicitur quod reus capitalis criminis, voluntarius miles, puniendus est,nec remittendus vbi reus postulatus est. Ex quo textu videtur concludendum quod etiamsi quis fuerit factus miles post accusationem contra eum institutam coram iudice ordinario, talis præuentio nihil operatur,sed causa remittenda est ad iudicem militiæ.

Quod videtur confirmari ex eo quod superius *c.9. num.*14.de Clerico diximus,qui post litem motam ad clericatum promotus fuit. Similiter dubium facere
45 videtur quod traditur à Doctoribus † de eo qui post litem motam factus fuit Scholasticus, quod non obstante præuentione causæ facta coram iudice ordinario, potest nihilominus talis sic præuentus petere causam remitti ad suum iudicem, nempe ad Dominum Rectorem Vniuersitatis, quem nos Primicerium nuncupamus, vt dicit Bald. *in authent.habita, C.ne filius pro patre,n.35. versic. Vltimo oppono, & in d.l.si quis posteaquam.* Bolognio. *in dicta auth. habita, n.220.versic. Sed videtur quod index,* Horat. Luc. *de priuileg.Scholarium,priuil.66.*

46 Præterea videtur in contrarium facere quod dicitur de Magistratibus, quia certum est quod ille qui promotus fuit ad officium temporale durante illo officio non potest in ius vocari, nec reus aut actor esse,per text.in *l.pars literarum 48.* & ibi Angel. Iacob.à sancto Georg.& alij, *ff.de iudic.*Soc. *in tractat. de citat.art.5.q.17.& in 1.fallent.& in regulis iuris litera M, Fallent.*15. ponens regulam cum limitationibus *in l.s.n.1.& sequent.ff.de in ius vocando,* & copiosè Mastrill. *de magistratibus lib.6.cap.5.n.9.& multis sequentib.& in decis.*370.n.35.& 37.

Sed tamen si Magistratus,seu Dignitas temporalis superueniat post litem contestatam, fruitur nihilominus Magistratus priuilegio suo, non obstante præuentione iudicij facta per litis contestationem & prosequutionem, vt decisum fuisse testatur Cabed. *decis. Lusitan.*54.& 55. & est textus in *l.si reus 12.ff.iudicatum solui,*argumento sumpto à contrario sensu,quia ibi dicitur,quòd si quis dederit fideiussores de iudicatum soluendo, postea vero Magistratum consecutus fuerit, fideiussores tenentur,& condemnari possunt,quia priuilegium personale competens Magistratui,non extenditur ad illius fideiussores. Et sic constat quod si reus comparuerit,& fideiussores non dederit de iudicatum soluendo, habet priuilegium ne conueniatur pendente magistratu,non obstante litispendentia,& præuentione,vt dicit Castrens. *in ead.l.n.1. versic. istud facit.* Et tradunt alij Doctores *in eadem l.si reus.*

47 Quintò, quia exceptio superueniens quomodocumque, lite pendente : potest opponi, Bartol. *in leg.1. num.9.in fin. ff. de except.* Didac. *in cap. fin. vt lite pendente.* Felin. *in cap. insinuante 25. column.3. num.8.de offic.deleg.& in cap.pastoralis,num.16.extra. de except.*

Sed his non obstantibus vera est conclusio superiùs firmata,nempe quod miles effectus post litem contestatam non gaudet priuilegio fori propter claram dispositionem text.in *d.l.si quis posteaquam 7.*ad quam nihil respondeti posse existimo. 48

Sed aduertendum est quod Caball. *resol.*147. videtur inclinare,quod delicta ante militiam commissa remittantur ad iudicem militiæ,& quod attendatur tempus condemnationis tam in iudicando, & iurisdictionem acquirendo;quam in procedendo,& non posset intelligi de delicto militari;quia supponit illud ante militiam esse commissum.

Sed id quia in capitibus militarium legionum cauebatur, quod omnes causæ criminales militum coram iudice militiæ tractarentur, vel id potius de consuetudine quam iure, de qua consuetudine in suis partibus testatur Capibl. *de iur. Baron. prag.* 8. *p.5.num.*174. licet contrarium de iure teneat *numeris sequentibus.* † Et ideo consulit Baronibus, seu Feudatariis,ac Iudicibus ordinariis,vt diligentiores sint in præueniendo. 49

Cæterum dictam conclusionem limitandam censeo primo, vt locum quidem habeat quando miles sponte effectus est,secus si coactè;Dum enim sponte militiam aggreditur,censetur illud facere in fraudem & in præiudicium litis moræ, secus si cogente Principe, tunc enim propter coactionem cessat omnis suspicio, vt probatur ex traditis per Bart.*in l.1. num.3.ff.de pœnis, versic. quod verum est,* vbi allegat text.in *l.qui autem 15.ff. si quis cautionib.* vbi gloss. distinguit, quod aut priuilegium superueniens fuit affectatum,& procuratum, aut ex causa non affectata concessum:primo casu dicit non prodesse in præiudicium causæ præuentæ, secundo vero casu prodesse;† sicut dicitur de eo qui Legationem pro Republica affectauit, durante enim Legatione conueniri potest:si vero non affectauit, conueniri nequit, etiamsi iudicium fuisset præuentum & inchoatum, ob Legationis priuilegium, & ita procedit text. *in l. non distinguemus 37.§.si quis Romæ,ff.de recept.arbit.* Cabed.*d.decis.*54.n.4. Add. ad Bart.*in dicta l.1.ff.de pœnis,in gloss.B.*& ita ad primam obiectionem superius propositam ex *l. qui cum vno,§.reus ff. de pœnis,* respondet Barbos.in *d.l.si quis 7.n.*13.*& seqq.* 50 51

Et generaliter quod priuilegium lite pendente superueniens alicui citra eius factum voluntarium suffragetur, non autem si eius factum voluntarium sit causa priuilegij; tradit Franc. *decis.*544. Add. ad *tract. De Ponte de potest. proreg.tituI.de assens.reg.§.7. num.*14.*fol.*113. 52

Vnde & magnarum summarum debitor, qui vt creditorum executiones euitaret factus est miles, absoluendus est à Sacramento militiæ si creditores id petant: *l.1.C.qui milit.non possunt,lib.*12. Laudens. *de milit.q.9.* † Et miles pro delictis ante susceptam militiam condemnatus coram ordinario conueniri debet priuatiuè, Clar.*§.fin.q.*35.*sub n.*34.*post versic. quero modo,ad fin.ibi,si aliquis miles,*Caball. *n.*391. & generaliter de eo qui in fraudem factus est miles, *ibi.resol.*147.*n.*14. 53 54

Verum licet hæc distinctio vera sit in se, non tamen illam probari existimo ex *d.§. reus,* quia ibi non punitur miles effectus ex aliquo delicto antecedenti, sed ex eo tantum quod cum reus esset criminis capitalis, eaque de causa fuisset cōdemnatus, licet non ad pœnam mortis;sed minorem,verbi gratia relegationis,postea miles voluntarius effectus est contra legem prohibentem reos criminis capitalis 55

militiæ

militiæ adscribi, cui pœnæ non subiaceret, si ooo sponte, sed coactè militiæ nomen dedisset. Quod si non condemnatus, sed accusatus fuisset, & nomen eius receptum inter reos, tunc ignominiosè dimissus ad proprium iudicem qui præuenit remittendus est, quem text. explicat. Cuiac. *in dict. leg. si quis posteaquam 7. ff. de iudiciis*, & sic satisfactum est primæ obiectioni.

56 Ad secundam difficultatem, respondetur illud esse ex speciali priuilegio Clericorum & scholarium,
57 vt dicunt DD. in eadem obiectione citati. † Et quia in Clerico fit totalis status mutatio quæ non fit in milite, ita de Pont. *in tract. de potestate proreg. tit. de assensib. regiis* §. 7. *n.* 14. & 15.

58 Ad tertiam respondetur magnam esse differentiam inter priuilegium concessum ratione militiæ, & illud quod conceditur ratione officij temporalis, quia in 1. casu agitur de totali mutatione fori, & de præiudicando in totum præuentioni causæ; sed in 2. casu tractatur de præiudicio temporali, & non de transferenda; sed de suspendenda ad tempus cognitione causæ præuentæ; ita explicat Barbos. *dict. l. 7. num.* 130. eadem responsio datur ad id quod oppositum fuit de Legato.

Ad quartam respondetur 1. Conclusionem illam, quod exceptio superueniens lite pendente opponi possit, locum non habere in exceptione procurata & affectata, de qua nunc agimus ex *tradit. suprà numero* 50. & *sequentib.*

59 Secundo respondetur distinguendo plures casus 1. est quando agitur de exceptione temporali & personali, vt in Legato pendente Legatione, vel in Magistratu temporali pendente officio, & hoc casu exceptio superueniens lite pendente prodest, *d. l. pars literarum* 48. & *d. l. non distinguemus* §. *si quis Romæ, ff. d. recept. arbitr.*

60 Secundus casus quando non superuenit exceptio fori declinatoria in persona principalis, sed in persona defensoris, veluti si inter ipsum & eius principalem inimicitiæ intercesserint, aut ipse defensor longè absfuturus sit, aut aliqua emerserit iusta causa, & tunc ipse defendere non cogitur, sed tamen ageretur contra principalem: *l. mutus* 43. §. *fin. cum l. sequ. ff. de procurat.*

61 Tertius casus quando exceptio superuenit quæ est peremptoria, veluti exceptio solutionis, transactionis & similis. Et hæ possunt etiam post litem cōtestatam opponi si de nouo superuenerint, & de his loquuntur DD. & *iura in dubio allegata.*

62 Quartus casus quando superuenit exceptio personalis voluntaria & procurata, & hoc casu non prodest talis exceptio, nec impedit effectum præuentionis, vt supra ostendimus. Ista distinctio colligitur ex notatis per Bart. *in leg. vir bonus, ff. iudic. solui.*

CAPVT XXIX.

ARGVMENTVM.

De diuersis personis quibus non nocet præuentio, propter priuilegium fori quod illis competit, ex personâ eorum quibus famulantur. De priuilegiis fori respectu familiarium personarum priuilegiatarum, veluti vxorum Militū; Artificum qui bella sequuntur; Nautarum Exercitus maritimi. De priuilegiis Scholarium & familiarium ipsorum respectu præuentionis fori. De Bidello & Secretario Vniuersitatis. De Familia Episcopi. De Notario Curiæ Archiepiscopalis, & illius Aduocato Fiscali, illorúmque substitutis. Vtrum contra eos detur præuentio Iudicis laici. Et de familiaribus Sanctæ Inquisitionis. De Familiaribus Religiosorum. De Conseruatoribus Vniuersitatum, & nominatim Vniuersitatis Auenionensis. De Domesticis Principis & Protectoribus. De Monetariis & Collegio Monetariorum, & quando illis obstet præuentio, vel non. De Nouitiis ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, qui nondum professionem emiserunt, sunt tamen Cruce insigniti. Famuli & filij Artificum vtrum gaudeant priuilegio fori, si Dominis, & Patribus eorum concessum sit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori competens militibus, an & quando illorum vxoribus & famulis concedatur.*
2 *Vxorem ilitum an & quando beneficio restitutionis in integrum fruantur.*
3 *Vxores personarum priuilegiatarum gaudent eodem fori priuilegio quod earum maritis datur.*
4 *Artifices qui sequuntur exercitum, vt illi inseruiant pro victu & vestitu, gaudent fori priuilegio.*
5 *Nautæ & alij inseruientes pro exercitu maritimo, gaudent fori priuilegio.*
6 *Priuilegium fori extenditur ad eos sine quibus priuilegiatus suo priuilegio commodè vti non potest.*
7 *Exempta domo alicuius censetur etiam exempta tota eius familia.*
8 *Scholares non obstante præuentione eligunt sibi vnum ex tribus Iudicibus.*
9 *Regentes habent iurisdictionem si agatur inter scholarem & scholarem, & non aliàs.*
10 *Priuilegium fori extenditur ad nuncios & domesticos, seu familiares scholarium.*
11 *Bidellus & secretarius Vniuersitatis habet priuilegium fori sicut & scholares.*
12 *Priuilegium fori competens scholaribus* ex auth. habita, C. Ne fil. pro patre, *datur etiam Doctoribus.*
13 *Non obstante præuentione licita est scholaribus variatio, sed semel tantum variare possunt.*
14 *Non prohibentur scholares, si velint, iudicis ordinarij iurisdictionem prorogare.*
15 *Familiares potest Episcopus sine titulo præexistente promouere ad sacros Ordines.*
16 *De beneficijs possessis per familiares Cardinalium.*
17 *De familiaribus summi Pontificis.*
18 *Familiarium nomen diuersimodè accipitur secundum subiectam materiam.*
19 *Familiares Ecclesiasticorum non gaudent fori priuilegio nisi sub certis conditionibus, de quibus ibi.*
20 *Iudicis Ecclesiastici arbitrio remittitur vtrum famulus sit talis, vt sine eo Clericus suo priuilegio commodè vti non possit.*
21 *Familiares Episcoporum sine distinctione, habent priuilegium fori.*

22 *Ampliatur vt procedat tam in causis ciuilibus quam criminalibus.*

23 *Vt famulus Episcopi gaudeat fori priuilegio non est necesse quod viuat expensis Episcopi in eius domo.*

24 *Notarius actorum Curiæ Episcopalis gaudet fori priuilegio quamuis sit laicus, & viuat extra domum Episcopalem.*

25 *Aduocatus fiscalis, & alij habentes officia in Curia Episcopali gaudent fori Ecclesiastici priuilegio quamuis sint laïci.*

26 *Notarij, fiscales, & alij officiarij substituti in Curia Episcopali, gaudent fori priuilegio.*

27 *Nunciorum Apostolicorum familiares gaudent priuilegio fori.*

28 *Ampliatur siue prædicti familiares delinquant in officio, siue extra officium.*

29 *Non obstante præuentione iudicis laïci, Episcopi pro suo interesse possunt petere remissionem suorum familiarium.*

30 *Iudex laicus recusans remittere causam spectantem ad Episcopum, est excommunicatus.*

31 *Familiares sanctæ Inquisitionis possunt petere se remitti in omnibus suis causis ad tribunal Sancti Officij.*

Sed in hoc attendenda est locorum consuetudo.

32 *Familiares religiosorum, an & quando sint exempti à iurisdictione ordinaria.*

33 *Familiares religiosorum Episcopus non potest excommunicare.*

Vtrum nouitij Sancti Ioannis Hierosolymitani cruce alba insigniti gaudeant fori priuilegio? resoluitur affirmatiuè.

34 *Iudex laicus Episcopi tanquam Domini temporalis cuiusdam oppidi non gaudet priuilegio fori.*

35 *Conseruatores Vniuersitatum non sunt sublati per Concilium Tridentinum nec per alias constitutiones.*

36 *Conseruatores procedunt in omnibus causis etiam iudicialem cognitionem requirentibus, quando deputati fuerunt cum clausulis amplissimis.*

37 *Vniuersitas Auenionensis habet suos Conseruatores deputatos cum amplissimis facultatibus.*

38 *Dominus Primicerius & Rector Vniuersitatis Auenionen. est in possessione immemoriali iurisdictionem exercendi in causis Doctorum & scholarium.*

39 *Causa Doctorum & scholarium remittenda sunt ad Conseruatores etiam si iudicialem requirant indaginem.*

40 *Familiaris priuilegiatus cogitur continuare litem coram iudice priuilegiato quamuis lite pendente desinat esse familiaris.*

41 *Miserabilis persona si lite pendente desinat esse miserabilis, non ideo minus causam coram eodem iudice prosequi debet.*

42 *Protectores Principis & persona domestica eiusdem qui dicantur, & quomodo gaudeant fori priuilegio.*

43 *In quibus casibus domestici Principum non gaudeant fori priuilegio.*

44 *Monetarij non possunt recedere sine licentia superioris.*

45 *Collegia monetariorum multa habent priuilegia.*

46 *Monetarij non sunt propriè serui, sed tamen sunt liberi conditionati.*

47 *Liberi monetariorum nascuntur monetarij.*

48 *Priuilegia monetariorum non competunt conductitijs, sed tantum illis qui sunt de Collegio & actualiter exercent.*

49 *Monetarij negotiationem exercentes non gaudent fori priuilegio, nec in alijs casibus de quibus ibi.*

50 *Monetarij actores tenentur sequi forum reorum.*

51 *Si sit controuersia inter monetarios & non monetarios idem statuendum est quod de militibus.*

52 *De delictis intra domum pro fabricanda moneta destinatam commissis.*

Vtrùm filij & famuli Artificum gaudeant priuilegio fori quod ex statuto illorum Dominis aut Patribus concessum.

MVLTÆ sunt aliæ personæ quibus non obstat causæ præuentio, sed ea non obstante alium Iudicem eligere, vel ad eum remissionem causæ petere possunt, de quibus hoc in capite agendum est.

Primò itaque quæritur in genere de famulis personarum priuilegiatorum. Vtrum gaudeant eodem fori priuilegio quo Domini quibus inseruiunt, vel famulantur. Occurrit autem in hac quæstione primo loco tractandum de familia militum, vt hoc caput à fine proximè præcedentis sumat initium.

Prima ergo sit conclusio. † Priuilegium fori competens militibus, illorum quoque vxoribus quæ maritum in bello sequuntur competere, necnon familiaribus quos ipsi secum ducunt, dummodo tales sint qui ipsis sint necessarij iuxta personarum qualitatem & dignitatem, aliàs non gauderent fori priuilegio, Salicet. *in l. 1. num. 2. C. de vxorib. milit.* † Quamuis ibi loquatur duntaxat de priuilegio restitutionis in integrum: rationem reddens, quia illo casu probabilis est, quamuis minimè necessaria, vxorum absentia. Baldus, verò in *eadem l.* de eodem restitutionis priuilegio loquens, requirit ad hoc vt illud priuilegium competat scutiferis, vel familiaribus militum, requiri vt sint militibus necessarij secundum personæ dignitatem, Gratian. *discept. forens. cap. 340. num. 9. & seqq.* 1 2

Generaliter autem vxores personarum quibus competit fori priuilegium, eodem gaudere tam in ciuilibus quam in criminalibus testatur Aloys. Ricc. *collectan.* 2140. Nouat. *in praxi variat. & elect. fori, sectione 1. quæst. 47.* 3

Eodémque fori priuilegio ad exclusionem præuentionis alterius Iudicis, vtuntur Artifices qui eunt ad exercitum pro seruitio ipsius, veluti ad conficiendas vestes, calceos, panem, ad portanda alimenta, & similes, teste Aloys. de Leo. *in d. l. 1. de vxor. milit. num. 9.* Similiter & Medici ac Chirurgi exercitus, Laudens. *in tract. de milit. q. 7. in fine,* licet in eadem quæstione neget istis familiaribus competere beneficium restitutionis in integrum. 4

Præterea idem priuilegium competit nautis, & aliis qui sunt in seruitio exercitus maritimi, Idem Aloys. Leo *loco citato, num.* 11. 5

Comprobatur autem hoc priuilegium fori ex regula illa generali, quod quando tale priuilegium alicui competit, competere quoque debet omnibus sine quibus ipse suo priuilegio commodè vti non potest, Oldrad. *consil. 293. num. 5.* Felin. *in cap. 2. n. 2. versic. Tene istam conclusionem, de foro compet.* Hanc conclusionem firmat & comprobat Insignis I. C. Romanus D. Paulus Rubeus, *in suis Resolut. cap. 57. num. 176.* † Et exempta domo alicuius, censetur etiam exempta tota eius familia, Nouat. *in d. praxi var. & elect. fori sect. 2. q. 35. n. 6.* 6 7

Quod autem de familiaribus militum dictum est, eadem ratione procedit in familiaribus scholasticorum. † Cum enim isti habeant electionem vnius ex tribus Iudicibus, non obstante quacunque præuen- 8

tione

tione iodiciali, (videlicet Rectoris vniuerſitatis,
9 Epiſcopi, & ſui Regentis † intelligendo hunc vlti-
mum caſum quando tractatur inter ſcholarem &
ſcholarem: vt dicit Bolognin. *in auth. habita, C. ne fil.*
50 *pro patre num.* 222.) priuilegium illud † ad ipſorum
nuncios, & familiares extendendum eſt, vt in *d. au-
thent. habita*, in verbo, *nuncios*, tradit Rebuff. *n.* 59.
necnon Bolognin. *num.* 50.
51 Idémque priuilegium competit Secretario & Bi-
dellu ipſius Vniuerſitatis, Gratian. *deciſ.* 233. *n.* 10. 11.
52 *&* 12. *& diſcept.* 340. *num.* 14. † Quod priuilegium
ſcholaſticis concesſum extenditur etiam ad Docto-
tes, Bolognin. *in d. authent. habita, n.* 15.
53. Et quamuis cauſa fuerit præuenta coram vno ex
iſtis Iudicibus, licitum eſt ſcholaribus & Doctori-
bus variare ſemel: Bologn. *ibidem, num.* 225. Alphan.
collect. iur. ciuil. 66. vide tamen Marcheſ. *de commiſſ.
auocat. cauſar. par.* 2. §. 2. *num.* 84. vbi tenet contra-
rium. Quem ſequitur Nouar. *in praxi variat. &
elect. fori sect.* 1. *q.* 3. *n.* 7. *& ſequent.* qui tamen con-
trarium in praxi ſeruari teſtatur.
54 Non prohibentur tamen, ſi velint, coram iudice
ordinario litigare: Bolognin. *num.* 227. Rebuff. *in ea-
dem authent. n.* 58.
Quæritur ſecundo quid dicendum ſit de famo-
lis Clericorum & Epiſcoporum, & vtrum præuen-
tio cauſæ facta coram iudice laïco illis noceat ne
poſſint petere remiſſionem ad iudicem Eccleſiaſti-
cum. Qua in re ſopponendum eſt in primis nomen
55 † familiaris diuerſimodè & ad diuerſos effectus ac-
cipi poſſe, veluti dum tractatur de familiaribus Epiſ-
copi, ad Ordines ſine patrimonio vel titulo beneficij
admittendis, de quibus fusè Barboſ. *de Epiſcop. par.*
1. *allegat.* 6. *per tot.* & maximè *num.* 10. Et in *Concil.*
56 *Tridentino ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 9. † Vel dum agi-
tur de familiaribus Cardinalium *in regul.* 30.
Cancel. de quibus alias diſputatum fuit occaſione
Archidiaconatus Eccleſiæ Auenionis, vacantis per
obitum R. D. de Laurens familiaris Eminentiſſ. b. m.
Cardinalis de Ioyeuſe, apud Burat. *dec.* 228. *&* 255.
57 † Similiter dum tractatur de familiaribus Papæ, de
quibus Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 51. *numer.* 16.
58 † Nam iuxta caſuum & materiæ diuerſitatem, di-
uerſimodè etiam hoc nomen vſurpamus, vt aduertit
Barboſ. *de appellat. verb. cap.* 96. Nos autem de fami-
liaribus tractamus ad effectum præuentionis iudi-
cialis, vel remiſſionis cauſæ ad ſuum iudicem com-
petentem faciendæ.
59 Secundo ſupponendum eſt, magnam in huius
quæſtionis reſolutione faciendam eſſe differentiam
inter familiares Clericorum ſeu Sacerdotum ſimpli-
cium, & familiares Epiſcoporum. Illi enim tunc de-
mum fori priuilegio potiuntur, quando ſunt famuli
vel ſerui perpètui, veluti coloni adſcriptitij, idque
non in gratiam perſonæ ipſorum, ſed fauore Eccle-
ſiæ cui famulantur & inſeruiunt: & ideo generalis
erit hæc regula, familiares Clericorum fori priuile-
gio non gaudere, niſi tales ſint, vt ſine ipſis Eccle-
ſiaſtici ſuo priuilegio frui non poſſent commodè,
Tuſch. *littera E, concluſ.* 57. *n.* 18. Theſaur. *deciſ.* 22.
num. 5. *verſic. fallit primo.* Barboſ. *de Iure Eccleſiaſt.
vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 11. Quæſtionem ipſam
in vtramque partem examinat Sanfelic *deciſ.* 1. ad-
ductis 31. pro exemptione famulorum Doctoribus:
aliis verò 42. exemptioné ab ordinaria iuriſdictione
denegantibus: tandémque concludit ſolos ſeruos
perpetuos Eccleſiæ fori gaudere priuilegio, non au-
tem alios temporales, vel colonos: ſed magis arri-
det generalis Regula ex Theſauro & aliis mox al-
lata.

An autem talis ſit famulus vt ſine eo Clericus vel 50
Eccleſia non poſſet commodè vti ſuo priuilegiu, iu-
dicabitur à iudice Eccleſiaſtico, cuius arbitrio nego-
tium remittitur decidendum: Barboſ. *vbi ſupr. n.* 13.
Menoch. *de arbitr. caſu* 562. *n.* 12.
At vero familiares Epiſcoporum indiſtinctè fori 51
priuilegio gaudent, ſiue perpetui ſint ſiue tempora-
les, & ſiue expenſis Epiſcopi viuant ſiue propriis.
Quod agnouit Theſaur. *dicta deciſ.* 22. *num.* 6. Cal-
can. *conſil.* 71. *&* 75. † Qui dicit hoc procedere 52
tam in cauſi ciuilibus, quam in criminalibus. Ean-
démque differentiam inter familiares Epiſcoporum
& ſimplicium Eccleſiaſticorum tradit Theſaur. iun.
lib. 3. *quæſt. forenſ.* 78. *num.* 1. *& ſequentib.* Farinac.
de inquiſit quæſt. 8. *num.* 46. Clar. §. *fin. quæſt.* 35. *n.* 18.
Et quamuis idem Farinac. *in additione vltimo loco
edita ad dictam q.* 8. *num.* 46. *in fine principii*, dicat
illos dumtaxat Epiſcoporum familiares fori priuile-
gio gaudere qui actualiter inſeruiunt & famulantur
Epiſcopis in eorum domibus, ita vt ſint continui
commenſales, alios veros minimè ad quod citat:
Prob. Tuſch. & Caroiut. † Communiter tamen tene- 53
tur contrarium, nempe non requiri quod quis Epiſ-
copo ſeruiat mente & dente, ſeu vt alij dicunt,
mente & corpore. Immo ſufficere quod ſeruitium
actuale alio modo præſtetur. Hanc ſententiam bene
comprobat D. Paul. Rubeus *in ſuis Reſol. de teſta-
ment. c.* 57. *num.* 252. † Vnde communiter DD. con- 14
cludunt magiſtrum actorum curię Epiſcopalis quam-
uis laïcum, non obſtante citatione & præuentione
iudicis ordinarij laici, eodem fori priuilegio gau-
dere ſicut & Clerici, ad tradita *in cap. cum non ab ho-
mine, de iudic. & c. fin. de officio Archidiac.* Gratian.
deciſ. 233. *per tot.* Ricc. *in praxi for. Eccleſ. qu.* 549.
per tot. Idque procedit tam in cauſis ciuilibus quam
in criminalibus, Barboſ. *dicto cap.* 39. §. 4. *numer.* 34.
lib. 1. *iuris Eccleſ. vniuerſ. & de Epiſcop. part.* 3. *alleg.*
507. *num.* 11. *& ſequent.* Gratian. iterum *diſcept. fo-
renſ. cap.* 340. *&* 341. Mar Antonin. *lib.* 2. *reſol.* 75.
† Quod priuilegium non ſolum locum habet in no- 25
tariis Curiæ Epiſcopalis, ſed etiam in Aduocatis fiſ-
calibus, nunciis, carcerum cuſtodibus, lictoribus, &
ſimilibus: plenè Giurb. *conſil.* 88. *n.* 10. *& per totum* 16
illud conſilium. † Et non ſolum in principalibus, ſed
etiam in illorum ſubſtitutis: Mar. Anton. *in d. lib.* 1.
reſol. 75. *num.* 9. Guazz. *de defenſ. reor. defenſ.* 20.
cap. 9. *num.* 24. Giurb. *dicto conſ.* 88. *num.* 10. Verum
quidem eſt quod contra communem Doctorum
ſententiam multa deducit Franciſc. Anſald. *in ſuo
tractatu de iuriſdict. parte* 2. *tit.* 11. *cap.* 5. Sed non
propterea à communi & Eccleſiæ fauorabili opinio-
ne recedendum exiſtimo, præſertim apud nos qui
ſummo Pontifici ſumus immediatè ſubditi.
Quod autem de familiaribus Epiſcoporum di- 17
ctum eſt, locum habet eadem ratione in familiari-
bus Nunciorum Apoſtolicorum, Ricc. *lib.* 1. *dec.* 69.
Theſaur. iun. *lib.* 3. *reſol.* 78. Licet ambo dicant in
ſuo caſu quæſtionem remanſiſſe indeciſam. Sed pro
dictæ reſolutionis veritate videnda ſunt quæ addu-
ducit Barboſ. *dicto cap.* 39. §. 4. *num.* 45. *& ſequentib.*
vbi fusè reſpondet ad omnes rationes per Theſaur.
in contrarium allatas. † Et oſtendit ſupradicta pro- 18
cedere, ſiue familiaris, Notarius, aut alius exercens
officium in Curia Epiſcopali delinquat in officio,
ſiue extra officium.
Et præmiſſa notanda ſunt ad materiam præuen-
tionis. † Non enim his caſibus datur præuentio in- 19
ter iudicem ordinarium laïcum & Eccleſiaſticum,
ſed quamuis cauſa eſſet præuenta in tribunali iudi-
cis Eccleſiaſtici, & partes coram ipſo comparuiſſent,

posset Episcopus petere illios causæ remissionem ad suum tribunal pro interesse suæ iurisdictionis: Tusch. *dicta litera E, concl.* 27. *num.* 10. post Calcan. 30 *consil.* 71. & 72. qui dicit † iudicem laicum remittere causam recusantem, esse excommunicatum. Barbos. fusè *dicto cap.* 39. §. 4. *n.* 30.

31 Similiter familiares Sanctæ Inquisitionis solius Inquisitoris tribunal in causis suis agnoscere debent, exceptis quibusdam delictis enormissimis, Farinac. *dicto cap.* 340. *num.* 34. & 341. *n.* 11. Barbos. *dicto cap.* 39. §. 4. *num.* 35. Dian. *parte* 4. *tract.* 8. *resolut.* 55. Hoc tamen priuilegium fori quod competit familiaribus sancti Officij Inquisitionis, non vidi hactenus practicatum in hac Ciuitate Auenionen. plusquam à triginta annis, quibus Consultoris Officium ex mandato Sacræ Congregationis exercui. In aliis verò locis diuersimodè obseruatur: vt copiosè exponit Carleual. *disputat. iur. tom.* 1. *disputat.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 6. *numero* 508. & *multis sequentibus*.

32 Familiares quoque religiosorum qui actu illis inseruiunt, intra eorum septa & monasteria viuentes sub eorum obedientia eodem exemptionis, & fori priuilegio fruuntur quo ipsi religiosi quibus inseruiunt. Ex Concil. Trident *sess.* 24. *cap.* 11. *versic. Ex-* 33 *ceptis tamen iis.* † Adeo vt ab ipsomet Episcopo excommunicati non possint, Hieron. Roderic. *quæst. regul.* 61. *num.* 9. Qui verba illa Concilij: *Sub que eorum obedientia viuunt*: intelligit de obedientia religiosa, & ex voti necessitate debita, sed tamen Portel. *in dub. regul.* in verbo *famuli, num.* 4. hoc simpliciter tradit de famulis dum sunt in seruitio fratrum. Et Tamburin. *de Iure Abb. tom.* 2. *disp.* 6. *quæst.* 18. *n.* 7. concludit tutius esse, vt vtraque coditio concurrere debeat, nempe quod inhabitent intra claustra, & sint sub obedientia, non quidem ex voto debita, sicut debetur à professis, sed sub obedientia ratione muneris seruiendi. Quod repetit *disput.* 7. *quæst.* 3. *num.* 2. Et hoc verius existimo, & meoti Concilij magis conforme. Quia non fuisset opus speciali exemptione si actum fuisset de verè professis & religiosis.

Cæterùm dubitari potest, vtrum Nouitij Sancti Ioannis Hierosolymitani, nondum facta professione, sed tantum Cruce Alba insigniti, gaudeant priuilegio fori; An verò si Iudex Ordinarius præuenerit, teneatur illius causam ad Iudices Ecclesiasticos remittere.

Dubium facit, quia non eadem est ratio Nouitij militaris, & alterius Religionis: Ille enim manet in sæculo, & extra claustra, hic verò claustrum inhabitat: Vnde licet Nouitij Claustrales fori gaudeant priuilegio, vt probat Lezan. *in summa Regular. p.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. Idque etiam si fiot intra claustra sub obedientia Superiorum, nondum quidem induti, sed de proximo induendi: vt idem Author expoit *in verbo, Nouitij, num.* 43. Tamen videtur non esse eandem rationem in Nouitiis Melitensibus quoad fori priuilegium. Ad quod videntur conferre verba Concilij Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 11. *in fine*, ibi, *Non obstantibus quibuscumque priuilegiis etiam Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani.*

Contrarium tamen verius est, nempe Nouitios huius Religionis Cruce alba insignitos fori gaudere priuilegio, etiamsi expressam professionem non emiserint: quia cum professi illius Ordinis fiot verè Religiosi, & gaudeant Religiosorum priuilegiis; eodem modo Nouitij eiusdem Religionis gaudere debent fori priuilegio, sicut Nouitij aliarum Religionum: nec commoratio in claustro, est causa priuilegij circa forum, sed fauor Religionis: vt decisum fuit per Senatum Neapolitanum teste Sanfelic. *decis.* 151. *per tot.* Et ad Concil. Trident. Respondet Carleual. *disput. iur. tom.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *num.* 444. *fol.* 197.

Vtrùm autem Oblati Religionum gaudeant fori priuilegio, determinatum fuit per Nos *in quæst. beneficialib. part.* 1. *cap.* 113. *numero* 4. Hic non repetimus.

Dubitatum tamen fuit alias quid dicendum esset de iudice Episcopi laico Iurium Doctore aggregato in alma Auenionensi vniuersitate, qui fuerat deputatus pro exercitio cuiusdam iurisdictionis temporalis, quam habebat Episcopus tanquam Dominus temporalis cuiusdam oppidi existentis in terris Galliæ, vtrum dictus iudex, criminali iudicio pulsatus coram Episcopo, haberet ius opponendi exceptionem fori declinatoriam, & petere se remitti ad suos Conseruatores non obstante præuentione causæ coram Episcopo introductæ. Quæ quæstio non fuit decisa; quia partes deuenerunt ad concordiam. Sed ego sustinebam partes illius Iudicis, & dicebam præuentionem non obstare, duplici ratione. † *Primo*, 34 quia non agebatur de iudice generali Episcopatus, nec de habente iurisdictionem in causis Ecclesiæ; sed tantum vti Iudice Domini tẽporalis dicti oppidi, & circa temporalem iurisdictionem, & sic terminos huius quæstionis esse omnino diuersos à quæstione Notariorum, Aduocati fiscalis, & aliorum, qui sunt officiales Curiæ Episcopalis, & habent officium generale in Curia Ecclesiastica, vt probatur ex iis quæ tradit Franc. *in rubr. de appellat. num.* 35. *versic. Et ex prædicta regula.* Vbi dicit, quod si Clericus esset Rector, vel Iudex alicuius ciuitatis, aut illius Officialis, debet appellari ad Superiorem illius ciuitatis, & non ad Curiam spiritualem, quia non iudicat vti Clericus; sed vti Officialis laicus. Et in indiuiduo quod Iudices Archiepiscopatus Auenionis in feudis Imperialibus ad dictum Archiepiscopatum spectantibus procedant vti laici, tradit Bellarm. *consil.* 11. *col.* 2. *versic. ad propositum applicando loca.* Vbi loquitur de iudice Castri noui ad Archiepiscopatum spectantis. † *Secundo*, quia Domini Doctores & Vni- 35 uersitas Auenionensis habent suos iudices Conseruatores à summis Pontificibus deputatos, quorũ iurisdictio fuit præseruata per Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 5. His verbis. *Vniuersitates autem generales, ac collegia Doctorum, seu scholariũ, & Regularia loca, necnon Hospitalia, actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum, collegiorum, locorum, & hospitalium huiusmodi persona in præsenti Canone minimè comprehensa, sed exempta omnino sint & esse intelligantur.* Nec per constitutionem Gregorij XV. Fel. recordat. fuit derogatum conseruatoribus Vniuersitatum, Rota *decis.* 49. *num.* 15. *par.* 7. *recent.* † Præsertim quando Conserua- 36 toriæ sunt concessæ com clausulis amplissimis & iurisdictionem amplam, ac causæ cognitionem iudicialem concedentibus, quales sunt eæ quæ à summis Pontificibus Vniuersitati Auenionensi concessæ fuerunt, prout in simili casu tradit Ceuall. *de cognit. per viam violent. quæst.* 10. *num.* 31. † In primis 37 enim Felic. rec. Ioan. XXIII. deputauit Conseruatores, & Iudices dictæ Vniuersitatis R. D. Abbatem Sancti Andreæ, R. D. Præpositum Ecclesiæ maioris Auenionis, necnon R. D. Decanum Sancti Petri, dictæ ciuitatis, & quemlibet ipsorum, cum potestate de omnibus & quibuscumque causis, Doctores, & scholares tangentibus cognoscendi, idque aduersus quascumque personas etiam Pontificalem dignitatem, priuilegium, vel exemptionem habentes, etiam

in

in iis quæ iudicialem requirunt indaginem; & cum derogatione constitutionis Felic. record. Bonifacij PP.VIII.& cum facultate contradictores per censuras Ecclesiasticas compescendi, & cum aliis clausulis amplissimis. Deinde Fel. record. Leo PP.X. illud priuilegium extendit ad Dominum Primicerium & Rectorem Vniuersitatis, qui si fit clericus, ex concessione eiusdem Pontificis procedit in causis Ecclesiasticis, aut etiam ad laxationem censurarum Ecclesiasticarum tanquam vnus ex Conseruatoribus dictæ Vniuersitatis, vt patet ex bulla sub Datum Romæ 5. Nonas Martij Anni 1513. Quod si non sit Clericus, pro exercenda iurisdictione Ecclesiastica, data est ei facultas deputandi vnà cum collegio, Clericum ad eam exercendam, etiam in quascomque personas Ecclesiasticas, & ad censuras laxandas, idque per bullam editam sexto Kalend. Aprilis

38 anni 1514.† Nam in causis non Ecclesiasticis, idem Dominos Primicerius & Rector Vniuersit. Auenion. quamuis laicus est in possessione immemoriali iurisdictionem exercendi in omnibus, & quibuscumque causis Doctorum & scholarium, etiam feudalibus, & cameralibus, vt inter cætera, probatur per supplicatioonem quandam, & commissionem causæ de Anno 1553. quæ producta fuit in illo iudicio, quod tunc ventilabatur, vt iudicatum sæpius fuit, & egomet sæpius iurisdictionem in similes personas vti Primicerius exercui. Inter Conseruatores etiam dictæ Vniuersitatis numeratur R.D. Præpositus S.De-

39 siderij. † Vnde in dicto casu concludebam causam remittendam esse ad vnum ex Conseruatoribus, cum ex clausulis dictarum bullarum data illis fuerit facultas procedendi etiam in causis iudicialem indaginem requirentibus, ex iis quæ tradit Rot. *dec.616. part. 2. recentior.*

Sed dubium non leue oriri potest circa prædicta, si post litem cœptam, familiaris Episcopi aut alterius priuilegiati desinat esse familiaris, vtrum causa debeat redire ad iudicem laicum, an vero vsque ad finem continuari coram iudice priuilegiato.

40 Respondetur causam vsque ad finem coram iudice priuilegiato continuandam esse, non obstante mutatione qualitatis, in qua iurisdictio fundata erat, qoia sufficit qood tempore litis cœptæ, iudex habeat iurisdictionem: *l. si quis postea 7. de iudic.* Et licet qualitas priuilegij quæ litem deduxit ad illud iudicium cessauerit, non propterea debet transferri ad aliud tribunal, *l. final. Cod. de veteran. lib. 10.*

41 † Vnde videmus quod priuilegium competens personis miserabilibus producit effectum retentionis causæ coram iudice priuilegiato, quamuis causa priuilegij cessauerit, & persona illa desierit esse miserabilis, vt fuit decisum apud Thes. *decis. 177. num. 4. & ibi,* Thesaur. filius *in addit. lit. C,* quod copiosè comprobat Nouar. *in prax. variat. fori, sect. 1. qu. 10. per totam.*

42 Inter familiares Principum continentur personæ militates domesticæ, ad defensionem corporis & protectioοem lateris destinatæ, vnde etiam Protectorum nomen sortiri sunt. Cyriac. Niger. *controu.* 201. *num.* 1. Hi vt indicio nominis apparet familiarius militant, & Domestici Protectores noncupantur, de quibus Cuiac. *in tit. de Domestic. & protectoribus lib. 12. Codicis tit.* 17. & isti tanquam domestici

43 Principis fori priuilegio vtuntur † exceptis certis casibus, veluti si conueniantur ex causa debitorum, aut munerum publicorum apud Præsidem prouinciæ, vel si per concussionem aliquid abstulisse dicantur, *l. 1. & 2. Cod. vbi quis de Curiali, vel cohortali aliáve condit. conuen.* Idem, si prædia aliena conduxerint, vel negotiationem exercuerint, *toto tit. C. in quibus causis milit. fori præscript. vti non poss.*

Ex quibus patet declaratio decreti facti in fauorem monetariorum acto monetam exercentium, 44 qui licet domestici sint Principis & illius seruitio addicti, ita vt inde recedere non possint sine licentia, vt tradit *Rebuff.* qui testatur de consuetudine in *l. 1. C. de murilegul. lib. 11.* Et ideo conseruatio huius Collegij Monetariorum Principi curæ esse debeat, quia Principis & Reipublicæ interest fidos habere monetarios, argumento *l. 1. & ibi* per DD. *Cod. de falsa monet.* † Eaque de causa instituta sint collegia 45 monetariorum, & variis decorata priuilegiis, vt testatur Guid. Pap. *decis.* 402. Faber *in C. lib. 9. tit. 28. de Dignitat. & nobilit. definit.* 8. † Vnde licet mone- 46 tarij non sint propriè serui, tamen nec sunt simpliciter liberi, sed vocantur liberi conditionati; Rebuff. & Bart. *in dicta l. 1. C. de murileg. lib. 11.* † Quia sicut 47 liberi adscriptitiorum sunt ipso iure adscriptitij, ita liberi monetariorum sunt ipso iure monetarij, vt per Guid. Pap. *dicta decis.* 402. Vbi tamen testatur liberos eorum in pupillari ætate constitutos non gaudere priuilegio exemptionis monetariorum; quia actu non possunt exercere. † Priuilegium au- 48 tem non competit nisi actu monetam exercentibus, videlicet operatiis & monetariis, & præpositis monetæ perpetuis, non autem aliis conductitiis ad tempus, nisi habeant priuilegium particulare: Guid. Pap. *decis.* 403.

Tamen fori priuilegio non gaudent nisi actua- 49 liter principi in suo officio inseruiant, nec priuilegio vti possunt si negotiationem exerceant, vel prædia aliena conducant, & aliis in casibus in quibus verè militantium priuilegia cessare superius ostendimus. Et probatur per text. in *d. tit. C. in quib. caus. milit. fori præscript. vti non poss.* † Sicuti nec si non 50 priuilegiatum tanquam actores conueniant, & aliis in casibus in quibus militantiom vel domesticorum Principis priuilegia cessare superius diximus. † Ea- 51 demque ratione de rixis inter monetarios, idem statuendum est quod & supra de querelis inter milites & non milites dictum fuit. Eadem quippe ferè in omnibus viget ratio inter milites armatæ, togatæ & Curialis militiæ, vt dicunt DD. *in dict. tit. in quibus causis milit.* † Vnde & de delictis intra domum ad 52 monetam destinatam commissis, idem dicendum videtur quod de commissis intra locum custodiæ, vulgo *Corps de garde*, dictum fuit suprà *cap. 28. numero* 34.

Nec extra materiam erit quæstio aliàs decisa in Senatu Neapolitano, quæ ad alias causas similes applicari potest: videlicet stante Statuto quod Artifices artis serici & lanæ gaudeant fori priuilegio, vtrum tale priuilegium extendatur ad filios & famulos ipsorum? In qoa resolutum fuit, descriptionem patris, aut domini, seu Magistri, in matricula, operari exemptionem quoad forum in fauorem liberorum & famulorum, quandiu sunt in actuali seruitio patris, vel Magistri artificis viuentis: ex notatis per Ioann. de Platea *in l. viros, Cod. de Comit. consist.* sicque decisum reperies apud Sanfelic. *decis.* 11.

CAPVT

CAPVT XXX.

ARGVMENTVM.

An & quomodo præuentio, cesset pereunte instantia. Et vtrum instantia transeat ad Clericum hæredem laici. Et quis sit effectus transitûs instantiæ, vel peremptionis ipsius. Quid sit Causa, Lis, & Instantia. Et quid renunciare Instantiæ, sed non Liti, ad explicationem eorum quæ suprà c.6. dicta fuêre, An & quando instantia transeat ad singularem successorem necessarium, vel voluntarium. Et quis dicatur successor necessarius. An & quando instātia transeat à Patre ad Filios; à Testatore ad fideicommissarium vniuersalem; ab hærede grauato ad substitutum. Vtrum ad Successorem Maioratus. Vtrum ad Successorem Ecclesiæ. De retractu consanguinitatis, vtrum illius instantia transeat ad hæredes extraneos. Vtrum à Cedente ad Cessionarium; à Resignante in Resignatarium; à Proprietario ad Vsufructuarium, ab Vsufructuario ad Proprietarium: à Testatore ad Legatarium; à Laico in Clericum, vel à Clerico in Laicum; à delinquente ad Fiscum. De modo procedendi contra delinquentes contumaces, tam de iure communi, quam ex Statuto Auenionen. De annotatione bonorum, & expensis quæ pro ipsa fiunt contra contumaces. Expenditur quæstio controuersa, vtrum Graffatius Ciuilis qui præuenit causam discussionis, repellatur à Notario Criminali in casum annotationis vel confiscationis, & super hac quæstione affertur decisio *Rotæ Auenionensis*. Quomodo præuentio Creditorum in iudicio generalis discussionis nocere possit Domino Directo agenti super re emphyteutica, Vbi nota *num.96. veteris edit.* addendam esse dictionem *non*, & legendum hoc modo, *cum actio Domini directi non sit realis*. De instantia in actione reali. Et quid dicendum sit de eo qui habet pro se clausulam Constituti. Quæ requirantur ad hoc vt instantia transeat ad hæredem, vel alium successorem.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio nihil operatur in præiudicium tertij habentis ius separatum.*
2 *Laicus obligatus ad curias Montispessulani, an transmittat instantiam ad suum hæredem Clericum, itavt præuentio afficiat hæredem.*
3 *Ad quem transit instantia, ad eundem transeunt acta, nec opus est nouo processu.*
4 *Successor reassumens causam sui authoris facit acta sua.*
5 *Definitio instantiæ proposita à* Socino *reijcitur.*
6 *Vera instantiæ descriptio proponitur.*
7 *Quis sit terminus instantiæ, tam in ciuilibus quam in criminalibus, de iure ciuili.*
8 *Instantia de iure Canonico est perpetua.*
9 *In executiuis quando dicatur incipere instantia.*
10 *Finita instantia expirant mandata procuratoria.*
11 *Procurator tenetur appellare. An autem teneatur prosequi appellationem? explicatur.*
12 *Fideiussor simpliciter datus non tenetur in alia instantia.*
13 *Quid contineatur appellatione causæ.*
14 *Litis nomine quid comprehendatur.*
15 *Quid sit renuntiare liti & non causæ.*
16 *Litis nomen significat omnem actionem tam realem quam personalem.*
17 *Quomodo intelligenda sit hæc clausula*, Renouatio instantiæ, sed non liti *ad explicationem eorum quæ suprà* cap.6. *dicta sunt.*
18 *Instantia propriè sumpta transit ad hæredes.*
19 *Hæres de nouo citari debet quando ad eum transit instantia, & omnia acta præcedentis iudicij vno verbo repetenda.*
20 *Contra hæredem proceditur executiuè ex statuto Auenionensi sine noua citatione.*
21 *Contra hæredem quomodo procedi possit in practica de iure communi quando ad eum transit instantia.*
22 *Cautela reproductionis omnium actorum quam sit vtilis explicatur.*
Quæ requirantur ad hoc vt instantia transeat ad hæredem, vel alium successorem.
23 *Instantia regulariter non transit ad singularem successorem.*
24 *Instantia transit ad singularem successorem necessarium, non ad voluntarium.*
25 *Successor necessarius dicitur qui succedit in re indiuidua.*
26 *Intellectus* l.in iudicio, ff.famil.herciscuo.
26 *In iudicio diuisorio potest index aliquas res omittere, sed non personas.*
28 *Successor necessarius dicitur is in quem actio consolidata fuit.*
29 *Instantia cœpta per patrem transit ad filium in emphyteuticis.*
30 *Instantia cœpta contra testatorem transit in fideicommissarium vniuersalem.*
31 *Instantia cœpta contra hæredem grauatum non transit ad fideicommissarium, sine cessione.*
32 *Instantia transit ad fideicommissarium, & ad quemlibet successorem in actione reali.*
33 *Explicatur* Fusarius, de substitutionibus, quæstion.620.
34 *Instantia transit ad successorem maioratus quando nomine dignitatis actum fuit.*
35 *Clericus agens nomine Ecclesiæ transmittit instantiam ad successorem, nec est opus nouo processu.*
36 *Quæ sit differentia inter successorem fideicommissi & maioratus.*
37 *Instantia retractus consanguinitatis transit ad hæredes etiam extraneos.*
38 *In iudicijs oritur quasi contractus qui facit, vt instantia transeat ad hæredes.*
39 *Instantia cedi potest singulari successori.*

40 Cessio

40 *Cessie facta cum iuramento optratur transmissionem instantia.*
41 *Cessio instantia fieri potest etiam in feudalibus.*
42 *Cessio non operatur translationem instantia nisi verba sint valdè ampla vel specifica.*
43 *Instantia litis transit à resignante in resignatarium.*
44 *Instantia super nobilitate transit à patre in filium quamuis non sit heres patris.*
45 *Instantia transit ad alium quando oritur ex iure quod erat antiquius lite proposita.*
46 *Si actio dotis consolidetur in persona filia, ad eam transibit instantia litis à patre inchoata.*
47 *Instantia cœpta cum proprietario transit ad vsufructuarium in iis qua respiciunt curam, custodiam, & conseruationem bonorum.*
48 *Instantia cœpta per vsufructuarium transit ad proprietarium si sit ad vtilitatem proprietatis, & non alias.*
49 *Instantia non transit ad legatarium.*
50 *Vtrum instantia transeat à Clerico in laïcum, vel à laico in Clericum.*
51 *Preuentioni non est locus quando mutata est conditio personarum.*
52 *Quid in terris Ecclesia immediatè subditis in hac quæstione obseruetur.*
53 *Quod verior sit in puncto iuris sententia & magis communiter recepta, instantiam transire ad haredem Clericum.*
54 *Si instantia secundum plurimorum sententiam transeat à laico in Clericum, tamen pro executione adeundus est iudex Ecclesiasticus.*
55 *Verius est instantiam transire ad Clericum, & causam coram iudice laico preuentam, coram eodem tractandam esse, si is contra quem preuentum est post litem contestatam fiat Clericus.*
56 *Preuentio non datur contra fiscum.*
57 *Post confiscationem & incorporationem bonorum ex delicto vel ex contumacia, noua lis contra fiscum instituenda est.*
58 *De modo procedendi contra contumaces ex dispositione iuris communis.*
59 *Contumaces habentur pro confessis, in Italia & Gallia.*
60 *Intellige in Gallia, vt locum habeat. pracedentibus legitimis probationibus, & non ex sola contumacia.*
61 *Contra absentem, non proceditur de iure communi ad aliquam pœnam vltra relegationem, & qua sit praxis procedendi contra contumaces.*
62 *Absens de iure communi non habetur pro confesso quoad crimen, sed tantum quoad bona, si per annum persistit in contumacia.*
63 *Aduersus fiscum, prascribitur intra viginti annos, à die annotationis bonorum.*
64 *Quomodo procedatur contra contumaces, ex statuto Comitatus, Venaissini.*
65 *Executio in effigiem non debet practicari in ciuitate Auenionensi, nec in Comitatu Venaissino.*
66 *Statutum Auenionense dat formam procedendi contra contumaces à qua non est recedendum.*
67 *Nemo debet priuari suo beneficio ex sola contumacia simplici.*
68 *Notarius criminalis scribere debet in causis concernentibus bona incorporata propter delictum, vel contumaciam.*
69 *Fiscus non representat delinquentem, quamuis sit illius successor vniuersalis.*
70 *Quando alicuius bona confiscantur, illius persona in totum inhabilitatur.*
71 *Fiscus succedens priuato vtitur iure priuati.*
72 *Futura qua habent connexitatem cum præteritis per successorem debent expediri.*
73 *Fiscus succedens est loco heredis.*
74 *Licet fiscus sit loco heredis tamē propriè non est heres quando succedit in vim publicationis bonorum.*
75 *Si fiscus succedat tanquam heres secundum aliquorum sententiam ad eum transit instantia.*
76 *Contrarium verius esse ostenditur.*
77 *Quando fiscus succedit alicui, nulla consideranda est preuentio, sed noua lis instituenda est, coram officialibus criminalibus, & mandata facta in pracedenti instantia expirant propter priuilegium fisci.*
78 *Fiscus, secundum aliquos, succedit in instantia, quando succedit actori, non quando succedit reo, & ratio differentia affertur.*
79 *Contrarium tamen verius est, nempe preuentionem non posse opponi fisco, siue succedat actori siue reo.*
80 *Sola annotatio bonorum, non impedit preuentionem contra fiscum.*
81 *Expensa descriptionis, qua fit propter contumaciam, non debent solui de bonis descriptis & annotatis.*
82 *Fiscus nullum habet ius considerabile in bonis delinquentis ante condemnationem.*
83 *Graffarius ciuilis scribere debet quando reus non est contumax in discussione per eum preuenta.*
84 *Fiscus vtitur iure priuati in casibus in quibus non est specialiter priuilegiatus.*
85 *Creditores anteriores praferuntur fisco in pœnalibus,* & num. 91.
86 *Qui prior est tempore praferendus est, etiam in iudicialibus.*
87 *Statutum generaliter loquens comprehendit fiscum in casibus in quibus non est specialiter priuilegiatus.*
88 *Statutum Auenionense,* de Tabellionibus lib. 1. Rubric. 20. art. 18. *explicatur.*
89 *Notarius qui preuenit, regulariter praferendus est.*
90 *Causa criminalis mixta, regulari debet ad instar ciuilis.*
92 *Iura fisci locum habent in bonis incorporatis, non autem incorporandis.*
93 *Fiscum non debere litigare spoliatum, an sit verum, & quomodo procedat.*
94 *Fiscus non potest aliquem de sua possessione dimouere quando adest legitimus contradictor.*
95 *Quando confiscatio fit ipso iure, dominium transit in fiscum sed non possessio, nisi post sententiam declaratoriam.*
96 *Instantia discussionis generalis quando afficiat Dominum directum.*
97 *Colonus in iudicio discussionis vtitur iure Domini directi.*
98 *Dominus directus in discussione praferendus est omnibus creditoribus etiam pro arreragys laudimiorum.*
99 *Preuentio creditorum non operatur contra Dominum directum agentem ad Commissum.*
100 *Agens actione rei vendicationis non ligatur instantia discussionis.*
101 *Qui habet clausulam Constituti tenetur comparere in iudicio discussionis.*

ECESSARIA est in hoc præuentionum tractatu discussio regulæ illius generalis, † quod præuentio non operatur 1
quando persona præuenta non est eadem cum illa quæ iudicium proponere vult, quam tradit Rot. *decis.* 5. *de for. competenti, in antiquis, alias* 551. vbi ponit casum † de laico qui erat obligatus Auenione in certa quantitate pecuniæ ad Curiam sigilli Montispessulani, quæ

M obli

obligario habet vim rei indicatæ, & mãdatur execu-
tioni sine aliqua causæ cognitione, mortuo debito-
re successit Clericus hætes, contra quem creditor
clamorem dicti sigilli exposuit; disputat ibi Rota
vtrum præuentio contra defunctum operetur suum
effectum aduersus Clericum hæredem? super quo li-
cet nihil certi concludere videatur, tamen proponit
illam regulam, quod quando sunt diuersæ personæ,
præueorio cõtra vnam nihil operatur contra aliam,
quam decisiooem ad id allegauit Dec. *in cap. quia*, 11.
de foro competenti, num. 11. Felin. *dicto cap. quia, nu-
mero* 3. Surd. *consil.* 222. *num.* 8. *&* 9. *& num.* 18.
versic. minus repugnat. Et ideo videndum est, vtrum
instantia litis motæ cootra vnum transeat ad alium,
& effectum præuentionis producat contra ipsum;
3 † si enim instantia ad aliquem transeat, ad eum
etiam transeunt omnia acta, & proceditur ex iisdem
actis, & causa in eodem statu manente, Lancellot.
de attent. c. 20. *limit.* 24. *num.* 28. Rot. *decis.* 1. *alias*, 3.
Nota quod successor, *vt lite pendente, in Antiquis*,
Felin. *in dicto cap. quia G.* 11. *num.* 5. *versic. vlt.* Burat.
4 *decis.* 278. *num.* 6. † Et ideo successor reassumens
eandem causam facit sua omnia acta in illa causa
facta, Burat. *ibid. num.* 9.

Pro cuius quæstionis intelligentia supponendum
est in primis quid sit instantia, quid lis, & quid cau-
sa, quod etiam faciet ad intelligentiam terminorum
de quibus suprà actum fuit, *cap.* 6. *de Renunciatione*
5 *litis.* † Et omissa definitione proposita per Socin. *in
cap. venerabilis, de Iudicijs*, vbi *num.* 3. dicit instantiam
esse temporis metam iudiciariæ liti oppositam, cum
hæc sit potius descriptio effectus instantiæ, quam
6 ipsius instantiæ, dicendum est; † instantiam propriè
describi, vt sit exercitatio iudicij à litis contestatio-
ne incipiens, & vsque ad sententiam (si ea feratur)
perdurans: quam definitionem affert Hering *in tract.
de fideiussoribus, cap.* 20. §. 20. *num.* 2. dixi, *si ea feratur*,
7 † quia si nulla sequeretur sententia in iudicio, in-
stantia triennio de iure ciuili finiretur, *l. properan-
dum, in principio, C. de iudiciis*, quod procedit in cau-
sis ciuilibus: nam in criminalibus instantia biennio
terminatur: *l. fin. Cod. vt intra certum tempus crimin.*
8 *quæst. term.* † sed tamen de iore Canonico instantia
9 est perpetua, *cap. penult. de iudic.* † in executiuis au-
tem instantia incipit à primo actu qui fit post exe-
cutionem, Afflict. *decis.* 346. *n.* 5. Amendol. *ad Vinc.
de Franch. decis.* 150. *n.* 2.

10 Hoius instantiæ effectus est, quod regulariter fi-
nita instantia expirant etiam mandata procuratoria,
veluti in iudicio appellationis, *leg. inuitus*, 17. & *ibi*,
11 DD. *Cod. de procuratoribus.* † Vbi communiter con-
cluditur, quod procnrator tenetur quidem appella-
rè non tamen prosequi appellationem, nisi etiam
ad id fuerit constitutus, & mandatum specialiter
factum.

12 Similiter fideiussor simpliciter datus non cense-
tur obligatus in alia instantia, sed in ea tantum in
qua datus fuit, *l. cum quid*, & *ibi*, Bart. *ff. iudicatum
solui.* Hering. *d. c.* 20. §. 20. *n.* 4. *& seqq.*

13 Causa accipitur pro ipso iure deducto in iudiciis,
vt est text. in *dicta leg. properandum, in principio*, ibi,
ita quod omnes lites super pecuniariis causis: textus &
gloss. *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* & probatur ex doctrina
Bart. *in l. causas, C. de transactionib. & in l. qui Roma*, §.
Callimachus, ff. de verbor. obligat.

14 Lis dupliciter accipi potest, quandóque propriè,
quandóque impropriè: impropriè accipitur pro In-
stantia, vt in *dicta l. properandum, in princ. &* melius,
ibid. in §. *final.* & *ibi gloss. in verb. nihilominus*, Et in hoc
15 sensu intelligenda est † clausula, quâ Pragmatici no-
stri vti consueuerunt, dum dicunt, *Renunciari liti, sed
non causæ*: nam in hoc loquendi genere, litis nomen
impropriè capitur pro ipsa instantia.

Propriè verò lis accipitur, quando non solum 16
comprehendit instantiam, sed etiam totum iudi-
cium & causam: probatur per textum *in l. litis nomen*
36. *ff. de verb. sign.* vbi dicitur litis nomen actiooem
significare, siue in rem, siue in persooam sit, & ex Gl.
in cap. 1. *de procuratoribus in* 6. quam ibi sequuutur
communiter Dd. & ex gloss. *in dicta l. properandum,
Cod. de iudiciis*, † & in hoc sensu superiùs, *d. cap.* 6. 17
tractatum fuit de renunciante *instantia, sed non liti*:
quæ verba, si impropriè loquamur, æquiualeot re-
nunciationi *liti, sed non causæ.*

Quibus sic præsuppositis, concludendum est in 18
primis, iostantiam propriè sumptam, de qua in po-
sterum loquemur, regulariter transire ad hæredes,
vt tenent communiter DD. *in dicto cap. quia G.* 11. *de
iudiciis, & in l. si eum hominem*, 34. *ff. de fideiussoribus,
l. si petitor.* 31. *ff. de iudiciis, l. filius* 21. *versic. multo ma-
gis, ff. de inofficioso testament.* quod procedit etiam si
lis aduersos defunctum taoquam reum incœpta fue-
rit, *l.* 1. *C. si pendente appellatione mors interuen. l.* 2. §.
fin. ff. de prætor. stipulat. leg. seruus, 14. *ff. de infamibus*,
Mynsinger. *centur.* 1. *obseruat.* 85. *n.* 3. vbi dicit in-
stantiam litis non finitæ transferri in hæredem, ad-
uersus quem non instituitur nouus processus; † sed 19
tameo hæres de nouo debet citari, & ita procedi, vt
vno verbo omnia acta & actitata præcedentis iudi-
cij repetantur, ita quod non iustituatur nouus pro-
cessus cum hærede.

Quod apud nos obseruandum non est in causis 20
exequutiuis, quia datur exequutio directè contra
hæredem quoad defuncti, necnon quoad bona ip-
sius hæredis, nisi hæres hæreditatem adiuerit cum
beneficio inuentarij. Quod procedit etiam si tempo-
re exequutionis non fuerit probatum, illum, contra
quem petita fuit exequutio; esse hæredem debitoris,
dummodo postea probetur: ita enim cauetur statuto
Aueniooensi *libro* 2. *rubr.* 17. *artic.* 2. Sufficit enim
media exequutionis probare post factam exequu-
tionem, si illa defectu mediorum impugnetur, vt in
dict. statut. rubr. 17. *artic.* 1.

Sed de iure communi, instantia licet transeat ad 21
hæredem, non tamen transit ipso iure, sed opus est
vt citetur ad hoc, vt in eum transferatur instantia,
per text. *in l. edictum, ff. de iudic. & in l. orationi, ff. de
ferijs*, & ideo mortuo reo, actor curare debet, vt illius
hæredes citentur ad videndum iudicium in eos trã-
ferri, quia citatione facta, iudex postea interponit
decretum, quod iudiciom in ipsos transferatur, &
cum ipsis ad vlteriora in causa procedatur: qua in-
stantia translata, & repetitis eodem contextu omni-
bus actis, & actitatis, tunc instantia continuari &
iudicari poterit contra hæredem. † Et propterea pru- 22
dentes causarum Patroni vti solent hac cautela, Ego
reproduco citra binam insertionem omnia acta, acti-
tata, & merita huius causæ in passibus & locis, &c,
& peto ius dici, &c. quod probatur per text. *in leg.
Lucius*, §. *rogatus*, cum *ibi* ootatis per Bart. *ff. ad Treb.*
& in *l. fin. ff. ad exhibendum*, Bald. *in l. si eos, C. de fide-
iussorib.* Angel. & Imol. *in l. pœnalis, in principio, ff. ad
legem falcid.* per quæ iura ita tenet Marta *consil.* 83.
num. 7. 8. *&* 9.

Ad hoc autem vt instantia transeat ad hæredem,
qui est successor vniuersalis, non est necessarium
quod lis fuerit contestata cum defuncto, sed suffi-
cit defunctum fuisse citatum ad causam aote mor-
tem; vt probatur per text. *in l. si defunctus* 15. *in
princip. ff. de procur.* Barbos. *in l. si constante* 25. §. *fin.*
num.

*num.*11.*circa fin.& num.*28.*circa med.ff.solut.matrim.* Molin. *de primogen. lib.*4.*cap.*21. *num.*6. Quod in hærede quidem successore vniuersali procedit: nam dum agitur de successore particulari, vt ad eum transeat instantia, requiritur litem cum defuncto fuisse contestatam: vt aduertit Couar. *practic.quæst. cap.*8.*n.*3. *in fin.* Barbos. *in l.hæres absens, in princip. num.*25.*& num.*143.

23 Secunda conclusio. Instantia cœpta contra aliquem, non transit ad eius successorem singularem Cost. *de facti scientia, centur.*2. *distinct.* 74. *num.*4. Peregrin. *de fideicommissis, artic.*53. *numer.*24. Practic.Papien.*in tit.de forma exequnt.sentent. in principio, num.*20.

24 Quod procedit in singulari successore voluntario, in quem non transfertur instantia: *l.*2.*§.non solum, ff.de heredit.vel actione vendit.& l.si pignoris, ff. familiæ erciscundæ*, secus est in successore necessario: *l. in hoc iudicio. Eodem tit.* Hæc distinctio est Bartoli *in d.l.si eum hominem* 24. *ff. de fideiussoribus*, quam sequitur Giurb. *decis.*107.*n.*2.

25 Necessitas autem variè in hac materia consideraripotest. *Primò*, respectu rei, quando res litigiosa facta, inuito actore transfertur in alium qui tamen ab eo causam habeat, vt in *l.in hoc iudicio, ff. familia erciscundæ*, vbi tam instantia quam sententia censetur esse indiuidua in iudicio familiæ erciscundæ, itavt iudex non possit iudicare quoad vnum, quin simul etiam iudicet quoad alios, propter indiuiduitatem

26 negotij: † quæ lex propriè de personalibus præstationibus intelligenda est, vt ostendit toties ibidem inculcata personarum mentio, teste *Cuiacio*: veluti si quatuor sint hæredes, qui inter se agant iudicio familiæ hercîscundæ, & primus quidem expensas necessarias in vtilitatem hæreditatis factas repetat, non potest iudex contra secundum & tertium procedere, aut sententiam ferre, nisi quartus etiam citetur & condemnetur, & sic instantia afficit omnes cohæredes, cum sit indiuidua, & non possit pro parte valere & pro parte non valere, in capitibus connexis & indiuiduis; secus est in separatis. Et ideo ratione indiuiduitatis, instantia transit in successo-

27 rem necessarium: & † licet iudex possit aliquas res in iudicio diuisorio dimittere indiuisas, tamen quoad personas non potest iudex aliquas omittere, & quoad alias iudicare; atque ita respondetur *ad leg. si filia, §.familia, ff. familia hercîscundæ*, vt aduertit Bart. *in dicta leg.in hoc iudicio.* quidquid aliter illam legem explicet *Fulgos.* Cuius interpretatio non est conformis menti *Bartoli* nec aliorum Doctorum.

28 Secundum exemplum necessarij successoris est in eo, quem consolidata fuit actio, quæ communis illi erat cum anthore. Nam tunc ex necessitate iuris, & ex causa præcedenti succedit, & ad eum transit instantia quæ cum eo integrè continuanda est; vt refert Peregr. *de fideicom.art.*51.*n.*24.

29 Regula enim generalis est quod vbi ex necessitate iuris res, vel actio ad aliquem transit, ad eum etiam transit lis super eadem re, vel actione intentata. Veluti si pater emphyteusim acceperit pro se & filiis suis, certum est quod instantia cœpta per patrem in illa re emphyteutica, transit ad liberos, vt dicit Decius *in dict.cap.quia G.*11.*de iudicijs*, quia illa res ex necessitate iuris deuenire debet ad liberos, *l.vnum ex familia, §.*1.*ff.de Legat.*2. Castrensis *in dicta leg.si eum hominem, n.*3.*ff.de fideiussoribus.*

30 Tertia Conclusio. Lis & instantia incœpta cum testatore transit in fideicommissarium, itavt teneatur subire iudicium in statu in quo reperitur coram eodem iudice eodémque Notario qui præuenerunt, absque eo quod de nouo lis contestari debeat, Bart. *in d.l.si eum hominem, n.*4.*versic. Respondeo*, & *ibidem* alij DD. quia fideicommissarius vniuersalis succedit in iuribus hæreditariis actiuis & passiuis, & ideo ad illum transit instantia cum testatore cœpta tam actiuè, quam passiuè.

Cœpta vero instantia cum hærede grauato, non 31 ita simpliciter transit in fideicommissarium, quia hic non succedit hæredi grauato, sed testatori, & ideo vt succedat in instantia, necesse est, vt per eum actiones cedantur ipsi fideicommissario, vt dicit Peregr. *d.artic.*53. *num.*19. & probatur *in leg. cum hereditas* 36.*ff.ad Trebell.* in illis verbis, *& tamen heres iudiciis quibus conuentus est, aut stipulationibus quibus necesse habuit promittere, obstrictus manebit*, & in *l.si patronus*, & melius in *leg.Lucius* 78.*§.rogatus ff.ad Trebell.* Tusc. *in verbo Instantia, concl.*210.*n.*3. Noal. *de transmissionib.cas.*55.*n.*3.

Si tamen ageretur actione reali, transiret instan- 32 tia ad fideicommissarium, vt dicit Peregrin. *loco citato, num.*19. & in genere de actione reali, Amendola *decis.*150. *num.*18. *ad Vincent.de Franch.* Burat. *decis.*337.*num.*4. licèt Peregrin. *de fideicommiss.art.* 53.*num.*25. *in fine*, cogitandum relinquat, † atque 33 ita existimo intelligenda esse tradita per Fusar. *de substitutionib.qu.*620. & Intrigliol. *de substitutionib. centur.*3. *q.*73. *n.*129. *&* 130. † Mulina vero *lib.*4. 34 *c.*8.*n.*6. loquitur in maioratibus & primogenituris Hispanorum, qui casus specialis est. Nam cum maioratus sit dignitas, instantia cœpta nomine dignitatis, transire debet ad successorem eiusdem dignitatis. Aliud est si possessor maioratus proprio & priuato nomine ageret; tunc enim Instantia non transiret ad successorem: veluti si quis peteret aliquid sibi adiudicari: non maioratus, aut primogenituræ, vel fideicommissi nomine, sed proprio. Alioquin si nomine fideicommissi peteret, transiret instantia ad successorem, atq; ita intelligendus est Fusar. *in tract.de subst.d.q.*620. & concordandus cum Peregrin. *d.a.* 53.*n.*18.& cum aliis fusè allegatis, *d.q.*620. prout sic concordari debere ostendit Peguerra *decis.*18. *numer.*4.*versic.*2. *limitatur*, & Cabed. *decis.Lusit.*198. *num.*4.

Idque exemplo Clerici, aut alterius in dignitate 35 constituti; qui si nomine Ecclesiæ egerit, transmittit ad successorem in Ecclesia, vel Dignitate instantiam iam inchoatam, Burat. *decis.*278.*num.*5. *& sequentibus*, itavt in iisdem actis, & causa in eodem statu manente, successor agat vel conueniatur, Burat. *dict. decis.*278.*numer.*5. *&* 6. Gratian. *discept.forens.cap.* 736.*num.*18. idem, Burat. *decis.*537.*num.*7. Peregr. *d.art.*53.*num.*28. Noal. *de transmissionibus, dicto cas.* 55.*num.*9.

Differentiam autem inter successorem ex maio- 36 ratu, & eum qui succedit ex fideicommisso, explicat egregiè Castill. *controuersiar. iur.lib.*2.*c.*9. *num.*11. *& seqq.* quia in fideicommissarium vniuersalem licet hæreditas inuito hærede grauato transire debeat, tamen restitutio quæ fit fideicommissario vniuersali, fit iudicio personali; ideo non potest fideicommissarius aliquas mouere actiones, nisi facta sibi restitutione per hæredem; Sed in maioratu dominium & possessio transfertur ipso iure, & per consequens instantia, vt ibi copiosè *Castillo.*

Quarta Conclusio. Quando ex statuto, vel 37 consuetudine ius retractus consanguinitatis quem Galli vocant, *Lignager*, competit proximiori agnato, qui facto deposito vocatis vocandis, intentauit iudicium retractus, si ille proximior pendente lite moriatur, verius est ius illud retrahendi, & instantiã

super retractu inchoatam transmitti ad hæredes etiam extraneos. Quod inseruire potest ad interpretationem statuti prouincialis concedentis ius retractus proximioribus.

Ratio est, quia vt suprà dictum est in 1. conclusione, instantia quælibet iudicialis transit ad hæredes vniuersales actiuè & passiuè, ex traditis in *d. l.*
38 *si eum hominem, ff. de fideiussoribu.* † Quia cœpto iudicio in vim iudicialis instantiæ, oritur quidam quasi contractus inter colligitantes, *l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul.* & ideo propter talem quasi contractum, instantia efficitur transmissibilis: ad tradita in *l. si sic, ff. de verb. oblig. l. veteres, Cod. de contrahenda stipulatione*, atque ita in fauorem transmissionis instantiæ retractus gentilitij iudicatum fuisse testatur Peregrin. *decis. 22. num. 3.*

39 Quinta Conclusio. Quamuis regulariter instantia non transeat in singularem successorem, tamen aliud dicendum est quando illis cessio specifice facta fuit, *d. l. cum hereditas 36. ff. ad Trebell. l. in causa, §. finali*, & ibi DD. *ff. de procurat. & in dicta leg. si eum hominem, ff. de fideiussoribus*, eademque ratione si hæres cessionarium hæreditatis posuerit in locum suum cedendo ipsi omnia iura & actiones suas, ma-
40 ximè cum clausula, *quomodocunque competentia*, † aut etiam si cessio facta fuerit cum iuramento quod habet vim specificæ expressionis, tunc instantia transit in cessionarium siue sit vniuersalis, siue singularis, Noal. *dict. cas. 55. n. 15.* Giurb. *decis. 107. num. 3. vsque ad finem.*

41 Quæ adeo vera sunt, vt etiam in feudis possit cessionarius vti iuribus sibi cessis super feudo, & prosequi instantiam inchoatam à cedente, obtento assensu Domini feudi, vt fuit decisum apud Vincent. de Franch. *decis. 593. per totam.*

42 Dixi, *quando cessio specifice facta fuit*, nam alioquin cessio non operatur translationem instantiæ in cessionarium, nisi verba cessionis essent valdè ampla, Giurb. *decis. 84. numero 12.* Mar. Mut. *decis. 14. num. 9. & sequentibus*, & ita intelligo Georgium *alleg. 33. numero 26.* vbi loquitur de donatione iurium & actionum.

43 Sexta Conclusio. Instantia litis transit à resignante in resignatarium beneficij, in eo statu in quo reperitur, & ideo resignatarius non potest mutare iudicem, vel notarium in causa quæ fuerat intentata contra resignantem, sed causam prosequi tenetur in statu in quo reperitur, Paris. *de resign. libro 1. quæst. 16. num. 10. & 14.*

44 Septima Conclusio. Instantia litis super nobilitate intentata contra patrem transit in filium, etiā si non sit hæres patris, Menoch. *cons. 904. numer. 70.* per text. in *leg. si operarum iudicio 29. ff. de operis libertorum*, vbi dicitur quod si operarum iudicio actū fuerit cum liberto, & Patronus decesserit, translatio instantiæ non fit in hæredem, sed in filium, quamuis patris hæres non existat. Quia illæ operæ, super quibus litigabatur, ex dispositione & necessitate iuris transibant in filium, vnde & instantia ad eum transire debebat. Idem de Nobilitate dicendum est & de aliis similibus iuribus, quæ ad filium tanquam
45 filium deferuntur, quia † pertinent ad filium ex causa quæ præcedebat ipsam instantiam, & habebat originem ante causam cœptam, quod maximè in iure consideratur, vt colligitur ex *l. alienationes 14. ff.*
46 *familiæ herciscundæ.* Similiter † si actio doris competens patri per eum intentata fuerit, instantia illius litis deuoluitur ad filiam, quamuis non sit hæres patris, idque duplici ratione. Prima, quia filia ex necessitate iuris consequitur illam actionem. Secunda, quia illam consequitur ex causa quæ erat antiquior, & præcedebat iudicium inchoatum per patrem, vt dicit Bartol. *in d. l. si eum hominem, ad finem, ff. de fideiussoribus*, quem sequitur Barbos. *in d. l. si constante 25. §. finali, n. 23. ff. solut. matrimonio.*

Octaua Conclusio. Instantia cœpta cum testatore 47
proprietario transit in vsufructuarium actiuè, sed non passiuè; quia vsufructuarius habet exercitium actionum pro conseruatione, custodia & cura bonorum in quibus habet vsumfructum, non autem in reliquis, per text. *in l. 1. §. vsufructuarius, ff. de nou. oper. nuntiat.* Si enim in reliquis à testatore ad vsufructuarium transiret instantia, sequeretur quod ipse posset præiudicare proprietario litigando, quod non est dicendum: & similiter † si lis fuerit cœpta per vsufru- 48
ctuarium ad vtilitatem proprietatis, transibit instantia ad proprietarium, aliàs non transibit. Vt benè explicat Hodiern. ad Surd. *decis. 193. num. 59. iunct. num. 62. & 63.*

Nona Conclusio. Instantia cœpta cum defuncto 49
non transit ad Legatarium, cum ipse sit singularis successor, ad quem non transit instantia, nisi quando succedit ex necessitate. Vt superius ostensum fuit, Hodiern. ad Surd. *decis. 110. n. 22. & 23.*

Decima Conclusio. Vtrum instantia cœpta con- 50
tra Clericum continuari debeat contra hæredem laicum, coram iudice Ecclesiastico; & è contra si causa fuerit cœpta contra laicum, cui successerit Clericus, vtrum continuari debeat coram iudice laico? magna est controuersia, multis æstimantibus Clericum hæredem laici conueniendum esse coram iudice Ecclesiastico. Quia Clericus exemptus est à seculari iurisdictione, adeo vt non possit etiam volens se submittere foro seculari, *cap. si diligenti 12. & cap. significasti 18. de foro competenti*, † & cum mutata fuerit 51
conditio personæ, non est quærendum de causæ præuentione. Quæ præuentio locum non habet quando personæ sunt diuersæ, & per alias rationes quas copiosè tradit Surd. *consil. 221. per tot.* qui tandem concludit in contrarium, nempè ex conditione hæredis non mutari naturam causæ & instantiæ iam inchoatæ: quod etiam verius esse censuit Gratian. *discept. forens. cap. 16.* vbi fusè in vtramque partem hanc quæstionem examinat.

Verum si negotium tractetur in his partibus, dif- 52
ficile erit obtinere continuationem instantiæ aduersus hæredem Clericum, sed ipse coram iudice Ecclesiastico conueniendus erit, etiam si lis contra defunctum laicum authorem fuisset inchoata: ex traditis per Seraphinum *decis. 957. numero 5.* & Gratian. *d. c. 16. n. 14.* † Sed Diana *p. 1. tract. 2. resol. 24.* 53
in illam inclinat sententiam quam dicit communiter receptam esse, vt instantia transeat ad hæredem, siue à laico ad Clericum, siue à Clerico ad laicum, & Carol. de Graff. *de effectibus Clericat. effect. 1. n. 141.* quam opinionem in puncto iuris veriorem esse existimo, ex rationibus fusè deductis per Surd. *d. cons. 221.* & per August. Barbos. *de iur. Ecclesiastic. vniu. lib. 1. c. 39. §. 2. num. 102. & seqq.* qui plurimos hinc inde Doctores allegat, & vtriusque sententiæ fundamenta refert, præsertim quando lis fuit contestata contra defunctum laicum, tunc enim successor Clericus non potest ex persona sua mutare forum, sed instantia debet ad eum transire, ex traditis per Hodiern. ad Surd. *decis. 110. n. 18.* † ita tamen vt pro 54
exequutione adeundus sit iudex Ecclesiasticus, vt voluit Hodiern. *loc. citat. n. 19.* † Eademque ratione 55
verius est, si Clericus post litem motam quis factus fuerit ipsum teneri litem prosequi, coram eodem iudice laico, vt diximus *sup. c. 9. n. 14.* vt tradunt plurimi

citati

citati per Antonium de Mariois *quotidianar. resolut. c. 54. numero 3. & sequentibus*, licet ipse post *Geneuensem*, contrarium existimet,& ita iudicatum refert, *num.8.* & pro eadem nostra sententia, quam æquiorem existimat quando lis fuit contestata cum defuncto,tenet Mynsing. *cent.3.obseruat.45.num.2. vers.si tamen lis.* Sed vt dictum est post Gratianum, *dicto cap. 56. num.34.* difficile erit in his partibus contra Clericum hæredem laici obtinere & ideo cautius erit hoc casu nouam litem inchoare contra Clericum hæredem laici: quod tamen mihi valdè durum videtur, quidquid dicat Ant. de Marin. *loco citat.*& Nouar. *quæstio.forens.parte 1.quæst.84.n.33.* meliores quippe & validiores sunt rationes allatæ, à *Barbosa*,pro nostra sententia, *d. lib.1. Iuris Ecclesiastic.cap.39.num.102. & sequentib.* quas hic transcribere superfluum existimaui;sed tamen vide Gallesi. & *ibi* Zach. *quæst.8.de oblig.cameral.* Mich. Ferro. *quæst.moral.12.n.3.p.1.*

56 Vndecima Conclusio. Vnum ex Fisci priuilegiis illud est, vt contra fiscum nulla detur præuentio, quamvis succedat personæ priuatæ:vt dicit Martin. Laud. *in tract.de fisco, q.91.* Quod quia ampliorem explicationem requirit, varij casus distinguendi sunt.

57 Primus casus est,quando lata fuit sententia condemnatoria delinquentis, cum confiscatione bonorum ipsius,aut alia ratione bona alicuius priuati fisco adiudicata & incorporata sunt, aut etiam si contumax legitimè citatus intra annum non comparuerit, eaque de causa bona ipsius fisco adiudicata & incorporata fuerint,iuxta dispositionem Statu-
58 ti Aueoionensis, † quæ in hoc conformis est dispositioni iuris communis, iuxta Gloss. *in l. 1. in verbo requirendum, ff. de requirend. reis*, & textum *in l. 1. & 2.C.eodem tit.*& gloss.*in cap.quoniam frequenter, §. porro, in verb.canon.definitum, in fine,extr. vt lit. pendent.* tunc ad fiscum non transit instantia, sed noua lis est instituenda.

Pro cuius rei intelligentia supponendum est,quod in iudiciis criminalibus longe aliter ex iuris communis dispositione contra absentes & contumaces proceditur, quam vel particulares consuetudines, aut diuersarum prouinciarum vel locorum statuta
59 ferant. † in Italia quippe,& locis Regi Galliæ subditis, contumaces habentur pro confessis, & ideo contra ipsos ad sententiam capitalem proceditur quamuis minimè comparuerint,vt notat Imbert. *in*,
60 *praxi Gallic. lib. 3. cap.3. n.7.* † præcedentibus tamen legitimis probationibus & non ex sola contumacia, Theueneao. *ad ordinat. Reg.lib.5.tit.7.*in verbo, *attaint & conuaincu.*

61 Sed de iure communi contra absentem, & contumacem non proceditur ad aliquam pœnam vltra relegationem, *l.absentem,§. aduersus contumacem, ff. de pœnis.* Et accusatus si post trinam citationem minimè comparuerit, proceditur ad annotationem seu descriptionem bonorum ipsius: si vero postea per annũ in contumacia perseueret, bona fisco incorporantur,nec amplius auditur contumax quoad bona sua, nisi impetrauerit gratiam à Principe, aut eius
62 Vicario ad id potestatem habente:† quia quoad bona dumtaxat habetur pro confesso,sed quoad ipsum crimen perpetuo auditur, non solum intra annum, sed etiam elapso anno, *per textus, & glossas superius*
63 *allegatas.* † Si tamen fiscus per viginti annos à die annotationis publicè notificatæ nihil petierit,& bona contumacis non occupauerit, præscriptionis exceptione remouebitur, *leg.2.§.& 4.ff.de requirendis*
64 *reis.* † Ex Statutis vero Comitatus, *art.118.*contra absentes contumaces procedi mandatur eo modo quo hactenus procedi consueuit: nunquam autem aduersus absentes ex quacunque causa ad mortis sententiam processum fuit, † eaque de causa nomi- 65
ne totius Vniuersitatis Nobilium & feudatariorum dictæ patriæ Comitatus dicebam alias, non debere procedi ad executionem in effigie cuiusdam nobilis adolescentis, quantumuis contumacis, quia talis executio erat contra iuris regulas, ex *dicta leg. absentem,§.aduersus contumacem,ff.de pœnis,* & ab æuo nunquam visa, audita, aut practicata fuerat in his partibus.

Quibus non absimile est dictum statutum Auen. 66
*libro 3. Rubr. 2.de modo procedendi contra inquisitos absentes,*quo cauetur vt factis debitis citationibus procedatur ad bonorum annotationem, & reus expectetur per annum,quo elapso procedatur ad confiscationem,nec statutum vlterius procedit.

Eadem ratione cum alias processum fuisset ob 67
solam contumaciam contra quendam pium Sacerdotem Ecclesiæ cuiusdam collegiatæ præsentis ciuitatis Aueniensis,ad sententiam declaratoriam priuationis sui beneficij,ipseque appellasset,& ad Vrbem recursum habuisset, talis sententia tanquam nulla,fuit reuocata; ipseque in sui beneficij possessione restitutus, quod adhuc hodie pacifice possidet & probe exercet.

Quibus ita pro intelligentia primi casus examinandi constitutis, concludendum est, quod si reo 68
contumace existente, & in contumacia per annum perseuerante,bona illius fisco applicentur, instantia non transit ad fiscum;si aliqua lis cõtra delinquentẽ vel contumacem mota fuisset scribente notario, vel coram iudice causæ ciuilis,tota illa causa,etiam si esset generalis discussionis & concursus creditorum, tractanda est scribente notario causæ criminalis, & coram iudice eiusdem causæ criminalis,interueniente Domino Aduocato fisci, totaque causa de nouo inchoanda est,cum bona iam sint incorporata fiscò, cuius hoc est priuilegium, vt hoc casu nulla detur præuentio contra ipsum, & instantia ad ipsum non transeat,vt bene explicat Peregr. *de iur. fisci,lib.7.tit. 1.numero 11.& lib.5.tit.1.numero 65.* Martin. Laudens.*in d.tractat. de fisco,quæst 91.*fusè Barbos. *in l.si constante 25.§.final. à numero 15. vsque ad 22.& numero 27.* necnon *num.36. versic. infertur 3.* & tradit Bartol.*in, d. l.si cum hominem,num.1.ff.de fideiussorib.* Abbas *in d.cap. quia 11.in fine,de iudiciis.*Castrens.*in l.tam in contractib.n.3.ff.eod.tit.*

Ratio est,quia quando fiscus succedit in dote mu- 69
lieris publicata seu confiscata, de qua in *d.§. fin.* aut aliter succedit alicui ex confiscatione, non repræsentat personam delinquentis,licet sit illius successor vniuersalis,Gloss.*in l. nouatio,in verb.ad hæredem, ff.de nouationibus,*Petrus Barbos.*in l.hæres absens 19.in princ.n.136.& 142.*

• Alia afferri potest ratio, quia quando bona delin- 70
quentis confiscantur, illius persona inhabilitatur,& periode est ac si delinquens non esset in rerum natura, quam rationem affert Imol. *in d. l. si cum hominem.n.3.ff. de fideiuss.*

Neque obstat si dicatur quod fiscus succedens 71
priuato debet vti iure priuati in iis quæ gesta fuerunt ante illius successionem, *leg. fiscus ff. de iure fisci.*
† Idemq; dicendum videtur de futuris quæ necessa- 72
riam habent connexitatem cum antea gestis, per tex. *in l.eum actum ff.de negotiis gestis*,præsertim cum instantia transeat ad hæredes, vt supra ostensum fuit in prima conclusione, † fiscus autem est loco hære- 73
dis,*l.tutoris C.ad leg. Iuliam de vi publica, l.non intelligitur §.si cum ex causa,ff.de iure fisci.*

74 Respondetur enim quod licet fiscus habeatur loco hæredis, tamen propriè non est hæres quando succedit ex causa publicationis bonorum, & ideo causa de nouo inchoanda est,& primus processus est inutilis, iuxta tradita per Barbos. *in d. l. si constante 25.§.fin.num.26.ff.solut.matrim.*

75 Sed si fiscus succederet tanquam hæres, tunc ad eum transiret instantia cum repræsentet hoc casu personam defuncti, Alexand. *in d.l.si constante,§.fin. n.4.* Barbos. *in d.l.heres absens 19.in principio, n.159. ff.de iudiciis.*

76 Sed tamen verius est, instantiam ad fiscum non transire,quamuis succedat titulo vniuersali hæreditario,propter rationem allatam à Bart.& aliis,quamuis eam improbet Barbos. *in dicto §. finali, l. si constante*, quia videlicet fiscus habet suos Iudices speciales, & ideo non transit in fiscum instantia actiuè nec passiuè, siue succedat ex confiscatione, siue ex titulo hæreditario; sed penitus, fisco succedente, primum iudicium expirat, & de nouo inchoandum est, seu potius totus processus remittendus est ad Officiales causæ criminalis:cum de iure fiscus suos

77 habeat Iudices speciales, † & ideo præuentio iurisdictionis non præiudicet fisco successori, siue succedat personæ siue bonis, & omnia mandata facta per authorem fisci in illa præcedenti instantia expirant, Peregr. *de iur.fisci,lib.7.tit.1.n.11.& de fideicommissis art.53.n.23.* Fusar.*de subst.q.621.n.3.* Licet alios in contrarium referat *n.2.* Sed opinio *Peregrini* verior est,& contra eam difficile esset in iudiciis obtinere,propter fauores & priuilegia fisci.

78 Prædictam conclusionem limitat Barbos. *in d.leg. heres absens, in principio,num.142.* Vt locum habeat quando fiscus succedit actori, vt sunt termini illius textus in *dicto §.finali*,nam si succedat reo,existimat instantiam transire ad fiscum, iuxta regulam *l. tam in contractibus, ff.de iudic.* Rationem differentiæ affert Imola *in d.l.cum hominem, num.3.ff. de fideiussoribus*, quia quando fiscus succedit actori,nullum infertur reo damnum si ad fiscum non transeat instantia; sed hoc reo potius est vtile,cum reorum sit fugere iudicium : si vero fiscus succedat reo, tunc quia actor cogeretur nouum processum facere, & nouis expensis fatigaretur,instantia ad fiscum transire debet.

79 Sed indistinctè siue fiscus reo siue actori succedat, instantiam ad eum non transire censuit Alex. *in d.l.si constante,§.fin.num.4.versic. Alia fuit solutio,* & *vers. Sed hæc solutio.* Barbos. *in d.l.si constante,§.fin. num.16.* cuius sententiæ adhæreo, non illa ratione quam affert *Barbosa*; sed illa quam affert Peregrin. *in locis superius allatis*, quia videlicet fiscus habet suos iudices speciales,coram quibus agendo,vel defendendo priuatiuè conueniri debet. Idem Peregr. *de iur.fisci, lib.5.tit.1.num.65.* hanc eandem sententiam sequitur Carleual. *disput.iur.tom.1.disp.2.q.5. num.316.*

80 Secundus casus, quando bona fuerunt tantum descripta, & annotata propter solam Rei contumaciam, tunc enim fiscus nullum habet priuilegium causas auocandi ad suos iudices,quia hoc casu contumax remanet possessor & Dominus, nec possessio aut dominium transfertur ad fiscum,& propterea cessat priuilegium fisci quoad præuentionem,Peregrin. *de iur.fisci,lib.5.tit.1.num.196.versic.* & *in eo casu:* post Bart. *in l.fin. C.de bonis vacantibus, lib.10.* & *in l.defensionis facultas,Cod.de iure fisci*,idem Bart. *in l.post contractum,colum.vlt. ff.de donat.* & *in l.final. ff.de requirendis reis,* Paul. de Montepico *in d. l. post contractum,ff.de donationibus,num.96.* vbi dicit hanc descriptionem,seu inuentarium ad hoc fieri,vt postea sciatur in quo consistant bona delinquentis,licet in puncto iuris existimet ne quidem ad inuentarium & descriptionē procedi debere. In praxi tamen illam fieri testatur, † adeo vt nequidem expensæ factæ per cursores, seu seruientes Curiæ in confectione talis inuentarij,ipsis debeantur,per text. *in dicta l.defensionis facultas*, vbi dicitur possessorem bonorum inquietari non debere. Quia verbum *inquietare*, omnem molestiam abdicat, *l.2.C.de Carboniano edicto,l.fin. C.de iure deliberandi,* & sic possessor bonorum durante anno ab omni molestia quietus remanere debet, & fiscus non debet permittere ea quæ sunt contra honestatem & æquitatem, qualis est distractio bonorum contumacis & expensis Officialium, vt dicit Ioann.Annibal. *in dicta l.post contractum,numero 336.vsque ad 340.* vbi dicit practicam contrariam,esse malam practicam & contrariam honestati & æquitati, & stilus omnis in contrarium non dicitur stilus vel consuetudo,sed abusus & corruptela contra bonos mores, vt dicit Farinac. *de Inquisit.quæst.11.numero 88.* semper enim durante anno contumax debet remanere in possessione suorum bonorum,Guazzin. *de confiscat. bonor.conclus.4. numero 8.* Vnde cum bona non transeant in fiscum, non potest illi competere priuilegium auocationis causæ ad suos iudices, † quia fiscus nullum habet ius considerabile in bonis delinquentis ante condemnationem,Barbos.*in d.l.heres absens 19.§.proinde,in artic. de foro delicti, num.178.* post Bart. *in d.l. post contractum, num.16.* & *ibi* Paul. de Montepico. *num.13.& 87.volum.5.Repet.* 81 82

83 Tertius casus, est quando agitur de delicto, ex quo non venit imponenda pœna confiscationis, & reus non est contumax. Veluti si agatur de furto, aut alio simili delicto,ex quo oritur pœna pecuniaria, aut alia citra confiscationem:& hoc casu verissimum est, fisco nullum competere priuilegium, sed causam coram iudice & Notario ciuili inchoatam,coram eodem continuari debere. Quod quia fuit verè & prudenter decisum per *Rotam Auenionensem die 12. Nouembris 140.* ideo tenorem illius decisionis hic inserendum duxi.

IN CAVSA PRÆVENTIONIS Magistri D. Graffarij

CVRIARVM PALATII;

CONTRA MAGISTRVM

B. VICEGRAFFARIVM CRIMINALEM huiusce Ciuitatis.

CONTESTATA fuit hæc præuentio coram Illustriss. Domino Prolegato, quia eius decisio erat exemplaris & præiudicialis variis casibus, fuitque disputatum, an criminale iudicium de furto intentatum ab vno ex creditoribus Antonetæ, contra eandem,longè post cœptum & contestatum iudicium discussionis generalis bonorum dictæ Antonetæ, scribente eodem Magistro D. traheret omnes creditores totamque discussionem ad causam criminalem pro interesse fisci? Illustriss.commisit decisionem illius articuli D. Auditori generali Præsidi Rotæ,vnde proposito

posito dubio in Rota sub die 22. Nouembris 1640. & auditis informantibus pro interesse vtriusque Graffarij & partium, tam ex scripto quam verbo, monito etiam D. Aduocato fiscali;

Rota censuit esse procedendum ad vlteriora in causa dicti concursus coram D. Auditore generali, scribente eodem magistro D. etiam quoad interesse, & respectiuè dicti creditoris, stante præuentione causæ discussionis generalis ciuiliter cœptæ in illo tribunali, in quo proinde fiscus comparere debeat oppositiuè.

84 Motiua Dominorum fuerunt hæc, † Primo quia fiscus semper vtitur iure priuati, nisi in materia subiecta reperiatur specialiter priuilegiatus, Gloss. singularis in *l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de petit. heredit.* quam regulam confirmat Peregr. *de iur. fisci lib. 6. tit. 1. n. 1.* Farinac. *conf. 183. n. 5.*

Nullibi autem legitur, quod fiscus habeat priuilegium auocandi causas ciuiles penes Notarium criminalem, quando ciuilis fuit præuenta ab iis qui non sunt participes delicti, in casibus in quibus non cadit confiscatio, vel incorporatio bonorum, nec debent priuilegia fisci moltiplicari, & in dubio dicendum est, fiscum non esse priuilegiatum, *l. non puto, ff. de iur. fisci*, quam sic expendit post alios plures, Marius Giurb. *conf. 67. sub num. 16.*

Maximè quando fiscus tractat de iure quærendo, non vero de iure quæsito, nec certat de causa one-

85 rosa, sed lucratiua, imò etiam de pœnali, † in qua creditores habeot prælationem aduersus fiscum, *leg. vn. & ibi*, Bart. *C. pœnis fiscalibus credit. preferri, lib. 10. tit. 7.* D. bon. mem. Hieron. à Laurentiis *in sua repetit. ad §. Cornelio Felici. l. Statius Florus, ff. de iur. fisci, in verbo si ante pœnam, n. 1. & seqq.*

86 Et regula (*qui prior est in tempore*) non tantum militat in conuentionalibus, sed etiam in iudicialibus, *l. 10. ff. de distract. pign. l. si ex iure*, vbi Bart. *ff. qui potior.* Rota coram Durano in impressl. *decis. 364. num. 43. pars. 2.* ita quod præueniens in causa trahere debeat aliorum instantias vigore prioris & anterioris decreti.

Cum ergo fiscus nullum habeat priuilegium in hac materia, & casu proposito, standum est dictæ præuentioni, & regulæ *l. vbi cœptum, ff. de iudiciis.*

Secundo seruanda est regula nostri statuti, quæ datur in discussionibus sub *rubr. 34. de cess. & discuss. bonorum, art. 5. lib. 2.* Scilicet quod quoties agitur de concursu creditorum, ille Notarius scribere debeat qui præuenit in executione, & alij prætendentes interesse super bonis debent venire oppositiuè.

87 Quod quidem statutum vti generaliter loquens comprehendit etiam fiscum, Boss. *in tit. de Fisco & priuileg. eius, n. 75. & sequent.* ita quod fiscus comparens in similibus iudiciis executiuis ligetur legibus, & statutis concernentibus ordinem illius iudicij, Mangil. *de subhastat. c. 137. n. 10.* quando fiscus non est specialiter priuilegiatus, prout in casu proposito in quo non agitur de bonis fisco incorporatis Mangil. *ibid. n. 11.*

88 Quibus non obstat statutum de Tabellionibus, *sub rub. 20. art. 18. lib. 1.* vbi dicitur quod soli notarij criminales debeant scribere in causis criminalibus, vel ciuilibus descendentibus ex crimine, vel etiam ciuilibus vbi de iure Cameræ agitur.

Etenim statutum illud non applicatur casui nostro, scilicet dats præuentione iudicij ciuilis in materia concursus, nulla existente confiscatione & incorporatione bonorum delinquentis: tunc enim propter illam præuentionem & contestatione in iudicio præuento factã, res non est integra; quo casu non est licitum mutare † Notarium, instituendo nouum iudicium cessante priuilegio, vt post *Dec.* voluit Ant. Sol. *in Decret. Pedem. tit. de actuarijs, gloss. 1. n. 1.* & magis distinctè Cost. *de re integra, d. st. 4. num. 25.* vbi quod Notarius semel electus mutari non potest si res non est integra, & ait rem non esse integram quando negotium est inchoatum. 89

Et in casu isto illa mutatio cederet in graue præiudicium aliorum creditorum, qui tamen non debent prægrauari odio, & culpa debitoris, ex vulgata regula *cap. nemo debet. De reg. iur. in 6. l. sancimus, Cod. de pœn.* Sic enim prægrauarentur alij creditores, quia cogerentur defendere non tantum suum interesse ciuile, sed etiam quæstionem criminalem intentatam à fisco, & sic defendere iura propria contra potentiorem.

Quinimo licet causa huius furti proponatur criminaliter, tamen cum non sit merè criminalis, id est, ad solam publicam vindictam, sed mixta, & pœna quadrupli, aut alia pecuniaria sit partim applicanda accusatori pro refectione interesse passi, causa illa debet regulari ad formam ciuilium, vt docet Berous *conf. 22. n. 32. & 33. vol. 5.* 90

Nec etiam causa præuenta potest dici descendere à delicto cum sit mere ciuilis, & descendens à contractu, etiam respectu creditoris; cuius factum, gestum cum debitrice, incepit à locatione operarum; & superueniens delictum, est separabile à causa concursus: nam condictio furtiua, tanquam rei persequutoria, potest separari ab accusatione furti, & à criminali iudicio, ac separatim tractari, *iuxta §. ex maleficijs, Institut. de action.* vbi gloss. & communiter DD. *l. fin. ff. de furt.* cum aliis cumulatis per Farinac. *in tract. de furt. q. 165. n. 24.*

Ita tamen vt actio criminalis nihil deroget iuribus creditorum, quorum causa potior est, vt supra probauimus, Guazzin. *de confiscat. bonorum, concl. 22. n. 15.* nec potest illius prætextu induci supersessoria in iudicio ciuili præuento: quia siue illa debitrix conuincatur de furto, siue non; semper debet satisfieri creditoribus, Guazz. *vbi suprà*, tum quia istud iudicium criminale fuit intentatum diù post ciuile, nec absorbet interesse ciuile, & consequenter non suspendit, ad tradita per Farinac. *conf. 137. n. 2. 27. & 29.* post Capic. *decis. 25. n. 5.* 91

Nec denique potest dici quod hic tractetur de iuribus Cameræ, quia vt supra dictum est, iura Cameræ intelliguntur de incorporatis & quæsitis; non vero de pœnis, & iuribus quærendis; multo minus in casibus in quibus non venit confiscatio ex natura delicti, vt hic, Peregr. *de iur. fisci, lib. 7. tit. 1. n. 2. & sequent.* vbi bene distinguit, causam fiscalem procedere à contractu, vel quando agitur de bonis fisci, aut fisco applicandis scilicet ex causa ciuili, vt pro bonis vacantibus, pro delatis indigno, pro iure Albenagij, & similibus; criminalem autem, quando agitur ad pœnam. 92

Quod vero opponitur, fiscum debere litigare cum plena manu & possessione seu saisitum, proindeque hic tractari de iuribus Cameræ, habet varias responsiones. Prima quidem est, aliud esse iura Cameræ, aliud pœnam. Vt supra dicebamus.

Secunda obiectionem intelligendam esse de locis, in quibus militat talis consuetudo, prout in Gallia, secus vero de iure. Ita in puncto Mar. Giurb. *conf. 67. n. 19.* post Guid. Pap. Marc. Couar. Peregrio. & alios, & ait neminem ostensurum quod de iure fiscus hoc vtatur priuilegio, quod tamen Rota noluit discutere de præsenti, stante quod ille articulus sit extra materiam huius præuentionis. 93

Denique

94 Denique consuetudo illa non militat quando adest contradictor, idem Giurb. *ibid.num.*20. & 21. hic autem concurrunt multi creditores qui iam ante erant in lite.

95 Non est omittendum quod etiam in casibus in quibus confiscatio ipso iure incurritur, solum dominium transit in fiscum, non autem possessio, idem Giurb. *ibid.numero* 18. & expectare debet fiscus declaratoriam: à fortiori quando confiscatio non venit ipso iure: & in casu isto res est extra difficultatem, quia pœna furti non est pœna confiscationis. Hac die 22. Nouembris 1640.

SVARES. P.P. TONDVTI. SALVADOR. A LAVRENTIIS. SARPILLON. Rotæ Auditores. *Extracta fuit hæc decisio à suo originali.*

96 Duodecima Conclusio. Instantia discussionis bonorum generalis in qua concurrunt plurimi creditores, non afficit Dominum directum, si petat se mitti in possessionem prædij emphyteutici iure dominij directi ob non solutum canonem annuum; sed eo casu dominium vtile trahetur à domino directo, iure consolidationis, ac veluti magneticæ cuiusdam attractionis, quod potius est, & antiquius iure omnium creditorum. Aliud dicendum esset si Dominus directus ageret actione personali pro consequenda solutione dictorum canonum; tunc enim instantia discussionis illū afficeret, & in ea comparere teneretur Cod.Fab. *lib.*7. *tit.*32. *definit.*2. vbi tamen subdit licitum esse creditoribus offerre Domino directo canones debitos ad impediendam consolidationem. Et ratio præmissorum est, quia quando Dominus directus petit se immitti in possessionem fundi Emphyteutici iure consolidationis, non agit ad pignus, sed ad Dominij vtilis ad se deuoluti declarationem; certum est autem potiorem eius causam esse debere, qui rei suæ dominium; quam qui alienæ pignus vindicat, *tot.titul. Cod. si alien.res Pign. data sit.* Verum si agatur contra alia bona non emphyteutica, quæ debitor canonis annui in fauorem Domini directi obligauit & hypothecauit, hoc casu cū actio Dñi directi non sit realis, teneetur comparere in instantia discussionis, & iuxta ordinem suarum hypothecarum collocabitur, prout etiam determinat idem Faber *in Cod. libro* 4.

97 *titul.*42.*definit.*59. vbi etiam dicit, † quod licet ius prælationis colono non competat; sed soli Domino directo, tamen colonus agens ex iure reali Domino competente; eodem iure quo Dominus censeri debet, non tam in vim consolidationis, quam ex eo quod ius Domini directi, cui colonus innititur, est potius & antiquius super prædio emphyteutico, iutibus omnium aliorum creditorum.

98 Quod autem de reliquis annuorum canonum super re ipsa emphyteutica cum priuilegio prælationis consequendis dictum est, locum etiam habet dum agitur de consequendis laudemiis actione reali, super ipsa re vendita petitis, pro quibus Dominus super ipsa re emphyteutica consequendis, cæteris omnibus potior est: secus esset si ageretur super pretio rei emphyteuticæ venditæ ad instantiam creditorum ipsius emphyteutæ, cum super illo pretio Dominus directus hypothecam non habeat, vt distinguit Thesaur.iun. *lib.*4.*quæst.forens.*51.maximè, *num.* 7.

Et licet magna sit controuersia, vtrum pro laudemio detur hypotheca, quam tamen dari testantur *Rot.Auen.Thesaur.Giurb.Grat.*& plores alij quos refert Hodieto. ad Surd. *decis.*31. *num.*5. tamen in omnem euentum certum esset competere Domino directo actionem personalem in rem scriptam, quæ sequitur quemcumque possessorem, sicut actio realis, vt fusè Hodietn. *d.decis.*31. *n.*10. *& multis sequentibus,* qui tandem *num.*28.*& seqq.*resider in ea sententia, vt laudemium dicatur onus reale, & pro eo competat actio realis super re emphyteutica contra quemcunque possessorem.

Et ea de causa, cum quidam creditor exposuisset clamorem in curia Cabeoli contra possessorem castri de Cucurone, qui illud hypothecauerat & submiserat dictæ curiæ, & è contra Dominus Directus egisset ad Commissum contra dictum Castrum, etiam si causa exequutiua fuisset præuenta per pignorationem dicti Castri, causa verò declarationis Commissi fuisset posteriori loco intentata, iudicatum fuit in Curia Gratianopolitana causam Commissi posterius intentatam prævalere debere, quia per eam resoluuntur omnes hypothecæ & iura creditorum, videre est apud Guid.Pap. *decis.*428. 99

Decimatertia Conclusio. Qui agit actione seali nempè rei vendicatione, non autem hypothecariā, non cogitur in instantia discussionis comparere, quia bona aliena non veniunt in iudicio discussionis generalis, veluti si quis agat rei vendicatione pro consequendo deposito pecuniæ obsignatæ adhuc extantis, vt decisum fuisse testatur Faber *in suo Cod.lib.*4.*tit.*25. *Depositi, Definit.*3. quia prosecutio ista rei nihil commune habet cum personalibus aliorum creditorum actionib. quod & post *Fabrum,* notauit Franciscus Barrius *de successionibus, lib.*11. *de adit.& repudiat.tit.quæ sint iura confecti. inuent. num.*24.*fol.*93. Idem dicendum est de iudicio rescissionis venditionis, quod à causa discussionis est separatum, Cod. Fabr. *lib.*4.*tit.*11.*definit.*3. 100

Decimaquarta Conclusio. Instantia discussionis generalis afficit creditorem habentem clausulam Constituti, qui tenetur in iudicio discussionis generalis comparere, si à creditoribus fuerit præuentus, & causa generalis prius inchoata, Cod. Fabrian. *lib.*7. *tit.*7.*definit.*34. 101

Quod si creditor constitutarius præueniret in vim sui constituti ante cæptam instantiam generalis discussionis, manet quidem processura in statu, sed dum proceditur ad distractionem pignoris instantibus creditoribus, cohibet ipsorum iuxta hypothecarum ordinem satisfieri debet, Fab. *lib.*7.*tit.*32.*definit.*11.*& lib.*6. *tit.*11. *defi. n.*2. Quid autem statuendum sit in contractu venditionis, dicemus in *cap.sequenti.*

Alios casus in quibus instantia generalis discussionis non transit ad alium, exponit Barr.*d.n.*24.

CAPVT XXXI.

ARGVMENTVM.

Tractatur specialiter de præuentione Creditorum emptoris, qui præuenerunt contra venditorem; & explicantur plurimi casus, in quibus venditor agens ad recuperationem pretij super re vendita, tenetur comparere in iudicio generalis discussionis, in quo fuit præuentus. Explicatur quæstio de venditore quando super re vendita

cæte

cæteris creditoribus emptoris præferatur, tam ex dispositione iuris communis, quàm ex Statuto Auenionensi. Et quæ sit differentia inter emptorem, & possessorem, qui conuenitur nomine proprio, vel tanquam quiliber extraneus. De effectu reseruationis dominij in contractu venditionis, an producat tantum hypothecam, & an impediat translationem dominij in emptorem, stãte huiusmodi reseruatione. Vtrum clausula Precarij eximat venditorem à iudicio discussionis generalis præuento. Et quomodo hoc casu concipi debeat clausula Precarij. Et quid in clausula legis commissoriæ, vel addictionis in diem. Quomodo consulatur venditori aduersus creditores petentes rem venditam poni in incantu, vt illis adiudicetur Plurisvalentia. Et quomodo consulatur creditori pignus mobile conuentionale habẽti præ manibus. Venditor vtrum præferatur cæteris creditoribus super meliorationib. rei venditæ. Quomodo venditor possit recedere à contractu, si pretium sibi non soluatur. Et hoc casu obstat illi præuentio discussionis, si agat ad rescissionem venditionis. Reseruationem dominij esse de natura contractus venditionis, neque Dñm directum impedire posse quin hoc pactum in illo contractu apponatur. Et ex quibus censeatur habita fides de pretio.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta non habita fide de pretio non transfert dominium in emptorem, quamuis traditio facta fuerit.*

2 *Quando non dicatur venditor fidem habuisse de pretio.*

3 *Venditor habet actionem realem pro recuperanda re vendita, si pretium non fuerit solutum, quando fides non fuit habita de pretio.*

4 *Iudicium discussionis generalis non respicit actiones reales, sed tantum personales,* & num. 8.

5 *Explicatur Statutum Auen. de venditore super re vendita cæteris creditorib. præferẽdo,* lib. 1. rub. 70.

6 *Ostenditur quid statuat ius commune, vltra dictum statutum.*

7 *Venditor agens hypothecaria ex obligatione descendente ex contractu debitoris discussi, tenetur cõparere in iudicio discussionis, vt suo ordine colloecetur.*

9 *Si actio hypothecaria ex obligatione anteriori oriatur, seu aliunde quam ex facto debitoris discussi, venditor non tenetur comparere in iudicio discussionis.*

10 *Quæ sit differentia inter emptorem, seu possessorem conuentum nomine proprio, & conuentum vti extraneum.*

11 *Hæres, in actione mere reali, non gaudet beneficio inuentarij.*

12 *Admittitur cumulatio actionis personalis cum reali, quando hæres conuenitur tanquam extraneus.*

13 *Maritus non habet beneficium,* deducto ne egeat, *quando conuenitur vti extraneus.*

14 *Hæres, quando conuenitur tanquam extraneus, potest conueniri pendente tempore confectionis inuentarij.*

15 *Si iudicium cœptum fuerit contra aliquem, oritur ex litis contestatione actio personalis ex quasi contractu.*

16 *Hæres non potest conueniri actione reali procedente aliunde quam ex facto defuncti, pendente tempore inuentarij, quando lis fuit contestata cum defuncto.*

17 *Si venditor velit litem cum emptore cœptam continuare, proprio ipsius nomine, pro interesse & expensis, debet comparere in iudicio discussionis.*

18 *Si venditor desistat à prima lite, & nouã intentare velit contra possessorem rei venditæ tanquam extraneum, potest nouam litem instaurare, nec tenetur in discussione comparere.*

19 *Non potest venditor, actionem realem intentans, agere contra tertium rei venditæ possessorem actione personali pro interesse & expensis, donec causa iudicij realis sit terminata tanquam præiudicialis.*

20 *Principale & accessorium possunt in eodem libello cumulari, sed eodem tempore diuersis libellis petĩ non possunt, diuersisque iudicijs.*

21 *Reseruatio Dominij facit, vt Dominium non transferatur in emptorem nisi soluto pretio.*

22 *Pactum reseruationis dominij in venditione est validum.*

Reseruatio dominij in venditione est de natura contractus, & ideo Dominus directus illam impedire non potest.

23 *Pactum reseruationis dominij donec solutum esset pretium, validum quidem esse multi existimant, sed solam producere hypothecam specialem pro securitate venditoris.*

24 *Translatio dominij non est de essentia venditionis.*

25 *Locatio in contractu venditionis inserta, est accidentalis ad venditionem.*

26 *Venditio dicitur perfecta non obstante reseruatione dominij, & per eam periculum transit ad emptorem, &* num. 28. *Contrarium tenent alij,* n. 29. *& vide* num. 32.

27 *Pactum specialis hypothecæ non est contrarium reseruationi dominij.*

30 *Reseruatio dominij perpetua, est contraria naturæ venditionis, sed non temporalis.*

31 *Dominium reseruatum non transfertur in emptorem, quamuis adiecta fuerit clausula Constituti, & interuenerit traditio.*

33 *In quibus casibus reseruatio dominij habeat solùm vim hypothecæ specialis, & in quibus impediat translationem dominij.*

34 *Explicantur variæ Rotæ Romanæ decisiones, in quibus aliquando reseruatio dominij habuit vim specialis hypothecæ, quandoque vero impediuit translationem dominij in emptorem.*

35 *Clausula Precarij opposita in fauorem venditoris donec pretium soluatur venditori, eximit illum à iudicio generalis discussionis.*

36 *Clausula Precarij debet apponi in fauorem venditoris, vt ipso eximatur à præuentione generalis discussionis.*

37 *Quomodo differant inter se ad effectum præuentionis, clausula Precarij, Legis commissoria, & Addictionis in diem.*

38 *Precarium cessat post solutionem factam venditori.*

39 *Quomodo consulatur venditori, si creditores emptoris petant rem venditam poni in incantu.*

40 *Creditores petentes rem venditam poni in incantu, debent cauere venditori pro eius indemnitate.*

41 *Si bona debitoris non sufficiant, creditor anterior potest impedire distractionem, nisi sibi caueatur.*

42 *Quæ sit differentia clausulæ Precarij & Constituti in contractu venditionis, & in aliis contractibus.*

43 *Creditor habens pignus mobile penes se, potest illud retinere, nec tenetur exhibere donec sibi caueatur.*

44 *Creditor habens præ manibus pignus conuentionale, cæteris creditoribus præfertur si sit mercator, ex sententia quorumdam Doctorum.*

45 *Ampliatur etiam, secundum aliquos, ad non mercatores.*

46 *Quod quomodo procedat, explicatur,* num. 46.

47 *Creditori pignus possidenti competit retentio.*

48 *Non datur retentio, in præiudicium creditoris anterioris.*

49 *Creditori anteriori contra posteriorem agentem, datur exceptio, & contra excipientem, datur replicatio, ob anterioritatem hypothecæ.*

50 *Text. in* l. Pupillus 24. ff. quæ in fraud. creditor. *procedit in solutione, non in pignore.*

51 *Venditor qui præfertur in re propria vendita, non præfertur in meliorationibus.*

52 *Meliorationes solo cedunt.*

53 *Dominus soli, si non restituat pretium meliorationum, repellitur exceptione doli mali.*

54 *Accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando est diuersa ratio.*

55 *Venditor, qui sibi specialem rei venditæ hypothecam reseruauit, cæteris creditoribus præfertur super pretio, sed ab illis præueniri potest in iudicio discussionis.*

56 *Intellige, dummodo tale pactum in ipso venditionis contractu apponatur; vel in rei traditione.*

57 *Item intelligendum est, quando habita fuit fides de pretio, alias Dominium non transfertur.*

58 *Si fuerit habita fides de pretio, venditor potest alios creditores præuenire, & ab illis præueniri.*

Vtrum in dubio censeatur habita fides de pretio, & quomodo concipiendum sit instrumentum.

59 *In contractibus nominatis, non est locus pœnitentiæ, ob non adimplementum.*

60 *Intellige vt procedat non per viam actionis, sed per viam exceptionis.*

61 *Venditor non soluto pretio potest iterum vendere alteri, si agatur de venditione iudiciali & necessaria, secundum aliquos.*

62 *Sed tamen verius est rem alteri vendi posse, etiam in venditione voluntaria.*

63 *Venditor potest recedere à contractu, deficiente causa finali, sine qua non fuisset contracturus.*

64 *Si cum contractu emptionis nihil fuerit admixtum quod sapiat naturam contractus innominati, non poterit venditor ob defectum causæ finalis, agere ad rescissionem venditionis.*

65 *Venditor agens ad rescissionem venditionis, non tenetur comparere in iudicio generalis discussionis, sed qualibet causa currit marte suo; possunt tamen alij creditores, si velint, assistere liti existenti inter emptorem & venditorem.*

ONTINVANDO materiam præuentionis instantiæ discussionis generalis bonorum, in concursu creditorum; quæritur vtrum venditor ratione rei per eum venditæ, teneatur comparere in iudicio discussionis, si præuentus fuerit? In qua quæstione vecum ordine procedatur. Sic

1 Decimaquinta Concl. Quando venditio facta fuit eo animo, vt pretium venditori confestim solueretur, non autem eo animo, vt ipse venditor fidem haberet de pretio, nullo modo tenetur venditor comparere in iudicio discussionis generalis, nec in eo de iuribus suis fidem facere, siue ante siue post inchoatam causam discussionis, actionem suam proponat; sed eius causa separatim tractari debet coram iudice competente per eum eligendo, & per consequens scribente Notario ipsi bene viso. Ratio est, quia quando fides non fuit habita de pretio, licet traditio rei venditæ facta fuerit, tamen dominium non fuit translatum in emptorem, sed penes ipsum venditorem remansit, vt probatur per text. in *l. quod vendidi* 19. *ff. de contrahend. emptione*, vbi dicitur quod ex causa venditionis non transfertur dominium, nisi pretio soluto, quando fides non fuit habita de pretio, † id est quando venditor non habuit 2
animum dandi emptori dilationem ad soluendum pretium, & de eo confisus non est, & in §. *vendita. Instit. de rer. diuisione*, & notant Gloss. & DD. *in l. incivile* 12. *C. de rei vendic. & in l. si quasi* 11. *ff. de pignor. actione*, vbi dicitur non videri quem habere fidem de pretio quod statim se recepturum existimat. † Cum 3
igitur dominium hoc casu non fuerit translatum in emptorem, sed remanserit apud venditorem; datur venditori actio realis & manus iniectio ad recuperandam rem venditam rei vendicatione, vel remedijs possessorijs, vt dicitur *in d. l. incivile* 12. *C. de rei vendic.* ratione cuius actionis realis non tenetur venditor comparere in iudicio discussionis, † quod non 4
respicit actiones reales, sed tantum personales, vt diximus *suprà, num.* 100. *in* 13. *conclus. cap.* 30. atque ita docent Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 15. *num.* 4. Mangil. *in tractat. de euictionib. quæst.* 42. *num.* 9. Gizzarel. *decis.* 40. *num.* 1. *& decis.* 62. *per tot.* Gait. *in tract. de credito, cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1218. Barbos. *in l. si cum dotem* 13. §. *final. num.* 23. *vers. nam & eadem ratione, ff. solut. matrim.*

Ista disceptatio videretur superflua in præsenti 5
Ciuitate Auenionensi propter Statutum, *lib.* 1. *rubr.* 70. quo cauetur, quod si emptor cuiuscúmque rei pretium non soluerit, & effectus fuerit non soluendo, & res ipsa reperiatur penes emptorem, vel eius hæredem, tunc venditor habeat regressum ad rem venditam pro solutione consequenda, & præferatur quibuscúmque creditoribus habentibus anteriorem hypothecam, etiam expressam, tam ex dote quam ex alia quacúmque causa, etiam fauorabili; & hoc intra biennium in re immobili à die solutionis computandum, in re verò mobili intra annum à die solutionis faciendæ numerandum: de quo statuto, Rip. *in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. cred.* Rota Auen. *dec.* 96. Costa *de subsid. remed.* 114. *n.* 40.

Sed tamen quæstio ista valdè vtilis est, non ob- 6
stante dicto statuto. Tum quia statutum loquitur quidem de prælatione venditoris aduersus creditores emptoris in re vendita, & de regressu venditori super re vendita concedendo; sed de propositâ quæstione nihil dicitur in dicto statuto, nec deciditur vtrum venditor, quando non habuit fidem de pretio, aut in aliis casibus in quibus illi competit rei vendicatio, teneatur comparere in generali concursu creditorum; Tum etiam quia dispositio statuti est limitata ad biennium quoad res immobiles, & ad annum quoad mobiles, sed lapso illo tempore statutum nihil disponit, & propterea remanet firma conclusio in casibus per statutum non decisis, qui iuxta iuris communis dispositioné determinari debent; nempè, quod venditor qui non habuit fidem de pretio, non teneatur cóparere in iudicio discussionis generalis, quando vtitur remedio rei vendicationis, siue intra tempus statuti, siue post, actionem proponat; & siue à creditoribus præuentus fuerit, siue non; cum hoc iudicium reale, sit omnino diuersum & separatum à iudicio discussionis, & cum illius instantia nihil

com

commune habeat. Quid vero seruetur in Gallia circa prælationem venditoris super re vendita? vide, Louet & Addent. *lit. P, num.* 19.

7 Decimasexta Conclusio. Si venditor dimissa actione rei vendicationis velit agere actione hypothecaria, vel interdicto Saluiano contra rem venditam, seu etiam in casibus in quibus rei vendicatio non datur venditori, & talis actio descendat ex contractu, & obligatione communis debitoris cuius bona discutiuntur, venditor tenetur comparere in iudicio discussionis, & in eo collocari ordine suo, iuxta ordinem suarum hypothecarum, videlicet secundum tempus sui contractus, & obligationis per discussum præstitæ (saluo tamen remedio prælationis ex statuto competente, intra annum vel bieonium; vt suprà dictum est, si negotium in ciuitate Auenionensi tractandum sit.) Ratio est, quia hoc casu, quamuis actio hypothecaria realis sit, & in rem dirigatur, tamen actio illa non est principalis, sed accessoria ad personalem, sicut & hypotheca ipsa accessio est debiti principalis. Atqui, instantia generalis discussionis eorum propria est, qui personalibus, non autem directis in rem suam actionibus

8 experiuntur, vt sæpiùs diximus; † & explicat Fab. *in C. lib.* 4. *tit.* 36. *defin.* 8. *n.* 6. hoc autem casu actio hypothecaria dependet à personali, cum supponamus illam originem ducere ab obligatione personali contracta per debitorem discussum.

9 Decimaseptima Conclusio. Quando actio hypothecaria non descendit ex facto, vel obligatione debitoris discussi, veluti si ipse emerit à tertio, aut alia ratione acquisiuerit rem venditam, & ante illius acquisitionem, venditori hypothecatam; tali casu iudicium actionis hypothecariæ debet tractari separatim ab instantia discussionis generalis, siue præuentus fuerit creditor hypothecarius, siue præuenerit.

10 Pro cuius conclusionis probatione, præsupponendum est possessorem rei hypothecaræ duplici modo conueniri posse, nempe vel proprio nomine, vel tanquam quilibet extraneus, vt probatur, *in leg. de eo* 12. §. *fin. ff. ad exhib.* vbi dicitur quod hæres vel suo nomine, vel quasi hæres, in realibus iudiciis agere vel conueniri potest, vt ibi inter cæteros no-

11 tat *Bald.* dicens per illam rationem, † quod hæres in actione reali merà, non gaudet beneficio inuentarij; eandémque distinctionem illius qui conuenitur nomine proprio, & eius contra quem agitur tanquam contra quemlibet extraneum, agnouit Dec. *in l. edita, num.* 77. *Cod. de edend. versic. vltimo dici potest*, vbi dicit quod quando hypothecaria intentatur contra aliquem, tanquam contra possessorem, tunc videtur conueniri tanquam quilibet extraneus, ra-

12 tione possessionis, † & ideo cumulari potest actio personalis cum reali, siue sit rei vendicatio, siue hypothecaria. Quod etiam tradit Iacob. de Nigris *in repetit. leg. per omnia, num.* 153. *ff. de legat.* 1. & ante illos, Bartol. *in l. maritum* 13. *in ipso principio, ff. solut. matrim.* dum opponit de *leg. Nesennius*, §.

13 *fundus, ff. de re indic.* dicens † maritum non habere beneficium, *deducto ne egeat*, quando conuenitur actione reali: quis tunc conuenitur tanquam quilibet possessor extraneus.

14 Eadem ratione quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, & est intra tempus sibi à iure assignatum ad illud conficiendum, & conuenitur actione hypothecaria, quæ non descendat ex facto, vel obligatione defuncti, tali casu pendente tempore confectionis inuentarij, potest conueniri actione hypothecaria, quia non conuenitur tanquam hæres, sed tanquam possessor & tanquam quilibet extraneus, Vincent. de Franc. *decis.* 352. *numero* 5. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 2. *de inuentario, numero* 161. & 162.

Vnde resultat ratio decisiua dictæ conclusionis; quia quando nulla adest obligatio personalis debitoris discussi, tunc actio hypothecaria dirigitur contra illum, non tanquam obligatum, sed tanquam possessorem, & tanquam contra quemlibet extraneū; atque ita cessat dependentia actionis hypothecariæ, ab actione personali debitoris discussi; cum actio personalis à qua hypothecaria descendit, procedat ab alio fonte, nempè ab obligatione illius cui debitor discussus successit: & ita cessat consideratio quam suprà attulimus ex Cod. Fabr. *lib.* 4. *tit.* 36. *de pact. inter empt. & vendit. definit.* 8. *in gloss. num.* 6.

Sed non parua insurgit dubitatio, quid dicendum sit, quando ante inchoatum iudicium discussionis generalis, lis iam fuisset contestata in actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto contra debitorem discussum: quia quamuis obligatio principalis descenderet ex facto antiquiori, & originem duceret ante acquisitionem factam per debitorem discussum, tamen per litis contestationem debitor ipse discussus contraxit personalem obligationem, † cum 15 in iudiciis quasi contrahatur, ex quo quasi-contractu oritur personalis obligatio, *l.* 3. §. *idem scribit. ff. de peculio.* Vnde videmus, quod † hæres cum beneficio 16 inuentarij, licet, vt suprà dictum est, durante tempore confectionis inuentarij possit conueniri actione reali, quando obligatio non processit ex facto defuncti, tamen si lis fuerit contestata super illa actione reali cum defuncto, non poterit hæres durante tempore inuentarij conueniri, quia molestiam pateretur ex facto & obligatione personali ipsius, vt decidit Vincent. de Franch. *decis.* 352. *num.* 4. quem sequitur Cancer. *d. cap. de inuentar. n.* 158.

Præterea ex Statuto & obseruantia præsentis Ciuitatis, de quibus supra per nos actum fuit, *cap.* 10. *de cession. bonor.* non datur præuentio per actionem ordinariam contra debitorem intentatam, sed tantum per executiuam; ergo si vigore contestationis, & dicti quasi-contractus, agatur contra debitorem, dabitur præuentio creditoribus concurrentibus in discussione, qui præuenerunt in exequendo.

Sed prædictis dubiis non obstantibus, constituo in quæstione proposita decimamoctauam Conclusionem, videlicet adhibendam esse duorum casuum distinctionem; quorum Primus est; † si venditor aut 17 alius creditor hypothecarius agens hypothecaria etiam ex obligatione aliunde proueniente quam ex facto debitoris discussi, velit agere contra ipsum, continuando litem iam cœptam, vt contra ipsum proprio nomine consequi possit restitutionem fructuum, damnorum, interesse vel expensarum, tunc sine dubio comparere debet in iudicio discussionis, ex supra traditis post Fabrum *libro* 4. *C. tit.* 36. *definit.* 8.

Secundus casus est, quando venditor, vel alius 18 creditor hypothecarius solum agit contra debitorem discussum actione reali, & illum conuenit tanquam quemlibet possessorem extraneum: hoc casu non tenetur venditor comparere in iudicio discussionis generalis quantumuis præuento contra debitorem discussum. Quia licet sit vna, & eadem persona, tamen habetur pro duabus; & ideo potest actor declarare se agere dumtaxat contra debitorem seu emptorem; non proprio ipsius nomine, sed tanquam quemlibet extraneum, declarando

se nolle posequi litem, sed nouo iudicio contra possessorem experiri. Vt dicit Bart. *in l. 2. §. fi. n. 6. ff. de pratoris stipulationib.* quia licet actor qui semel actionem proposuit, cogatur in ea persistere, Auth. *qui semel, C. quom. & quan. iud.* tamen illud verũ est, quando vult litem prosequi contra eandem personam; sed in casu isto actio dirigitur contra possessorem, tanquam repræsentantem diuersam personam, & propterea dependet ex eius voluntate renuntiare, vel non renuntiare illi instantiæ, & nouam proponere atque inchoare. Et *Bartoli* dictum sequitur Imol. *in dict. §. final. col. 4. versic. extra glossam diligenter nota.*

Et ex prædictis respondetur ad rationes dubitandi superiùs allatas, quæ locum habere possent si creditor vellet prosequi litem iam inchoatam cum debitore discusso, petendo contra ipsum interesse & expensas; cum tamen in casu nostro supponamus creditorem agere duntaxat actione reali contra possessorem bonorum, tanquam contra extraneum, & per consequens non agere pro expensis, & aliis pro quibus debitor discussus posset proprio nomine conueniri.

Vtrum autem creditor, cui hoc casu tam personalis actio contra emptorem proprio nomine competit, quam realis, contra ipsum vti extraneum & simplicem possessorem, possit solam personalem actionem separato iudicio proponere, antequam lis fuerit super iudicio reali terminata, non declarat ibidem *Bartol.* Sed est materia *l. fundum* 18. *ff. de except.* vbi
19 dicitur † quod si eius fundi, quem quis possidet, alius proprietarem prætendat, non debet Prætor permittere petitori, vt de fructibus agat donec finita fuerit causa proprietatis, prius enim constare debet fundum meum esse, quam fructus condicere possim, & si constiterit fundum meum non potero fructus condicere, quia obstabit exceptio rei iudicatæ, ergo quæstio proprietatis, facit vt supersedeatur in actione personali, pro fructibus & expensis, donec realis super vendicatione, vel mera hypothecaria fuerit terminata, ne continentia causæ diuidatur, & ne contingat proferri duas sententias contrarias, iuxta ea quæ supra diximus *cap.* 13. *&* 15.
20 Et licet principale & accessorium possint in eodem libello cumulari, veluti dum peto rem mihi restitui, proposita rei vendicatione, & accessoriè per officium iudicis mercenarium peto fructus mihi adiudicari, vt dicit Bart. *in d. l. fundum*, aliàs *fundi quem tuum* 18. *ff. de exceptionib.* hoc tamen est verum, quando vtrumque petitur eodem iudicio, non quando separato, prout est casus noster.
21 Decima nona Conclusio. Quando venditor in actu venditionis reseruauit sibi dominium rei venditæ, & conuenit expresse quod donec pretium soluetur, dominium remaneret penes venditorem; tunc quamuis interuenerit traditio rei venditæ facta emptori, si emptor pretium non soluerit, competit illi actio realis, & rei vendicatio contra rem ipsam venditam, & per consequens actio priuilegiata, cui nullo modo obstare potest præuentio creditorum per pignorationem, vel discussionem generalem, cum agatur de actione reali, quæ nihil habet commune cum iudicio discussionis, iuxta Vincent. de Franch. *decis.* 506.
22 Siquidem de validitate huius pacti reseruationis dominij in venditione non est dubitandum, vt dixit Rot. *apud Cens. decis.* 2. *num.* 2. & ipse Cens. *in tract. de censib. quæst.* 26. *num.* 1. Lopus *ad l. curabit, Cod. de pact. inter empt. & venditor. composit. commentar.* 1. §. 7. *num.* 148. Tiraquell. *de retract. consanguinitat.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 36. *&* 39. Magon. *decis. Lucens.* 31. *n.* 9. *&* 10. Cancer. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 13. *num.* 4. Rot. *decis.* 399. *num.* 3. *part.* 4. *recentior.* Gratian. *discept. forens. cap.* 730. *num.* 7. *&* 30.

Quod adeo verum est, vt reseruare dominium antequam pretium soluatur, sit de natura contractus: vt post Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt. num.* 23. & Fabianum *in tract. de empt. & vendit. part.* 5. *princ. num.* 37. Gratian. *decis.* 13. *num.* 1. Surd. *decis.* 220. *num.* 11. *&* 13. probat Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *q.* 47. *num.* 4. Et per hanc rationem Ego nuper consului, Dominum directum non esse fundatum, dum recusabat inuestire emphyteutam, eo quod in instrumento venditionis continebatur pactum reseruationis dominij, quod suis iuribus præiudicare asserebat. Quia non poterat Dominus directus impedire pactum, quod erat de natura contractus.

Sed tamen dubitatum fuit vtrum pactum istud operaretur veram Dominij retentionem, an vero solùm produceret specialem hypothecam fauore venditoris, pro maiori illius securitate.

Ex cuius quæstionis resolutione, dependet veritas nostræ conclusionis: nam si reseruatio dominij, illius translationem impediat, nullo modo cogendus erit venditor, agens rei vendicatione, comparere in iudicio discussionis, quamuis creditores præuenerint per executionem. Si vero sola producatur ex huiusmodi reseruatione specialis hypotheca, cogetur venditor comparere cum cæteris in iudicio discussionis, iuxta distinctiones & casuum varietates superius allatas.

Ego *Vincentij de Franchis* sententiam in conclusione secutus sum, eam tamen intelligendo iuxta resolutionem, & distinctionem mox deducendam.

Pro cuius rei maiori elucidatione supponendum est, duas hac in re contrarias reperiri sententias, † quarum prima est illorum qui existimarunt, pactum huiusmodi reseruationis dominij in instrumento venditionis appositum, adiecta conditione quod donec pretium solueretur, interim certa merces annua locationis nomine præstaretur, esse quidem validum, nec ab emptionis natura alienum; vt præter superius citatos, tenet *Amon. de Amat.* infinitos propemodum allegans, *libr.* 1. *variar. resol. c.* 3. *n.* 41. quia† dominium non est de essentia venditionis, *l. si ita* 25. §. *qui vendidit ff. de contrah. emptio.* vbi dicitur, eum, qui vendidit fundum, non teneri illum facere emptoris. Et res aliena potest vendi, *leg. rem alienam* 28. *ff. eod. tit. de contrahend. emptio.* ita loquitor Matt. *consil.* 166. *n.* 22. *&* 23. 23 24

Et hoc casu locatio dicitur accidentaliter facta, cum pensio soluatur tam pro re locata, quam pro interesse pretij non soluti, Dec. *consil.* 31 t. *numer.* 4. *versicul. tertio idem comprobatur*, datúrque etiam pro consequenda annua solutione actio ex empto, licet in contractu emptionis admixta sit locatio, quia respicimus quod principale est, nempè venditionem, non autem locationem, quæ est quid accidentale, Mantic. *de tacit. conuent. libro* 4. *titul.* 25. *num.* 8. 25

Et nihilominus venditio perfecta dicitur, secundum sententiam multorum, & periculum rei venditæ pertinet ad emptorem, Mangil. *in tractat. de euictionib. q.* 148. *n.* 6. *& multis sequentib.* & est text. expressus *in l. sicut emptio* 23. §. *interdum, ff. locati, & ibi,* Gloss. *in verb. exoluat.* 26

Eandem sententiam in casu magis dubitabili secutus fuit (deductis pro vtraque parte rationibus) Cyriac. Niger. *controuers.* 425. *numer.* 30. *& multis sequen* 27

sequentibus, coocludens dominium in suo casu non fuisse translatum in emptorem, sed remansisse penes venditorem, non obstante quod vltra reseruationem Dominij, venditor in eodem contractu sibi præcauisset per specialem hypothecam, quæ videbatur incomparibilis cum reseruatione Dominij, cum in re propria hypotheca cadere non possit, *l. neque pignus 46. ff. de regul. iuris.*

Secunda sententia est eorum, qui voluerunt, pactum illud reseruationis Dominij non valere, nisi in vim specialis hypothecæ, ad effectum vt venditor super re vendita præferatur, non tanquam Dominus, sed tanquam creditor hypothecarius priuilegiatus rei venditæ, quam sententiam fusissimè comprobat, Hodiern. *in addit. ad Surd. decis. 157.* ea ra-

28 tione, † quia res vendita cum illo pacto reseruatio-nis Dominij perit periculo emptoris, per text. *in d.*

29 *l. sicut emptio 13. §. interdum, ff. locati*: † sequitur ergo, Dominium in emptorem esse translatum, quia res perit Domino, *l. pignus, ff. de pignorat. actione*; Et quia reseruatio Dominij videtur contraria naturæ emptionis; Ne ergo adsit contrarietas, clausula illa reseruationis Dominij resolueoda est in vim hypothecæ specialis.

30 Sed istis rationibus non est difficilè respondere. Siquidem verum est, Dominij reseruationem perpetuam, licet naturæ emptionis non conueniat, immo sit illi planè contraria, tamen reseruatio temporalis Dominij donec pretium soluatur, non solum valet & sustinetur, sed etiam est de natura emptionis, ex qua Dominium non transfertur, nisi soluto pretio, vel habitâ fide de eo, *§. vendita. Institutionibus de rerum diuis.* non enim potest Dominium transferri in emptorem contra expressam venditoris intentionem & reseruationem, vt dicunt authores citati, per Hodiern. *ad d. decis. 157. num. 4.* & optimè Cyriac. *dict. contron. 425. n. 42. 56. & 60.* vbi plures allegat.

31 Quod secundum eum, ampliatur vt locum habeat, etiam si vltra venditionem interuenerit traditio rei venditæ facta emptori, quamuis adiecta fuerit clausula Constituti, post Gratian. *discept. forens. cap. 575. n. 6.* quia Constitutum censetur potius factum in consequentiam locationis in eodem contractu appositæ quam venditionis.

32 Ad illud vero quod dicitur, naturæ emptionis repugnare vt res vendita, retento penes venditorem dominio, pereat periculo emptoris, respondet *Cyriac.* veriùs esse, periculum rei venditæ hoc casu pertinere ad venditorem, quia interim donec pretium soluatur, contractum valere dicit in vim locationis, non venditionis, *leg. cum manu fata 80. §. fin. ff. de contrab. empt.* idem Cyriac. *controu. 164. num. 8. 9. & 10.*

Verum, Mangilius *in tract. de euictionib. quæst. 148. num. 6. & sequentib.* periculum interitus rei venditæ, non obstante Dominij reseruatione ad emptorem spectare asserit, ea ratione, quia emptio iam est perfecta, & ipsi emptori res tradita, ratione cuius traditionis & perfectionis, periculum pertinet ad emptorem; & hic est casus notabilis in quo contrarijs claudicat, vt dicit Grattan. *discept. for. c. 354. num. 48. 49. & sequ.*

Verior ergo est opinio Vincentij de Franch. *d. decis. 506.* & eius sequacium, quam in nostra conclusione sequimur, sub sequenti tamen distinctione.

33 Quando enim adhibita fuit in instrumento venditionis simplex Dominij reseruatio, nec adiectæ fuerunt clausulæ demonstrantes animum venditoris fuisse, vt illa reseruatio produceret dumtaxat effectum specialis hypothecæ, tunc Dominium remanet penes venditorem.

Aliud est, si post dominij reseruationem apponantur verba, & clausulæ ostendentes partes habuisse animum solam hypothecam, & priuilegium prælationis aduersus alios emptores creditores reseruandi. Tunc enim dominium, non obstante reseruatione, transfertur in emptorem; & reseruatio vim habet dumtaxat specialis hypothecæ.

Quæ distinctio conformis videtur intentioni *Rotæ Romanæ*, quæ licet de validitate huius reseruationis dominij nunquam dubitauerit, tamen secundum varias facti circumstantias, quandóque censuit ex tali clausula dominium retineri apud venditorem, quandóque illâ non obstante dominium transferri in emptorem, solámque venditori hypothecam specialem competere cum iure prælationis in re vendita aduersus alios emptores creditores. Veluti *in decis. 728. num. 4. vers. nec refragatur, part. 4. diuersor.* vbi dicitur propter dominij reseruationem pretio non soluto, agi posse rei vendicatione contra rem venditam, vel illam alteri vendi posse. Et apud Coccin. *decis. 216. num. 18.* quæ est repetita apud Censium *dec. 79. num. 17. & 18.* vbi dicitur factâ Dominij reseruatione, illud penes venditorem remanere, nec vnquam transferri in emptorem, donec pretium solutum fuerit; interim vero emptorem possidere tanquam conductorem & nomine venditoris. 34

E contra vero, *in Romana, Affictus, 23. Iunij 1606.* coram *R. D. Marquemontio*, inserta apud Marches. *sub tit. de commiss. appellat. à mandat. de exacu. in. tom. 2. folio 1090.* fuit decisum pactum reseruationis dominij solam hypothecam specialem producere, quia mens partium colligebatur ex verbis sequentibus contractus de quo agebatur: *ita tamen vt nullum vnquam acquiratur ius alicui alteri persona super dictis rebus fructibus, & animalibus in præiudicium dicti locatoris*: & ideo censebatur potiùs in illo casu habita fides de pretio, *vt in dicta decis. num. 3.* quæ decisio fuit postea confirmata, *7. February 1607. decis. 138. part. 3. recentior.* propter contrarietates quæ resultassent ex illo contractu si dominium non fuisset translatum, & nominatim quia alioquin conductores fuissent impediti percipere fructus rei conductæ, contra naturam locationis, quæ subsistere non potest nisi conductor fructus rei locatæ percipiat.

In decisione vero *1. post tractatum Censij de censibus*, reseruatio dominij erat inualida, & contra naturam contractus venditionis, ex quo necesse est dominium transferri in emptorem, quando pretium fuit per ipsum solutum: in casu autem dictæ decisionis emptor soluerat pretium, mediante assumptione, seu vt loquuntur, accollatione annui redditus, ad exonerationem venditoris, quæ accollatio habebat vim solutionis pretij, & per consequens repugnabat naturæ venditionis, quod pretium esset solutum, & dominium non esset translatum.

Similiter & *in Firmana Saluiani*, *inserta part. 7. recent. decis. 135.* & post Cens. *decis. 559.* Rota inducta fuit ex specialibus rationibus ad declarandum, quod pactum reseruationis dominij in venditione habebat solùm vim specialis hypothecæ, vt etiam aduertit Cens. *d. quæst. 16. in fin.* non solom quia pretium venditionis solutum fuerat venditori, mediante onere solutionis debiti, quod emptor sibi assumpserat, seu (vt ipsi loquuntur) accollauerat; verum etiam, quia pactum reseruationis dominij fuerat appositum post perfectum contractum, & sic non

poterat dominium reseruari, quod iam per illum contractum fuerat translatum; prout melius explicat *Rota* in secunda propositione eiusdem causæ, apud Cens. *decis.* 560. *num.* 2. dicens quod reseruatio dominij impedit illius translationem in emptorem, quando non est perpetua, aut alias potest se compati cum natura venditionis & clausulis instrumenti, nam alioquin stante incompatibilitate, talis reseruatio tantum habet vim specialis hypothecæ pro securitate venditoris, & per eam non impeditur effectus translationis dominij in emptorem.

Et ex his videmus, quando, & in quibus casibus venditor dominium sibi reseruans, possit præueniri ab aliis creditoribus emptoris, & quando instantia generalis discussionis præuentæ, vel non præuentæ ipsum afficiat.

35 Vigesima Conclusio. Quando venditor non solum vendidit; sed etiam tradidit emptori rem venditam, & emptor constituit se rem illam possidere precario nomine venditoris, quousque pretium illi solueretur, non tenetur venditor in iudicio discussionis generalis comparere, nec potest ab aliis creditorib. præueniri. Ratio est, quia stante illa clausula precarij, res non habetur pro perfectè tradita emptori, immo dominium & possessio remanent penes venditorem, licitumq; est illi precarium reuocare, & eo modo rem auocare rei vendicatione, vel remediis possessoriis, quæ cum in rem ipsam prodita sint, nihil comoiune habent cum iodicio discussionis, vt sæpius dictum est.

36 Sed notandum est, quod si clausula precarij sic concepta fuerit, prout sæpiùs illam notarij concipere solent, vt venditor ipse se emptoris nomine precario possidere constituat, non dabitur hoc casu venditori ex tali clausula realis actio ad rem auocandam, cum ipse, non emptor, rem ipsam possidere precario emptoris nomine constituerit, & ideo vt rectè concipiatur clausula, & melius venditori consulatur, debet ipse emptor constituere se venditoris nomine precario possidere, vt bene explicat Fontanell. *in tract. de pactis dotalib. claus.* 7. *gloss.* 2. *par.* 9. *num.* 21. qui ad hoc allegat text. *in l. ea quæ distracta* 20. *ff. de precario* & in *l.* 3. *C. de pact. inter empt. & vend.* Gratian. *disc.* 325. *n.* 11.

37 Sed materia dictæ *l.* 3. diuersa est à clausula precarij, vt patet ex illis verbis, *nisi pretium intra certum tempus restitutum esset, dominium ad se reuerteretur:* nos autem agimus de clausula precarij, de qua in *d. l. ea quæ distracta* 20. *ff. de precario*, in illis verbis, *vt precario penes emptorem essent quoad pretium persolueretur*, inter quæ duo, magna est differentia, nam siue in contractu venditionis, adjectum fuerit pactum legis commissoriæ, videlicet, quod si pretium tempore præfinito non soluatur, res sit inempta; siue pactum addictionis in diem, hoc est, vt si quis intra tempus conuentum, meliorem venditori conditionem obtulerit, venditio pro non facta habeatur, (de quibus duobus pactis, copiosè agit Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 28. *&* 29.) stantibus dictis pactis, seu altero ipsorum, si contingat venditionem resolui, res manet apud venditorem, neque ampliùs quærendum est de concursu creditorum emptoris, nec de discussione bonorum illius, cum in vim cuiuslibet ex dictis pactis res empta, iam sit extra bona emptoris, & in patrimonio venditoris, Mant. *d. tit.* 28. *n.* 11. *& tit.* 29. *n.* 22. cum distinctionibus ibi per eum deductis.

Sed quando agitur de precario, vera est materia *d. l. ea quæ distracta* 20. *ff. de precar.* & hoc casu si clausula precarij concepta fuerit in personam emptoris

fauore venditoris, tunc demum competit venditori
auocatio rei venditæ, quando per emptorem aut
eius creditores steterit quominus pretium solueretur,
vt dicitur in *d. l. ea quæ distracta* 20. Vnde si creditores
emptoris pretium exoluant venditori, res
vendita ponenda erit in discussione ad hoc vt vendatur,
& de illius pretio satisfiat aliis creditoribus
emptoris iuxta ordinem hypothecarum. † Ratio est, 38
quia per solutionem factam venditori, cessat precarium;
ita tenet Gloss. *in d. l. ea quæ*, in verbo *consequi*,
ff. de precario, & probatur per text. *in l. si debitor*,
11. *ff. eod. tit.* vbi dicitur quod si debitor rem pignoratam
precario rogauerat, solutâ pecuniâ precarium
soluitur, quippe id actum est vt eo vsque precarium
teneret.

39 Vnde & hoc casu, si creditores velint instare vt res vendita ponatur sub hasta, ad hoc vt hyperocha, quam nostri *plurisualentiam* vocant, conuertatur in solutionem ipsorum creditorum, hoc facere poterunt, si venditori de pretio venditionis satisfactum fuerit, vel ad minus idoneè cautum, cum maior ille valor, non ad venditorem sed ad alios creditores emptoris pertineat, prout in simili tradit Codex Fabrian. *lib.* 7. *tit.* 32. *de bonis authorit. iudic. possidend. definit.* 16.

Dixi *satisfactum esse, vel cautum.* Quis non esset 40
rationi consentaneum, vt venditor sese exponeret
periculo perdendi pretium, quatenus emptores non
reperirentur, qui summam ipsius crediti æquiualentem
offerre vellent. Ideo caueri debet pro illius
indemnitate: argumento text. *in leg. quamuis* 6. *ff. de
pign. actione.* & eorum quæ in simili casu tradit
Cancer. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 17. *num.* 417. † vbi agit de 41
vidua quæ prætendebat bona sui mariti non esse
sufficientia pro satisfactione suæ dotis, eaque si venderentur
minuenda esse tam per laudemia quam per
expensas, & eâ ratione, quod amitteret partem sui
crediti, & concludit quod si creditores velint, vt ad
venditionem procedatur, debent illi dare cautionem
de soluendo quidquid ei defuturum esset, quatenus
pretium bonorum distrahendorum non sufficeret.
Conferunt etiam à simili tradita in sequenti
conclusione.

42 Hic notanda est differentia clausulæ, quâ emptor se precario nomine venditoris possidere constituit, & illius quæ in alio contractu crediti fuit apposita, de qua superiùs *in decimaquarta conclusione* actum fuit *cap.* 30. *numero* 101. nam in venditione datur actio realis independens à personali pro rei propriæ auocatione, quæ non competit in casu illius conclusionis, nempe dum agitur de alio credito.

43 Vigesimaprima Conclusio; si agatur de creditore habente penes se plures res mobiles sui debitoris sibi hypothecatas, seu pignori datas, adueniente casu præuentionis aliorum creditorum etiam per generalem discussionem bonorum debitoris, poterit talis creditor sibi consulere, retinendo apud se illa pignora conuentionalia, nec illa exhibendo aliis creditoribus, cum non cogatur illa vendere, nec illa creditoribus ostendere, nisi præstitâ priùs cautione idoneâ de illa sibi restituendo, aut satisfaciendo. Hæc conclusio intelligenda est in terminis iuris communis. Nam in Gallia ex generali consuetudine; *Biens meubles n'ont point de suitte par hypotheque quand ils sont hors des mains du debiteur.* Addentes ad Louet, *litera P*, *num.* 19. cum ibi citatis. Nisi creditor sibi per specialem hypothecam consuluerit, Expill. *plaidoyé* 10. *num.* 7. Istaque conclusio in terminis iuris communis probatur per text. in *leg.*

quamuis

quamuis 6.ff.de pignorat. actione. vbi notant Bart. &
alij: idem Bart. & alij DD. *in leg. à diue Pio.* 15.§.
sed & illud,ff.de re iudic. & Card.Tusc. *litera P,concl.*
*f.*146.*n.*13.& sic iodicatum fuisse in Parlamento
Delphinali testatur Francisc.Marc. *quæst.*928.*num.*1.
*part.*2.

44 Et hac ratione procedere potest opinio Sigism.
Scacc. *in tract.de commerc.& camb.*§.2.*gloss.*5.*n.*458.
dum vult,mercatorem pignora sui debitoris mobilia
possidentem,omnibus alijs creditoribus in illis bo-
nis per eum possessis esse præferendum. Quia cum
diligentior fuerit,& mediante pignore, suæ indem-
nitati consuluerit,cæteris omnibus præferendus est
fauore commercij, ex *leg.pupillus* 24.*ff.quæ in fraud.*
credit. exemplum afferens in Hebræis pignora ha-
bentibus,qui alioqui credita sua vt plurimum amit-
45 terent. † Quod generaliter etiam ad non mercato-
tes extendit Gait. *in tract. de credit. cap.*4. *quæst.*8.
*num.*1067.& & 1068. ex Cephalo *consil.*762.*n.*25.
46 *volum.*5. † Procedere inquam potest illa opinio, vt
indirectè talis creditor super illo pignore cæteris
præferatur, pignus illud penes se retinendo, nec
exhibendo, nisi data sibi cautione pro sua indem-
nitate, vel soluto suo credito, vt iam dictum est. Ex
d.l.quamuis.

Si enim aliter intelligamus præfatos Doctores,
illorum opinio non erit de iure fundata, quando
tractabitur de interesse creditorum anteriorem hy-
pothecam habentium, non enim negamus veritatem
47 suppositionis factæ per *Cephalum*, † quod scilicet
pignoris possessori retentio de iure competat, iuxta
tradita per Salicet.& Alexand. *in leg.si neu sertem,*§.
48 *si centum, ff.de condict. indebiti.* † Sed dicimus talem
retentionem non competere pignorum possessori,
in præiudicium creditoris anteriorem hypothecam
habentis: quia si aliter diceremus, loqueremur con-
tra text.expressum *in l.si prior.*13.§.*fin. ff.qui potior.*
in pign habeantur, vbi dicitur, quod licet posteriori
creditori res tradita fuerit, nihilominus qui prior est
in hypotheca præferendus est: per quem text.ita te-
nuit Negusan. *de pignor.*5.*part. membr.*2.*numer.*5.
in 6.ampliat.& in propriis terminis Stracha.*in tract.*
de decoctorib.in vltim.part.tit.qui potior.in bonis decoct.
*habe.num.*11. qui propterea male pro contraria sen-
49 tentia allegatur. † Et generalis est regula, creditorem
anteriorem hypothecarium, contra posteriorem ha-
bere exceptionem, si posterior agat; & replicatio-
nem, si excipiat, propter anterioritatem suæ hypo-
thecæ, *l.creditor qui prior* 12.& *ibi* Bart. *ff.qui potior.*
in pignor.habean.

50 Nec in contrarium facit *d.l. pupillus* 24. *ff. quæ in*
fraud.creditor. quia non loquitur de eo, qui fuit di-
ligens, procurando vt sibi pignus traderetur; sed de
eo qui diligentia vsus est in procurando suam solu-
tionem, qui casus sunt omnino diuersi.

51 Vigesimasecunda Conclusio. In omnibus casi-
bus, in quibus venditor propter dominij reseruatio-
nem, aut actionem merè realem cæteris creditoribus
in re vendita præferendus est, talis prælatio locum
habet ratione ipsius rei venditæ, non tamen ratione
52 meliorationum: † quia licet ipsæ solo cedant, §.*cum*
in suo solo. Institut.de rer.diuisione, & sic ratione do-
minij videatur dicendum, quod sicut venditor in re
propria præfertur, ita & super meliorationibus quæ
sunt accessoriæ ad rem ipsam; tamen in contrarium
53 est veritas, † quia dominus soli, si non restituat pre-
tium meliorationum, exceptione doli mali repelli-
tur, *l. sin autem,*§,*in re petita, ff.de rei vendicat.* & *in*
l.adeo §. *ex diuerso, ff. de acqurend. rer. domin.* Præ-
sertim quia huiusmodi meliorationes fuerunt factæ
bona fide ab emptore, ideo super illis collocandi
sunt creditores, secundum ordinem suarum hypo-
thecarum; ita decisum fuit apud Vincent de Franch.
*decis.*506.*per tot.* qui dicit, † quod accessorium non 54
sequitur naturam sui principalis, quando subest
diuersa ratio; quem sequitur Hodiern. *in addit.* ad
Surd. *decis.*56.*num.*5. ideo valebit, & sortietur ef-
fectum præuentio aliorum creditorum contra ven-
ditorem quoad valorem melioramentorum, quamuis
dominium sibi in venditione reseruauerit.

Vigesimatertia Conclusio. Quando venditor rem 55
venditam tradidit reseruatâ sibi speciali hypothecâ,
super ipsâ re venditâ, tunc cogitur venire in iudicio
discussionis generalis, & potest præuenire vel præ-
ueniri; sed tamen præfertur cæteris omnibus credi-
toribus super re vendita, super qua non præferretur,
si non adesset illa specialis hypotheca: ita concludit
Negusan. *in tract.de pign.part.*4.*num.*33.& 34. quia
regulariter Dominus in traditione rei suæ potest
quascumque conditiones & pacta apponere, *leg. in*
traditionib.ff. de pact. † Dummodo tale pactum ap- 56
ponatur in ipso contractu, vel saltem in ipsa rei
traditione, vt dicit *ibid. num.*35. & Criuell. *decis.*
*Delan.*56.*num.*4.& *sequent.* dicens non sufficere ge-
neralem omnium bonorum hypothecam, ad hoc vt
venditor cæteris creditoribus anterioribus prætera-
tur, sed specialem requiri, Gait. *in tract.de credite,*
*cap.*4. *quæsit.*11. *num.* 1208. vbi quæstionem hanc
multis rationibus exornat, † quæ est intelligen- 57
da in casu in quo venditor habuit fidem de pre-
tio, prout loquitur Gait. *dict.num.*1208. nam si fi-
des non fuisset habita, quærendum non esset de hy-
potheca, sed daretur rei vendicatio, vt superius
ostendimus. Et hanc eandem conclusionem com-
probat Fontanell. *de pact. nuptialib. claus.*7.*gloss.*2.
*part.*9.*num.*18.

Vigesimaquarta Conclusio. Quando venditio 58
facta fuit habitâ fide de pretio, & subsecuta tradi-
tio rei venditæ absque reseruatione specialis hy-
pothecæ, tunc venditor pro pretio potest præue-
nire, & præueniri; & comparere cogitur in concur-
su aliorum creditorum, vt collocetur iuxta tem-
poris antiquitatem; nec vllum hoc casu habet pri-
uilegium prælationis, *dict. l.sancimus* 12. & *ibi*. Bald.
Cod.de rei vendicat. Casanat.*cons.*9.*num.*48. Barbos.
*in l.si cum dotem,*23.§.*fin.num.*36. *versic. præterea, ff.*
sol.matr.

In dubio autem, quando non constat habitam
fuisse fidem de pretio, si venditor rem tradiderit,
præsumitur quod fides habita fuerit de pretio: *leg.*
quod vendidi 19.*ff.de contrah. empt.* Et ideo cautiùs
agit venditor, si dominium sibi expressè reseruet, do-
nec pretium solutum fuerit, vel apponat in contra-
ctu pactum resolutiuum venditionis, nempe quod
contractus sit pro non facto & resolutus, casu quo
emptor pretium non soluerit: vt bene explicat Mer-
lin. *in tract. de pignorib. lib.*4. *quæst.*41. *num.*34.39.
& seqq.

Vigesimaquinta Conclusio. Quando res fuit
quidem vendita, sed nondum tradita emptori, pote- 59
rit venditor recedere à contractu venditionis, & al-
teri rem illam vendere absque suspicione falsi, & in-
cursu alicuius pœnæ; quia licet in contractibus no-
minatis non sit locus pœnitentiæ propter non im-
plementum, Add.ad Ludouis.*decis.*88.*num.*10. Ma-
rescot. *lib.*1.*var. resolut. cap.*90. † tamen hoc est ve- 60
rum, vt non possit peti contractûs rescissio ob non
implementum, per viam actionis, possit tamen peti
per viam exceptionis, vt nominatim de venditore
qui rem nondum tradidit, docet Surd. *decis.*220.
*n.*18.

num. 18. Gratian. *in addit. ad decis.* 13. *n.* 2. *& discept. forens. cap.* 523. *num.* 21. Siquidem hoc generaliter obtinet, vt contractus nominatus, si pacta non seruentur, resolui possit, non per viam Actionis, sed per viam Exceeptionis; Giurba *decis.* 100. *num.* 23. plures allegans, idemtenent Add. ad Ludou. 130. *num.* 5. Bellon. iun. *cons.* 13. *num.* 41. Quod etiam firmauit Rota Romana *decis.* 192. *num.* 15. *parte* 5. *recentior.* quamuis Addentes ad Burat. *decis.* 640. *num.* 27. allegent contrariam decisionem factam *coram* R. D. Andrea, cuius tamen fit mentio *in dicta decis.* 192.

61 † Quamuis etiam Farinac. *in tit. de falsit. & simulat. quæst.* 150. *num.* 251. videatur residere in opinione *Angeli*, quem citat, *in leg. à diuo Pio.* 15. *§. sed si emptor. num.* 2. *ff. de re iudic.* nempè, quod res possit iterum vendi, si emptor pretium non soluat, quando agitur de venditione necessaria & iudicia-

62 li, secùs si de voluntaria. † Sed cum habeamus claram *Rota* decisionem, *dict. decis.* 192. *parte* 5. *recent.* non videtur ab illius opinione recedendum, quamuis in puncto iuris contrarium defendi posset.

63 Potest autem maximè venditor à contractu recedere, & illius rescissionem intentare, quando deficit causa finalis contractus, dummodo sit talis, vt sine ea quis non fuisset contracturus, Rota *dec.* 676. *num.* 6. *&* 7. *parte* 2. *recent.* Giurb. *decis.* 115. *num.* 10.

64 † Quod tamen debet intelligi, vt procedat quando cum contractu emptionis admixtum fuit aliquid quod habeat naturam contractus innominati, nam alioqui non licebit agere ad rescissionem emptionis, sed agendum erit ad interesse, vel dumtaxat rescindetur contractus per viam exceptionis, vt optimè explicat Bellon. iun. *consilio* 13. *num.* 41. 42. *& sequentibus.*

65 Deueniendo igitur ad materiam præuentionis infertur ex supradictis, quod in casibus in quibus locus est rescissioni contractus venditionis, siue ob non adimplementum per viam exceptionis, siue ob defectum causæ finalis per viam actionis, iudicium istud nihil commune habet cum discussione generali, nec enim executionibus quæ fiunt super aliis bonis emptoris ad instantiam creditorum, & ideo cessat hoc casu quæstio præuentionis, & quælibet causa currit marte suo. Possunt tamen, si velint creditores, assistere liti super rescissione intentatæ, ne in ipsorum præiudicium fiat aliqua collusio inter emptorem & venditorem. Ita deciditur in Cod. Fabrian. *lib.* 4. *titul.* 11. *de hæred. actio. definit.* 3.

CAPVT XXXII.

ARGVMENTVM.

Agitur de præparatoriis iudicij, vtrum ex ex illis oriatur præuentio, nempè de appellatione extraiudiciali. An & quando vim obtineat citationis. Et in quibus casibus per eam inducatur præuentio causæ. Quomodo differat ab appellatione iudiciali. Quis sit eius effectus. Quæ forma præsertim in beneficialibus. De sequestratione, & vtrum ex ea inducatur præuentio. De executione facta ob fugæ suspicionem, & præuentione ex ea producenda ex iuris communis, aut municipalis Auenionen. dispositione. De præuentione ex interrogatoriis litis præparatoriis. De denunciatione, vel intimatione extraiudiciali. De oblatione extra formam iudicij facta. De protestationibus extrajudicialibus. Et de actione ad exhibendum. Ostenditur, an & quando ex illis producatur effectus præuentionis iudicialis. Et de præuentione in criminalibus, & remissione concedenda ad locum delicti, vel deneganda. Et quid in hoc obseruetur in Statu Auenionensi, & quid in locis Biturritarum, & Castrinoui ad Archiepiscopatum Auenionensem pertinentibus. Ex quibus lis censeatur extincta in beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio extraiudicialis habet vim citationis.*

2 *In appellatione extraiudiciali, assignatur appellato à iure terminus vnius mensis ad comparendum, & eo elapso, viginti dierum, quibus elapsis proceditur in eius contumaciam.*

Quod procedit in beneficialibus, non in aliis, vt infrà, num. 13.

3 *Duplex est appellatio, vna iudicialis, alia extraiudicialis.*

4 *Appellatio extraiudicialis fieri debet ad iudicem ordinarium coram quo causa tractarò debet.*

5 *Multa differentia referuntur inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem.*

6 *Exempla appellationum extraiudicialium.*

7 *Quæ sit differentia inter appellationem extraiudicialem interpositam à parte, vel à iudice precedente extraiudialiter.*

8 *Appellatio extraiudicialis regulariter non habet vim citationis.*

9 *Si Communitas fecerit statutum ambitiosum, in odium particularis personæ, datur appellatio extraiudicialis ab illo statuto.*

10 *Appellans regulariter non cogitur comparere, nisi fuerit legitimè citatus.*

11 *Citatio non valet nisi præcedat iudicis decretum, &* num. 12.

12 *Nuntius non potest citare sine speciali iudicis commissione.*

13 *In beneficialibus, appellatio extraiudicialis, habet vim citationis, & arctat ad comparendum.*

14 *A collatione facta per Episcopum extraiudicialiter procedentem, licet appellare extraiudicialiter.*

15 *Quæ forma seruanda sit in appellatione extraiudiciali, ab electione, postulatione, vel prouisione beneficiorum.*

16 *Forma* cap. vt circa. De electione, in 6. *obseruanda est in quibuscumque beneficiis etiam simplicibus, dum extraiudicialiter appellatur.*

17 *Appellatio extraiudicialis, post commissionem efficitur iudicialis.*

18 *Appellatio extraiudicialis, quid operetur ad effectum attentatorum.*

Et quæ sint necessaria ad hoc vt ex illa appellatione quis dicatur attentare.

19 Sola

19 *Sola appellatio extraindicialis,non inducit prauentionem.*

20 *Citatio vera & propria prauentionem inducit, non autem impropria.*

22 *Duplex est sequestratio, vna voluntaria & extraindicialis,alia iudicialis & necessaria.*

23 *Ante litem motam, partes conuenire possunt de sequestro.*

24 *Sequestratio, quæ fit in vim rei iudicata, est vera exeqnutio,& prauentionem inducit.*

25 *Sequestratio quæ fit pro securicate iudicij, non est vera exeqnutio, sed solùm præparatoria futura executionis.*

26 *Prauentio non inducitur per simplicem executionem factam ob suspicionem fuga,vel timorem dilapidationis ante litem motam. Vide tamen inferius,* nom.42.

27 *Interrogatoria litis præparatoria in quibus casibus dari possint.*

28 *Interrogatoria præparatoria data ante libelli oblationem,non induennt prauentionem.*

29 *Cautela ad indncendam prauentionem est,vt interrogatoria dentur cum libello, vel post oblatum libellnm, quia inducitur prauentio per libelli traditionem.*

30 *Si sequestratio facta contra suspectum vel extraneum,impugnetur tanquam nulla,lis tractanda est coram iudice,& scribente Notario executionis.*

31 *Verum per dationem fideiussoris iudicio sisti, censeatur approbata iurisdictio iudicis alioquin incompetentis.*

32 *Per fideiussionem necessariam, non approbatur iurisdictio.*

33 *Satisdatio dicitur quodammodo necessaria, licet habeat initium volnntarium.*

34 *Statutnm Anenionis* de debitore suspecto, lib.2. tubr.10. *qua de causa fuerit introdnctum.*

35 *Simile statnum sen consnetndo permittens sequestrationem contra extraneos,viget in plurimis Ciuitatibus & Prouincijs.*

36 *Per dationem fideiussoris de iudicio sistendo, verius est prorogari iurisdictionem iudicis exeqnentis,in vim dicti statuti.*

37 *Fideiussor obligatus in solidum, tenetur tanquam principalis.*

38 *Fideinssor obligatus cum iuramento, tenetur quamuis principalis non esset obligatus.*

39 *Carceratus in vim dicti statuti, non solet relaxari nisi consenserit in iurisdictionem.*

40 *Cautio iudicio sisti,comprehendit in casn dicti statuti, iudicatum solui,ex mente* Castrenſ. *& aliorum.*

41 *Fideiussio non est necessaria, quæ non datur ex necessitate legis.*

42 *Ex stilo Cnriarum Auenionensium, captura vel executio contra snspectum de fuga dat prauentionem.*

43 *Per oblationem extraindicialem factam ante litem motam, non inducitur prauentio, nisi interueniat citatio, vel traditio libelli, authoritate iudicis.*

44 *Oblatio vel denunciatio extraindicialis, non interrumpit præscriptionem legalem, vel conuentionalem.*

45 *Protestatio & intimatio extraindicialis,non interrumpit præscriptionem.*
Quod fnsius explicatur per plures casus.

46 *Protestatio literarum cambij, & alia similes, non dant prauentionem.*

47 *Protestationes etiam facta coram iudice,non dicuntur propterea iudiciales,quamuis parti fuerint intimata.*

48 *Intimatio facta authoritate iudicis,non continet citationem.*

49 *Ex processuris extraindicialib.non oritur prauentio.*

50 *Per actionem ad exhibendum,non fit prauentio.*

51 *Condemnatus ad exhibendum,non censetur condemnatus ad aliud præstandnm.*

52 *Sententia lata in actione ad exhibendum, non parit exceptionem rei iudicata,in negotio principali.*

53 *Quomodo proponi debeat actio ad exhibendum, ad hoc vt per eam oriatur prauentio.*

54 *Actio simplex ad exhibendum modici est præiudicij, ideo summariè tractari debet.*

55 *Quæ remedia competant contra non exhibentem.*

56 *De prauentione iudicis loci delicti, aduersus iudicem originis aut domicilij.*

57 *Apud nos, remissio ex causa conceditur, & obtinetur, in delictis grauioribus.*

58 *Remissio non solet concedi in locis Bitnrritarum & Castrinoni, subditis Illnstr.& Reuerendiss. Auenionensi Archiepiscopo.*

59 *Remissio fuit obtenta ad locum delicti in fauorem feudalis Domini, ex sententia Rota Auenionensis in iudicio contradictorio lata.*

ARIA Iudicij præpstatoria hoc in capite consideranda sunt,vt pleoius tota iodicialium præuentionum mstetia sbsoluator. Primum est, sppellatio extraiudicialis,quæ non mslè litis futuræ præparstlo dici potest. Secundum est, sequestratio ante litem contestatsm vel propter fugæ suspicionem,aut dilspidatioois timotem obtenta. Tertium, interrogationes litis præparatoriæ, qoæ vtplurimum ante litem contestatsm fieri soleot.

Quæritur itaque primo, vtrum per appellationem extraiodicialem inducatur præuentio causæ appellationis. Dubium faciunt ea quæ sopta diximus *cap.9.* per solam citationem causari præuentionem iurisdictionis,† atqui appellatio extraiudicialis obtinet vim citationis, est eoim quædam prouocstio, causâ noodom cœptâ, ad illam inchoandam: 1
text.*in c.cum sit Romana 5.de appell.* ibi,*quoniam sacrò Canones etiam extra iudicium passim appellare permittunt, nec solent huiusmodi dici appellationes, sed prouocationes ad causam,*& ibi explicat Gloss.*in verb.solent.*

Et sdeo vim hsbet citationis, huiosmodi extraiodicialis appellatio, vt assignetur appellato à lege terminus vnius mensis ad iter arripiendum ad Iudicem ad quem,& lapso mense detur alius terminus à iore, viginti dierum, intra quos si noo compareat, proceditur in contumaciam, periode ac si legitima & iudicialis citstio ioteruenisset, vt docet Marant. *in speculo,tit.de de appllat.num.*279. dicens hunc esse mirabilem effectum,in qoo qois potest facile aduersarium nihil tale cogitsntem decipere, appellsndo ab eios molestia ad Sedem Apostolicam, & deinde producendo omnia acta facieotia ad victoriam causæ: nam pars appellata oon aduertet in compsrendo, & sic poterit fabricari processus & obtineri sententia sine cootradictione, & ita dicit se vidisse millies practicari. Hæc praxis probatur per text. *in capite 1. de electione in 6. & ibi,* Gloss. *in verb. absentia,* vbi dicitur quod si quis electionem, seu postulstionem fsctam impugnat, in formam obiiciens aliqoid,vel personam;& propter hoc ad Pspam appellari cõtigerit,tam is qui opponit,qoam is qui defendit,& generaliter omoes quorú interest,& quos causa concernit, per se, vel per procurstores ad causam 2

instructos, ad Sedem Apostolicam à die obiectionis, iter arripiant intra mensem.

Sed si pars alia non venerit, per viginti dies post aduentum alterius expectata, in electionis negotio, non obstante cuiusquam absentia, sicut de iure fuerit, procedatur.

Vnde non sine ratione dubitari posse videtur, vtrum talis appellatio ab electione, postulatione, vel prouisione beneficij interposita, præuentionis producat effectum, cum vim citationis obtineat.

3 Pro cuius dubij, & præsentis quæst. resolutione, supponendum est, duo esse appellationum genera, videlicet iudicialem, quæ interponitur à iudice iudicialiter, & in formâ iudicij procedente; & extraiudicialem, quæ extra iudicium interponi potest, *cap. bon. mem. § 1. c. cum sit Romana 5. de appellationib.* apud Gregorium, & *cap. concertationi 3. eod. tit. lib. 6.* & cum tales appellationes extraiudiciales habere videantur (vt mox dictum fuit) vim conuentionis, seu vo-

4 cationis in ius (in casib. inferiùs declarandis) † propterea hæc prouocatio, seu appellatio fit ad iudicem ordinarium coram quo citandus, vel vocandus esset pro lite aduersarius, dum via ordinaria litigandum est, itavt, qui non potest citari coram aliquo iudice, non possit etiam ad eum prouocari, vt notauit Petr. Gregor. *in partitionib. iur. Canonici, lib. 5. tit. 15. de appellationib. cap. 1. num. 3. & in gloss. liter. F, & liter. G.*

5 Inter vtramque appellationem plurimæ assignantur à Doctoribus differentiæ cum suis ampliationibus & limitationibus videlicet, quod in iudiciali, non appellatur à futuro grauamine. Item non requiritur regulariter expressio causæ. Debet appellari respectu certi grauaminis. Sufficit appellatio sine scriptura. Omnia post appellationem gesta tanquam attentata reuocantur, & iurisdictio suspenditur in totâ causâ.

Sed in appellatione extraiudiciali, appellatur etiam à quocunque futuro grauamine. Causa appellationis exprimenda est. Admittitur appellatio etiam incerta & generalis, tam respectu personarum, quam respectu grauaminis. Appellari debet in scriptis. Non suspenditur tota causa, sed ea tantum quæ concernunt articulum ratione cuius fuit appellatum, nec gesta post appellationem reuocantur tanquam attentata, iuxta ea quæ declarantur per DD. citandos infrà *num. 18.* quas omnes differentias fusius explicat, Philipp. Franc. *in d. cap. bon. mem. § 1. de Appell.* & Sigismund. Scac. *in tract. de appell. c. 2. q. 2. num. 32. & mult. seqq.*

6 Cuius appellationis extraiudicialis plurima referuntur exempla apud Ruginell. *in eod. tract. cap. 3. §. 2. à n. 18. vsque ad 42.*

7 Secundo supponendum est, appellationem extraiudicialem duob. modis interponi posse. Quandoque enim appellatur à Iudice extraiudicialiter procedente, quandoq; vero non appellatur à iudice, sed ab ipsa parte extra iudicium. Primo casu debet appellari in præsentia ipsius Iudicis, vel Prælati grauamen inferentis, si illius copia haberi possit. Secundo vero casu, nempe quando appellatur ab ipsa parte, debet appellari in eius præsentia, si illius copia haberi possit, quando aduersarius est certus, alias nullius præsentia requiritur. Cautius tamen est hoc casu appellare coram personis authenticis, vt bene supradicta explicat Franc. *in d. cap. cum sit Romana 5. num. 4. de appellat. & in d. c. bon. mem. § 1. num. 14. eod. titul.*

8 Tertio supponendum est, quod regulariter appellatio extraiudicialis non habet vim citationis, quia non inducit necessitatem comparendi, absque noua citatione. † Exemplum poni potest in casu quo 9
communitas fecit statutum vel decretum in odium cuiusdam personæ priuatæ, à quo statuto seu decreto licita est appellatio, quæ extraiudicialis nuncupatur, vt dicit Bart. *in l. ambitiosa n. 31. ff. de decret. ab ordine faciend.* † tunc nô tenetur Communitas, si ap- 10
pellatum fuerit, comparere coram Iudice ad quem, nisi de nouo citetur, vnde ex tali appellatione, nasci non potest aliquis præuentionis effectus, cum non habeat vim citationis, neq; arctet ad comparendum, vt dicit Franc. *in d. c. bon. mem. § 1. num. 18.* Et ratio est
† quia nemo citari debet verbaliter vel personaliter, 11
nisi præcedente Iudicis decreto de citando, *l. fin. C. de exhibend. reis:* adeo vt † nec ipse nuntius generalis 12
deputatus ad citationes faciendas, possit citare sine speciali Iudicis mandato, vt dicit Abb. *in d. cap. cum sit Romana 5. num. 13. de appellat.* Et magis in specie quod non inducatur præuentio per citationem, si non facta fuerit de mandato iudicis, ostendit Barbos. *in l. si quis postea 7. num. 63. ff. de iudic.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 21. n. 19.*

Supradicta regula limitanda est, vt locum non 13
habeat in beneficialibus, in quibus appellatio extraiudicialis vim citationis obtinet, & arctat ad comparendum intra viginti dies post elapsum mensem assignatum ad iter arripiendum, adeo vt non sit opus noua citatione, vt dicit Maraot. *in dict. tit. de appellationib. num. 279.* Grauat. ad Vestr. *lib. 3. cap. 7. num. 4.* & ante eos Franch. *in d. cap. bona memoria, § 1. n. 18. de appellationib.*

Exemplum proponi potest, si quis appellet à col- 14
latione beneficij per Episcopum procedentem extraiudicialiter, & sine iudicij contestione factâ, Gonzal. *ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 9. §. 1. n. 27. 36. & sequent. & n. 205.* hoc enim casu, & similibus de quibus in *dicto cap. 1. de appellat. in 6.* licet appellare,
† dummodo tamen in tali appellatione seruetur for- 15
ma præscripta in *cap. vt circa 4. de election. in 6.* de qua Rot. Romana *decis. 269. num. 38. p. 6. recentior.*
† Vbi etiam *num. 37.* dicitur dispositionem illius 16
textus procedere non solum in Dignitatibus, sed etiam in quibuscumque beneficiis simplicibus. Ex quibus colligitur quæstionem præuentionis, ad solas appellationes extraiudiciales in causis beneficialibus esse restringendam, cum in aliis non insit vis citationis.

Dubium hoc resoluitur si dicamus primo, non 17
esse dubitandum quin appellatio qualibet extra iudicium interposita, vim habeat præuentionis, statim vbi talis appellatio fuit commissa, & illius commissionis vigore processum fuit ad citationem cum inhibitione. Tunc enim non est amplius extraiudicialis, sed efficitur iudicialis; non solum quoad effectum præuentionis, vt superius *cap. 1.* demonstrauimus, sed etiam ad effectum attentatorum, vt bene considerat Lancellot. *de attentatu lite pendente, p. 2. c. 4. in præfat. num. 130.*

Secundo, appellationem huiusmodi considerari 18
posse ad plures effectus, nempe ad effectum præuentionis & litispendentiæ inducendæ, & ad effectum subrogationis, denique ad effectum attentatorum, de quibus omnibus copiosè differit, Lancellot. *d. cap. 4. n. 119. & mult. seqq.* ostendens appellationem huiusmodi nihil operari nisi parti appellatæ fuerit intimata, vt *ibid.* per eum *n. 36.* Et de effectu attentatorum quoad istam appellationem extraiudicialem, agit etiam Marescot. *lib. 1. var. resol. c. 64. n. 20.* Caualcan. *dec. 26. num. 56. p. 3.* & copiosè Salgad. *in tract. de Regia protection. p. 2. c. 13. per tot.*

Duo

Duo autem hic notanda sunt. *Primò*, quod huiusmodi appellatio extraiudicialis debet iustificari coram Iudice ad quem, antequam inhibitio laxetur contra Iudicem à quo: Lancellot. *de attentat. appell.pend.cap.*12.*limit.*3.*num.*20. Secondò, quod ad hoc vt talis appellatio operetur reuocationem attentatorum, debet intimari Iudici & parti: vt notat *ibid.* Lancell. *n.*25. sicut appellatio interposita coram authentica persona, similiter est intimanda, vt afficiar: Lancellot. *dicta limit.*3.*n.*30.

19 Tertiò deueniendo ad effectum præuentionis, concludendum est per illam solam appellationem extraiudicialem non produci præuentionis effectum, nisi subsecuta commissione & citatione iudi-
20 ciali, vt mox *num.*17. dictum fuit: † licet enim verum sit, appellationem illam in beneficialibus vim citationis obtinere, ex *d.c.*1. *de electione in* 6. tamen citatio illa impropria est, vt dicit Lancell. *d.cap.*4. *in præfation.n.*223.& 228. Vera enim & propria citatio, ideo præuentionem operatur, quia est de exercitio
21 iurisdictionis, vt diximus *cap.*9.*n.*3. † & inter cætera ad citationis validitatem requisita, necessariam in primis esse Iudicis competentis authoritatem & mandatum, suprà satis ostendimus, *num.*11.& 12.& vltra ibi citatos tradit Vant. *in tract.de nullit.ex defect.citationis,num.*35.

Concludendum igitur est, ex illa simplici appellatione extraiudiciali etiam in beneficialibus non causari præuentionem iudicialem, vt probat Salgad. *in dict.tractat.de Reg.protectione, part.*2.*cap.*13.*num.*45.& 153.

22 Quæritur secundo, vtrum per sequestrationem inducatur præuentio iudicialis. Respondetur distinguendum esse inter sequestrationem voluntariam, & necessariam seu iudicialem: Quandoque enim fit sequestratio de consensu partium & voluntariè, cum ad essentiam sequestri non requiratur contentio iudicialis, sed sufficiat controuersia extraiudicialis, vt quia fortè altercantes super aliqua re conueniunt, vt fiat sequestratio, ad fines postea in iudi-
23 cio litigandi. † Atque ita intelligenda est Gloss. *in cap. examinata* 15. *de iudiciis*, vbi requirit ad hoc vt procedat sequestrum, vt res sit in litigium deducta: quia non dicit quod sit deducta in iudicium, & ideo potest etiam locum habere in litigio extraiudiciali, vt per Abbat. *in dicto cap. examinata num.*13. & declarat Caroc. *in tract.de sequestro, part.*1.*q.*1.*num.*3. *& part.*3.*quæst.*6.

Dum autem quæritur de sequestro iudiciali, aduertendum est illud duobus modis fieri posse. Aliquando enim fit ante litem cœptam, aliquando vero lite pendente. Item aliquando fit pro executione rei iudicatæ, vel instrumenti publici habentis paratam executionem (cum apud nos instrumenta publica liquida mandentur executioni, nulla citatione, vel intimatione præcedente, etiam nondum probatis mediis, dummodo postea negata probentur, ex Statuto *lib.*3.*rubr.*17.*de execut.instrum.art.*1.) aliquando vero pro securitate Curiæ, vel partium.

24 Quando sequestratio fit in vim rei iudicatæ, vel instrumenti publici, tunc est species executionis, & ideo non est dubitandum quin ex tali sequestratione inducatur præuentio, sicut inducitur per quamlibet aliam executionem, ex traditis per Curtium *in tractat.de sequestr.q.*22.*num.*73. Rot.apud Burat. *decis.*553.*n.*3.

25 Quando vero sequestratio fit ante litem motam pro securitate iudicij, veluti si tempus solutionis contentum in instrumento publico nondum aduenerit, & debitor sit de fuga suspectus, & interueniat requisita ad hoc, vt procedatur contra aliquem tanquam de fuga suspectum, de quibus inter cæteros Burat. *decis.*531. Mauso. *de causis executiuis, qu.*3. tunc potest laxari mandatum suspicionis fugæ contra debitorem, quod nomine executionis propriè sumptæ venire non potest, cùm non tendat ad solutionem, sed ad assecurationem iudicij, vt dicit Rot.apud Zachiam. *de obligat.camerali, dec.*118.*n.*2. Est enim talis sequestratio præparatoria futuri iudicij, eum fiat duntaxat pro faciliori futura executione. Vt dicit *ibid.* Rot. *num.*6. † Et ideo per huiusmodi 26 sequestrationes ante cœptum iudicium factas non causatur aliqua præuentio, nec litispendentia, sicuti nec per capturam personæ de fuga suspectæ: qua de re licet dubitatiuè loquatur Caccialup. *in d.tract.de debitore suspect.& fugitiu.q.*15.*num.*3. tamen hoc clarè determinat Caroc. *in d.tract.de sequestro p.*2.*q.*37. eâ videlicet ratione, quia sequestra quæ fiunt ante litem contestatam, sunt tantum futuri iudicij præparatoria, & fiunt antequam appareat quid & quantum quis habeat de alieno, itavt deliberare non possit, nec per consequens lis cœpta dicatur: quia in primis confirmanda est sequestratio, & successiuè procedendum est in causâ ad litis contestationem, Rebuff. *in const. Regias, tom.*1.*tit.de liter.obligatoriis, art.*6.*gloss.*3.*n.*64.& 65. Caualcan. *part.*1.*dec.*3.*n.*2. Caroc. *in eod.tract.de sequestro.p.*2.*qu.*37. Lancellot. *de attentat.p.*2.*c.*4.*de attentat.lite pendente, in præfat. num.*246.& 247. Et sic concluditur quod per sequestrationem factam ante motam litem non inducitur præuentio. Verùm, quid apud nos seruetur in praxi? vide *infrà num.*41.

Quæritur tertio, an per interrogatoria litis præparatoria inducatur præuentio. Veluti si quis contra 27 aliquem agere velit tanquam hæredem alterius? quo casu potest interrogari ante litem cōtestatam, vtrum sit hæres illius ex cuius persona conuenitur, & an in solidum, vel pro quota parte sit hæres: *l.*1.& *leg. qui*5.*ff.de interrogat.actionib.* Potest etiam interrogari qualiter sit hæres an ex testamento, & an suo nomine sit ei quæsita hæreditas: *l.si defensor.*10.§.*illud quæritur, ff.eod.tit.* Similiter quando agitur rei vendicatione, potest reus interrogari ante litem contestatam vtrum possideat? & pro qua parte? & an dolo desierit possidere? de quibus omnibus Speculator *lib.*2.*tit.de interrogat.quæ fiunt ant.lit.contest.*§.1.*n.*5.

Hoc casu distinguendum est. Nam aut simpli- 28 citer data fuerunt interrogatoria ante libelli oblationem, (quod fieri posse testatur Practic. Papien. *in tit. de interrogatoriis, in verb. Quatenus ex officio vestro, num.*3. & sæpiùs in praxi vidimus obseruatum.) Et tunc cum hæc interrogatoria fiunt tantum præparatoria futuræ litis, non potest ex illis dari præuentio, aut litis pendentia.

Aut vero dantur interrogatoria vnico contextu 29 cum libello (quod melius & consultius est, vt dicit Gloss. *in l.*1.*in verbo, necessaria, ff.ad exhibendum.*) Siue etiam dum dantur interrogatoria post porrectum in actione reali libellum, quod etiam fieri posse tradit Gloss. *in l.*1.*in verb.instituitur, ff.de interrogatoriis actionibus*, & tunc causatur præuentio non ex vi interrogatoriorum, sed ex vi citationis & libelli dati in negotio principali. Itaque si quis dubitet ne præueniatur in actione rei vendicationis, vel petitionis hæreditatis, optimè sibi consulet, si vel primò partem cum copiâ libelli citari curet, dando postea interrogatoria, vel simul & semel libelli & interrogatoriorum copiam aduersario cum citatione expediri procuret, vtroque enim modo interrogatoria dari posse dicit Practic. Papien. *loc.* proximè *citato*, &

& conferunt tradita per Bart. *in l. si finita, §. Iulianus, num. 6. & 7. ff. de damno infect.* vbi dicit quem non
effici contumacem nisi citetur cum copia libelli,
& quod de iure libellus præcedere debet, licet in
quibusdam locis contrarium de consuetudine ser-
uari dicat.

Sed pro maiori declaratione eorum quæ suprà di-
ximus *num.* 26. magis in specie explicandum est,
quod dicitur ex sequestratione contra suspectum
debitorem, aut illius bona, facta, præuentionem non
30 induci. † In primis enim si quis vti suspectus fue-
rit pignoratus, vel carceratus iuxta iuris dispositio-
nem, seu etiam in vim Statuti Auenionensis *lib.* 2.
rubr. 10. vbi talis sequestratio permittitur, & forma
in ea procedendi præscribitur, non est dubitandum
quin causa ipsa arrestationis, si de eius nullitate, aut
inualiditate agatur, aut si illam alia ratione impu-
gnari contingat, quæstio illa per eum, & coram eo
iudice & Notario terminanda sit, cuius authoritate
executio facta fuit. Per text. *in l. à diuo Pio* 15. *§. si super rebus, ff. de re iudic.*

Sed maior dubitatio est, vtrum sic arrestatus datâ-
que cautione de iudicio se sistendo relaxatus, petere
postea possit se ad domicilij sui iudicem remitti pro-
31 positâ exceptione fori declinatoriâ. † In hac quæ-
stione multi Doctores censuerunt per dationem fide-
iussoris iudicio sisti, non esse prorogatam iudicis
arrestantis iurisdictionem, sed ea non obstante peti
posse remissionem ad iudicem domicilij forensis ar-
32 restati. † Rationem afferunt quia cum hæc fideius-
sio fuerit ex necessitate præstita, videlicet ad obti-
nendam personæ, vel bonorum relaxationem, iuxta
l. si fideiussor. 7. §. si necessaria, & in l. de die. 8. § tutor. & *ibi* maximè Castrens. *ff. qui satisd. cogant.* sequitur
per illam non prorogari iurisdictionem: Menoch.
lib. 2. præsumpt. 19. *num.* 7. Hering. *de fideiuss. cap.* 5.
num. 170. *iuncte num.* 184. & 194. Mart. Medic. *exa-*
33 *minat.* 32. *num.* 8. † Quod si dicatur illam non esse
merè necessariam fideiussionem, cum habeat initium
voluntarium. Replicari poterit, de ea iudicandum
esse tanquam de necessaria, Castrens. *in dict. §. tutor.*
Osasc. *decis.* 70. *num.* 2. Et propterea per præsta-
tionem huiusmodi fideiussionis non renunciari iuri
petendi remissionem causæ ad domicilium Rei te-
statur Galerat. *de renunc. cap.* 140. *num.* 17. Caroc. *de except. cap.* 22. *q.* 24.

34 Sed tamen contrarium verius est, nempe eum qui
dat fideiussores iudicio sisti in casum arrestationis
in vim dicti statuti, non posse postea forum declina-
re, quia alioqui non satisfieret intentioni Statuen-
tium, qui non tantum habuerunt respectum ad su-
spicionem fugæ, cum in vim illius sæpè procedatur
contra extraneos, in quibus propter eorum idonei-
tatem non adest fugę suspicio; sed potius Statuentes
prospicere voluerunt ciuium indemnitati, ne extra
ciuitatem pro rebus aut summis sibi debitis maxi-
mo cum incommodo litigarę cogantur, & forsan
summarum sibi debitarum maiorem partem in ex-
35 pēsis consumere, † vt de simili consuetudine vigen-
te in Cathalonia tradit Cancer. *lib.* 2. *var. resol. c.* 4.
num. 7. & alibi Pech. *de iure sistendi, cap.* 2. *num.* 6. Et
Rebuff. *in constit. Reg. tome* 1. *tit. de literis obligat. artic.* 6. *gloss.* 3. *num.* 41. & 42. Vbi dicit similem con-
suetudinem vigere in ciuitate Parisiensi, Aurelia-
nensi, Bituricensi, Tholosana, Montepessulana, Bur-
degalensi, & in tota Vasconia, imò & in tota Gal-
lia, Hispania, & Italia. Nec solum in ciuitate Pari-
siensi sufficit dare cautionem iudicio sisti, sed vlte-
rius debet arrestatus dare cautionem iudicatum sol-
ui, vt testatur Papon. *in recollect. arrest. lib.* 18. *tit.* 5.
art. 19. Et de eodem statuto ciuitatis Auenionensis
nominatim loquitur Renat. Chopin. *de moribus Pa-*
ris. lib. 3. *tit.* 3. *num.* 2. referens alia loca vbi similis
viget consuetudo. † Et hanc sententiam, quod fo- 36
rum iudicis qui arrestum decreuit, & exequi fecit
non possit declinari post cautionem datam iudicio
sisti, tenuit *Azo*, iuxta quam sic in praxi seruari te-
statur Boër. *decis.* 218. *num.* 2. *iuncto num.* 5. Caccia-
lup. *de debit. susp. & fugit. quæst.* 9. *num.* 7. *in fine*, &
bene eam probat Anchar. *consil.* 192. *num.* 5. *versic. Quoad secundum.*

Et in effectu, ego durante spatio quadraginta quin-
que annorum, quibus in negotiis versatus sum, nun-
quam hoc vidi deduci in controuersiam. † Maximè 37
quia fideiussores, qui dantur iuxta formam dicti sta-
tuti se obligant vti principales & in solidum, quo
casu non censentur amplius obligati vti fideiusso-
res, sed in rem suam: Gratian. *discept. forens. cap.* 348.
num. 26. Paul. Bellon. *de iis quæ fiunt incontin. libro* 1.
cap. 57. *num.* 4. Giurb. *consil.* 45. *num.* 8. Et ideo ta-
les fideiussores tenentur ex propria persona quam-
uis principalis non esset obligatus, † attento iura- 38
mento in similibus contractibus apponi consueto
Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 12. *in fine*,
Mohedan. *decis.* 2. *de fideiussor.* † Atque ita etiam 39
apud nos praxis obseruat, immo solent arrestati an-
tequam exeant eligere domicilium, & constituere
procuratorem ad comparendum, vt & fieri solere
testatur Rebuff. *dicto numero* 42. *de literis oblig. articul.* 6. *gloss.* 3. † Et communis hoc praxis obser- 40
uat, teste Caccialup. *in dicto tract. de debit. susp. & fugit. quæst.* 9. vt non solùm iudicio sisti, sed etiam
iudicatum solui caueatur, quod & apud nos experti
Notarij obseruare solent. Prout dicit Castrens. *in l. neque impuberes* 22. *§. qui in ius, ff. de in ius vocan.* vbi
cautionem exigit de stando iuri, & iudicatum sol-
uendo. Sequitur Rota Romana *inter consil. Farin. consil.* 57. *num.* 36.

Neque obstat quod oppositum fuit, fideiussionem 41
illam licet non sit omnino necessaria, tamen vti ne-
cessariam deberę iudicari. Nam contrarium tenet
Gabriel. *consil.* 53. *lib.* 1. dicens illam esse volunta-
riam fideiussionem, cum non ex necessitate legis, sed
ex partis voluntate præstetur. Sequitur Gratian.
discept. forens. cap. 348. *n.* 21. & 25. Cancer. *lib.* 1. *var. resol. c.* 5. *de fideiuss. n.* 123.

Vltimo loco notandum est, quod licet superiùs 42
num. 26. diximus secundum iuris communis re-
gulas, per similes arrestationes pro securitate Curiæ
aduersus suspectos de fuga factas non induci præ-
uentionem, tamen sumpta informatione à notariis
præsertim senioribus huiusce ciuitatis didici apud
eos ita obseruari, vt quælibet executio etiam ad-
uersus suspectos de fuga, sed maximè si fiat contra
exteros in vim dicti statuti, tribuat præuentionem,
& alios creditores, si concurrant, teneri venire oppo-
sitiuè, scribente notario executionis quantumuis
præparatoriæ, etiam post relaxationem personæ, vel
pignorum, mediante cautione factam. A qua con-
suetudine non est recedendum quæ in eo fundata
videtur, quod quilibet præueniens per executionem
cæteris est præferendus. Et quia notarius carcerans
facit omnium creditorum causam meliorem.

Restat nunc pro complemento huius capitis, vt
agamus de aliis actibus qui fiunt ante litem conte-
statam, vel pro præparatione litis, an & quomodo
ex illis oriatur præuentio.

In primis agendum est de oblatione extraiudicia-
li, denunciatione, intimatione, requisitione quam
vocamus *semmation*, & similibus.

Suppo

43 Supponamus siquidem, eum, cui ius retractus ex
consuetudine, vel conuentione competit, aut etiam
Dominum Directum qui rem emphyreuticam ven-
ditam, iure prælationis feudalis retinere desiderat,
offerre emptori pretium, illi significando quod vule
vti iure retractus seu prælationis. Sanè si nihil aliud
præter simplicem illam oblationem, vel intimatio-
nem interueniat, nec adhibita fuerit præterea cita-
tio, vel traditio libelli aut petitionis, nulla planè
erit facta causæ præuentio. Ratio est, quia obla-
tio illa est actus merè extraiudicialis, nullam requi-
rens causę cognitionem, & in mero factoconsistens,
per text. *in l.1.§.nunciatio, ff.de noui oper.nunciat.* & ibi
DD. asserentes nunciationem noui operis etiam
non adito Prætore & diebus feriatis fieri posse. Et
sic actus huiusmodi sunt omnino extraiudiciales,
nisi aliud quoque, vt dictum est, interueniat. Tiraq.
*de retract.proximit.ad finem titnli, num.*78. Sed si iu-
dicis authoritate fiat nunciatio cum inhibitioni-
bus, vt fieri plerumque solet, orietur præuentio sine
dubio, potius vigore inhibitionum, vel citationis
44 quam nunciationis. † Facit à simili, quia sola obla-
tio extraiudicialis, aut denunciatio præscriptionem
non interrumpit temporis à lege, vel conuentione
ad retrahendum assignati, sed vltra oblationem ad-
denda est citatio, & sine ea non fit temporis inter-
ruptio, *l.alienam, ff.pro empt.* Tiraq. *de retract.pro-
xim.§.8.gloss.a.num.*1.

45 Eadem ratione protestatio & intimatio extraiu-
dicialis, præscriptionem non interrumpit: Balb. *de
præscript.6.partis membr.3.quæst.4.numero* 19. Pere-
grin. *consil.60.numero* 21. *volum.*1. nisi in certis ca-
sibus à iure expressis, Balb. *loco citato*, Boër. *decis.*333.
*num.*6.

De hac quæstione, vtrum interpellatio extraiudi-
cialis interrumpat præscriptionem. Egimus iterum
*part.2.huius tract. cap.4. num.*18. *& in quæst. ciuilib.
c.*182.*num.*7.*&* 8.

Pro vera resolutione statuendum est *Primò*, quod
dubitatio quæ oritur per interpellationem, seu de-
nunciationem extraiudicialem, impedit præscrip-
tionem antequam oriatur, quia ad ortum præscri-
ptionis requiritur bona fides vera & positiua, quam
impedit illa extraiudicialis denunciatio; sed post
inchoatam semel præscriptionem requiritur etiam
de iure Canonico vera & positiua mala fides ad il-
lius interruptionem, quæ non producitur per so-
lam dubitationem: vt bene explicat Barbos. *ad rubr.
Cod.de præscript.*30.*vel.*40. *annor.numer.*270.*& se-
quent. & numero* 285. *& ad leg. sicut, eod. titul. nu-
mero* 235.

Secundò, quod si post inchoatam præscriptionem,
talis denunciatio etiam extraiudicialis facta fuerit,
vt per eam possessor habuerit veram notitiam iu-
ris alieni, hoc casu propter malam fidem possesso-
ris interrumpetur præscriptio: vt probauimus *dicto
cap.*182.*num.*7.

Tertiò, quod prædicta procedunt in præscriptio-
ne legali; si autem agatur de conuentionali, viden-
da erunt tradita inferius *part. 2. huius tract. cap.*4.
*num.*19.

46 Idem de protestatione dicendum est. Nam qui pro-
testatur non agit Alexand. *cons.*78.*sub n.*17.*vol.*5.
Vnde quando literarum cambij occasione mercato-
res suas consuetas faciunt protestationes, non pro-
ducitur ex eò aliqua præuentio, quia tales protesta-
tiones sunt actus merè extraiudiciales, Bart. *in l.cum
filiusfamilias, ff.de verb.obligat.in §.finali.*

47 Quod ampliatur, vt locum habeat, etiamsi tales
protestationes fierent coram iudice, non enim pro-
pterea inducta esse posset præuentio iudicialis, nec
potest actus ille dici in iudicio celebratus, quia non
fit Iudici, sed parti, & nihil petitur à Iudice nisi vt
mandet protestationem intimari, Bart. *consil.*172.
*num.*15. † Nam etiam per iudicem potest fieri in- 48
timatio, *l.in contractibus, §.final.C.de non num.pecun.*
vbi *Bald.* dicit quod talis intimatio non est citatio,
& ideo fieri etiam potest die feriato: quod etiam vo-
luit Tiraq. *de retr.prox.ad finem tit.n.*83. Et in termi-
nis præuentionis, tenet Cyriac. Nig. *controu.*383.*n.*
20.*ad* 24. † Et generaliter, quod ex quibuscunque 49
processuris extraiudicialibus non oriatur litispen-
dentia nec præuentio, tradit Salg. *in tract. de Regul.
protect. p.2.c.*13.*n.*45.

Præterea videndum est, vtrum per actionem ad ex- 50
hibendũ, quæ similiter iudicij præparatoria est, oria-
tur causæ præuentio. Quod enim actio ista sit fu-
turi iudicij præparatoria, vel ex eo constat, quod qui
petit rem exhiberi, non ideo Dominum se dicit, nec
id ostendere debet, *l.*3.*in princ. ff. ad exhib.* † Nec 51
propterea sequitur aliquem debitorem esse, aut ad
aliud præstandum teneri quamvis exhibere con-
demnatus sit, *l.*1.*in fin.& toto tit.ff.ad exhib.l.*2.*Cod.
eodem tit.* Cyriac. Nig. *controu.*120.*n.*22.*&* 25. † Et 52
propterea sententia lata in actione ad exhibendum,
non parit exceptionẽ rei iudicatæ in iudicio rei ven-
dicationis, Aretin. *in §.præter.num.*8. *vers. Aduertas
tamen, Inst. de actionibus.* † Quod est verum quando 53
fuit simpliciter actum ad exhibendum absque cumu-
latione remedij restitutorij, prout ita fieri posse te-
statur Aretin. *ibidem n.*4.7.*&* 8.

Ideo qui causam præuenire vult, debet remedium
restitutorium simul cum actione ad exhibendum cu-
mulare, iuxta doctrinam Aretin. *loco citat.* Aliud
est, si simpliciter exhibitio præparatoria proponа-
tur, quia illa † modicum parit præiudicium, & sum- 54
mariè tractanda est, abbreuiatis dilationibus, quam-
vis causa principalis esset ordinaria, & in ea proba-
tiones quoque summariæ admittuntur: Bart. *in l.
si quis à liberis §.si quis ex his ff. de liber. agnosc. n.*3.
versic. Quædam est causa summaria quæ non parit. Mar-
cell. Cala *De modo artic.& prob.gloss.vn.§.*2.*n.*1606.
† Quæ autem remedia competant contra non ex- 55
hibentem, tradit Vincent. de Franch. *decis.*271.*n.*10.
Videlicet, condemnatio ad interesse, denegatio au-
dientiæ, & iuramentum in litem.

Cæterum hic instituti nostri ratio postularet, vt 56
de præuentione inter iudices loci domicilij, origi-
nis, & delicti, separato capite ageremus, verum hæc
materia adeo diffusè explicata reperitur, apud Fario.
in tract.de inquisit.q.7.per totam, vt illi nihil addi pos-
se videatur. Poterit etiam adiri Guazzin. *de defens.
reor. defens.1.cap.*17. Thesaur. *decis.*90. Vincent. de
Franch. *dec.*37.66.88.505.& *ibi Addent.* Iul. Clar. &
Baiard. §.*fin.quæst.*38 *&* 39. Boss. *in tit.de foro compet.*
Barbos. *in leg.hæres absens*, 19.*§.proinde, in art. de for.
delic.ff.de iudic.*

Apud nos vidi plures factas remissiones, ex cau- 57
sâ, in grauioribus delictis, ad Regiam Monarchiam
interueniente auctoritate Illustriss. D. Vicelegati pro
tempore existentis; Et egomet anno 1616. tanquam
Iudex ordinarius præsentis Ciuitatis communicato
negotio cum Eminentiss. bon. mem. Cardinali de
Bagni, quẽdam reum de homicidio proditoriè com-
misso in loco de Berte, ad Officiales Regios remisi,
per quos capitali Rotæ supplicio addictus crimi-
nia sui pœnas dedit. Et vidi aliàs remissum insignem
quendam furem ad ciuitatem Lugdunensem, vbi
fuit furca suspensus. Et similiter anno 1617. fuit
per Curiam Gratianopolitanam remissus ad hanc

Ciuitatem quidam qui falsas claues cõtra suæ artis fidem conficere solitus erat. Qui ea de causa,& propter confractos carceres, in sublimi trabe mense Octobris eiusdem anni suspensus fuit. Et sic non est hodie verum quod dicit Bellam. *consil.1 t.col.3. in fine, versic. ad propositum*, nempe in Ciuitate Auenionensi, & Comitatu Venaissino non solere fieri delinquentium remissiones ad locum delicti. Quia ex magna causa,& in grauioribus delictis fiunt hinc
58 inde remissiones. † Quod attinet ad loca Biturritarum,& Castrinoui, quæ sunt feuda Imperialia ad Illustrissim. Auenionenses. Archiepiscopos pertinentia, non solere concedi delinquentium remissiones testatur *ibidem* Bellam. Qui propterea concludit à loco Castrinoui ad locum de Lertio vicinum, sed tamen Regi subditum; remissionem non esse concedendam, quamuis delictum ibi, vel in loco Regi subdito fuisset commissum.
59 De remissione vero facienda ad Iudices feudatariorum, supra egimus *c.11.* Et secundum ibi scripta non ita pridem *Rota* remisit quandam causam ad iudicem loci de Brantulis, non obstante prætensa præuentione Curiæ sacri Palatij. Ideo in his non est amplius insistendum.

CAPVT XXXIII.

ARGVMENTVM.

Quibus modis finiatur præuentio tam in prima quam in secunda instantia. De desertione appellationis. Quomodo præuentio finiatur per transactionem, puram, vel conditionalem. Per laudum à partibus homologatum. Per longi temporis silentium. Per sententiam in iudicatum transactam. Per renunciationem tacitam, vel expressam, tam in beneficialibus quàm in prophanis. Per renunciationem Beneficij. Per silentium decem, vel plurium annorum in beneficialibus. Et per mortem vnius, aut plurium collitigantium, in Beneficiis, aut in Officiis quæ cum persona extinguuntur. Ex quibus lis censeatur extincta in beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Prima instantia quomodo terminetur. Remissiuè.*
2 *Quomodo finiatur instantia appellationis.*
3 *Desertio appellationis de iure communi exigit sententiam declaratoriam.*
4 *Ex Statuto Auenionis sententia in iudicatum transacta mandatur executioni sine sententia declaratoria desertionis.*
5 *Lis & præuentio finitur per transactionem.*
6 *Per transactionem expirat iurisdictio iudicis.*
7 *Transactio conditionalis facit, vt lis & præuentio non expiret nisi adimpleta conditione.*
8 *Laudum à partibus homologatum, habet vim transactionis,& per illud expirat lis, & præuentio.*
9 *Lis finitur per negligentiam, & longi temporis silentium.*
10 *Mala fides quæ inducitur per litis contestationem, non est vera, sed præsumpta.*
11 *Inter ius Ciuile & Canonicum, non est differentia circa præscriptionem, quando agitur de mala fide præsumpta inducta per litis contestationem.*
12 *Lis perpetuatur tantum ex veriori opinione ad triginta annos.*
13 *Præscriptio circa litis desertionem incipit à die qua cessatum fuit à lite, contra Felioum.*
14 *Quando litigans non fuit impeditus aliquo casu fort uito litem prosequi, censetur illam deserere voluisse si longo tempore siluerit.*
15 *Lis & præuentio non finitur per sententiam in iudicatum transactam, donec illa fuerit plenè executioni demandata.*
16 *Lis finitur in beneficialibus per renunciationem quamuis tacitam.*
17 *Litigans super beneficio, censetur liti renunciare per adeptionem alterius beneficij incompatibilis.*
18 *Per reuocationem procuratorum in lite beneficiali constitutorum, resultat præsumptio renunciationis litis.*
19 *Per renunciationem beneficij factam in fauorem tertij non possidentis, non extinguitur lis, nec præuentio.*
20 *Quod maximè procedit quando resignans erat in possessione, quia tunc lis durat tam quoad possessionem quam quoad proprietatem.*
21 *Si cessio vel renunciatio fiat in fauorem collitigantis, lis extinguitur, & præuentio cessat.*
22 *Præuentio cessat & lis extinguitur per liberam dimissionem beneficij factam in manibus Papæ, si illud conferat collitiganti.*
23 *Lis extinguitur per taciturnitatem decennij si constet de non iure illius, qui litem prosequi debebat.*
24 *Si clarè ex actis non appareat de non iure illius qui litem prosequi debebat, super beneficio, non sufficit ad extinguendam litem lapsus decennij, sed requiruntur 30. anni, aut saltem aliqua alia præsumptiones.*
Ex quibus beneficium desinat esse litigiosum ob negligentiam in prosequendo litem.
25 *Lis & præuentio finitur morte, non solum in beneficialibus, sed etiam in officiis quæ morte finiuntur, & in aliis quæ personæ cohærent, & cum personâ expirant.*
26 *Morte vtriusque collitigantis, lis omninò extinguitur in beneficialibus,& aliis personæ cohærentibus.*
27 *Per mortem vnius duntaxat ex collitigantibus, lis non expirat nec præuentio.*
28 *Per mortem actoris lis non extinguitur in beneficialibus.*
29 *Fallit quando reus superstes non vult litem prosequi, & de hoc constat ex actis.*
30 *Quis dicatur actor,& quis reus, in iudiciis duplicibus super beneficiis.*
31 *Per mortem Rei mandata expirant in beneficialibus.*
32 *Mortuo reo, potest actor litem prosequi contra alios qui in illa lite interesse habere poterant.*
33 *Quæ sit praxis procedendi per audientiam contradictarum, mortuo collitigante, super beneficio, contra alios in causa interesse habentes.*

PRÆVENTIO finitur iisdem modis quibus lis vel instantia. Quibus autem modis instantia perimatur, superius *cap.30. & 31.* (quod attinet ad propositum nostrum) satis ostendimus. Qui plura volet adeat 1

adest Trentaeinq. lib. 1. ref. 4. de iud. Viui. opin. 376. cum plurib. allegatis per Caroc. de except. cap. 127.
2 n. 35. † Instantia quoque appellationis terminatur per desertionem per quam finitur iurisdictio Iudicis
3 causæ appellationis, Mohed. dec. 9. de appellat. † Ita tamen vt necessarium sit, in primis dari sententiam super desertione causæ, vt decisum fuit per Rot. de-
4 cis. 746. p. 2. recent. † Sed tamen ex Statuto Aconionensi lib. 1. rub. 16. art. 1. vltimus iudex mandat sententiam in iudicatum transactam executioni, absque prolatione sententiæ desertoriæ: quæ executio eodem modo fit in Curia Sancti Petri; sed ad primum iudicem spectat. Hic subsisto, ne extra materiam propositam videar diuagari.

5 Lis vero variis modis finitur & per consequens præuentio. Primo per transactionem, siquidem transactio dicitur exceptio litis finitæ, & post illam nollis prorsus remanet lis, l. 1. ff. de transactionib. l. causas, Cod. eod. tit. Bald. in rubr. de transactionibus, in decret. num. 7. Roland. cons. 28. num. 14. 13. & 36. vol. 4. Mantic de tacit. conuent. lib. 26. tit. 1. num. 8. Zanger.
6 de except. part. 3. cap. 18. num. 3. † adeo vt per transactionem adimatur iurisdictio à Iudice, qui de causa cognoscebat, Rot. dec. 204. n. 6. part. 6. recent. & per eam lis nullum dicitur habere statum, Ludouis. decis. 354. num. 7. & 8.

7 Limitatur, vt locum non habeat, si transactio esset conditionalis, quia non adimpleta conditione lis non extinguitur: Lancellot. de attent. lite pendente, part. 2. cap. 4. in præfat. num. 296. Burat. decis. 374. num. 3.

8 Quod de transactione dictum est, idem dicendum de laudo, à partibus approbato & homologato, cum vim transactionis obtineat, & per illud lis fit extincta. Rot. decis. 588. num. 1. part. 2. recentior.

9 Secundo lis finitur renunciatione, de qua superius egimus cap. 6. Tertio lis finitur, & per consequens præuentio cessat per longi temporis silentium & negligentiam actoris, quia licet malæ fidei possessor nullo vnquam tempore præscribat, tamen
10 † mala fides quæ per litis contestationem inducitur, non est mala fides vera, sed tantum ficta & à lege inducta, seu vt alij volunt mala fides præsumpta, l. 2. C. de fructib. & litium expens. Magon. dec. Lucens. 81. num. 12. quæ tamen mala fides præsumpta non impedit præscriptionem triginta annorum, Menoch. remed. 13. recuper. possess. n. 70. vbi, post plures quos allegat, dicit hanc esse receptissimam sententiam, à qua durum nimis esset recedere.

11 Neque existimandum est faciendam esse hac in re differentiam inter ius Ciuile & Canonicum, sed spatio tanti temporis illam malam fidem tolli etiam de iure Canonico tenendum est, vt cum communi DD. sententia tenuit Rot. dec. 270. num. 10. part. 6. recentior.

12 Verum quidem est, nonnullos ex antiquis Doctoribus existimasse per litis contestationem actionem perpetuari de iure Ciuili vsque ad 30. vel 40. annos, & de iure Canonico in perpetuum absque vlla temporis præfinitione, quos citat Barbos. in leg. final. C. de præscriptionibus, n. 37.

Sed tamen contraria sententia non solum verior est, vt dicit Barbos. ibidem, num. 38. verum etiam, quidquid ipse dixerit, est hodiernis temporibus receptior; quam sequuntur Innocent. in cap. illud. De præscriptionibus, in fine, in illis verbis, & in istis casibus oportet de nouo præscriptionem incipere: & iisdem verbis vtitur Hostiensis ibidem, versic. & in his casibus, vbi subdit, quod tempora præterita non prosunt præscribenti, Anchatan. ibid. num. 14. Panorm. num. 10. versic. Sed hoc non obstante. Felin. num. 10.
† Vbi tamen malè intelligit, quod præscriptio noo 13
incipiat de nouo, nisi finito tempore perpetuationis. Siquidem verius est, præscriptionem incipere ab illa die qua actor destitit à lite; & ille veros est sensus d. leg. finalis, C. de præscript. 30. vel 40. annorum, Balb. de præscript. part. 6. membr. 3. quæst. 4. num. 43. & p. 4. eiusdem 6. partis, quæst. 1. 2. & 3. maximè, num. 6. & 7. Francisc. Marc. decis. 317. num. 1. parte 2. Gold. Pap. decis. 416. num. 6. Marescot. lib. 2. variar. resol. cap. 67. num. 9. 12. & 14. Seraphin. decis. 916. num. 1. & 718. num. 6. † quia quando actor non fuit impe- 14
ditus propter aliquem casum fortuitum, sed ex mera negligentia litem terminare non curauit, tunc litis contestatio illi non prodest ad præscriptionis interruptionem, Addent. ad Burat. decis. 8. numer. 10. versic. tertius casus est. Rot. decis. 6. n. 3. p. 3. recent. & est tex. expressus in iure Canonico, in canone, Placuit. lo 2. 16. q. 3. in illis verbis, si per litis contestationem à die vltimi litigij quadraginta anni computabuntur. Eandem sententiam tenuit Giouagn. lib. 2. respons. 28. num. 36.

Quarto, Lis & præuentio finitur per sententiam 15
transactam in rem iudicatam, dummodo talis sententia fuerit perfectæ executioni demandata, & executio consummata, Duran. decis. 430. n. 6. Rot. apud Garf. de benefic. p. 6. c. 4. n. 41.

Quinto. In beneficialibus lis, & per consequens 16
præuentio dicitur extincta per renunciationem etiam tacitam, † veluti si litigans assequatur be- 17
neficium incompatibile, Rot. decis. 191. numer. 4. part. 2. recentior. vel aliquos alios actus faciat, ex quibus colligi possit, eum voluisse in totum à lite 18
recedere: † veluti procuratores in causa constitutos reuocando, decis. 109. numero 5. parte 1. recentior.

Per cessionem vero factam in fauorem tertij non 19
possidentis, lis non extinguitur, Rota decis. 381. numero 1. parte 2. recent. † vbi dicitur hoc maximè 20
locum habere quando resignans erat in possessione, tunc enim lis durat tam quoad possessionem, quam quoad titulum, Rot. decis. 417. num. 1. parte 3. recent. & apud Garf. de Benefic. part. 6. cap. 4. n. 41. Et ratio est, quia instantia transit ad resignatarium, vt diximus suprà cap. 30. n. 43. † Secus si cessio, vel renun- 21
ciatio fieret ad fauorem collitigantis, cap. 1. de litis contest. in 6. Burat. dec. 307. num. 2. † Vel si libera fit 22
dimissio in manibus Papæ, qui contulit collitiganti, Burat. decis. 917. num. 31.

Finitur quoque lis, & præuentio in beneficiali- 23
bus, per lapsum longi temporis ex quo resultat tacita cessio, cum hac tamen distinctione, vt si lapsum sit decennium, & constet ex actis de non interesse illius qui litem prosequi debebat, oritur præsumptio renunciationis litis. † Si vero clarè ex actis noo con- 24
stet de noo iure; tunc requiritur, vt cum decennio concurrat aliquis actus positiuus ex quo resultet renunciatio, aut saltem exigitur lapsus triginta annorum, iuxta decis. 10. Achill. de Graff. vt lite pend. Addent. ad Burat. decis. 307. num. 10. Et ita intelligendæ sunt decisiones Rotales, quæ variæ videri possunt, vt per Rot. decis. 318. num. 2. & 1. part. 2. recentior. decis. 418. part. 3. decis. 166. num. 5. & 6. part. 4. decis. 1. num. 13. part. 7. recent. Paris de resignat. benefic. lib. 2. q. 3. n. 22. Tusc. lit. L, concl. 385. num. 6. Ricc. in prax. variar. resolut. cap. 474. num. 6. Vestr. in praxi lib. 8. cap. num. 25.

Vera est resolutio, quod si quis fuerit negligens in prosequendo litem, præsumitur iuri suo renunciare,

tiare, si longum tempus lapsum fuerit: vt testator Ricc. *in prax.rer.for. Eccles.resol.*474.*num.*6. Quod longum tempus diuersimodè declaratum fuit; aliquando videlicet annorum 37. aliquaodo anoorum 29. vel 22. aut etiam 18. post Paris. *lib.2. de resignat.benef.num.*22.*&* 23. Sed melius Rot. *dec.*383. *par.*3.*recent.num.*2.*&* 3. vbi dicitur, quod in Beneficialibus, vt lis censcatur fioita ad effectum, vt Ordinarius possit beneficium conferre (quod si esset litigiosum, conferre non possct, tanquam reseruatum Sedi Apostolicæ: Exceptis tamen beoeficiis Galliæ, in quibus locum non habeot reseruationes) sufficit quod possessor beneficij per obitum vacantis habuerit litem pro deserta ante mortem suam: & quod lis dicatur descrta non solùm per cessationem à lite per decenniom, sed etiam minoris temporis spatio, si adsint coniecturæ pro descrtione; dummodò tamen ex actis appareat de non iore deferentis litem, & coniecturæ sint admodum vrgentes, præcipuè quando non est lapsum decennium, tonc enim desiderantur actua positioi, vt præsumi possit renonciatio litis: vt fusè probatur *d.dec.*383. *num.*2.*&* 3.*par.*2. quæ decisio est reperita *decis.*418. *par.*3.*recent.* & præmissa confirmantur *decis.* 166. *num.*5.*par.*4.*recentior.*

25 Denique lia & præueotio finitur morte tam in beneficialibus, quam in officiis non hæreditariis, emptioniboa ad vitam, & aliis similibus quæ personæ cohærent & cum persona finiuntur, *ad leg. si pater*, & *ibi*, Bald. *Cod. si pendente appellat.mors interuen.* Lancellot. *de attent.cap.*4.*in præfat. num.*315.
† videlicet si vterque collitigans moriatur, *Clem.*1. 26
vt lite pend. & *ibi* Card.Zabar. *n.*3. Rota *decis.*218.
*num.*1.*part.*1.*recent.*

Sed si vnus tantum ex collitigantibus mortuus 27
fuerit, oon ideo lis finita dicitur, Rot. *decis.*109.*nu-*
mero 1.*part.*1. *recentior.* & *decis.*123.*num.*3. *part.*5.
recent.

Nam per mortem actoris non dicitur lis extin- 28
cta, Mohed. *decis.*8. *de appellat.* † oisi quando reus 29
superstes non vult illam prosequi, & de hoc coostat
ex aliquo actu saltem tacito, *Clement.*1.§.*si vero aliter*
vbi Gloss. *in verbo. Prosequitur. Vt lite pendent.* Rot.
*decis.*170.*num.*8.*part.*5. *recentior.* † vbi benè decla- 30
ratur quis hoc casu dicatur actor, & quis reus. Se-
quitur Ricc. *collect.*4073.

Per mortem vero Rei oon finitur lis, licet per 31
eam mandata expirent in causis beoeficialibus:
† procedi tamen potest contra interesse habentes 32
per audientiam contradictarum, Mantic. *decis.*213.
*num.*4. *&* 5. qui dicit procuratorem quamuis reuo-
catum, citari posse ad cautelam. Mohed. *decis.*8. *de*
appellat. Bellam. *decis.*156.Rub. *ad decis.Orani* 332.
*lib.*1.*fol.*394. † Et huius processuræ praxim, & vti- 33
litatem refert Melch.Lotter. *de re benefic.lib.*2.*q.*20.
*num.*54.55.*&* 56. Et hæc satis. Omoia sub corre-
ctione saoctæ Matris Ecclesiæ, sub cuius legibus
viuere & mori volo.

Ad Maiorem Dei Gloriam.

TRACTA

TRACTATVS DE PRÆVENTIONE IVDICIALI,

PARS SECVNDA.

✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Episcopos & illorum Vicarios, tàm generales quàm foraneos, & ipsos Vicarios inter se, & tam in causis ordinariis, quàm à Sede Apostolica delegatis; siue in iurisdictione contentiosa, siue voluntaria. Quę sit differentia inter Vicarios & Officiales. Qui dicantur foranei. Et vtrum ad libitum Episcopi cum causa, vel sine causa, in Gallia, vel extra Galliam destitui possint. Item de Præuentione inter Episcopum & Prælatos inferiores, veluti Decanos, Præpositos, aut alios quibus ex priuilegio, vel præscriptione competit iurisdictio. Vtrum possit Episcopus absoluere excommunicatos post Prælatorum inferiorum Præuentionem. Et multa alia circa huiusmodi Præuentiones notatū digna explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij generales, seu principales, quibus concurrentibus constititui dicantur.*

2 *Vicarij possunt constitui solùm in spiritualibus, vel solum in temporaribus, vel tàm in spiritualibus quàm temporalibus.*

3 *Vicarij solùm in spiritualibus constituti, dicuntur nihilominus Generales.*

4 *Foranei dicuntur Vicarij, qui extra locum Sedis Episcopalis deputantur.*

5 *Officialium & Vicariorum nomina sapè pro eodem ponuntur,* & num. 10.

6 *In Gallia Vicarij foranei nominantur Officiales.*

7 *Commissiones Sedis Apostolica diriguntur ad Vicarios generales,* & num. 10.

8 *Vicarij dicuntur Iudices ordinarij, quamuis in eorum facultatibus aliqua expressa sint, qua specialem commissionem exigunt, nec in generali Vicariatus concessione continentur. vide infrà,* num. 23.

9 *A Vicario generali non appellatur ad Episcopum, cum idem tribunal constituat.*

11 *Vicariis foraneis quomodo dentur commissiones Apostolica.*

12 *A Vicariis foraneis appellatur ad Episcopum, aut ad eius Vicarium generalem.*

13 *Vicariis illorum qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, aut ipsorum Principalibus, qui illos deputarunt, de rigore iuris videntur danda commissiones Apostolica.*

14 *Stylus tamen Cancellaria est in contrarium. Quia tales Vicarij non sunt in Dignitate constituti.*

15 *Capitulum Sede vacante succedit in iurisdictionem Episcopi, etiam quoad deputationem Vicarij.*

16 *Commissiones Apostolica non solent dari Vicariis Capituli, sed alicui ex Episcopis vicinioribus.*

17 *Commissio data Vicario, seu Officiali, quamuis non fuerit facta mentio Episcopi, non comprehendit Vicarium capitularem.*

18 *Vicarij siue generales, siue particulares & foranei, non possunt pratendere de iure communi praeuentionem contra Episcopos, à quibus sunt deputati:* & num. 34.

19 *Vicarij delegatam habent iurisdictionē. Contra,* n. 22.

20 *Iurisdictio qua est apud Vicarios, precario possidetur.*

21 *Vicariis non potest competere iurisdictio cumulatiua cum Episcopis, & minus priuatiua, ideo nunquam possunt contra Episcopum praeuenire.*

22 *Iurisdictio qua Vicariis generalibus competit, ordinaria est; qua vero particularibus seu forensibus, delegata.*

23 *Reycitur opinio Basilij Pontij volentis iurisdictionem Vicariorum generalium esse delegatam, in casibus qui non veniunt in generali concessione Vicariatus, & specialem requirunt expressionem.*

24 *Vicarium, siue generalem, siue particularem, & foraneum, potest Episcopus ad nutum, de iure communi reuocare.*

25 *Episcopus potest prohibere Vicario, ne de certa causa iudicet.*

26 *In Gallia Vicarij foranei remoueri non possunt per Episcopum, nisi ex causa delicti, & cum cognitione causæ.*

27 *Capitulum Sede vacante in Gallia non potest ex Charonda destituere Officiales ab Episcopo defuncto constitutos, sed successor Episcopi, id potest, sine tamen diffamatione.*

28 *Vicarius in Gallia destitui potest, si non sit Sacerdos.*

29 *Senatus Tholosanus non ita pridem iudicauit Officialem foraneum Villa-noua secus Aueniomem constitutum, posse destitui ad nutum.*

30 *Vicarius etiam generalis ab Episcopo destitutus potest in certis casibus reclamare in Gallia aduersus destitutionem.*

31 *Officium Vicarij generalis statim expirat mortuo Episcopo, sed non idem est in Vicario foraneo in partibus Galliæ constituto, quia eius officium durat etiam mortuo Episcopo.*

32 *Officialis munus durat in Gallia, etiam vacante Episcopatu, nisi Capitulum doceret se esse in possessione destituendi in simili casu.*

33 *Decisio Rotæ Rom. 297. parte 2. diuers. ad longum expenditur, & numeris præcedentibus, & ostenditur eam loqui de iure præueniendi certum genus causarum, non autem de certis causis particularibus. Et* num. 37.

35 *Vicarij etiam foranei, possunt impediri ab Episcopo, ne de certa causa cognoscant, loquendo in terminis iuris communis.*

36 *Ab Episcopi libera voluntate dependet, causas per seipsum cognoscere, aut alteri cognoscendas delegare, & propterea nulla contra ipsum competere potest manutentio eius Vicario generali.*

38 *Quando locus est nimis remotus, non debent cogi litigantes illuc accedere, sed vel Episcopus accedere debet, vel causam alicui committere.*

39 *Principalis Cathedra & Tribunal, non debet per Episcopum è ciuitate, in alium locum transferri.*

40 *Episcopus, de iure communi, cogi potest ad tenendum Vicarium in certo loco, si ius illud per communitatem legitimè præscriptum fuerit, & quæ ad id requirantur.*

41 *In commissionibus gratiosis Sedis Apostolicæ locus est præuentioni inter duos Vicarios generales, ab eodem Episcopo in solidum constitutos.*

42 *Per solam rescripti præsentationẽ, ad effectum procedendi, causa dicitur præuenta, per vnum ex duobus Vicariis generalibus in solidum constitutis.*

43 *Ampliatur vt nec etiam præuentus procedere possit, quamuis præueniens consentiret, vt ipse de causa cognosceret.*

44 *Præsentatio rescripti facta vni ex duobus Vicariis in solidum constitutis, non dat illi præuentionem, si agatur de rescripto contentiosæ iurisdictionis, sed vtriusque partis consensus requiritur.*

45 *Si ex duobus Vicariis vnus sit principalis, alter vero minus principalis, sed commissio simpliciter Vicario sit data, intelligi debet de eo, qui principalis est, ideo alter non habet ius præueniendi.*

46 *Si commissio data fuerit Archidiacono Aueniomensi, vbi sunt duo Archidiaconi, casu quo vnus sit principalior alio, minus principalis non potest præuenire, secus est si ambo sint æquè principales.*

47 *Hoc procedit in dubio, quando commissio generaliter loquitur, secus est si dicat de vno ex duobus Vicariis, vel Archidiaconis, tunc enim locus est præuentioni.*

48 *Quando verba rescripti delegatorij diriguntur ad Episcopum, Vicarius cognoscere, aut præuenire non potest, nec Episcopus recognoscere si verba cõmissionis ad Vicarium, vel Officialem dirigantur.*

49 *Ampliatur, vt procedat, quamuis commissio data esset Vicario tanquam Vicario, quia in illa causa maior est Episcopo.*

50 *Quæstio illa vtrum in commissione fuerit habitus respectus ad tribunal, non concernit materiam præuentionis, sed potius successionis, in cognitione causæ.*

51 *Præuentio datur inter Episcopum & Vicarium, si commissio dirigatur* Episcopo, seu eius Vicario.

52 *Episcopus præuentus à Vicario, dum præuentioni locus est, non potest directè ab eo causam auferre: potest tamen indirectè, videlicet ipsum destituendo, dummodo id non fiat in fraudem, & malo animo.*

53 *Vicarius non habet propriè successorem, in officio, habet tamen Episcopus, in dignitate.*

54 *Vicarij omnis præuentio, quoad eius personam cessat, mortuo Episcopo.*

55 *Si habitus fuerit in commissione respectus ad tribunal, potius quam ad personam; transit ad Vicarium successorem, quamuis impropriè succedere dicatur.*

56 *Ex quibus dicatur habitus respectus ad tribunal in commissione.*

57 *Communis obseruantia hoc habet, vt succedens in Vicariatu cognoscat de causis eius antecessori commissis, adeo vt probatione non videatur hæc consuetudo indigere.*

58 *Vicarius foraneus per viam præuentionis, aut aliter non potest se ingerere in causis ad Vicarium generalem pertinentibus; nisi ex eius commissione.*

59 *Processura facta per Vicarium generalem Archiepiscopi contra Episcopos suffraganeos, aut eorum Vicarios, non subsistit, nec meretur nomen præuentionis.*

60 *Absente Archiepiscopo, Vicarius Archiepiscopi procedit contra Episcopos suffraganeos, aut eorum Vicarios delinquentes circa Officium & iurisdictionem, non autem in aliis causis ciuilibus aut criminalibus.*

61 *Episcopi delinquentes in causis grauioribus à solo Papa iudicantur, in minoribus autem à Concilio prouinciali, &* num. 65.

62 *Pendente lite super confinibus Diœceseos, vnus Episcopus non potest contra alium sub prætextu turbatæ iurisdictionis procedere per censuras.*

63 *Episcopus potest suam iurisdictionem turbantes excommunicare, etiam nulla præuia citatione vel monitione. Ampliatur etiam si lis pendeat super declaratione confinium,* num. 64.

66 *Episcopi etiam ante Concilium non poterant conueniri nisi coram Papa in grauioribus, & coram Concilio Prouinciali in minoribus delictis.*

67 *Inter duos Vicarios in solidum deputatos, si procedant vti ordinarij, locus est præuentioni. Limita nisi cœpissent procedere simul.* num. 68.

69 *Si duo Vicarij aut iudices ordinarij, vel alij in pari numero discordant, quid agendum. Et quid in iudicibus delegatis. Quid si vnus declarat sibi de causa non liquere,* num. 70. *Quid si vnus sit impeditus ex alia causa,* num. 71. *Et vtrum sententia per vnum sine alio prolata, sit nulla,* num. 72.

73 *Explicantur dicta superius* part. 13. cap. 1. num. 4. in 3. conclusione.

74 *Si plures iudices ordinarij in solidum constituti fuerint, textura processus per vnum ex ipsis vsque ad sententiam exclusiuè fieri potest.*

75 Præ

75 *Prælatorum inferiorum nomine qui contineantur.*

76 *Inter Regulares, Prælati habent iurisdictionem priuatiuam quoad Episcopos, sed aduersus Prælatos regulares inferiores, facultatiuam, & numero* 78.

77 *Episcopi habent iurisdictionem cumulatiuam cum Prælatis inferioribus secularibus.*

79 *Episcopus potest absoluere excommunicatos à Prælatis inferioribus, & tenet absolutio, sed absoluens malè facit.*

80 *Prælati inferiores si iurisdictionem acquisiuerint per præscriptionem, habent illam priuatiuè, nec Episcopi de ea se intromittere possunt.*

PRo fundamento sequentium conclusionum supponendum est in primis, varios esse constituendorum Episcopalium Vicariorum modos. Quidam enim sunt Vicarij generales. Alij particulares. Alij sunt Vicarij, qui Foranei, & quandoque Officiales nuncupantur. Alia Vicariorum distinctio est in eos qui ab Episcopis deputantur, & eos qui ab habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, & de singulorum præuentione *hoc in capite* agendum est.

1 Vicarij generales, siue principales dicuntur, qui vicem Episcopi super eodem tribunali principaliter gerentes, causas omnes ad illud forum Episcopale pertinentes generaliter cognoscunt, vt in *cap. fin. de offic. Vicar. in* 6. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 26.

2 Possunt autem constitui huiusmodi Vicarij, vel tantum in spiritualibus, vel dumtaxat in temporalibus, vel coniunctim tam in spiritualibus quam temporalibus, cum strictioribus, vel amplioribus facultatibus, iuxta voluntatem Episcopi. 3 † Nam licet deputentur generaliter ad spiritualia, nec vllam habeant circa temporalia facultatem, non ideo minus dicuntur Vicarij generales, quidquid in contrarium nonnulli dicere voluerint. Quod probatur ex verbis Concilij Tridentini. *sess.* 13. *de reform. cap.* 2. in illis verbis, *seu illius in spiritualibus Vicario generali.* Et benè Nicol. Garс. *in tract. de benefic. parte* 5. *cap.* 8. *num.* 122. cum pluribus DD. *ibidem* per eum allegatis.

4 Vicarij verò foranei, dicuntur illi, qui extra ciuitatem in qua est Sedes Episcopalis, iurisdictionem exercent; vtpote, quos Episcopus in certa Diœcesis parte, vel in oppidis constituit: Gloss. *in Clement. Etsi principalis, in verbo foraneos. De rescript. & in c.* 1. *in eodem verbo, foraneos, de offic. ordinar. in* 6. Barbos. *de offic. Episcop. allegat.* 54. *num.* 18.

5 Officialium nomen sæpe confunditur cum nomine Vicariorum, secundum varias Regionum & locorum consuetudines, vt notat Pyrr. Corrad. *in praxi dispens. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 18 *&* 19.

6 Sed in Gallia, propriè Officialium nomine continentur foranei. Circa quorum præuentiones magna est inter ius Gallicum, & ius Commune differentia, vt postea ostendetur.

7 Vicariis Generalibus Episcoporum dantur à Sede Apostolica commissiones, cum ipsi potius Ordinarij sint, quam Delegati, licet illorum potestas dependeat à commissiona Episcopi, & illius tenore. potest enim Episcopus Vicario maiores, aut minores facultates concedere. 8 † Nihilominus tamen, etiamsi in litteris sui Vicariatus aliqua concessa sint, quæ in generali commissione non comprehenderentur, ad hæc quoque dicuntur habere iurisdictionem ordinariam, & cum Episcopo vnum idémque tribunal constituere, vt notat Sanchez *in tract. de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 6. Nicol. Garс. *de benefic. p.* 5. *c.* 8. *n.* 41. 9 † Qua de causa non licet à Vicarij Generalis sententiis, & decretis appellare ad Episcopum, vt probat Sigism. Scac. *de appellat. q.* 8. *num.* 53. *& seqq.* & plures ab eo *ibidem* allegati. 10 † Stylus ergo Romanæ Cancellariæ, Vicariis generalibus & non foraneis commissiones dare consueuit, qui Generales, etiam quandoque nominantur Officiales, vt testatur experientia, & tradit Corrad. *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 17. *praxis dispensat.*

11 Foraneis autem Vicariis licèt vt plurimùm ex stylo non dentur commissiones Apostolicæ, nec de illis se intromittere possint, tamen quandóque summus Pontifex specialiter illis ex certa scientia delegationem facere potest: & facit Sbrozz. *in tract. de Vicar. Episc. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 8. *&* 9. Garс. *de benefic. p.* 5. *c.* 8. *n.* 29. 12 † Et quia isti Vicarij foranei non constituunt vnum idémque tribunal cum Episcopo, ideo ab illorum sententiis & decretis rectè appellari potest ad ipsum Episcopum, imò etiam ad illius Vicarium generalem: vt probat Sigism. Scacc. *in tract. de appell. quæst.* 8. *num.* 72. & Nicol. Garс. *loco proximè citato.*

13 Sed quoad Vicarios illorum, quibus competit quasi Episcopalis iurisdictio, commissiones Romana Cancellaria dirigere non solet, nec illis delegare dispensationes, aut alia quæuis rescriptorum genera demandare. Quamuis enim in iis quæ concernunt iurisdictionem, (non autem in iis quæ sunt Ordinis) eandem habeant cum Episcopis authoritatem, vt diximus *in nostris quæstionib. beneficialib. parte* 2. *cap.* 3. *§.* 9. *n.* 23. & de iis *ibidem p.* 1. *cap* 60. & propterea fortè secundum iuris dispositionem contendi posset, illos similium commissionum esse capaces, eadémque ratione; imò & multo fortius, illis quibus talis iurisdictio competit, à quibus tales Vicarij mutuatam habent authoritatem, vt voluit Sanchez *in tract. de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. *n.* 34. Nicol. Garс. *de benefic. p.* 9. *c.* 2. *n.* 147. *in fine.*

14 Tamen huiusmodi Vicariis non dantur secundum dictum stylum Cancellariæ & Datariæ Vrbis commissiones (loquor de Vicariis habentium quasi Episcopalem iurisdictionem,) vel ex hoc præcipuè quod non sunt in Dignitate constituti, quibus (& non aliis in Dignitate non constitutis) tales commissiones dari, & ad eos dirigi debent, iuxta text. *in cap. statuentes* 11. *de rescrips. in* 6. & notauit Corrad. *in dicta praxi dispens. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 57.

15 Idem dicendum est de Vicario Capituli Sede vacante, quia licet Capitulo competat ius deputandi Vicarium generalem, Sede Episcopali vacante, adeò vt dicatur succedere in ius & locum Episcopi, etiam quoad deputationem Vicarij, Sbrozz *de Vicar. Episcopi, lib.* 1. *quæst.* 59. *num.* 5. 16 † Nihilominus (quidquid dicat Sanch. *lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 32.) stylus Romanæ Curiæ talis est, vt ad hos capitulares Vicarios non dirigantur commissiones & rescripta; & hoc est notorium; cum rescripta dirigi soleant Episcopo, seu eius Vicario generali; Vicarius autem Capituli non est Vicarius Episcopi, & per consequens non est comprehensus in huiusmodi commissionibus; ideo quando Sedes Episcopalis vacat, dari solent commissiones alicui ex viciníoribus Episcopis, seu eius Vicario generali, vt nos sæpè vidimus obseruatum: & docet Garс. *de benefic. p.* 6. *c.* 2. *n.* 44. *& seqq.* & maximè *num.* 49.

17 Quod procedit etiamsi commissio fuerit data simpliciter *Officiali* veluti *Auenionensi*, nec fuerit

facta mentio Episcopi, veluti si non fuerit dictum *Officiali Archiepiscopi Auenionensis*. Quia licèt fuerit dictum de Officiali, non facta mentione Episcopi vel Archiepiscopi, hoc intelligi debet de Officiali, seu (quod idem est) Vicario generali, hæc enim duo nomina, vt dictum est, non tam pro eodem vsurpantur. Non possunt igitur verba illa Vicario Capitulari conuenire, Corrad. *in dicta praxi dispensat. lib. 7. cap. 4. n. 11. 12. & 13.*

His ita suppositis ad terminorum explicationem, contentiones omnes quæ inter Vicarios quoad seipsos, aut etiam respectu Episcoporum, ratione præuentionis causarum excitari possunt, sequentibus conclusionibus resoluuntur.

18 Prima conclusio. Vicarij Episcoporum siue Generales sint, siue particulares, seu furanei, non possunt prætendere ius præueniendi causas aduersus Episcopos ad cognoscendum de ipsis contra voluntatem Episcoporum, siue in peritorio, siue in possessorio etiam summarissimo, nullaque ipsis quod hoc competere potest aduersus Episcopos manutentio. Hæc conclusio desumitur ex *decis.* Rotæ Romanæ 297. *par.* 1. *diuers.* & habetur apud Postium *in tract. de manutem. obseru.* 51. *n.* 23. Pro cuius quidem conclusionis probatione, duæ per Rotam afferuntur

19 rationes. † Prima est, quia isti Vicarij deputantur ab Episcopo, siue ad vniuersitatem causarum, siue ad certas causas, arbitrio ipsorum, & delegatam iurisdictionem habere dicuntur. Gloss. *in Clement. Et si*

20 *principalis, in verbo, foraneo, de rescriptis.* † Vnde ipsi non proprio nomine, sed nomine Episcopi quasi possessionem habent. Secunda ratio est, quia Vicarij precario Episcoporum nomine possident, à quibus habent & mutuantur authoritatem & facultatem causas cognoscendi, amplam, vel limitatam pro arbitrio ipsorum, quamobrem non sunt aduersus

21 Episcopos manutenendi, *l.* 1. *ff. vti possid.* † Propter has rationes Rota concludit, Vicarios non esse manotenendos in quasi possessione cognoscendi de causis decimalibus, matrimonialibus, criminalibus, & beneficialibus, non solum priuatiuè ad exclusionem Episcoporum, (quod indubitatum est,) sed ne quidem cumulatiuè ad effectum præueniendi causas, & impediendi Episcopos ne sibi assumant causas per Vicarios præuentas, & de illis (etiam inuitis, & reluctantibus Vicariis) cognoscant, cum istis Vicarüs iurisdictio competat reuocabiliter ad nutum & voluntatem Episcoporum, qui illos deputarunt, quotiescumque Episcopi talem præueniendi facultatem illis concedere recusant. Probatur *in l. iudicium soluitur* 58. *ff. de iudic.*

22 Harum rationum prima, licet à plurimis Doctoribus approbetur, tamen ad solos Vicarios forsneos restringi debet, in eo capite, in quo dicitur illos delegatam habere iurisdictionem. Siquidem dum de Vicariis generalibus agitur, verius est non delegatam sed ordinariam illis iurisdictionem competere; non quòd ordinariam iurisdictionem habeant à lege, sed ab homine, videlicet ab ipsis Episcopis illos deputantibus, & iurisdictionem concedentibus, lege tamen permittente, vt explicat Nicol. Gars. *in tract. de benefic. parte* 5. *cap.* 8. *n.* 21. *& seqq.* Barbos. *de Episcop. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 28.

23 Quod (secundum illorum sententiam) locum habet, non solum in casibus, qui de iure in generali Vicariatus concessione comprehenduntur, sed in iis quoque quorum mentio specialis in litteris Vicariatus fieri debet, quique alioqui non comperunt Vicario, nisi specialiter exprimantur: nam & in istis casibus, iurisdictionem exercendo, non vti delegatus procedere censetur, sed tanquam ordinarius, ex supradictorum sententia. Quamuis non ignorem contrarium apertè docuisse Basil. Pont. *in tract. de matrimon. lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 16. vbi probare contendit, Vicarios in illis casibus specialem deputationem requirentibus, non tanquam ordinarios procedere, sed vti delegatos.

Secunda vero ratio quam ibidem Rota proponit, tangit omnes Vicarios, tam generales quam etiam particulares seu foraneos, omnes enim precariam ab Episcopo iurisdictionem obtinent, & potest illos Episcopus ad libitum remouere: Rebuff. *in praxi, in tit. de Vicar. Episcop. num.* 1. & fusiùs *num.* 192. *& sequentib.* vbi ponit regulam cum suis limitationibus. † Neque solum potest Episcopus Vicarium in totum remouere, sed etiam si velit potest illi prohibere ne de certa causa cognoscat: Sbrozz *in tract. de Vicar. Episcopi, q.* 6. *n.* 6. *lib.* 3. 24 25

Hæc tamen secunda ratio non admitteretur in Gallia quoad Vicarios foraneos, qui per Episcopum reuocari non possunt, nisi ex causa delicti, cum cognitione causæ declarati, vt fusè probat Ioann. de Bordenau. *in tract. de l'estat des cours Ecclesiastiques, cap.* 16. *num.* 10. *& multis sequentib.* Et ita iudicatum in Senatu Parisiensi, & Burdegalensi, teste Papon. *in sua recollect. arrest. lib.* 4. *tit.* 12. *arrest.* 8. Boër. *dec.* 151. vbi tamen non loquitur in specie de Vicariis, sed generaliter de reuocatione Officiariorum, Charond. *lib.* 1. *respons.* 65. † vbi dicitur quod licet in Gallia Capitulum, Sede vacante, non possit destituere Officialem constitutum ab Episcopo defuncto, tamen successor potest illum ad libitum destituere, nisi tamen destituendo illum diffamaret. † Maynard. *lib.* 2. *cap.* 14. vbi dicit fuisse iudicatum in Parlamento Tholosano, quod Episcopus non poterat sine causâ, & præuia illius cognitione legitimâ, destituere Officialem (quem ipsemet confirmauerat) ab eius prædecessore institutum, quamuis huiusmodi Officialis non esset Presbyterali ordine insignitus, quia in iis quæ iurisdictionis exercitium respiciunt, non exigitur in Officiali qualitas Sacerdotij. Et quamuis in iis quæ respiciunt Excommunicationem, vel Absolutionem, dubitatum fuerit; præualuisse tamen dicit illorum sententiam, qui Sacerdotij qualitatem in Officiali minimè requiri censuerunt, cum ista non sint Ordinis, sed Iurisdictionis. Quamuis ex ordinatione Regia Blæsensi ab Henrico III. facta *artic.* 45. in quibuslibet Archiepiscoporum, vel Episcoporum Vicariis generalibus, seu Officialibus, Sacerdotalis Ordo sit necessarius. 26 27 28

Sed tamen, hoc Senatus Tolosanus hodiernis temporibus obseruat, vt non solum Vicarius Generalis, sed ipse etiam Officialis, ab Episcopo ad nutum destitui possit, si credimus D. d'Oliue *lib.* 2. *quæst. notabilium, cap.* 37. vbi dicit anno 1613. ita congregatis Classibus fuisse iudicatum, nempe quod Archiepiscopus poterat ad libitũ reuocare Officialem constitutum apud Villam-nouam secus Auenionem. Quod est notandum: quia hos Officiales, non Episcopatus, sed Episcopi Officiales esse tuetur, & Delegatos esse, non Ordinarios ostendit. Hanc eandem Senatus Tolosani decisionem adducit post eundem Oliuæum, Anton. Bengæus *in tract. de benef. in verb. Militia,* §. 19. *num.* 9. quam confirmat authoritate Glossæ, *in verb. per electionem, in Clem.* 2. *de rescript.* & Hostiens. *in summ. de offic. Vicar. vers. sed nunquid.* 29

Quamuis etiam in Gallia dari possint casus, in quibus etiam Vicarius Generalis aduersus destitutionem ab Episcopo factam, reclamare & redintegrari 30

grari queat, vt testatur Ioann. de Bordenaue *in dicto tractatu, de l'estat des Cours Ecclesiast. c. 16. num. 25.* Ideo dicta decisio Rotæ 297. *parte 2. diuers.* non obseruaretur in multis Galliæ partibus, quoad Vicarios foraneos, seu officiales, quia cum ex multorum Galliæ Senatuum decretis, non possiot ad libitum destitui, (vt dictum est) cessat per consequens in illis partibus ratio principalis & fundamentalis illius decisionis.

31 In hoc etiam differunt Officiales, seu foranei Vicarij, à Generalibus, quod quamuis Generalium Vicariorum munus expiret statim mortuo Episcopo, foraneorum tamen officium durat, nec Episcopi morte finitur, in Gallia, Loyseau *in tract. des offices,*
32 *lib. 5. c. 6. n. 47.* † adeo vt Capitulum Sede vacante, nouos deputare non possit foraneos Vicarios, seu Officiales in Gallia, sed illorum officiũ duret etiam post vacationem Episcopatus, siue per obitum, siue per resignationem vacatio contingat, vt idem Author decisum fuisse testatur, *loco cit. n. 50.* dicens ita pro Officiali Cœnomanensi iudicatum fuisse, Charond. *d. lib. 1. responf. 66. per totum.* Quod intellige procedere nisi Capitulum doceret se esse in possessione antiquissima huiusmodi Officiales Sede vacante destituendi, & alios deputandi, Louët. & *ibi* Addent. *littera O, num. 2.*

33 Præterea si attendamus dispositionem iuris communis, decisio illa Rotæ 297. *parte 2. diuers.* procedere posset si Vicarij foranei vellent prætendere ius & potestatem præueniendi cognitionem causarum certi generis, contra Episcopos, veluti causarum Matrimonialium, vel Criminalium, aut Ciuilium, in quibus terminis decisio illa loquitur, & procedit.
34 Quod si agatur de præuentione certæ causæ particularis, distinguendum est. † Aut enim loquimur, de Vicario Generali, & hoc casu certum est nullo modo de præuentione inter Episcopum, & illius Vicarium Generalem tractandum, vt supra dictum est; cum vnum idem que sit vtriusque tribunal, ergo non est de præuentione agendum, cum nemo contra se ipsum præuenire possit, & inter agentem, & patientem debeat esse diuersitas, Campanil. *in diuersorio iuris Canon. Rub. 11. c. 23. n. 154. circa finem. versic. Quare Vicarius.* Potest enim Episcopus quando sibi placet, causas coram suo Vicario pendentes ad se auocare, & sic cessat præuentio: Seraphin. *dec. 948. lib. 1.* cum Episcopus non debeat dependere à Vicario, nec illi Vicarius se opponere possit, vt dicitur *in eadem decis. 948. n. 2.* sequitur Theodos. Rub. *in suis decisionum singularibus, ad decis. Bubali, fol. 422.*

35 Aut vero agitur de Vicariis foraneis, seu particularibus, & de certæ causæ cognitione, & tunc in terminis iuris communis, (nec habita ratione eorum quæ in Gallia deciduntur) decisio illa *Rotæ* 297. sortiri debet effectum, & per consequens non possunt tales Vicarij præuenire causas contra Episcopos, quinimo possunt Episcopi illis prohibere ne de causis cœptis cognoscant, illasque sibi reassumere, non obstante quacunque præuentione per Vicarios facta: Sbrozz. *de Vicar. Episc. lib. 3. quæst. 39. n. 1. & seqq. Et quæst. 40. & q. 32.*

36 Siquidem ab Episcopi libera voluntate dependet vtrum malit causas per se cognoscere, vel illarum cognitionem alteri demandare, nec cogendus est per Vicarium ius dicere, adeo vt quamuis aliquando Vicarium in certis oppidis, (& sic foraneum) deputauerit non possit aduersus eum peti manutentio ad effectum cogendi illum ad continuandam similem deputationem, Verall. *decis. 306. Episcopus, p. 1.* Gratian. *dec. March. 113. n. 6. & seqq.*

Et ex supradictis constat, non in omnibus dictæ 37
decisionis capitib. illam sustineri posse, dum propter consideratas facti circumstantias in ea deciditur, nullam fuisse aduersus Episcopum acquisitam quasi possessionem manutenibilem, quia non constabat de illius patientia: quasi velit Rota, quod si de illius acquiescentia constitisset, fuisset aduersus eum acquisita possessio & per consequens locus fuisset manutentioni. Quod contrarium est dictis decisionibus Caputaquen. seu Veralli & Gratiani. Atque ita decisionem illam arguere videtur Campanil. *in diuers. iuris Canon. lib. 11. Rub. 23. num. 150.* Qui *num. 151.* totam hanc materiam benè declarat.

Verum est tamen, quod si locus esset nimis remotus, non cogentur litigantes adire Episcopum in 38
loco suæ habitationis; sed vel ipse tenetur accedere, vel iudices deputare, maximè in causis modicis, vt dicit Rota *dicta decis. 297. num. 8.* † Principalis 39
tamen Cathedra, & Tribunal, non debet per Episcopum remoueri à Ciuitate principali, & ad alium locum transferri, nisi forsan ad modicum tempus, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. n. 192.* Gratian. *in addit. ad dictam decis. 113. in princ.*

Quamuis autem verum sit actum deputandi Vi- 40
carium foraneum in certa parte diœcesis, secundum iuris communis dispositionem, esse merè facultatiuum, & ideo non dari aduersus eum mandatum de manutenendo, ad fines cogendi ipsum de faciendo similem Vicarij foranei deputationem, cum exercitium iurisdictionis, sit de iuribus Episcopalibus, quæ sunt impræscriptibilia, licet sæpius & per plures annos talis deputatio facta fuisset, vt præter mox citatos ostendit Postius *in tract. de manutent. obseruat. 53. numero 9.* Tamen si communitas niteretur aliquo titulo, vel legitimâ præscriptione inchoatâ, & continuatâ per longissimum temporis spatium, cum patientiâ & acquiescentiâ Episcopi, post prohibitiones ipsi factas, videretur, ad continuandam huiusmodi deputationem compellendus, ex notatis per Post. *dicta obseruat. 53. numero 20. & 28.*

Et ex præmissis patet, in quibus casibus locus sit præuentioni inter Episcopum & eius Vicarium, & quando possit Episcopus reassumere causas coram Vicario præuentas, tam in terminis iuris communis, quam iuxta Gallicas obseruationes.

Secunda conclusio, quando per Episcopum duo Vicarij Generales in solidum, & æquè principali- 41
ter fuerunt constituti, locus erit præuentioni inter istos duos Vicarios, si agatur de rescriptis à Sede Apostolica gratiosè concessis, & ille ex duobus ad executionem rescripti procedet, quem pars eligere maluerit, adeo vt facta per alterum ipsorum præuentione, per præsentationem rescripti sibi factam, alius de illo negotio se intromittere non possit.
† Hoc enim casu per solam rescripti præsentatio- 42
nem produci præuentionem testatur Gloss. *in cap. quoniam Abbas, in verb. substitutum, de offic. iudi. deleg.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 27. num. 37. in fine, & num. 38.* Quia cum nulla adsit partis contradictio, nemo est qui de incertitudine rescripti opponere possit.

Plus dicit *ibidem* Sanchez *num. 38.* post Nauar- 43
tum, quod etiam si ille ex duobus delegatis qui præuenit, consentiret processuis per secundum faciendis, non tamen iste secundus posset exequi commissionem, sed solus primus præueniens procedere deberet.

Tertia conclusio. Inter duos Vicarios in solidum, 44

& æquè principaliter deputatos per rescriptum, in causis contentiosæ iurisdictionis concessum, cognitio spectabit ad illum qui præuenerit per præsentationem rescripti sibi factam, si ambæ partes in illius iurisdictionem consenserint. Si vero altera ex partibus reclamauerit, recurrendum erit ad Superiorem committentem, vt bene probat Sanchez *dicto lib. 8. disput. 27. num. 37.* Quamuis non eum ita simpliciter sequi videatur Pyrr. Cortad. *in praxi dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 49.* dum vult Vicarium illum procedere debere, quem ex duobus pars elegerit, maximè in rescriptis gratiosis, quasi velit etiam includere contentiosa. Sed non est recedendum ab illâ Sanchez traditione, quam ipse bonis rationibus & authoritatibus comprobauit.

45 Quarta conclusio. Quando ex duobus Vicariis vnus est principalis, alius vero minus principalis, non est inter eos locus præuentioni, nec ille cui prius præsentatum fuit rescriptum, præferri debet, sed solus Vicarius principalis procedere debet, & iurisdictionem sibi in rescripto demandatam exequi: vt probatur per text. *in Clement. 2. de rescript.* quem ad hoc inducit Sanchez *loco cit. num. 36.* & post eum Cortad. *in praxi dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 46.*

46 Quod eadem ratione locum habet si duo sint in eadem Ecclesia Archidiaconi, quarum vnus sit principalior altero; non enim datur inter eos locus alicui præuentioni. Aliud esset si ambo æque principaliter essent deputati, tunc enim locus esset præcedentibus conclusionibus, quāuis vnus esset dignior altero, vt dixi *in quæst. beneficialib. p. 1. c. 15. n. 2.*

47 Hoc igitur sano modo intelligendum est. Si enim commissio simpliciter Vicario, vel Archidiacono data esset, sanè præuentioni inter duos Vicarios, vel Archidiaconos locus non esset, sed solus Vicarius principalis, vel Archidiaconus etiam principalis commissionem exequi posset, ex iuribus & D.D. suprà citatis. Secùs esset si commissio data esset vni ex Vicariis, seu vni ex Archidiaconis, tunc enim quilibet ipsorum procedere posset, & locus esset præuentioni inter ipsos. Quod enim principalis solus commissionem exequatur, procedit in dubio, & ita loquuntur Cortad. *dicto num. 46.* Francisc. Marc. *decis. Delphin. 997. parte 1.* DD. *in cap. quoniam Abbas, de offic. Iud. deleg.* maximè Bald. *ibi, n. 4.* Imol. *num. 5.* Bellam. *quæst. 9. num. 21.* Sanchez *loco cit. num. 36.*

48 Quinta conclusio. Si commissionis verba ad Episcopum dirigantur, & sic Episcopus procedat in vim sibi factæ delegationis à Sede Apostolica, non solum præuenire non potest Vicarius, aduersus Episcopum, sed nequidem vllo modo se intromittere de causa Episcopo delegata. Et similiter si commissio dirigatur Vicario, seu Officiali, non potest Episcopus præuenire, immo nec vlla ratione de illa causa cognoscere, sed vtroque casu iurisdictio, illi, cui facta est commissio, erit acquisita priuatiuè. Hanc conclusionem alias comprobauimus *in nostris quæstionib. beneficialib. p. 2. c. 4. §. 2. n. 12. 13. & 14.* idque authoritate Nicol. Garz. *in tract. de benefic. p. 6. c. 2. n. 19. 22. & seqq.* cui addo Gratian. *discept. forens. cap. 92. n. 5.* Quod fusius exponit Sbrozz. *in tract. de Vicar. Episcop. lib. 2. q. 135. & 136.*

49 Ampliatur, vt hoc procedat quamuis commissio data esset Vicario tanquam Vicario, quia etiam hoc casu Episcopus non posset se intromittere, circa talem commissionem. Quia Vicarius in illa causa sibi delegata maior est quolibet Ordinario, & habet Auditorium separatum ab Auditorio Episcopi, & tribunal iurisdictionis Episcopalis nihil habet com-
mune cum hac iurisdictione delegata. *cap. studuisti.*
2. de offic. Legati. Seraph. *decis. 506. n. 3.* † Idque non 50
obstante quod videatur delegans habuisse respe-
ctum ad Tribunal: ad notata per DD. *in dicto cap.*
quoniam Abbas 14. de offic. deleg. Quia materia illa
aliò tendit, tempe ad quæstionem Vtrum commissio
transeat ad successorem in officio? & sic est materia
diuersa, vt *ibidem* docet Seraph. *num. 1.* de qua nos
in sequenti conclus. n. 55.

Sexta conclusio. Si commissio data esset *Episcopo,* 51
seu eius Vicario, tunc inter eos locus esset præuen-
tioni, & ille cui prius præsentatum esset rescrip-
tum, solus de causa cognoscere posset, si præsenta-
tio fieret animo procedendi, & alter in illa se in-
gerere nullo modo posset: Gratian. *discept. forens.*
cap. 92. num. 7.

Neque dicatur, quod sicut Episcopus potest Vi- 52
carium, seu Officialem de iure communi ad libitum
reuocare, ita videtur quod possit illum à commissio-
ne ipsi data per Sedem Apostolicam, remouere. Quia
verum est, posse quidem Vicarium, ad nutum
Episcopi reuocari, illóque reuocato, commissio-
nem ipsius expirare, nisi constet eenocationem
factam fuisse in fraudem ad eludendam iustitiam,
vel ad protelandum negotium, vel nisi stylus &
consuetudo esset in cōtrarium: Quibus cessantibus,
facta reuocationa Vicarij, vel expirante illius offi-
cio, commissio non transit in eius successorem.
† Quia Vicarius non habet successorem in suo of- 53
ficio, quamuis aliud sit in Episcopo: vt bene omnia
hæc explicat Gratian. *dicta discept. 92. num. 14. &*
multis sequentib.

Et hoc generaliter statuendum est, mortuo Epi- 54
scopo statim expirare omnem Vicarij potestatem,
etiam quoad causas iam cœptas, itavt nullam pro
suæ iurisdictionis conseruatione allegare possit præ-
uentionem: idem Gratian. *discept. forens. cap. 276.*
num. 45.

Verum præmissa non ita simpliciter procedunt. 55
Imprimis enim si in commissione fuerit potius ha-
bita ratio tribunalis quam personæ, successor in of-
ficio Vicarij, de causa antecedenti Vicario commis-
sa cognoscet, itavt non indigeat noua commissione,
vt dicit Rota *decis. 200. num. 2. part. 1. diuers.* † Vbi 56
num. 3. dicitur in illo casu non fuisse habitum re-
spectum ad tribunal, quia commissio data erat duo-
bus Archipresbyteris & Vicario, *seu duobus ex ipsis*,
adeo vt duo Archipresbyteri potuissent procedere
absque Vicario. Item, quia Vicarius erat postpo-
situs, cum tamē si habitus fuisset respectus ad tribu-
nal, Vicarius præcedere debuisset: Abb. *cons. 2. c. lib. 1.*
Dicitur etiam habitus fuisse respectus ad tribunal,
& non ad personam, quando rescriptum dirigitur
Episcopo, seu eius Vicario, vt determinat eadem Rota
decis. 12. num. 4. part. 2. diuers. Ideo si commissio seu
rescriptum sub illâ formâ fuerit conceptum, transit
ad Vicarium successorem, licet (vt mox dictum est)
propriè successor non sit; vt *ibidem* Rota decidit, &
sequitur Theodos. Rub. *in suis singularibus ad decis.*
Rotæ Roman. ad decis. Lancellott. senior. decis. 151.
fol. 350.

Immo generaliter communem obseruantiam ta- 57
lem esse, vt commissio transeat ad Vicarium suc-
cessorem, testatur Gambar. *de offic. & potest. leg. lib. 8.*
num. 97. Quamvis obseruantiam illam & stylum,
non esse adeo notorium quin probatione indigeat
ab eo qui ipsum allegat, voluerit Achil. de Grass.
decis. Rotæ Rom. 3. sub tit. de offic. Vicar. num. 2. quem
citat & sequitur Theod. Rub. *in dictis singularib. ad*
eius. Achill. decis. 51. pag. 136.

Cuius

Cuius tamen ſtyli probationem hoc tempore ſuperfluam fore exiſtimo, cum per totum ferè orbem hoc obſeruetur, vt quando commiſſio facta fuit ſub nomine Dignitatis, nouus Vicarius poſſit cauſæ antiquo Vicario commiſſæ cognitionem proſequi, in ſtatu in quo reperitur, abſque nouo reſcripto. Quia tunc, non ad perſonam, ſed ad tribunal habitus fuerit reſpectus, vt bene probat Pyrr. Corrad. *in praxi diſpenſat. lib. 7. cap. 4. num. 36.* vbi alios citat.

58 Septima concluſio. Vicarius ſeu Officialis foraneus non poteſt aliqua ratione cognoſcere etiam per viam præuentionis, de cauſis coram Vicario generali pendentibus, & ſi cognoſcat, tota eius proceſſura vitio nullitatis ſubijcitur, niſi tamen procederet ex commiſſione Vicarij generalis, qui foraneum ſubdelegare poteſt: Rota coram Burat. *deciſ.* 304. *num.* 2. quæ eſt repetita in Recentioribus *deciſ.* 614. *num.* 2. *part.* 4. Quia cum iuriſdictio foranei ſit limitata ad certum locum, non poteſt ſuæ deputationis fimbrias extendere, non ſolum ad cauſas præuentas, & introductas coram Vicario generali, & coram ipſo pendentes, ſed nec ad alias quæ extra ſui fori limites agitantur, & per conſequens ad Vicarium generalem pertinent priuatiuè quoad foraneum. Si tamen Vicarius generalis examen talium cauſæ ad eum ſpectantis committeret foraneo, valeret commiſſio, & proceſſura ſuſtineretur, vt *ibidem* Rota determinat.

59 Octaua concluſio. Vicarius generalis Archiepiſcopi, ſi procedat aduerſus Epiſcopos ſuffraganeos, aut illorum Vicarios, aliósve ſubditos Suffraganei, nulliter procedit, & ideo ex tali proceſſura non oritur aliqua præuentio. Nullitas autem talis proceſſuræ conſiſtit in defectu iuriſdictionis, vt per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 111. *num.* 19. Ex proceſſura ſiquidem nulla non oriri præuentionem ſæpius in hoc tractatu demonſtrauimus, & nominatim, *part.* 1. *c.* 9. *num.* 16.

60 Verum hoc limitat *ibidem* Gratianus *num.* 20. vt non procedat, quando Archiepiſcopus eſt abſens in partibus remotis, tunc enim dicit, poſſe Vicarium illius procedere in cauſis Epiſcoporum ſuffraganeorum, & iuriſdictionem exercere, proferendo ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. Quod verum eſt, ſed reſtringendum ad caſum quo Epiſcopi Suffraganei, vel illorum Vicarij, peccarent in iis quæ concernunt iuriſdictionem: ſed ſi ciuiliter vel criminaliter conuenirentur, tanquam priuati, tunc Archiepiſcopus, aut eo in remotis agente, illius Vicarius non poſſet procedere, niſi in caſibus, in quibus inte eſſet iudex competens aliorum Epiſcopis ſuffraganeis ſubditorum, vt explicat Sbrozz. *de Vicar. Epiſc. lib.* 2. *q.* 59. *num.* 4. & 5.

61 Immo hodie ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ.* 13. *cap.* 6. *de reformat.* Epiſcopi non citantur aut monentur, niſi ob cauſam, propter quam eſſent deponendi aut priuandi, cuius cauſæ cognitio ſummo Pontifici eſt reſeruata. Plura Sbrozz. *d. lib.* 2. *qu.* 58. & 59. & tradit Gratian. *diſcept. forenſ.* 169. *n.* 14. 15. 16. & *ſequentib.* Et generaliter in prima inſtantia, nec Vicarios ſuffraganeorum, nec ſubditos eorum coram Archiepiſcopo conueniri poſſe certum eſt; adeo vt nec per viam querelæ, ſed tantum per viam appellationis ſubditi ſuffraganeorum Archiepiſcopum adire queant, vt nos infrà dicemus *cap.* 24. *n.* 4. Quod intelligendum eſt vt ſupra, niſi Epiſcopi, ſeu Officiales delinquerent in Officio, ſeu illos exercitio, tunc enim nedum Iudex eſt Archiepiſcopus ſuorum Suffraganeorum, ſed etiam Vicariorum, ſeu Officialium ipſius, nempè quando authoritas Officij eſt cauſa vt delinquant; & ſic quoties prætextu, fauore, contemplatione, & colore officij delinquunt; & hoc caſu poteſt adiri Archiepiſcopus per viam etiam ſimplicis querelæ, vt dicit Quarant. *in ſumma bull. in verb. Archiepiſcopi authoritas, n.* 11. In iis autem quæ ſunt extra officium, non ſe intromittit Archiepiſcopus, ſeu illo in remotis agente, eius Vicarius, plus quam de aliis ſubditis Suffraganeorum, niſi in caſibus à iure expreſſis. Quarant. *ibid. n.* 12. Et ita intelligenda ſunt quæ generaliter tradit Barboſ. *in cap. Sacro* §. 2. *de ſentent. excommunic. n.* 5.

Nona concluſio. Pendente lite, & coram iudice competenti præuentâ, inter duos Epiſcopos, ſuper confinibus Diœceſis, non poteſt vnus ex illis, contra alium procedere per excommunicationes, aut cenſuras Eccleſiaſticas, ſub eo prætextu, quod ſuam turbare velit iuriſdictionem, donec lis fuerit ſuper territoriis, ſeu Diœceſeωn confinibus terminata. † 62 63 Probatur quia licet, dum agitur de tuitione proprij territorij, poſſit Epiſcopus cenſuras, etiam abſque præuia monitione laxare, Menoch. *de arbitr. caſu* 543. *n.* 19. Vbi ponit caſum de Epiſcopo, qui eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi, & dum vult ad viſitationem procedere, nõ admittitur ad viſitationem, propter quod laxat excommunicationem contra non admittentem, nulla præuia monitione: & allegat inter cæteros, Franc. *in cap. ſtatutum, num.* 4. & *in cap. Romana,* §. *caueat in fine, de ſent. excom. in* 6. Quia tunc non excommunicat, vt Iudex, ſed vti pars defendens officium ſuum, ideò, cum extraiudicialiter procedat, non eſt opus citatione, Ricciul. *de iure perſon. extra grem. Eccl. exiſt. lib.* 4. *c.* 61. *n.* 2. & *multis ſequentib.* Barboſ. *in d. cap. ſacro, n.* 3. *de ſent. excomm.* & *in cap. dilecto* 6. *n.* 7. & *ſeqq. de ſent. excomm. in* 6. † Et 64 quamuis etiam, ad has cenſuras procedere poſſit, non obſtante lite cœptâ, & præuentâ coram Iudice competenti, ſuper confinibus, & diuiſione territoriorum, cum licitum ſit cuilibet lite pendente ſuam poſſeſſionem tueri, vt declarat & prædicta comprobat multis per eum adductis rationibus, Ricciul. *d. c.* 61. *n.* 61. *libr.* 4. *de iure perſon.*

Sacra tamen Epiſcoporum Congregatio, in quadam *Conuerſan. Iuriſdictionis,* nuper iudicauit, non obſtante requiſitione facta, quod tota cauſa remitteretur ad Rotam Romanam, vbi videbatur præuenta, propter præiudicialitatem cauſæ limitationis territoriorum ſeu Diœceſeωn, denegatâ, per proceſſum ad vlteriora, remiſſione petitâ, declarauit cenſuras malè ab vno Epiſcopo contra alium laxatas fuiſſe, & ideo reuocandas eſſe. † Sanè clara videtur hac in re ſacri Tridentini Concilij diſpoſitio 65 *ſeſſ.* 24. *c.* 5. *de reform.* Quod non poſſint vnus Epiſcopus contra alium huiuſmodi proceſſuris vti, cùm huiuſdignitaris perſonæ non poſſint ab alio quam à ſummo Pontifice iudicari in cauſis criminalibus grauioribus. Minores vero cauſæ criminales in Concilio dumtaxat Prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale. Non poterat igitur, iſte Epiſcopus, etiam ſub prætextu turbatæ iuriſdictionis, alium Epiſcopum excommunicare, maximè pendente lite indeciſâ, & præiudiciali ſuper Diœceſeωn confinibus magnáque inde orietur confuſio, quia alter alterum viciſſim non ſine ſcandalo excommunicationis vinculo innodare tentaret.

Multa quidem pro validitate excommunicationis allegabantur, non quidem vt excommunicatio ſortiretur effectum (quia hoc iam per ſacram 66

Congra

Congregationem fuerat reiectum) sed ad euitandas pœnas, quas ille Episcopus qui censuras laxauerat incurrere potuisset: nempè, quod Concilium Tridentinum nihil per dictam constitutionem innouauit vltra ius antiquum, quo iam sancitum fuerat, quod causæ criminales priuationis aut depositionis Episcoporum, coram summo Pontifice solum cognoscerentur, vt per Felin. *in cap. inferior, num. 1.* & *ibi* Abbas, *etiam, num. 1. versic. Quoad depositionem. De maiorit. & obedient.* Reliquæ vero criminales in Concilio prouinciali deciderentur. Abb. *in cap. non potest, num. 4. & 8. de sent. & re iudic. cap. graue nimis, num. 1. de Praebend.* Et nihilominus ante Cõcilium, Episcopus delinquens extra suum territorium, puniri poterat ab Episcopo loci delicti. Quia exemptio Episcopis à iure concessa, non debebat trahi ad delictum in alieno territorio commissum, *cap. 1. de priuileg. in 6.* Et hoc procedit siue exemptio sit realis, siue personalis: Rota apud Marchesan. *de commiss. part. 1. pag.* 1069. & in recentioribus, *decis. 165. num. 15. & 16. parte 7.* Et sic videbatur, Episcopum nullas incurrisse pœnas, laxando censuras, contra alium Episcopum, qui ipsum turbabat intra suum territorium, in quasi possessione iurisdictionis, cum id de iure liceret ante Concilium. Et Episcopus in aliena Diœcesi delinquens, non poterat allegare quod par in parem non habet imperium: quia propter delictum non par, sed inferior effectus erat. Abb. *in d. cap. cum inferior, num. 1. de maiorit. & obed.* Anchar. *in Clement. 1. n. 1. de foro compet.* Tambur. *de iure Abbatiss. disp. 25. qu. 2. num. 1.* Multisque aliis per eruditissimos non solum Iurisconsultos, sed etiam Theologos deductis. Verùm hæc omnia tendebant ad absolutionem à pœna Episcopi laxantis censuras, quam prætendebatur ipsum incurrisse remanente nullâ censurarum declaratione.

67 Decima conclusio. Quando duo in solidum Vicarij ab Episcopo in eodem loco fuerunt deputati, tunc vnus sine alio procedere poterit ex ordinariâ cuilibet concessâ iurisdictione, ac præuentioni locus erit, *per text. in l. 1.* vbi Bald. declarat, *ff. de offic. consul.* Qui textus licet loquatur de voluntaria iurisdictione, idem tamen ex communi Doctorum sententiâ obtinet in delegatâ: Argum. text. *in l. fin. C. de authorit. præst.* vbi, si plures tutores fuerint simpliciter deputati, videtur illis in solidum data potestas, & quilibet ipsorum administrare potest. Factâ igitur per vnum ex ipsis legitimâ præuentione, non poterit alter de causâ præuentâ cognoscere nec in illâ se intromittere, Abb. *in cap. prudentiam, num. 11. de offic. Iudic. deleg.* Francis. Marc. *decis. Delphin. 997. in princip. parte 1.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. ordin. numero* 177.

68 Limitatur vt non procedat, quando duo isti Vicarij in solidum deputati ab Episcopo cœpissent procedere in causâ coniunctim, tunc enim locus non esset alicui præuentioni, sed simul causam terminare deberent, Glos. *in l. Pomponius, aliàs l. si vni ff. de re iudic.* & ibi Alexand. Ias. & Imol. Gomes. *ad le-*
69 *gem 38. Tauri, num. 2.* † Et tunc si discordant, præualet maior pars, *per text. in d. l. Pomponius cum l. sequenti, l. inter pares, & leg. duo ex tribus, ff. eodem titul.* si vero, vota contraria, sint æqualia, neutra sententia subsistit, præterquam si sit lata pro libertate, vel pro causa pia, vel sit absolutoria: vt per Gomes. *dict. num. 2.*

Aduertendo tamen quod nunc loquimur de Vicariis procedentibus tanquam Ordinariis, cum in superioribus conclusionibus, & nominatim *num. 41. in 2. & 3. conclusione,* loquuti fuerimus de ipsis procedentibus tanquam Delegatis. Si enim essent delegati, & vigore delegationis deberent simul procedere, & sententiam proferre, & essent discordes in pari numero, sententiæ essent in pendenti, vt illa valeret, quam Superior qui causam commisit, duceret confirmandam: Gomes. *d. l. 38. num. 3. l. duo iudices 28. ff. de re iudic.*

In hoc tamen conueniunt Iudices ordinarij & 70
delegati, quod si duo cœperunt coniunctim procedere in aliqua causa, & vnus eorum declarat sibi de causa non liquere, non potest alius proferre sententiam, nisi eam ferat pro causa fauorabili, veluti pro libertate, vel pro reo, vel pro testamento; iuxta ea quæ notantur *in l. inter plures, ff. de re iudic.* Alex.
in d. l. si vni, num. 17. † Vbi autem vnus ex pluribus 71
iudicibus est impeditus ex alia causa, quam ex eo quod sibi de causa nõ liqueat, tunc potest per alium solum causa expediri, Ias. *in d. leg. si vni, num. 5.* Vant. *dicto tit. de nullit. ex def. iurisdict. ordin. n. 180.* Idem dicendum, si vnus malitiosè procedere nolit; alter enim solus procedere poterit ad sententiam: per text. *in cap. cum plures,* & *ibi* Gloss. *in verb. Recusaret. de offic. deleg. in 6.*

Vtrum autem sententia vnius ex duobus Vicariis, 72
sic ab Episcopo coniunctim & in solidum deputatis, sine altero prolata, (cum ambo simul procedere cœpissent) sit nulla, dubitari potest. Et non subiacere nullitati censuit Vant. *loco citato, num. 177. versic. licet si in casu.* Quamuis contrarium, nempè sententiam hoc casu esse nullam, teneat Roman. *consil. 92. num. 1.* loquendo in hoc articulo de Ordinariis; nam si ageretur de Delegatis, tenor commissionis inspiciendus esset.

In hac quæstione Couarr. *lib. 1. var. resol. cap. 2. n. 6. versic. tertio.* Concludit quod si iudices ordinarij in numero pari, diuersa pronuncient; non est illorum sententia nulla, sed deueniendum est ad iudicium tertij deputandi; nisi versaremur in casibus, in quibus quilibet ex pluribus Iudicibus ordinariis separatim ius dicere potest, tunc enim vnius sententia alio irrequisito sine dubio esset valida, nec tertius esset requirendus: vt ibidem explicat Couarr. *dicto versic. Tertio, in fine.*

Et iuxta supradicta, intelligi debent ea quæ nos 73
generaliter de omnibus Iudicibus ordinariis in solidum iurisdictionem habentibus diximus in 1. *parte huius tract. cap. 1. num. 4. in 3. conclus.* vt procedant quando singulis in solidum non solum iurisdictio, sed & illius exercitium competit; ita quod vnus sine alio ius dicere, & causam definire potest, quales sunt Iudices Curiæ temporalis sancti Petri huius ciuitatis Auenionensis, quibus ex statuto datur facultas audiendi causas per alterum ex ipsis cœptas, in Curia, vel extra Curiam: vt cauetur in Statut. *lib. 1. rubric. 2. art. 13.* & ex stylo in eâdem Curia inconcussè obseruato, vnus sine alio sententiam ferre potest, nisi partes institerint quod ambo Iudices procederent (in causis ciuilibus) & hoc casu verum est non dari inter ipsos præuentionem, & causam ab vno inchoatam posse per alterum terminari, & decidi per sententiam.

Conclusio vero nostra procedit in duobus Vicariis, aut aliis Iudicibus ordinariis, quibus licet iurisdictio, & iurisdictionis exercitium competant in solidum, tamen vnus causas ab alio cœptas prosequi non potest, cum non habeant facultatem aliter procedendi, & si ambo procedere cœperint, ambo iudicare debent, nisi in casibus malitiosæ dilationis alterius, & aliis de quibus supra actum est.

Præ

74 Præterea aduertendum est, quod *in dicto cap.1. in eadem 3. conclusione*, quemlibet ex iudicibus ordinariis posse iurisdictionem exercere, nec dari inter eos præuentionem, diximus; verum esse vsque ad sententiam definitiuam exclusiuè: quia etiam cessante statuto & stylo prædicto, non datur inter plures Iudices ordinarios in solidum deputatos præuentio, ad effectum impediendi, quin vnus sine alio, quantumuis præueniente, iurisdictionem exerceat, aut vnus Vicarius sine alio, quoad processuras iudiciales: & in his terminis procedit, & verissima est *dicta nostra 3. conclusio*. Potest enim vnus ex pluribus Iudicibus ordinariis in solidum deputatis processuras facere, & decreta ac sententias interloquutorias pronunciare, quamuis alter præuenerit: quia per huiusmodi decreta, & sententias interloquutorias, illorum officium, & iurisdictio non finitur. Sed, quando per aliquem actum iurisdictio finem accipit, prout per sententiam definitiuam, seu vim definitiuæ habentem, tunc iurisdictio non potest separatim exerceri, sed ambo Iudices ordinarij, vel Vicarij procedere debent, Abbas *in c. prudentiam, n.14. de offic. deleg.* Bartol. *in d.l. si vnum, num.4. ff. de re iudic.* Sbrozz. *de Vicar. Episcop. lib.1. q.61. num.10. in illo num.26. & 28.* nisi in casum impedimenti alterius coniudicis, Sbrozz. *loco cit. num.14.*

75 Vndecima conclusio. Inter Episcopum, & Prælatos inferiores datur iurisdictio cumulatiua, seu ampliatiua, & ideo inter eos locus est præuentioni. Pro cuius conclusionis intelligentia notandum est *Primo*, Prælatorum nomen multis modis accipi. Quandoque strictè, sicut in Concordatis *in titul. de Reg. ad Prælaturas nominat.* & in hac significatione, sub hoc nomine Abbatiæ, & Episcopatus continentur, *c.2. de Iudic. c. ne pro d. fectu, cap. nihil, de electione. cap. vbi periculum, 6. & ne. Eodem tit. in 6.* Quandoque vero in amplâ significatione, & hoc modo comprehendit etiam Guardianos Regularium, Priores conuentuales perpetuos, Parochos, & eos qui iurisdictionem habent ordinariam, ab Episcopo, vel Archiepiscopo independentem; qualis est Thesaurarius Sacræ Capellæ Parisiensis & Bituricensis, & similes. Petr. Gregor. *de re benefic. cap.10. n.10.* DD. *in cap. cum ab Ecclesiarum 3. De offic. Ordin.* Barbos. *in cap.2. de Iudic. n.3.*

76 Secundo notandum est, fieri debere differentiam inter Prælatos Regulares & sæculares. Nam Regulares propter priuilegia ipsis à summo Pontifice concessa, iurisdictionem habent priuatiuè quoad Episcopos, illam eo modo in Religiosos sibi subditos exercentes, itavt non possit Episcopus vllam in causis Regularium prætendere præuentionem: Ioan. Andr. *in Reg. sciens, de Reg. Iuris in 6.* Abb. *in cap. Monachi, & in cap. significasti, de foro compet.* Federic. de Sen. *consil.14.* Tamburio. *de iure Abbatum, vol.2. disp.14. q.6. n.2.*

77 His ita constitutis, firma remanet conclusio, Episcopis cumulatiuam cum Prælatis inferioribus sæcularibus competere iurisdictionem, & sic inter eos locum esse præuentioni, quando videlicet ex statuto, fundatione, vel transactione istis Prælatis inferioribus competit iurisdictio. Quæ conclusio probatur per text. *in cap. cum ab Ecclesiarum 3. de offic. Ordin.* vbi DD. & maximè Barbos. *num.5.* notant quod Episcopus validè potest absoluere excommunicatum à Prælato inferiori, quia iurisdictio quæ datur inferiori, non competit illi priuatiuè, sed cumulatiuè & ampliatiuè.

Verum circa hoc, non modica occurrit difficultas. Primo, quia si inter Episcopum & Prælatos inferiores iurisdictio est cumulatiua, ergo locus est inter ipsos præuentioni. Si locus est præuentioni, ergo Episcopus non potest assumere cognitionem causæ iam coram Prælato inferiori præuentæ, & per consequens condemnatum à Prælato inferiori, Episcopus absoluere non potest post latam sententiam excommunicationis declaratoriam. Secundo, quia videtur quod Archiepiscopus non habeat maiorem authoritatem in causis ad Episcopos suos suffraganeos pertinentibus, quam Episcopus in causis suppositis cognitioni Prælatorum inferiorum suæ diœcesis. Sed Archiepiscopus non potest subditos suorum suffraganeorum absoluere ab excommunicatione per eorum Episcopos laxata, nisi mediante legitimâ appellatione aut prouocatione, causa ad ipsum deuoluatur, vt colligitur ex *cap. tuas, de sent. excommunic. & cap. cum venerabilibus. Eodem tit. in 6.* Ergo nec pariter Episcopus ab excommunicatione data per Prælatos inferiores absoluere poterit. Vnde non immerito Couarr. *in cap. alma mater, de sent. excom. p.1. §.12. n.3. circa finem. versic. nihilominus*, dubitat de veritate illius propositionis. Et ego cum Couarr. sentio, si rationibus agendum sit.

Sed tamen quia communis sententia est in contrarium, ab eâ in iudicando & consulendo recedendum non est, nempe quod Episcopi possint absoluere ab excommunicatione laxata per Prælatos inferiores, iurisdictionem habentes, quam tenet Abb. *in dicto cap. cum ab Ecclesiarum 3. n.9. & 11.* dicens ita communiter teneri Bonacin. *in tract. de censur. in genere, disp.3. quæst.1. puncto 1. num.3.* Auil. *de censur. part.2. cap.7. disp.1. dubio 11.*

Hoc tamen est extra controuersiam in Prælatis Regularium. Superiores siquidem Regulares possunt absoluere subditos à censuris latis per inferiores; Superiores dico, non dignitate, sed iurisdictione, itavt inferior qui sententiam excommunicationis tulit, subordinationem habeat cum iurisdictione Iudicis absoluentis. Ratio est quia inter superiores Prælatos & inferiores, non est locus alicui præuentioni, sed causam coram inferiori cœptam, potest superior Regularis ad libitum sibi assumere, & de ea cognoscere, quando id expedire iudicauerit, etiam nullâ interpositâ appellatione, vel recursu. Ideo potest Generalis, vel Prouincialis absoluere ab excommunicatione Religiosos, quos Conuentualis, vel respectiuè Prouincialis Prælatus censuris irretitos declarauerit, vt bene explicat Tamburin. *de iure Abbat. tom.2. disput.24. quæst.7. n.3.* 78

Retentâ autem communi opinione, quod Episcopus possit absoluere excommunicatos à Prælatis inferioribus iurisdictionem habentibus. Quomodo respondebimus ad ea quæ supra dicta sunt, has esse cumulatiuas iurisdictiones, & per consequens locum esse præuentioni: Sbrozz. *lib.2. de Vicar. Episc. qu.60.* post Abbat. *in d. cap. cum ab Ecclesiarum, n.9.* vbi hoc casu præuentionem admittunt.

Super hac difficultate videtur dicendum hoc procedere fauore absolutionis, quæ tenet & valida est, licet Episcopus absoluens malè faciat, cum suam cuique non seruet iurisdictionem. Innoc. *in d. cap. cum ab Ecclesiarum, n.4. versic. & hinc est.* Vbi dicit quod Episcopus sic procedens, corripiendus est; & talem absolutionem iniquam esse dicit Couarr. *in d. cap. alma mater, parte 1. §.12. num 3.* sed nihilominus absolutionem validam esse concedit, necnon Auila *dicta parte 2. de censur. cap.7. disp.1. num.11.* Et facit à simili, quod si quis contrahat matrimonium contra inhibitiones de contrahendo sibi factas, malè facit, & puniendus est, sed tamen si nullum 79

aliud obstet Canonicum impedimentum, matrimonium remanet validum: *cap. 2. de matrim. contract. contra interd. Eccles.* Lancell. *de attent. p. 2. c. 4. limit. 17. & c. 20. limit.* 18. Quod fusiùs explicat, & distinguit Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 2. n. 9. & sequent.* qui dum casus occurret adeundus erit, cum hoc sit extra materiam nostram.

Porro supradicta intelligenda sunt de Prælatis inferioribus, qui iurisdictionem non acquisiuerunt per præscriptionem: Cum iurisdictio, præscriptione quæsita, censeatur priuatiuè quoad Episcopum, & sic non sit hoc casu locus alicui præuentioni, ex notatis *lib. 1. quæst. mearum beneficial. c. 60. num. 14.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. n. 14.*

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

De controuersiis ratione præuentionis inter duos aut plures Condominos, seu Barones, communem in eodem loco, vel castro iurisdictionem habentes; siue inter eos facta sit diuisio iurisdictionis per tempora, siue per quarteria, siue per personas hominum illius loci, & quis ex istis variis diuidendæ iurisdictionis modis oriatur effectus, circa causarum præuentionem. Quid si vnus Baro delinquat intra limites iurisdictionis alterius. Et vtrum si agatur de proprio Baronis interesse, aut eius Officialium, aut Consanguineorum, possit peti remissio causæ præuentæ, siue partes consenserint in iurisdictionem, siue non consenserint. Et quid si agatur de iuribus, aut rebus notoriis & consuetis, aut pœna sit certa. Et Baro suspectus vtrum saltem possit iudicem non suspectum delegare. Vtrùm etiam suspectus in iudicando, sit suspectus in delegando. Et alia multa ad hanc materiam resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio non est attendenda inter plures Condominos inter quos iurisdictio diuisa est per tempora.*

2 *Feuda maiora sunt indiuisibilia de iure, non tamen ex consuetudine.*

3 *Iurisdictio ordinaria, quoad habitum est indiuidua, & inter plures cuilibet in solidum competit.*

4 *Pluribus in solidum delegatis, iurisdictio illis competit indiuidua, sed exercitium, diuiduum.*

5 *Iurisdictionis diuisio fieri potest per tempora.*

6 *Item iurisdictio diuidi potest per diuisionem territoriorum.*

7 *Diuisio iurisdictionis per personas subditorum fieri potest, potius ex consuetudine, quam de iure.*

8 *Subditis quoad iurisdictionē in personas diuisis, vni tantum condominorum fidelitas præstanda est, sed omnibus seruitium cum moderatione debetur.*

9 *Aquæ diuisio. fit per tempora, quando omnibus non posset alioquin sufficere.*

10 *Diuisâ iurisdictione, vnus ex Condominis non potest vti præuentione aduersus alium.*

11 *Processus est nullus, si diuisâ iurisdictione, vnus se immisceat in iurisdictione alterius, perinde ac si essent iurisdictiones omnino distinctæ.*

12 *Vnus ex Condominis, pendente tempore iurisdictionis alterius nihil potest, circa actus iurisdictionales, quamuis millies præuenisset.*

13 *Officiales vnius Condomini, continuant processum per alios inchoatum, si diuisa sit per tempora iurisdictio.*

14 *Iudice mortuo, successor processum continuare debet, in statu in quo reperitur. Idem eo remoto, vel aliter finito officio illius.*

15 *Decretâ per antecessorem missione in possessionem, successor iudicis, absque nouo decreto, illam debet executioni demandare.*

16 *Intellige quando decretum factum fuit cum causæ cognitione, alias opus est nouo decreto.*

17 *Iudex requisitus non debet recusare executionem literarum, mortuo requirente.*

18 *Mortuo iudice mandante, nuncius potest illius literas, seu cartellos mandare executioni.*

19 *Diuisâ per tempora iurisdictione, finito tempore vnius, finitur omnino eius iurisdictio donec tempus ipsius redeat.*

20 *Iudicis subrogati iudicium, dicitur continuatio, non nouum iudicium.*

21 *Si vnus ex condominis iurisdictionalibus deliquerit in parte alterius, alter condominus habet ius præueniendi aduersus supremam Curiam. Immo præuentio supremæ Curiæ non obstat illi quin possit petere causæ remissionem.*

22 *Officialis maioris Curiæ, delinquens in terra Baronis, in non concernentibus Officium, potest ab officialibus Baronis puniri, cessante statuto contrario.*

23 *Baro aut alius officialis delinquens, consideratur tanquam priuatus.*

24 *Iurisdictio data in feudum, competit priuatiuè.*

25 *Rectorem Comitatus Venaissini esse iudicem vassallorum, quomodo intelligatur, & quando hoc verum sit.*

26 *Domini iurisdictionales dum de proprio ipsorum interesse agitur, non possunt præuenire causas.*

27 *Idem dicendum est, dum agitur de interesse suorum officialium.*

28 *Præuentio tamen, hoc casu firmatur, per partium comparitionem.*

29 *Iudex in causâ propriâ, de consensu partium iudicare potest.*

30 *Iudex non potest allegari suspectus, dum in eius iurisdictionem consensum fuit, nisi ex noua causa.*

31 *Qui iudicauit in prima instantia, potest de consensu partium iudicare in causa appellationis.*

32 *Episcopus potest esse iudex in causa suæ mensæ, nec potest suspectus allegari in illa causa.*

33 *Contrarium communiter receptum est, nempe quod possit suspectus allegari.*

34 *In causâ in qua agitur de proprio interesse, Episcopus iudex esse potest, nisi allegetur suspectus.*

35 *Confessio de furto animalium Baronis, coram eius officiariis iudicialiter facta, non valet, nisi tanquam extraiudicialis.*

36 *Confessio facta coram Notario, qui in causâ scribere non potest, est nulla, valet tamen tanquam extraiudicialis.*

37 *Decisio 244. Sanfelicij in dubium reuocatur.*

38 *Barones cognoscere possunt in propriâ causâ quando agitur de re liquida & notoriâ.*

39 *Domini terrarum habentes iurisdictionē cognoscunt super*

super solutione suorum redituum in quorum notoria quasi possessione reperiuntur.

40 *Item dum agitur de seruitijs quæ ipsis solent præstari.*

41 *In notoriis, iudex non potest allegari suspectus, cum sit tunc potius iuris executor quam iudex.*

42 *Quatuor requisita proponuntur, ad hoc vt Barones in propriis causis possint procedere.*

43 *Barones possunt in propria causa iudicare, quando talis est consuetudo, & ex quibus de eâ constare dicatur.*

44 *Vnus ex condominis, potest præuenire causam motam super iniuriâ alteri condomino factâ.*

45 *Domini iurisdictionales, causâ per eos præuentâ, si suspecti dignoscantur, non priuantur illius cognitione, sed possunt iudicem non suspectum deputare.*

46 *Limitatur quando essent suspecti ob grauem inimicitiam.*

47 *Si agatur de interesse pecuniario Domini, vel de consanguineis ipsius, suspicio sugillat personam Domini, sed non eius iurisdictionem.*

48 *Superior tamen potest de alio prouidere ex causa qui nomine Baronis iurisdictionem exerceat.*

Vtrum suspectus in cognoscendo sit suspectus in delegando.

AGENDVM est in hoc capite de præuentione Baronum seu feudatariorum, qui inuestiti sunt de mero & mixto imperio, & omnimodâ iurisdictione, tam ipsorum inter se, quam quoad alios. Nomen autem Baronis hic accipimus in ampla significatione iuxta ea quæ nos ostendimus, *lib. 2. quæst. ciuil. cap. 34. numero 6. vol. 1.*

1 Prima igitur sit conclusio. Quando inter plures eiusdem loci Cōdominos iurisdictionales, reperitur diuisa iurisdictio per tempora, veluti quod vnus hoc anno iurisdictionem per suos officiales exerceat, alius vero anno sequenti, & sic alternis annis, quilibet potest suo tempore dē causis pendentibus cognoscere, quamuis alius condominus præuenerit, & vicissim finito tempore vnius, ille qui durante tempore alterius præuentus fuerit, potest causam assumere in statu in quo reperitur, sic alternis annis continuando, donec causa fuerit terminata.

2 Pro huius conclusionis probatione & intelligentiâ, quædam supponenda sunt. Et primo quod licet regulariter feuda sint indiuisibilia cum distinctione per nos allata, *lib. quæst. ciuil. cap. 34. num. 9. vol. 1.* nempe, vt hoc procedat in feudis regalibus, & in feudatariis maioribus qui dicuntur Capitanei regni, & in suis insignibus deferunt coronas, non autem in feudis & Baroniis non regalibus, quæ sine difficultate recipiunt diuisionem; imò & regalia de generali consuetudine diuisionem patiuntur, vt *ibidem* diximus *num. 11.*

3 Quamuis etiam iurisdictio ex se sit indiuidua, cum illa quæ iure ordinario pluribus in solidum data est, cuilibet ipsorum in habitu, & exercitio competat, vt supra ostendimus, per Gloss. *in d. l. Pomponius 36. alias, l. si vni. in verbo, Proferre, ff. de re iudic.* & *ibi*, Bartol. *num. 1.* Alexand. *num. 14.* Ias. *n. 4. vers. In ea glossa, ibi.* Alexand. *consil. 93. n. 1. lib. 7.* Purpurat.

4 *consil. 548. num. 60. vers. Tertio.* † Delegata vero licet competat pluribus in solidum habitu, non tamen exercitio, nisi vnus præuenerit: tunc enim vt supra diximus exercitium ad ipsum solum spectat, Gloss. *in d. l. si vni.* Bartol. *ibidem n. 7.* Ias. *num. 10.* Bald. *in l. falsus, 19. n. 16. C. de furt.*

Tamen iurisdictio, quoad illius vsum & exercitium est diuisibilis, Ricc. *collectan. 254.* Monach. *de recta feud. interpret. cap. 57. parte 9. num. 4.* Surd. *consil. 227. num. 12. & 25.* Et quotidie diuisionem illius tatione exercitij fieri videmus, quod contingere potest pluribus modis. 5

Primo, diuidendo per tempora exercitium iurisdictionis, veluti alternis annis, ita quod vnus ex condominis administret vno anno per suos officiales, & alter alio, provt obseruatur in pluribus locis, veluti in ciuitate Caualicensi, vbi Illustriss. D. Episcopus condominus, vno anno per suos officiales exercet iurisdictionem in temporalibus, & summus Pontifex tanquam Comes Comitatus Venaissini, & condominus etiam eiusdem ciuitatis, pro indiuiso cum Episcopo, alio anno per suos officiales exercet iurisdictionem temporalem. † Secundo diuidendo 6
territorium in duas vel plures partes iuxta numerum condominorum, ita vt quilibet cognoscat de personis & rebus in sua parte territorij, seu in suo quarterio existentibus. † Tertio diuidendo personas sub- 7
ditorum, ita vt sciatur, quinam sint homines talis domini, & quinam alterius. Et hic modus diuidendi potius fundatus est in consuetudine, quam in iure, vt dicit Iacob. de Ardizōntb. *in vsib. feudor. cap. 131. circa finem, versic. Domini tamen.* vbi dicit quod de iure, Domini non possunt diuidere vassallos, argum. *l. vltima, ff. de iure patron. & l. quadam mulier. ff. famil. ercisc.* Consuetudo tamen obtinet in contrarium, maximè cum diuidunt vassalli ipsum feudum, & tunc non fit diuisio pro hæreditaria portione, sed pro virili, *l. vt iurisiurandi, §. vltim. ff. de operis libert.*
† Sed tamen cum vassallus plures Dominos habe- 8
te non compellatur, vna tamen fidelitas est præstanda, seruitium tamen omnibus, nō cum grauitate, sed cum moderatione faciendum est, *cap. imperialem, §. præterea Ducatus. De prohib. feudi alienat. per Frideric.* Hæc omnia tradit prædictus Author. † Quartus di- 9
uidendæ iurisdictionis modus est, quando plura loca pluribus Dominis supposita sunt, & cuilibet ex Dominis sua loca separatim adiudicantur, Socin. sen. *consil. 67. num. 45. lib. 1.* Inter omnes autem modos conuenientior ille videtur qui fit per temporum diuisionem. † Ad instar concessionis aquæ, quam fieri 10
pluribus posse nemo negat, etiamsi aqua omnibus sufficere non possit ex se, dummodo sufficiat omnibus per diuisionem temporum, & per interualla, Caualer. *decis. 7. num. 3.* Surd. *consil. 130. num. 15.* Dixi *in meis quæstionib. ciuil. lib. cap. 48. num. 15.* & bene in terminis iurisdictionis, Crauet. *consil. 318. n. 1.* Morquec. *de diuis. bonor. lib. 1. cap. 5. per tot.* vbi etiam dicit, quod sine diuisione iurisdictionis fieri potest, vt constituantur de communi consensu Dominorum, Officiales, qui omnium nomine exerceant iurisdictionē, diuidendo emolumenta pro rata parte quemlibet ex Condominis tangente.

Factâ igitur iurisdictionis diuisione, seu per loca, 11
seu per tempora, seu per personas subditorum, nulla inter eos datur præuentio. Si enim per loca vel personas, vnus non debet se immiscere circa iurisdictionem alterius, perinde enim est ac si diuersæ essent iurisdictiones, Bartol. *consil. 189. num. 10. lib. 1.* Et dicit Bald. *in l. 1. num. 10. ff. de offic. consul.* Quod si iurisdictio inter plures est distincta, processus qui per vnum fit in parte alterius est ipso iure nullus. Quia quando ciuitas diuiditur per partes & quarteria, perinde est ac si diuersæ essent & separatæ ciuitates, Franc. Aretin. *cons. 79. numero 1. in fine.* Brun. *consil. 142. versicul. Nam quando in loco deputantur.*

12 Si vero per tempora fiat diuisio iurisdictionis,
idem dicendum est, scilicet quod vnus non potest
vlla ratione se intromittere, tempore iurisdictionis
per alium exercendæ, quamuis millies præuenisset:
13 Surd. *consil.57.num.8.* † Et sicut processus inchoati,
per vnum iudicem qui remotus fuit, vel cuius offi-
cium finitur, continuari possunt per successorem in
officio, cum sit eadem iurisdictio; ita & per officia-
les Domini alternis aonis, seu temporibus exercen-
41 tis: Surd. *ibid.num.11.* † Simile est quod dicitur de
Iudice mortuo *in l.mortuo 60.ff.de iudic.* Vbi mor-
tuo iodice, quod eom iudicare oportuerat, idem,
15 eum qui subditus est, iudicare oportet. † Vnde col-
ligit Vincent.de Franch. *decis.405. num.4.* missio-
nem in possessionem per Iudicem decretam, non in-
digere, mutato iudice, nouâ causæ cognitione, sed
eius successorem, illam executioni mandare debere.
Quod verum esse existimat. Muscatel. *in praxi lib.2.*
16 *parte 3. in gloss. seruata, num.67.& 68.* † Mihi tamen
arridet distinctio Vicentij de Franch. vt supradicta
procedant, in iis quæ per Iudicem motatum, cum
causæ cognitione demandata sunt, quia hoc casu
non est opus nouo successoris decreto; secus est in
mandatis, seu litteris executoriis, quas nos Cartel-
los vocamus, sine causæ cognitione concessis: In
his enim existimo, requiri nouum cartellum, seu
litteras, quas nos *Repetentes* vocamus, per successo-
rem in officio, seu de illius mandato expediendas,
mortuo iudice, vel mutato: Vincent.de Franch. *dict.*
17 *decis.405.* † Vnde & Iudex requisitus, quantumuis
mortuo iudice requirente, vel ab Officio remoto, si
literæ requisitoriæ ab eo fuerint solemniter expe-
ditæ, non debet illarum executionem recusare Co-
18 oarr. *practic. quæst. cap.11. num.1.* † Et Apparitor
seu Cursor vel nuncius Curiæ, potest litteras exe-
qui, etiam iudice mortuo, vel remoto: Cooarr. *ibid.*
num.1. Gratian. *discept.forens.783.num.19.* & beoe
comprobat Salgad. *de Reg.protect. parte 4.c.6. n.66.*
& seqq.

19 Supradicta aotem qoæ de iurisdictione diuisâ
dicta sunt, optimè comprobantur ex traditis per
Sord. *dicto consil.57.* vbi dicit distinguendum esse.
Si enim agatur de doobus iodicibus qoi eodem
tempore habent æqualem & cumulatiuam iurisdi-
ctionem, tunc processus coram iudice præueniente
cœptus, non potest ab alio perfici. Si vero agatur de
iudice, cuius officium & administratio, post litem
coram eo cœptam expirauit, hoc casu secuodus iu-
dex causam coram primo cœptam contiouare &
perficere potest; quia nullum infertur primo præio-
dicium, cuius iurisdictio, & per consequens cogni-
tio finita est, vel in totum si agatur de eo cuius fini-
tum est officium, vel ad tempus si agatur de iurisdi-
ctione diuisa per tempora. Vnde dicunt DD. quod
l.vbi cœptum, ff.de iudic. non procedit in successore
officij seu iurisdictionis, qui causam cognoscit, in
statu & terminis in quibus ipsa reperitur, cum sit
20 vnum, idémque tribunal. † Non enim potest dici
nouum iudicium, quando alius Iudex in locom pri-
mi iudicis, per successionem subrogatur, *l. proponeba-*
tur, & *ibi* Gloss. *in verb. permanere, ff. de Iudic.* Bart.
in l.cum apud, n.5. ff. iudicat. solui.

21 Secunda conclusio. Si vnos vassallus, seu Baro,
aut feudatarius, habens merum & mixtum impe-
rium, cum omnimodâ iurisdictione, deliquerit in-
tra terminos, seu limites iurisdictionis alterios Ba-
ronis seu feudatarij, & talis Dominus in cuius iu-
risdictione delictum commissum fuit, præuenerit &
causam præoccupauerit, non potest ab eo causa illa
per superiorem Curiam auferri. Immo quamuis
superior Curia præuenisset, potest iste Baro, in cu-
ius territorio delictum commissum fuit, petere hu-
ius causæ remissiooem ad suos Officiales. Probatur
ista conclusio. Quia Barones & feudatarij, habentes
omnimodam iurisdictionem, sunt iudices ordinarij,
& ideo nemo ab eorum iurisdictione est exemptus,
nisi fuerit super hoc specialiter priuilegiatus; præ-
sertim quando fundamentum iurisdictionis, consi-
stit in punitione delioquentium. † Adeo vt de iure 22
communi, & remoto statuto in cootrarium, si in
terra Baronis, Officialis maioris iudicis delinquat
in non concernentibus suum officium, puniri pos-
sit ab officiariis Baronis: Capell. Tholos. *decis.433.*
Boër. *decis.9.* Baiard. ad Clar. *§.fin.quæst.38.* & Istius
quæst.35.num.10. Apud nos tamen debet in hoc at-
tendi statutum Comitatus Venaissini de quo nos
egimus *part.3. huius tractat. cap.11. num.26. versic.*
Quarto. † Siqoidem Baro delinqueos noo conside- 23
ratur tanquam Baro, sed tanquam priuatus: Rota *de-*
cis.3. de foro compet. in antiquis. Baiard. *dict.q.38.n.8.*
Atque ita decisum fuisse testatur Merlin. *lib.1. con-*
trou.c.69. & post eum Sanfelic. *decis.65.* † Cum igi- 24
tur Baro sit iudex ordinarius, & iurisdictio illi con-
cessa fuerit in feudum; sequitur, illam Baroni com-
petere priuatinè, & per consequens non esse locum
præuentioni, vt ostendimus suprà io *prima parte hu-*
ius tract. cap.11. num.11.

Non obstat si dicatur, apud nos Dominom Re- 25
ctorem Comitatos Venaissini, esse verum iudicem
ordinarium Dominorum Baronum seu Vassallorum.
Quia hoc debet intelligi quando agitor de causa
feudali, & quæ per leges & consuetudioes feudales
est decidenda, vt diximus *parte 1. cap.14. num.6.* Nos
autem hic non agimus de feudo, sed de delicto extra
causam feudalem commisso.

Tertia conclusio, Domioi iurisdictionales non 26
possuot prætendere præueotionem, quoad causas
coram Officiariis suis inchoatas, si de ipsorum par-
ticulari interesse tractetur. Hæc cooclusio est Bruni
consil.118. in princ. & cons.146. per totum vol.2. Canc.
lib.3. var. resol. c.13. n°.187. Gomes. *l.40. Tauri, n.10.*
in fine. Capiblanc. *de iure Baron. pragmat.16. n.56.*
† Vbi hoc ampliant, vt neqoe possint isti Barones 27
cognoscere de causis suorum Officialium, tanquam
ab ipsis dependentium, & illis subordinatorum, &
ideo dicunt, hoc casu adeundum esse iudicem alium
ordinarium, *cap.1.* & *ibi* DD. *de controuers. feud. apud*
pares termin. Cancer. *dicto cap.13. num.187. parte 3.*
& num. sequent.

Si tamen vltra simplicem causæ præoentionem 28
mediante citatione factam, ioteruenissent aliqui
actus positiui, per quos præstitos fuisset consensus
io illorum iurisdictionem, tunc non posset amplius
eorum tribunal declinari, & præuentio per compa-
ritionem sine protestatione factam, esset firmata.
† Cum de consensu partiom, possit quis esset Iudex 29
in caosa propria: Deci. *in l.qui iurisdictioni, ff. de iu-*
risdict. omn. Iudic. num.4. Ias. *ibid. num.16.* dicens ita
communiter teneri Zaz. *ibid. n.17.* Surd. *consil.465.*
n.9. Iacob. Laurent. *in tract. de Iud. suspect. c.5. n.30.*
in fine. Sanfelic. *dec.63. num.2.* † Non enim potest 30
ille suspectus allegari, in cuius iurisdictionem con-
sensus fuit præstitus, per factam coram eo compari-
tionem, nisi probatis causis de nouo post actos ap-
probatiuos iurisdictionis superuenientibus, Caualer.
dec.178. n.2. Gratian. *discept. forens.100. n.31. & seqq.*
Rota *dec.7. n.6. p.7. recentior.*

A simili, videmus, quod ille qoi fuit iudex in pri- 31
ma instantia, potest esse iudex in causa appellatio-
nis, parte non opponente, adeo vt sufficiat tacitus
consen

32 consensus: Gratian. *discept. forens. c. 4. num. 21.* † Eâ-
dem ratione, potest Episcopus causam iudicare, quæ
non respicit eius personam, & interesse, sed dumta-
xat iura suæ Ecclesiæ, adeo vt suspectus allegari non
possit, si credimus Riccio *in decis. Curia Archiepisc.*
Neapol. decis. 144. parte 1. Sanfelic. *decis. 63. num.* 3.
33 † Quamuis Episcopum in causa suæ Ecclesiæ, su-
spectum allegari posse teneant Iacob. Laurent. *de in-*
dic. suspect. cap. 5. *num.* 30. Surd. *consil.* 50. *num.* 18. *&*
21. *versic. Tertio.* Alexand. *consil.* 79. *num.* 2. & *ibi* Ad-
dit. *in verbo. Index.* Viuius *opinione* 866. *num.* 1. *&* 2.
vbi dicit hanc esse communem sententiam, Trenta-
cinq. *lib.* 2. *var. resolut. in tit. de Iudic. resol.* 5. *num.* 7.
versic. Secundo. Rota *decis.* 165. *num.* 15. *parte* 6. *Re-*
centior. Et hæc posterior sententia omnino tenen-
34 da est. † Sed tamen etiam in casibus in quibus agi-
tur de proprio interesse ipsius Episcopi, potest iu-
dicare, nisi à partibus suspectus allegetur: Iacob.
Laurent. *in dicto tract. de indic. suspect. cap.* 5. *nume-*
ro 27. & itadunt communiter DD. *in cap. cum ve-*
nissent, de indic.
35 Et ex prædictis dubia videtur decisio *Sanfel.* 244.
dum vult confessionem furti quorundam anima-
lium Baronis factam coram Iudice per eundem Ba-
ronem delegato, vti factam coram Iudice incom-
petenti, adeo nullam esse, vt non valeat nisi tan-
quam confessio extraiudicialis, & ideo confitens
non sit puniendus per alium Iudicem competen-
tem, coram quo causa terminari debet, pœna ordina-
36 ria delicti, sed alia mitiori & extraordinaria. † Qui-
bus addo à simili, quod confessio facta coram No-
tario, qui scribere non poterat in causa, licet sit nul-
la vt dixi *parte* 1. *c.* 2. *n.* 5. Huiusmodi tamen con-
fessio valet in vim confessionis extraiudicialis, Scac.
de commerc. & cambiis, §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit.* 7. *n.* 13. post
M. Anton. Bauer. *in tract. de mora p.* 1. *sub n.* 21. ibi,
sub de tamen vnum: & sub num. 22. *versic. cogitandum*
tamen.
37 Dubia inquam videtur illa *decis.* 244. Sanfelic.
quia supposito quod reus ille confitens delictum,
comparuerit, & iurisdictionem prorogauerit coram
officiariis Baronis, seu coram Iudice per eum dele-
gato, & delictum sine alia protestatione de non con-
sentiendo in iurisdictionem, confessus fuerit, talis
Index factus fuisset ex incompetenti competens, vt
mox dicebamus. Ergo valida hoc casu erit illa con-
fessio, coram Iudice, alias incompetenti, tamen per
approbationem partis prorogato, facta. Sed forsan
in casu dictæ decisionis, constabat reum noluisse
consentire in iurisdictionem iudicis illius per Baro-
nem deputati.
38 Quarta conclusio. Barones possunt vti præuen-
tione, cognoscendo etiam de propriis causis in
nonnullis casibus. Primo quando agitur de re nnto-
ria & liquida, iuxta doctrinam Bald. *in repet. l.* 1. *C.*
vnde vi. Quam sequitur Vrsill. ad Afflict. *decis.* 265.
n. 32. Boër. *decis.* 55. Francisc. Marc. *decis.* 200. *part.* 2.
39 † Veluti in executione pro exactione redituum, in
quorum pacifica, quieta & notoria possessione repe-
40 riuntur, † vel pro seruitiis quæ ipsis præstari sine vl-
la dubitatione consueuerunt, & aliis similibus, Brun.
consil. 144. *&* 145. Boër. *decis.* 55. Mastrill. *de magi-*
41 *stratib. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 32. † Et in istis notoriis,
nunquam Iudex quisquis ille sit, potest allegari su-
spectus, Roland. *consil.* 48. *num.* 6. *vol.* 2. Tunc enim
Iudex non dicitur de causa cognoscere, cum sit hoc
casu simplex iuris executor, Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 39.
num. 1. vbi ponit formam procedendi contra delin-
quentem, qui Iudicem pro tribunali sedentem of-
fendit. Hoc modo. Præcipio tibi vt non recedas,
donec solueris quinquaginta ad quæ te condemno,
quia talem iniuriam mihi intulisti, in contemptum
meæ iurisdictionis. Monter. *decis.* 14. *n.* 32. Farinac.
quæst. 17. *num.* 45.
Sed hoc casu quatuor concurrere oportet. Primo 42
quod factum sit notorium. Secundo, quod pœna sit
certa, & determinata, & non dependeat ab arbitrio,
quia Iudex arbitrando posset excedere modum, Ro-
land. *consil.* 48. *n.* 16. *vol.* 2. Quamuis contrarium,
etiam in pœnis arbitrariis elici videatur ex traditis
per Gaill. *dicta obseruat.* 39. *lib.* 1. Tertio, quod illud
notorium, sit facti permanentis. Sed hoc requisi-
tum coincidit cum primo, & illius explicationem
respicit. Quarto quod pœna non veniat applican-
da ipsi Domino: ita tradit Trentacinq. *lib.* 2. *tit. de Iu-*
dic. resol. 5. *n.* 6. Sed hoc quartum apud me dubita-
tionem habet. Quia si factum sit notorium, & pœ-
na sit certa, non video in quo Dominus possit exce-
dere, nisi forsan in modo exequendi, quod non vi-
detur considerabile ad impediendum, quo minus
ipse in notoriis procedere possit.
Secundo potest Dominus in causa propria iudi- 43
care quando talis est consuetudo. Quæ quidem le-
gitimè dicitur probata, quando producuntur pluri-
mi processus in Curiâ Baronis, in causis, proprium
eius interesse concernentibus, fabricati: ita conclu-
dit Natt. *consil.* 294. & post eum Surd. *cons.* 365.
num. 7. *& seqq.* Et licet ego aliàs contrarium con-
suluerim in quadam causa Maxanensi ex doctrina
Zasij, *parte* 11. *n.* 13. *& seqq.* vbi multis comprobat,
nullam fieri debere differentiam inter Dominum co-
gnoscentem, & causæ cognitionem alteri delegan-
tem: cùm probabile sit illum delegatiuum Iudicem
sibi confidentem, & alteri parti suspectum. Veritas
tamen est in contrarium, vt scilicet talis consuetu-
do sit valida. Quod etiam confirmat Tusch. *littera I,*
concl. 403. *n.* 29. *&* 30. Auendan. *de exequend. Man-*
dat. parte 1. *c.* 11. *n.* 5. Gratian. *discept. forens. c.* 4. *n.* 29.
Trentacinq. *lib.* 1. *de Iudic. resol.* 5. *n.* 11. *&* 12.
Tertio, si eiusdem Castri plures sint Condomini, 44
& causa iniuriæ personalis factæ vni ex ipsis Con-
dominis, fuerit præuenta coram Officiariis eiusdem
loci, non poterit peti remissio eiusdem ad aliud tri-
bunal; quia officiales vnius ex Condominis cogno-
scere poterant de iniuria personali, alteri Condomi-
no facta, Natt. *cons.* 87. *num.* 2. Brun. *cons.* 31. *num.* 1.
Amed. à Ponte, *in tract. Quis sit Iudex in causa feud.*
num. 9. Cancer. *lib.* 2. *resol. cap.* 2. *n.* 80. Merlin. *lib.* 1.
controu. cap. 69. *num.* 24.
Quinta conclusio. Causa coram officiariis Do- 45
minorum iurisdictionalium præuenta, non debet
sub prætextu quod de illorum interesse agatur, ab il-
lorum Curiâ auferri, sed in eâ tractari debet, quan-
do Domini deputârunt Iudicem non suspectum,
qui de eâ cognoscat, dummodo talis Iudex delega-
tus seu deputatus, non sit subditus ipsius Baro-
nis delegantis: ita concludit Cancer. *lib.* 3. *variar.*
resolut. cap. 13. *num.* 189. sequitur Capyc. Latro. *de-*
cis. 90. *num.* 16. 27. Vbi copiosè disserit quid agen-
dum sit, quando grauis inimicitia Baronis allegatur.
† Ego sanè præmissa procedere existimo, quando 46
agitur de simplici interesse Domini. Sed si ageretur
de graui inimicitia, vel de iniuria ipsi personaliter
illata, tunc non videtur rationi congruens, vt ipse
qui grauem concepit inimicitiam, Iudicem ab eo
dependentem pro suo interesse deputare possit,
cum ipse sit pars in hoc iudicio, & eo ipso quod
Iudex deputatur ad partis nominationem, redditur
suspectus, *l. obseruare, ff. de Iud.* † Quod non eodem 47
modo procedit quando agitur de aliquo interesse

Q 3 pecu

pecuniario, ipsius Domini, vel de interesse alicoius ex consaoguineis, aut affinibus eiusdem, tunc enim quamuis suspicio sigillet personam Domini, non tamen eius iurisdictionem, *l. Prætor.* & *ibi* Castrens. *ff. de iurisd. omni. Iudic.* † Si tamen talis esset
48 & alij, inimicitia, quæ apud Superiorem, magnam odij præsumptionem produceret, posset Superior ipse deputare aliquem, qui nomine Baronis exerceret, causâ in eius tribunali remanente: vt decisum testatur, Sanfelic. *dec. 63. num. 32. 33. & 34.*

Verum hanc quæstionem, vtrùm suspectus in cognoscendo, sit suspectus in delegando, bene determinat Gratian. *discept. for. cap. 809. num. 16.* vbi probat, Baronem suspectum in cognoscendo, non esse suspectum in delegando, quia suspicio personam sugillat, sed non tollit iurisdictionem: per text. *in cap. si quis contra, de for. compet.* & per alia iura & doctrinas per eum copiosè deductas.

Quod tamen intelligendum monet, vt locum habeat in Iudice ordinario, non autem in delegato, cuius iurisdictio quouis modo impedita seu suspensa per legitimam partis recusationem, facit vt post illam non possit subdelegare, *cap. iudex ab Apostolica, de off. deleg. in 6.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. num. 33. in princ.*

ADDITIO

Ad Caput secundum Partis secundæ de Præuentione.

CÆterum, quia post hæc typis mandata, dubitatum fuit in Auditorio Rotæ de veritate eorum, quæ *suprà num. 37.* dicta fuêre, nempe dubiam esse decisionem Sanfelicij 144. in qua decisum fuit, nullam esse confessionem furti quarundam ouium Baronis, factam per subditum coram Iudice per ipsum Baronem delegato, ex eo quod Baro nollam prorsus habet iurisdictionem in causa propria, itavt non sit necesse quod opponatur de illius incompetentia, cùm defectus iurisdictionis adsit ipso iure: ex notatis per Bart. *in l. qui iurisdictioni, num. 6. ff. de iurisd. omn. iud.* iunctis iis quæ tradunt Ias. *ibid. numero 7.* & Alex. *num. 3.* volentes hoc multo magis procedere in causis criminalibus: quod & voluit Cancer. *lib. 3. cap. 13. num. 197.*

Ideo pro confirmatione meæ sententiæ, & declaratione veritatis, quædam aduertenda sunt.

Primò, quòd in illa decisione Sanfelicij 144. non negatur, quin illa confessio furti facta coram Iudice delegato per Baronem, sit valida, saltem in vim confessionis extraiudicialis, propter quam Reus confessus possit, vel ad torturam poni in grauibus delictis, vel ad aliquam pœnam extraordinariam condemnari: vt per Euodem *in d. decis. num. 3. versic. Ex his sequitur.*

Secundò, quòd quando talis est consuetudo, vt Dominus etiam in criminalibus causis, in quibus de proprio interesse agitur, delegare possit, illa est valida & obseruanda, vt probaui *suprà num. 43.* Et clarè de causa criminali loquens determinat Brunus (cui innititur Cancer.) *in consil. 30. num. 3. versicul. Idem vbi est consuetudo*; talem autem consuetudinem vigere in hac patria, certissimum & notorium est.

Tertiò, supponendum est, magnam esse differentiam inter ipsum Baronem in causa propria ratione iniuriæ sibi illatæ iudicare volentem per se, & quando non ipse iudicat, sed eius Officiales ordinarij: licet enim non possit propriæ iniuriæ vindex esse, nec Iudex, ex notatis per Bart. & alios *in d. l. qui iurisdictioni, & in l. lex Cornelia, ff. de iniur.* Tamen per suos Officiales, & Iudices ordinarios bene potest ius dicere, vel iudicare; maximè si non allegetur suspectus. Magna siquidem est differentia, quòd quis sit Iudex in causa propria, & quod inter Baronem & subditum Iudex inferior Ordinarius ius dicat, aut iudicet & cognoscat: vt probat Brun. *d. cons. 30. num. vlt.* dicens hanc sententiam transiuisse in iudicatum: causa siquidem respiciens interesse Baronis, non ista pertinet ad eius Officialem, vt illius propria dici possit. Neque dici potest quòd Iudex Baronis Ordinarius fuerit datus ille quem Baro voluit; quia dum fuit deputatus Iudex, non poterat Baro diuinare vtrum talis subditos, talem sibi iniuriam esset illaturus; vt bene ratiocinatur Carleual. *de iudic. tom. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 1. num. 792. fol. 316. col. 2. versic. at in casu de quo agimus.* vbi loquitur tam de causis ciuilibus, quàm de criminalibus: tandémque concludit, *num. 797. versic. ego certè*: iudicium coram Officialis Baronis tractatum, esse validum, parte non opponente: quod nostram sententiam planè confirmat; adeo vt nullus superesse possit dubitandi locus: nam decisio illa Sanfelicij 244. loquitur de Iudice delegato per Baronem, non autem de ordinario, qui non ita facilè recusari potest: & hanc eandem differentiam inter Iudicem Ordinarium Baronis, & ab eo delegatum, bene agnouit Cranet. *consil. 232. numer. 7. versic. Tertiò respondeo.*

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudicem delegantem, & delegatum. Et ex quibus dicatur facta præuentio per Iudicem delegatum, ad exclusionem delegantis. Quid si delegatus post præuentionem ab ipso factam moriatur, vel fuerit reuocatus, siue delegatio de tota causa facta sit, siue de certo causæ articulo; veluti si sola sententiæ prolatio, non autem illius executio commissa fuerit, & quid in Rota Romana quoad hoc obseruetur. Denique quomodo circa hanc quæstionem different, delegatus ab ordinario Iudice, & subdelegatus à Iudice delegato. Et vtrùm præuentio Iudicis delegati impediat Executorem Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis delegatus subdelegans non abdicauerit à se iurisdictionem, tamen si subdelegatus præuenerit excluditur subdelegans in totum à cognitione causa. Secus si subdelegatus nondum causam præoccupasset.*

2 *Ampliatur hoc procedere etiamsi subdelegatio sine causa facta fuerit.*

3 *Iudex subdelegatus qui præuenit ante mortem subdelegantis, eo mortuo non amittit iurisdictionem.*

4 *Quando*

4 *Quando delegatus, mediante subdelegatione causam totam commisit quoad omnia, priuatur funditus iurisdictione in illa causa, nec potest illam sibi reassumere.* Quod ibidem *explicatur quomodo procedae.*

5 *Qui alteri partem iurisdictionis subdelegauit causam sibi reassumere potest, quia superior manet.*

6 *Text.in* l. indiciom soluitur § 8. ff. de iudic. *procedit non solum in iudice ordinario, sed etiam in delegato.*

7 *Subdelegatus dicitur praocupasse iurisdictionem per solum decretum factum de citando, ad effectum perpetuanda iurisdictionis.*

8 *In tribunali Rota Romana, ille Auditor, cui prius prasentata est commissio, dicitur prauenisse inter ipsos Dominos Auditores.*

9 *Index ordinarius, aut delegatus ad vniuersitatem causarum, potest quandocumque sibi reassumere causam alteri delegatam.*

Executor breuis Apostolici vtrum impediatur per prauentionem alterius iudicis delegati.

SI summus Pontifex causam alicui delegauerit, & hic alteri eandem causam subdelegauerit, si deinde pœnitentiâ ductus subdelegationem reuocare velit post præoccupatam à subdelegato iurisdictionem; quæsitum fuit, vtrum deleganti obstet exceptio per subdelegatum opposita ex causa præoccupatæ, seu
1 perpetuatæ eius iurisdictionis. † Vera resolutio est delegantem non abdicasse iurisdictionem à se per solam subdelegati deputationem. Si tamen, de causa subdelegatus cognoscere cœperit, & res non sit amplius integra, non potest subdelegans, causæ cognitionem assumere, sed illa spectat ad subdelegatum, adeo, vt si subdelegatus mortuus fuerit, iurisdictio non redeat ad subdelegantem, sed opus sit nouâ commissione summi Pontificis, vel alterius primi delegantis: Text. est expressus, *in cap. quamuis 6. de offic. iudic. deleg.* & *ibi,* Gloss. & Doctores *lib. 6.* Vincent. de Franch. *decis.* 255. Si autem causa nondum fuisset cœpta, & præoccupata per subdelegatum, tali casu subdelegans posset illam sibi reassumere, qoamuis totam causam subdelegasset, *d.*
2 *cap. quamuis.* † Quod procedit etiamsi subdelegatio, sine vllâ causâ facta fuissee: Ioan. Bapt. Costa, *de re*
3 *integr. distinct.* 55. *n.* 5. † Et si delegans moriatur, vel fuerit re non integra reuocatus, id est, quando subdelegatus iam incœpit vti suâ iurisdictione subdelegatâ, non ideo expirat potestas subdelegati, sed eo nonobstante prosequi potest suam commissionem, *c. si delegatus, de offic. deleg. in sexto.*

4 Quæ tamen non ita simpliciter intelligenda sunt, sed adhibenda est diuersorum casuum consideratio: quorum Primus est, quando constat, quod mediante subdelegatione Delegatus funditus à se abdicauit iurisdictionem contentiosam; vtporè quia causam in totum subdelegauit, nempè tam in cognoscendo, quàm in iudicando, seu sententiam proferendo, quam etiam in exequendo: & tunc si iudex subdelegatus cœpit cognoscere, & vti suâ iurisdictione, delegatus non potest amplius de illâ causâ se intromittere, quia iam suo officio functus est, & totam iurisdictionem transtulit in subdelegatum, & sic eam amisit. Secus est si subdelegatus iurisdictionem non præoccupassee, quia tunc potestas semper remaneret apud subdelegantem.

5 Secundus casus est, quando pars aliqua dumtaxat & non tota iurisdictio fuit demandata, veluti si delegatus Papæ, alicui commiserit causam vsque ad sententiæ prolationem inclusiuè, quæ executio sententiæ mixti est imperij, & tamen de iure Canon. potest alteri delegari, dummodo hoc expreisè in sententiâ dicatur: & hoc secundo casu quamuis subdelegatus cœpisset procedere, poterit subdelegans commissionem reuocare, quia adhuc superior manet, iuxta regulam dicti, *cap. si delegatus, 6. de offic. deleg. lib. 6. versic. vltimo.* Et ita succedit dispositio textus, *in l. Iudicium soluitur,* § 8. *ff. de Iudic.*
† Quæ non solum procedit in Iudice ordinario, sed 6
etiam procedit in istis terminis in iudice delegato. Gloss. *in cap. super quæstionum, §. si vero, in verb. si non possunt, de offic. deleg. in 6. & in dict. cap. quamuis, in verb. In totum, eod. tit.* & *ibi* Franch. *num.* 2. & Anchar. *in princip.* Et hanc distinctionem approbare videtur Castill. *lib. 2. controuers. cap. 29. numero* 3. Et clarè deducitur ex textu, *in dicto cap. quamuis, in verbo, in totum.* Et ibi, *cum iurisdictio (ex quo ea vsus non extitit,) non censeatur in eum efficaciter translata.* Et secundum hæc intelligenda sunt quæ subobscurè tradit Ioann. Bapt. Costa, *in tract. de re integr. dist.* 55. *num.* 8.

Dicitur autem iudex delegatus aut subdelegatus, 7
cœpisse vti sua iurisdictione, non solum per citationem executioni demandatam, sicut Iudices præuenire solent, sed etiam per solum decretum, seu mandatum de citando. Quia licet, dum Iudex aliquis vult præuenire contra alium Iudicem habentem æqualem iurisdictionem, requiratur citatio effectuata cum suis requisitis, de quibus nos tractauimus, *parte 1. huius tractatus, c. 9. num. 5. & seqq. & num.* 12. Tamen in casu de quo nunc agimus non agitur de præuentione, sed de perpetuatione iurisdictionis, inter quæ magnam esse differentiam probauimus, *eadem parte 1. cap. 1. num. 17. & seqq. in 9. conclusione.* Siquidem perpetuatio iurisdictionis in Iudice delegato, vel subdelegato fit per solam commissionē de citando, adeò vt statim per illum actum dicatur facta perpetuatio, & tali casu delegans non possit reuocare potestatem, subdelegato datam, si in totum facta fuerit subdelegatio, *vt supra diximus,* nec expiret iurisdictio illo casu per mortem delegantis, quia res non est integra, & talis esse desinit per perpetuationem, Rota *dec. 9. de dolo, & contumac. in antiq.* Et ita explicat eadem Rota *decis.* 289 *n.* 8. *& seqq. p. 6. Recentior.*

Dicit tamen, quod si inter Dominos Rotæ Ro- 8
manæ Auditores, dubium oriatur circa causarum præuentionem, (datis videlicet diuersis commissionibus) hoc obseruari solet, vt is præuenisse dicatur, cui prius præsentata est commissio, quamuis non processerit ad citationem, aut ad alios actus; secus si agatur inter vnum Auditorem, & alios iudices extra Rotam, de præuentione contendentes; tunc enim præfertur is, qui per citationem præuenit, non circumductam; sed debitæ executioni demandatam.

Cæterùm supradicta procedunt, quando agitur 9
de iudice per delegatum subdelegato. Si enim per iudicem aliquem ordinarium facta fuerit delegatio, aut per eum, cui causarum vniuersitas delegata fuit, qui ordinario iudici æquiparatur, talis delegatio potest quandocumque reuocari, siue res sit integra siue non, & siue causæ delegatio in totum, siue pro parte facta fuerit, Castrens. *in d. l. iudicium soluitur,* § 8. *ff. de iudic.* Conarr. *pract. quæst. cap. 9. num.* 1. & bene explicat Castrens. *ibid. num.* 3. quia delegans quando est iudex ordinarius, semper retinet iurisdictionem. Et in materia euocationis ille dicitur

supe

superior ad effectum euocandi causam qui superior est in eodem genere iurisdictionis. Dec. *in c. vt nostrum, num. 1. versic. & quod hic dicitur, de appell.* Bald. *in dict. leg. iudicium soluitur 58. ff. de iudic. n. 2. in prima lectura*, Angel. *ibidem n. 2.* per textum illum, ibi. *Maius imperium habet*, Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. de euocationib. in præfat. n. 37.* Lancell. *de attent. c. 10. n. 47.* Ratio vero diuersitatis inter delegatum ab Ordinario, & subdelegatum à Delegato, secundum Hostiensem hæc est, quia ordinarius magis naturalem & firmiorem habet iurisdictionem, illamque à lege animatâ vel inanimata concessam, & ideò facilius reuocat, & difficilius amittit: Delegatus vero ab homine, (etsi à Principe) tamen, tâquam à iudice, non tanquã à lege animata, commissus videtur, ideo difficilius reuocat & facilius amittit, *l. solent. §. 1. ff. de offic. procons.* Ita Hostiens. *in summa, tit. de offic. & potest. iud. deleg. §. quæ delegari possint, versic. sed nunquid potest reuocare.*

Sed dubitari potest, si lite pendente coram vno Iudice, Papa aliquem deputauerit pro executione Breuis Apostolici, vtrum iste delegatus possit Breue executioni demandare, in præiudicium litis præuentæ coram illo Iudice? In hac quæstione Veral. *decis. 151. part. 3.* resolnit, Breue obtentum de capienda possessione sine vitio spolij, non dare facultatem capiendi possessionem in præiudicium litis pendentis, & possessionem sic captam esse attentatoriam. Quod est verum si ageretur de Breui obtento lite pendente, si enim ante litem motam obtentum fuerit, & sic per præuentionem, executio postea facta retrotrahitur ad tempos concessi Breuis, & non est attentata: Rota *decis. 426. num. 17. & sequent. p. 5. recent.*

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis compromissis inter plures compromissarios, seu etiam respectu Iudicum ordinariorum, siue agatur de compromissis voluntariis, siue necessariis; siue compromissum ante litem contestatam, siue post factum fuerit. Quando licitum sit recedere à compromisso, & Iudicem ordinarium adire. Quæ sit in hac materia potestas arbitrorum ex necessitate Statuti electorum. Quæ sit vis interpellationis extraiudicialis ad effectum constituendi in mora pro incursu pœnæ in compromisso adiectæ. Et explicantur tradita in 1. *huius tractatus parte, cap. 32. num. 43. & 44.* circa vim denunciationis extraiudicialis. Tempus quando censeatur appositum causa limitandæ obligationis, vel tantum causa differendæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures arbitros à partibus electos non est locus præuentioni quoad se, quia omnes simul debent in causa procedere.*

a *Si arbitrorum electio facta fuerit per dictiones alternatiuas, locus est inter ipsos præuentioni.*

3 *Datur quoque præuentio inter arbitros si plures nominati fuerint, & vnus ipsorum in casum recusationis alterius.*

4 *Facto compromisso voluntario, pars vna potest adire iudicem ordinarium, non obstante præuentione arbitrorum.*

5 *Post causam præuentam coram arbitris voluntariis, potest quidem Iudex ordinarius adiri, sed tamen incurritur pœna in compromisso contenta.*

6 *Ex compromisso necessario, facto in vim statuti, oritur actio & exceptio.*

7 *Vtrum sit hoc casu differentia vtrum compromissum factum fuerit ante, vel post litis contestationem.*

8 *Quocumque tempore fiat compromissum necessarium, remouetur potestas iudicis ordinarij, &* num. 9. *vbi explicatur doctrina Bartoli & Castrens.* in l. qui fidem, ff. de transactionibus.

10 *Per accessum ad iudicem ordinarium, vtrum soluatur compromissum? Remissiuè.*

11 *Solutâ pœnâ in compromisso contentâ, licet ab illo recedere de iure ciuili, secus de iure Canonico, secundum quod non procedit dispositio*, Authenticæ Decernit. Cod. de recept. arbitr. numero 15.

12 *Arbitri ex necessitate Statuti electi, sunt instar Iudicum, & vocantur Arbitri iuris.*

13 *Vtrum tales arbitri, accedant magis ad ordinarios Iudices, quam ad delegatos.*

14 *Qando compromissum fuit iuramento firmatum, ex eo oritur actio & exceptio.*

16 *Idem si à partibus fuerit expressè homologatum, aut etiam tacitè per subscriptionem illarum.*

17 *Hodie, omnia fere compromissa actionem pariunt, & exceptionem, propter clausulas instrumentorum.*

18 *In compromissis ex quibus oritur actio, si quis etiam extraiudicialiter interpellatus non obseruet promissa, statim pœna incurritur.*

19 *Per interpellationem extraiudicialem interrumpitur præscriptio legalis, imò & in certis casibus conuentionalis, ad maiorem explicationem eorum quæ dicta sunt,* parte 1. cap. 32. num. 43. & 44.

Quando tempus censeatur appositum gratia differenda solutionis, vel limitanda obligationis.

DVæ sunt in hac quæstione diuersæ inspectiones, quarum prima respicit Arbitros plures inter se de præuentione contendentes. Secunda tractat de præuentione inter ipsos Arbitros cum Iudicibus ordinariis in controuersiam deducta.

Quod ad primam inspectionem attinet, si plures arbitri fuerint electi à partibus, veluti tres numero, non est inter ipsos locus præuentioni, quia omnes simul laudum ferre debent, ita tamen vt si duo consentiant, & tertius præsens fuerit, hoc sufficiat: alioquin absente tertio, licet duo consentiant, non valebit arbitrium, quia in plures fuit compromissum, & potuit præsentia huius tertij trahere alios in suam sententiam, *l. item si vnus 17. §. Celsus alias, l. si in tres 20. ff. de recept. arbitr.* † Sed si per Alternatiuam factum fuerit compromissum, veluti si arbitrio Titij aut Seij, partes stare promiserint, compromissum valet, & datur inter eos præuentio, vt scilicet ille procedere debeat ad definitionem causæ is quem partes præcisè consenserint, seu quem prius adire 1 a

volue

voluerint, & eligere voluerint, *l. item si vnus 17. §.sed si ita sit,ff.de recep.arbitr.* & *ibid.*Odofred.*in §.*
3 *idem Pomponius.*† Idem si dicatur, *Compromittimus in Titium.& si Titius non acceptauerit compromittimus in Seium*, tale compromissum valet, & is præuenisse censetur quem partes elegerint: quia hoc casu electio Alternatiuæ ad ipsas partes pertinet Bald.*in d.§. si ita.* Argum.text.*in l.si duas 6.ff.de excusat.tutor.*

4 Secunda inspectio compromissarios respicit cum iudicibus ordinariis de præuentione contendentes, vtrum videlicet si præuentio facta fuerit per Arbitros, seu compromissarios, licitum sit partibus in præiudicium huiusmodi præuentionis ad iudices ordinarios recurrere,& eandem causam coram Arbitris cœptam in iudicium ordinarium deducere & commutare. Hac in re duo casus distinguendi sunt.

Primus est,quando factum fuit simplex compromissum voluntarium,& hoc casu regulariter loquendo potest actor causam, de qua compromissum est, deducere coram iudice ordinario, *l.si quis rem. 30.ff. de recep.arbitr.* neque erit locus exceptioni præuentionis; quia ex tali compromisso nulla oritur exce-
5 ptio. † Sed tamen hoc casu locus erit petitioni pœnæ in compromisso conuentæ, aduersus contrauenientem, *l.1.ff.de recept.qui arbitr.recept.* Zanger.*de exceptionib.p.2.c.3.n.13.*

6 Secundus casus est,quando agitur de compromisso necessario, quod ex statuti dispositione partes celebrare coguntur inter affines, vel consanguineos, & tunc quia vigore statuti, laudum, illius compromissi virtute prolatum, habet efficaciam, & potest mandari executioni, sicut sententia,cui æquiparatur,tam agendo quam excipiendo. Datur enim actio & executio aduersus condemnatum in tali laudo,& ei qui absolutus est competit exceptio rei iudicatæ: propterea qui conuenitur coram Ordinario,illæ excipere potest se non teneri comparere propter pendentiam compromissi:Castrens.latè *in leg.pecuniam, n.2.ff.si certum petat.*

7 Et quamuis idem Castrens. *in eodem loco,* ductus authoritate Bart. *in leg.qui fidem,ff. de transactionib.* dicat quod si compromissum factum fuerit ante litem contestatam,illud soluitur per litis contestationem posteà coram iudice factam. Si vero factũ fuerit post litis contestationem,non soluitur compromissum nisi post latam sententiam. Intelligẽdo de simplici compromisso, & in casibus in quibus per statutum non datur laudo,vis & efficacia rei iudicatæ.
8 † Nam in casibus in quibus laudum habet priuilegium & vim rei iudicatæ, corruit omnis processura facta coram Ordinario post introductam litem coram Arbitris, aut alio in præiudicium compromissi (idque siue ante, siue post litem contestatam factum fuerit compromissum) & dicitur facta attentatoriè.
9 † Tamen distinctio ista nihil facit ad casum nostrum, quia nec Paul.de Castr.*in d. l.pecuniam*, nec Bart.*in dicta l.qui fidem.* loquuntur de lite contestata corã Arbitris,sed de litis contestatione facta dumtaxat coram iudicibus ordinariis, vt etiam aduertit Lancellot.*de attentat.p.2. c.15. de attentat.pendente*
10 *comprom.n.111.*† Et prædictam distinctionem inter compromissum voluntarium, & necessarium,sequitur Blanc. *in tract.de compromiss. in septima,q principali,n.10.* Vbi tractat quæstionem illam, vtrum per
11 accessum ad iudicem,soluatur compromissum. † Et ratio præmissorum petitur ex eo,quod solutâ pœnâ sub quâ cõpromissum factum fuit,licitum est à compromisso recedere, *Auth.decernit.C.de recept arbitr.*
12 † Quæ tamen regula dictæ Authenticæ,locum non habet, quando agitur de compromisso inducto per statutum,partes ad illius celebrationem adstringens; Nam huius generis Compromissarij, sunt ad instar Iudicum. Tusch. *littera A,concl.453.num.11.*& vocantur Arbitri iuris,& sunt veri Iudices,vt per Mantant. *in specul. distinct.14. num.3.* Verall. *decis.166. num.3.p.1.* Blanc. *de commiss. quæst.6.num.1.& seqq.*
Vbi *num. 4.* † latè disputat an isti referendi potius 13
sint ad Iudices ordinarios, quam ad delegatus? tandémque existimat *in versic. Ego in tanta difficultate,* illos potius accedere ad Iudices ordinarios,quam delegatos. Quamuis illos potius accedere ad delegatos existimet Camill. Borell. *in summa omn. dec.p.1. cap.63.num.40.*

Similiter dispositio text. *in d. Auth.decernit,C.de* 14
recept.arbitr. non habet locum quando compromissum iuramento firmatum est,quia vigore iuramenti, ex eo oritur actio & exceptio, *l.ne in arbitris,4.C.de*
recept.arbitr.† Eadémque ratione dispositio eiusdem 15
Authent. non obseruatur secundum sanctiones Iuris Canonici; vt post Gutierr. tradit. Barbos. *in dicta Authent.* Et generaliter in omnibus casibus, in quibus datur à iure laudo priuilegium, seu virtus
producendi actionem & exceptionem,de quibus,*in* 16
l.cum antea, C.eod.tit.† Veluti si laudum fuerit à partibus homologatum expressè, aut etiam tacitè per subscriptionem: in his enim omnibus casib. in quibus laudum actionem & exceptionem producit, præuentio facta per compromissum annullat omnes processuras postea coram iudicibus ordinariis factas, Felin.*in cap. ex tenore,n.19. de rescript. in fine.* Lancell.*de attentat.p.2.c.15.n.174.& n.171.* qui per totum illud caput quæstionem istam benè exami-
nat.† Vnde infertur,quod cum hodie omnia prope- 17
modum compromissa,soleant iuramento & promissione stipularâ roborari,non licet à compromisso etiam solutâ pœnâ recedere, sed causa coram Arbitris cœpta,coram ipsis terminari debet. Quia aduertendum est,quod totus titulus *de Arbitris*,qui loquitur de pœnâ inferendâ in compromisso,& quod Arbiter non cogatur sententiam dare si pœna non sit apposita, intelligendus est de compromisso inter partes inito nudo pacto. Si enim stipulatio interuenerit, compromissum est validum, quamuis in eo nulla pœna adiecta fuerit,& arbiter sententiam ferre cogendus erit: *l.diem proferre 27.§.finali,de recept. arbitr.* Vbi dicitur,quod quando quis simpliciter promisit stare sententiæ Arbitri, datur actio incerti aduersus illum qui sententiæ parere recusat.

Et hoc casu non est expectanda litis contestatio ad 18
hoc, vt pœna committatur, sed statim vbi quis congruis loco & tempore per interpellationem iudicialem, vel extraiudicialem fuit in morâ constitutus, nascitur actio,Barb. *in l.ita stipulatus 115.n.25.ff.de verb. oblig.* De cuius interpellationis extraiudicialis viribus aliquid diximus,*p.1.huius tractat.c.32.n.43.*
& 44. & sequentib. † Vbi etiam ostendimus per de- 19
nunciationem extraiudicialem,non interrumpi præscriptionem legalem,vel conuentionalem. Quod in legali præscriptione procedit indistinctè. Sed dum de conuentionali præscriptione tractatur, verum est, & locum habet quando agitur de tempore illo, quod appositum est gratiâ differendæ solutionis dumtaxat, non autem gratia limitandæ obligationis. Si enim tempus conuentionale appositum esset, ad limitandam obligationem; itavt tempore conuento elapso omnis expiret obligatio, tunc sufficit sola denunciatio, seu interpellatio extraiudicialis ad interrumpendum illius temporis cursum, vt benè explicat, Tiraq. *de retract. conuent. §.4. gloss.6. n.37.* Qui eodem loco exponit ex quibus tempus

adiectum dicatur ad limitandam obligationem, ac vero ad differendam solutionem. Sed hoc melius explicat Gratian. *discept. forens. cap.* 107. *num.* 15. vbi dicit quod licet regulariter tempus non censeatur appositum gratia limitandæ obligationis, *l. si mandato Titij, §. penult. ff. mandat.* Bartol. *in l. cum qui ita* 55. *§. qui ita ff. de verb. oblig.* tamen quando ex parte eius, cui facta est promissio, aliquid debet adimpleri, tunc illo non adimplente intra tempus, finitur obligatio ad illud tempus limitata: & dat exemplum in eo qui tenetur reuendere intra certum: tempus, cui si non fiat oblatio pretij intra tempus præfixum expirat obligatio reuendendi. Idem repetit *c.* 307. *n.* 28. & 29. Plura de hac materia tradit Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 14. *c.* 40. *n.* 45. Gabriel. *conf.* 65. *vol.* 2. Et regula generalis est, vt tempus censeatur adiectum gratia limitandæ obligationis, quando adiectum est fauore creditoris: vt vltra præcitatos probat Tiraq. *de retr. conuent. §.* 1. *gloss.* 2. *n.* 43.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

De Præuentione causarum inter Auditorem Cameræ, & Collaterales Curiæ Capitolinæ Vrbis, necnon respectu Executorum in litteris Apostolicis deputatorum, aliorúmque Iudicum in cognitione obligationum Cameralium cum eo concurrentium. Et quibus in casibus eius iurisdictio sit cumulatiua, vel priuatiua. Quomodo concipiendum sit memoriale Sanctissimi ad effectum præiudicandi præuentioni alterius Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ est Iudex omnium obligationum Cameralium priuatiuè, quoad alios iudices.*
2 *Rota procedit ad executionem obligationis Cameralis, si in eius commissione adsit clausula,* Cum facultatibus Auditoris Cameræ.
3 *Auditor Cameræ, procedit in omnibus causis in quibus laxatum fuit mandatum executiuum, etiam in alijs tribunalibus.*
4 *Item procedit executiuè vigore litterarum Apostolicarum, quamuis executio ipsi demandata non fuerit per litteras.*
5 *Quando in commissione alicui datâ, non fuit facta mentio obligationis Cameralis, Auditor Cameræ habet iurisdictionem priuatiuam, & potest causam ad libitum sibi reassumere.*
6 *Quæ sint Auditoris Cameræ facultates. Remissiuè.*
7 *Senator Vrbis Romæ quam habeat authoritatem, & quam eius Locum-tenentes.*
8 *Quando obligatio facta est in foro Capitolino, Auditor Cameræ non habet cognitionem priuatiuam, ideo locus est præuentioni.*
9 *Quando Auditor Cameræ, causas ab aliis iudicibus euocat, & sibi reassumit, hoc non facit ex ordinariâ potestate, sed dumtaxat vigore suarum facultatum.*
10 *Auditor Cameræ non potest euocare & sibi reassumere causas, in foro Capitolino præuentas.*
11 *Quando iudex non sibi reassumit causam virtute ordinariâ, debet præcedere cognitio causæ.*
12 *Per memoriale Sanctissimi, non aufertur causa à iudice qui præuenit, nisi in eo adsit specialis clausula euocationis.*

PENDENTE quadam causa coram secundo Collaterali in Curiâ Capitolinâ Vrbis, ad quam Auditor Cameræ causam remiserat, per moderationem suæ inhibitionis: Prætendebat Auditor Cameræ, in vim cuiusdam memorialis, Sanctiss. D. N. P. in causâ procedere, excluso iudice illo collaterali qui causâ præuenerat. Dubitatum fuit vtrum hæc Collateralis præuentio obstaret Auditori Cameræ, stante memoriali prædicto. Et decisum, fuit præuentionem factam in tribunali Iudicis Capitolini, præualere debere, ad exclusionem tribunalis Auditoris Cameræ, & processus in hoc tribunali factas, nullas & inualidas esse declarandas. 1

Supponendum est, Auditoris Cameræ in Vrbe facultates esse amplissimas. Est enim omnium obligationum Cameralium executor, priuatiuè quoad omnes alios Iudices. Rota apud Zachiam, *decis.* 56. *num.* 9. quæ est coram Penia, *in Romana Palatij Campiflore* 16. *Decembris* 1588. Et hoc habetur expressè in facultatibus ipsius, vt dicitur apud eundem Zach. *dec.* 75. *n.* 1. † Si tamen commissio data in Rota contineat clausulam, *cum facultatibus Auditoris Cameræ*, poterit etiam Rota procedere ad executionem talis obligationis, vt in *dec.* 1. *num.* 20. coram Coccin. post tract. Zach. *de oblig. Camer.* † Et non solum procedit Auditor Cameræ ad executionem omnium obligationum Cameralium, sed etiam omnium aliarum, in quibus, etiam absque obligatione Camerali executiuè procedi partes consenserunt, suscipiendo mandatum executiuum, & quarum vigore datur executio ob relaxationem mandatorum factam in aliis tribunalibus, Burat. *dec.* 537. *n.* 5. *in fine.* † Immo etiam, ex suis facultatibus procedit cumulatiuè, ad executionem litterarum Apostolicarum, quamuis ipse non sit deputatus illarum executor in dictis litteris, vt per Addeot. ad Burat. *dec.* 909. *n.* 6. † Et quod plus est, quando causa committitur contra aliquem, qui est obligatus in forma Cameræ, potest nihilominus in eâ procedere vigore suarum facultatum, nisi tamen in commissione facta esset mentio obligationis Cameralis, hoc enim casu, ligatæ essent manus ipsius per huiusmodi commissionem. Rota coram Manzanedo apud Zach. *decis.* 87. *num.* 2. & *sequentib.* Sed si in illâ commissione, nulla facta sit mentio obligationis Cameralis, ipse Auditor Cameræ remanet Iudex priuatiuè, & vti talis, causam non obstante præuentione sibi reassumere potest, Marchesan. *de commiss. appell. ab oblig. Camer. part.* 1. *§.* 1. *num.* 12. *pag.* 695. cum declarationibus per eum adductis quas hic non repetimus. † Verum quia hæc omnia dependent ex facultatibus ipsi per summum Pontificem concessis, vel concedendis, ideo ad eas in omnibus, & ad stylum Curiæ Romanæ dum opus fuerit, recurrendum erit. Hæc pauca pro quæstionis & materiæ nostræ declaratione, atti gisse sufficiat. Reliqua videri poterunt apud Vestr. *in praxi lib.* 2. *cap.* 4. 2 3 4 5 6

Secundo, notandum est, quod in Vrbe adest magistratus, qui Senator Vrbis nuncupatur, seu Prætor Vrbanus, qui in clioo Capitolino residet, & Romanis ciuibus ordinaria authoritate ius dicit: & hic, tres habet substitutos, quorum duo, qui priuatis præsunt iudiciis, Collaterales vocantur, tertius est Latruncularor, vt notat Vestr. *in praxi lib.* 1. *c.* 15. *n.* 1. & 2. 7

Tertio supponendum est, quod quando obligatio 8
facta

facta fuit in foro isto Capitolino, Iudex Cameræ, non est Iudex priuatiue, sed locus est præuentioni inter forum ipsius & forum Capitolinum, vt not. Marchesan. *De commiss. dicta pag. 693. num. 16. sub tit. de oblig. Camer.*

9 His sic constitutis, proposita superius resolutio, probatur, quia licet regulariter Auditori Cameræ facultas competat, causas Camerales, seu executiuas priuatiuè iudicandi, & reassumendi ab aliis Iudicib. hoc tamen non facit ex propria authoritate, sed ex tributâ sibi per summum Pontificem potestate, vt

10 dicit Marchesan. *loco citato, num. 17.* † Et propterea cum ista facultas causas ab aliis tribunalibus præuentas reassumendi, non habeat locum in foro Capitolino, in quo priuatiua Auditoris Cameræ iurisdictio cessat, & locus est iurisdictioni præuentiuæ, seu cumulatiuæ, sequitur processuras per Auditorem Cameræ, eiusve locumtenentes factas,

11 esse nullas. † Non enim poterat causam sibi reassumere, seu verius euocare: & in omnem euentum hoc fieri non poterat, nisi præcedente causæ cognitione, per *l. vbi cœptum, ff. de Iudic.* & notata per Felin. *in cap. ex tenore, num. 19. de rescript. in versic. Extra dictas causas.*

12 Neque obstat memoriale Sanctissimi, quia in eo nullum erat speciale decretum quod haberet vim euocationis causæ, aut specialis commissionis datæ Auditori Cameræ, sed simpliciter illi directum erat, & consequenter continebat purum rescriptum iuris, & secundum leges interpretandum, ex Menoch. *lib. 2. præsumpt. 10. num. 7. & 8.* Vnde cum de iure causa in præiudicium tribunalis præuenientis nempè Capitolini, non posset per Auditorem Cameræ nisi præuiâ causæ cognitione legitimè euocari, immo in casibus in quibus locus non est præuentioni, nullum super illo memoriali fieri potuisset fundamentum, benè decisum fuit, causam coram Collaterali qui præuenerat, esse tractandam, *in Romana pecuniaria, coram Pirouano die 5. Maij 1610.* de qua Marchesan. *loco citato.* Et inseritur *post consil.* Farinacij, *decis. 287.*

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

De Vices-gerente Auditoris Cameræ in partibus citramontanis, authoritate Apostolica constituto, quam iurisdictionem habeat aduersus Iudices, (seu vocant) Relatores mercatorum iuxta formam statuti Aueniorensis deputatos, quibus datur facultas procedendi in causis mercantilibus nonobstante quâcunque præuentione alterius Iudicis. Vtrum Vices-gerens possit illis facere inhibitiones de procedendo in causâ coram ipso præuentâ, cum sit deputatus ad Vniuersitatem causarum, & Iudex ordinarius exemptorum. Quid obseruare debeat in decernendis inhibitionibus, & excommunicatione contra turbantes eius iurisdictionem, & plura de authoritate ipsius Vices-gerentis.

Sanlegerij de Præuent. Iudic. Pars II.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest non subditum excommunicare, extra territorium sua iurisdictionis.*
2 *Statutum mandans procedi, non obstante quacunque præuentione, debet obseruari, sed vide inferius.*
3 *Contumax non opponit de præuentione.*
4 *Si reus non fuerit contumax, potest iudex pro suo interesse, ex officio tueri suam præuentionem.*
5 *Vices-gerens procedere potest authoritate Apostolicâ contra quoscunque suam iurisdictionem turbare volentes, quâcunque fulgeant dignitate.*
6 *Vices-gerens Aueniensis non habet iurisdictionem territorio limitatam, sed illam exercere potest contra quascunque personas de mundo.*
7 *Vices-gerens à Papa deputatus maiorem habet potestatem quam deputatus ab inferiore.*
8 *Statutum Aueniensense mandans per certos iudices procedi non obstante quacumque præuentione, non afficit iudices Ecclesiasticos, nec per consequens Vices-gerentem Auditoris Cameræ.*
9 *Vices-gerens Auditoris Cameræ, in his partibus citramontanis constitutus, accedit potius ad Iudicem ordinarium, quam ad delegatum.*
10 *Vices-gerens Aueniensensis, est deputatus ad causarum vniuersitatem.*
11 *Iurisdictio Vices-gerentis Aueniensensis ante Concordata extendebatur per Galliam, etiam vsque ad ciuitatem Parisiensem. Cum sit iudex ordinarius exemptorum, & omnium obligationum Camerálium, & monitoria in forma malefactorum decernat, & num. 12.*
13 *Iudex Ecclesiasticus antequam decernat inhibitiones aduersus iudicem laicum sub prætextu causæ per ipsum præuentæ debet causæ cognitionem adhibere.*
14 *Si tamen iudex Ecclesiasticus hac in re procedat ex officio, non tenetur in decernendâ huiusmodi inhibitione citare partem.*
15 *Iudex sæcularis, aduersus quem iudex Ecclesiasticus decernit inhibitiones de ipsum turbando, in causâ cuius cognitio ad ipsum spectat, non debet in decernendâ inhibitione citari.*
16 *Si Iudici Ecclesiastico saltem summariè non constet de fundamento inhibitionum, quæ fiunt Iudici laico, potest ab eius inhibitionibus vti non canonicè laxatis appellari.*
17 *Iudex sæcularis, incurrit periculum excommunicationis si ad vlteriora procedat in causâ post inhibitionem iudicis Ecclesiastici.*
18 *Si Iudex sæcularis sciat causam esse præuentam in tribunali Iudicis Ecclesiastici, debet absque aliquâ inhibitione supersedere.*

Vices-gerens Aueniensensis coram quo lis pendebat, concessit inhibitiones aduersus quosdam Iudices, (quos alij vocant Relatores) mercatorum, ne ipsum turbarent in cognitione dictæ causæ, in eius tribunali præuentæ, idque etiam sub pœnâ excommunicationis. Quæsitum fuit, vtrum huiusmodi inhibitio de iure sustineri posset, & vtrum comminatio, & forsan declaratio excommunicationis esset valida, & sortiri deberet effectum. 1

Dubium faciebat, quia Iudices isti, seu Relatores inhibiti, erant extra territorium excommunicantis, & per consequens, non subditi: ergo Iudices isti mercatorum non tenebantur istis inhibitionibus obtemperare: quia Iudici extra territorium præcipienti, impunè non paretur, *l. extra territorium, ff. de*

aliud obstet Canonicum impedimentum, matrimonium remanet validum: *cap. 2. de matrim. contract. contra interd. Eccles.* Lancell. *de attent. p. 2. c. 4. limit. 17. & c. 20. limit. 18.* Quod fusiùs explicat, & distinguit Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 2. n. 9. & sequent.* qui dum casus occurret adeundus erit, cum hoc sit extra materiam nostram.

Porro supradicta intelligenda sunt de Prælatis inferioribus, qui iurisdictionem non acquisiuerunt per præscriptionem: Cum iurisdictio, præscriptione quæsita, censeatur priuatiuè quoad Episcopum, & sic non sit hoc casu locus alicui præuentioni, ex notatis *lib. 1. quæst. mearum beneficial. c. 60. num. 14.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. n. 14.*

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

De controuersiis ratione præuentionis inter duos aut plures Condominos, seu Barones, communem in eodem loco, vel castro iurisdictionem habentes; siue inter eos facta sit diuisio iurisdictionis per tempora, siue per quarteria, siue per personas hominum illius loci, & quis ex istis variis diuidendæ iurisdictionis modis oriatur effectus, circa causarum præuentionem. Quid si vnus Baro delinquat intra limites iurisdictionis alterius. Et vtrum si agatur de proprio Baronis interesse, aut eius Officialium, aut Consanguineorum, possit peti remissio causæ præuentæ, siue partes consenserint in iurisdictionem, siue non consenserint. Et quid si agatur de iuribus, aut rebus notoriis & consuetis, aut pœna sit certa. Et Baro suspectus vtrum saltem possit iudicem non suspectum delegare. Vtrùm etiam suspectus in iudicando, sit suspectus in delegando. Et alia multa ad hanc materiam resoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio non est attendenda inter plures Condominos inter quos iurisdictio diuisa est per tempora.*

2 *Feuda maiora sunt indiuisibilia de iure, non tamen ex consuetudine.*

3 *Iurisdictio ordinaria, quoad habitum est indiuidua, & inter plures cuilibet in solidum competit.*

4 *Pluribus in solidum delegatis, iurisdictio illis competit indiuidua, sed exercitium, diuiduum.*

5 *Iurisdictionis diuisio fieri potest per tempora.*

6 *Item iurisdictio diuidi potest per diuisionem territoriorum.*

7 *Diuisio iurisdictionis per personas subditorum fieri potest, potius ex consuetudine, quam de iure.*

8 *Subditis quoad iurisdictionẽ in personas diuisis, vni tantum condominorum fidelitas præstanda est, sed omnibus seruitium cum moderatione debetur.*

9 *Aqua diuisio, fit per tempora, quando omnibus non posset altoquin sufficere.*

10 *Diuisâ iurisdictione, vnus ex Condominis non potest vti præuentione aduersus alium.*

11 *Processus est nullus, si diuisâ iurisdictione, vnus se immisceat in iurisdictione alterius, perinde ac si essent iurisdictiones omnino distinctæ.*

12 *Vnus ex Condominis, pendente tempore iurisdictionis alterius nihil potest, circa actus iurisdictionales, quamuis millies præuenisset.*

13 *Officiales vnius Condomini, continuant processum per alios inchoatum, si diuisa sit per tempora iurisdictio.*

14 *Iudice mortuo, successor processum continuare debet, in statu in quo reperitur. Idem eo remoto, vel aliter finito officio illius.*

15 *Decretâ per antecessorem missione in possessionem, successor iudicis, absque nouo decreto, illam debet executioni demandare.*

16 *Intellige quando decretum factum fuit cum causæ cognitione, alias opus est nouo decreto.*

17 *Iudex requisitus non debet recusare executionem literarum, mortuo requirente.*

18 *Mortuo iudice mandante, nuncius potest illius litteras, seu cartellos mandare executioni.*

19 *Diuisâ per tempora iurisdictione, finito tempore vnius, finitur omnino eius iurisdictio donec tempus ipsius redeat.*

20 *Iudicis subrogati iudicium, dicitur continuatio, non nouum iudicium.*

21 *Si vnus ex condominis iurisdictionalibus deliquerit in parte alterius, alter condominus habet ius praueniendi aduersus supremam Curiam. Immo præuentio suprema Curia non obstat illi quin possit petere causæ remissionem.*

22 *Officialis maioris Curiæ, delinquens in terra Baronis, in non concernentibus Officium, potest ab officialibus Baronis puniri, cessante statuto contrario.*

23 *Baro aut alius officialis delinquens, consideratur tanquam priuatus.*

24 *Iurisdictio data in feudum, competit priuatiuè.*

25 *Rectorem Comitatus Venaissini esse iudicem vassallorum, quomodo intelligatur, & quando hoc verum sit.*

26 *Domini iurisdictionales dum de proprio ipsorum interesse agitur, non possunt præuenire causas.*

27 *Idem dicendum est, dum agitur de interesse suorum officialium.*

28 *Præuentio tamen, hoc casu firmatur, per partium comparitionem.*

29 *Iudex in causâ propriâ, de consensu partium iudicare potest.*

30 *Iudex non potest allegari suspectus, dum in eius iurisdictionem consensum fuit, nisi ex noua causa.*

31 *Qui iudicauit in prima instantia, potest de consensu partium iudicare in causa appellationis.*

32 *Episcopus potest esse iudex in causa suæ mensæ, nec potest suspectus allegari in illa causa.*

33 *Contrarium communiter receptum est, nempe quod possit suspectus allegari.*

34 *In causâ in qua agitur de proprio interesse, Episcopus iudex esse potest, nisi allegetur suspectus.*

35 *Confessio de furto animalium Baronis, coram eius officiariis iudicialiter facta, non valet, nisi tanquam extraiudicialis.*

36 *Confessio facta coram Notario, qui in causâ scribere non potest, est nulla, valet tamen tanquam extraiudicialis.*

37 *Decisio 144. Sanfelicij in dubium reuocatur.*

38 *Barones cognoscere possunt in propriâ causâ quando agitur de re liquida & notoria.*

39 *Domini terrarum habentes iurisdictionẽ cognoscunt*

super solutione suorum redituum in quorum notoria quasi possessione reperiuntur.

40 *Item dum agitur de seruitijs qua ipsis solent prastari.*

41 *In noteriis, index non potest allegari suspectus, cum sit tunc potius iuris executor quam index.*

42 *Quatuer requisita proponuntur, ad hoc vt Barones in propriis causis possint procedere.*

43 *Barones possunt in propria causa iudicare, quando talis est consuetudo, & ex quibus de cà constare dicatur.*

44 *Vnus ex condominis, potest praeuenire causam motam super iniuriâ alteri condomino facta.*

45 *Domini iurisdictionales, causâ per eos prauentâ, si suspecti dignoseantur, non priuantur illius cognitione, sed possunt iudicem non suspectum deputare.*

46 *Limitatur quando essent suspecti ob grauem inimicitiam.*

47 *Si agatur de interesse pecuniario Domini, vel de consanguineis ipsius, suspicio fugillat personam Domini, sed non eius iurisdictionem.*

48 *Superior tamen potest de alio prouidere ex causa qui nomine Baronis iurisdictionem exerceat.*

Vtrum suspectus in cognoscendo sit suspectus in delegando.

GENDVM est in hoc capite de præuentione Baronum seu feudarariotum, qui inuestiti sunt de mero & mixto imperio, & omnimodâ iuiisdictione, tam ipsorum inter se, quam quoad alios. Nomen autem Baronia hic accipimus in ampla significatione iuxta ea quæ nos ostendimus, *lib. 2. quast. ciuil. cap. 34. numero 6. vol. 1.*

1 Prima igitur sit conclusio. Quando inter plures eiusdem loci Cõdominos iurisdictionales, reperitur diuisa iurisdictio per tempora, veluti quod vnus hoc anno iurisdictionem per suos officiales exerceat, alius vero anno sequenti, & sic alternis annis, quilibet potest suo tempore dẽ causis pendentibus cognoscere, quamuis alius condominus præuenerit, & vicissim finito tempore vnius, ille qui durante tempore alterius præuentus fuerit, potest causam assumere in statu in quo reperitur, sic alternis annis continuando, donec causa fuerit terminata.

2 Pro huius conclusionis probatione & intelligentiâ, quædam supponenda sunt. Et primo quod licet regulariter feuda sint indiuisibilia cum distinctione per nos allata, *lib. quast. ciuil. cap. 34. num. 9. vol. 1.* nempe, vt hoc procedat in feudis regalibus, & in feudatariis maioribus qui dicuntur Capitanei regni, & in suis insignibus deferunt coronas, non autem in feudis & Baroniis non regalibus, quæ sine difficultate recipiunt diuisionem; imò & regalia de generali consuetudine diuisionem patiuntur, vt *ibidem* diximus *num. 11.*

3 Quamuis etiam iurisdictio ex se sit indiuidua, cum illa quæ iure ordinario pluribus in solidum data est, cuilibet ipsorum in habitu, & exercitio competat, vt supra ostendimus, per Gloss. *in d. l. Pomponius 36. alias, l. si vni. in verbo, Proferre, ff. de re iudic.* & *ibi*, Bartol. *num. 1.* Alexand. *num. 14.* Ias. *n. 4. vers. In ea glossa, ibi.* Alexand. *consil. 93. n. 1. lib. 7.* Purpurat. *consil. 548. num. 60. vers. Tertio.* 4 † Delegata vero licet competat pluribus in solidum habitu, non tamen exercitio, nisi vnus præuenerit: tunc enim vt supra diximus exercitium ad ipsum solum spectat, Gloss. *in d. l. si vni.* Bartol. *ibidem n. 7.* Ias. *num. 10.* Bald. *in l. falsus, 19. n. 16. C. de furt.*

5 Tamen iurisdictio, quoad illius vsum & exercitium est diuisibilis, Ricc. *collectan. 254.* Monach. *de recta feud. interpret. cap. 57. parte 9. num. 4.* Surd. *consil. 227. num. 12. & 25.* Et quotidie diuisionem illius ratione exercitij fieri videmus, quod contingere potest pluribus modis.

Primo, diuidendo per tempora exercitium iurisdictionis, veluti alternis annis, ita quod vnus ex condominis administret vno anno per suos officiales, & alter alio, prout obseruatur in pluribus locis, veluti in ciuitate Caualicensi, vbi Illustriss. D. Episcopus condominus, vno anno per suos officiales exercet iurisdictionem in temporalibus, & summus Pontifex tanquam Comes Comitatus Venaissini, & condominus etiam eiusdem ciuitatis, pro indiuiso cum Episcopo, alio anno per suos officiales exercet iurisdictionem temporalem. 6 † Secundo diuidendo territorium in duas vel plures partes iuxta numerum condominorum, ita vt quilibet cognoscat de personis & rebus in sua parte territorij, seu in suo quarterio existentibus. 7 † Tertio diuidendo personas subditorum, ita vt sciatur, quinam sint homines talis domini, & quinam alterius. Et hic modus diuidendi potius fundatus est in consuetudine, quam in iure, vt dicit Iacob. de Ardixónib. *in vsib. feudor. cap. 131. circa finem, versic. Domini tamen.* vbi dicit quod de iure, Domini non possunt diuidere vassallos, argum. *l. vltime, ff de iurepatron. & l. quadam mulier. ff. famil. ercisc.* Consuetudo tamen obtinet in contrarium, maximè cum diuidunt vassalli ipsum feudum, & tunc non fit diuisio pro hæreditaria portione, sed pro virili, *l. vt iurisiurandi, §. vltim. ff. de operis libert.* 8 † Sed tamen cum vassallus plures Dominos habere non compellatur, vna tãtum fidelitas est præstanda, seruitium tamen omnibus, nõ cum grauitate, sed cum moderatione faciendum est, *cap. imperialem, §. praterea Ducatus. De prohib. feudi alienat. per Frideric.* Hæc omnia tradit prædictus Anthor. 9 † Quartus diuidendæ iurisdictionis modus est, quando plura loca pluribus Dominis supposita sunt, & cuilibet ex Dominis sua loca separatim adiudicantur, Socin. sen. *consil. 67. num. 45. lib. 1.* Inter omnes autem modos conuenientior ille videtur qui fit per temporum diuisionem. 10 † Ad instar concessionis aquæ, quam fieri pluribus posse nemo negat, etiamsi aqua omnibus sufficere non possit ex se, dummodo sufficiat omnibus per diuisionem temporum, & per interualla, Caualer. *decis. 7. num. 3.* Suid. *consil. 830. num. 15.* Dixi *in meis quastionib. ciuil. lib. cap. 48. num. 15.* & bene in terminis iurisdictionis, Crauet. *consil. 318. n. 1.* Morquec. *de diuis. bonor. lib. 1. cap. 5. per tot.* vbi etiam dicit, quod sine diuisione iurisdictionis fieri potest, vt constituantur de communi consensu Dominorum, Officiales, qui omnium nomine exerceant iurisdictionẽ, diuidendo emolumenta pro rata parte quemlibet ex Condominis tangente.

11 Factâ igitur iurisdictionis diuisione, seu per loca, seu per tempora, seu per personas subditorum, nulla inter eos datur præuentio. Si enim per loca vel personas, vnus non debet se immiscere circa iurisdictionem alterius, perinde enim est ac si diuersæ essent iurisdictiones, Bartol. *consil. 189. num. 10. lib. 1.* Et dicit Bald. *in l. 1. num. 10. ff. de offic. consul.* Quod si iurisdictio inter plures est distincta, processus qui per vnum fit in parte alterius est ipso iure nullus. Quia quando ciuitas diuiditur per partes & quarteria, perinde est ac si diuersæ essent & separatæ ciuitates, Francisc. Aretin. *cons. 79. numero 1. in fine.* Brun. *consil. 142. versicul. Nam quando in loco deputantur.*

12 Si vero per tempora fiat diuisio iurisdictionis,
idem dicendum est, scilicet quod vnus non potest
vlla ratione se intromittere, tempore iurisdictionis
per alium exercendæ, quamuis millies præuenisset:
13 Surd. *consil.* 57. *num.* 8. † Et sicut processus inchoari,
per vnum iudicem qui remotus fuit, vel cuius officium
finitur, continuari possunt per successorem in
officio, cum sit eadem iurisdictio; ita & per officiales
Domini alternis annis, seu temporibus exercen-
41 tis: Surd. *ibid. num.* 11. † Simile est quod dicitur de
Iudice mortuo *in l. mortuo* 60. *ff. de iudic.* Vbi mortuo
iudice, quod eum iudicare oportuerat, idem,
15 eum qui subditus est, iudicare oportet. † Vnde colligit
Vincent. de Franch. *decis.* 405. *num.* 4. missionem
in possessionem per Iudicem decretam, non indigere,
mutato iudice, nouâ causæ cognitione, sed
eius successorem, illam executioni mandare debere.
Quod verum esse existimat. Muscatel. *in praxi lib.* 2.
16 *parte* 3. *in gloss. seruata, num.* 67. *&* 68. † Mihi tamen
arridet distinctio Vicentij de Franch. vt supradicta
procedant, in iis quæ per Iudicem mutatum, cum
causæ cognitione demandata sunt, quia hoc casu
non est opus nouo successoris decreto; secus est in
mandatis, seu litteris executoriis, quas nos Cartellos
vocamus, sine causæ cognitione concessis: In
his enim existimo, requiri nouum cartellum, seu
litteras, quas nos *Repetentes* vocamus, per successorem
in officio, seu de illius mandato expediendas,
mortuo iudice, vel mutato: Vincent. de Franch. *dict.*
17 *decis.* 405. † Vnde & Iudex requisitus, quantumuis
mortuo iudice requirente, vel ab Officio remoto, si
literæ requisitoriæ ab eo fuerint solemniter expe-
ditæ, non debet illarum executionem recusare Co-
18 uarr. *practic. quæst. cap.* 11. *num.* 1. † Et Apparitor
seu Cursor vel nuncius Curiæ, potest litteras exe-
qui, etiam iudice mortuo, vel remoto: Couarr. *ibid.*
num. 2. Gratian. *discept. forens.* 783. *num.* 19. & bene
comprobat Salgad. *de Reg. protect. parte* 4. *c.* 6. *n.* 66.
& seqq.

19 Supradicta autem quæ de iurisdictione diuisâ
dicta sunt, optimè comprobantur ex traditis per
Surd. *dicto consil.* 57. vbi dicit distinguendum esse.
Si enim agatur de duobus iudicibus qui eodem
tempore habent æqualem & cumulatiuam iurisdictionem,
tunc processus coram iudice præueniente
cœptus, non potest ab alio perfici. Si vero agatur de
iudice, cuius officium & administratio, post litem
coram eo cœptam expirauit, hoc casu secundus iudex
causam coram primo cœptam continuare &
perficere potest; quia nullum infertur primo præiudicium,
cuius iurisdictio, & per consequens cognitio
finita est, vel in totum si agatur de eo cuius finitum
est officium, vel ad tempus si agatur de iurisdictione
diuisa per tempora. Vnde dicunt DD. quod
l. vbi cœptum, ff. de iudic. non procedit in successore
officij seu iurisdictionis, qui causam cognoscit, in
statu & terminis in quibus ipsa reperitur, cum sit
20 vnum, idémque tribunal. † Non enim potest dici
nouum iudicium, quando alius Iudex in locum primi
iudicis, per successionem subrogatur, *l. proponebatur,*
& *ibi* Gloss. *in verb. permanere, ff. de Iudic.* Bart.
in l. cum apud, n. 5. *ff. iudicat. solui.*

21 Secunda conclusio. Si vnus vassallus, seu Baro,
aut feudatarius, habens merum & mixtum imperium,
cum omnimodâ iurisdictione, deliquerit intra
terminos, seu limites iurisdictionis alterius Baronis
seu feudatarij, & talis Dominus in cuius iurisdictione
delictum commissum fuit, præuenerit &
causam præoccupauerit, non potest ab eo causa illa
per superiorem Curiam auferri. Immo quamuis
superior Curia præuenisset, potest iste Baro, in cuius
territorio delictum commissum fuit, petere huius
causæ remissionem ad suos Officiales. Probatur
ista conclusio. Quia Barones & feudatarij, habentes
omnimodam iurisdictionem, sunt iudices ordinarij,
& ideo nemo ab eorum iurisdictione est exemptus,
nisi fuerit super hoc specialiter priuilegiatus; præsertim
quando fundamentum iurisdictionis, consistit
in punitione delinquentium. † Adeo vt de iure 22
communi, & remoto statuto in contrarium, si in
terra Baronis, Officialis maioris iudicis delinquat
in non concernentibus suum officium, puniri possit
ab officiariis Baronis: Capell. Tholos. *decis.* 433.
Boër. *decis.* 9. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 38. & latiùs
quæst. 35. *num.* 10. Apud nos tamen debet in hoc attendi
statutum Comitatus Venaissini de quo nos
egimus *part.* 1. *huius tractat. cap.* 11. *num.* 26, *versic.*
Quarto. † Siquidem Baro delinquens non conside- 23
ratur tanquam Baro, sed tanquam priuatus: Rota *decis.*
3. *de foro compet. in antiquis.* Baiard. *dict. q.* 38. *n.* 8.
Atque ita decisum fuisse testatur Merlin. *lib.* 1. *controu.*
c. 69. & post eum Sanfelic. *decis.* 65. † Cum igi- 24
tur Baro sit iudex ordinarius, & iurisdictio illi concessa
fuerit in feudum; sequitur, illam Baroni competere
priuatiuè, & per consequens non esse locum
præuentioni, vt ostendimus suprà in *prima parte huius
tract. cap.* 11. *num.* 11.

Non obstat si dicatur, apud nos Dominum Re- 25
ctorem Comitatus Venaissini, esse verum iudicem
ordinarium Dominorum Baronum seu Vassallorum.
Quia hoc debet intelligi quando agitur de causa
feudali, & quæ per leges & consuetudines feudales
est decidenda, vt diximus *parte* 1. *cap.* 14. *num.* 6. Nos
autem hic non agimus de feudo, sed de delicto extra
causam feudalem commisso.

Tertia conclusio, Domini iurisdictionales non 26
possunt prætendere præuentionem, quoad causas
coram Officiariis suis inchoatas, si de ipsorum particulari
interesse tractetur. Hæc conclusio est Bruni
consil. 118. *in princ. & cons.* 146. *per totum vol.* 5. Canc.
lib. 3. *var. resol. c.* 13. *n.* 187. Gomes. *l.* 40. *Tauri, n.* 10.
in fine, Capiblanc. *de iure Baron. pragmat.* 16. *n.* 56.
† Vbi hoc ampliant, vt neque possint isti Barones 27
cognoscere de causis suorum Officialium, tanquam
ab ipsis dependentium, & illis subordinatorum, &
ideo dicunt, hoc casu adeundum esse iudicem alium
ordinarium, *cap.* 1. & *ibi* DD. *de controuers. feud. apud
pares termin.* Cancer. *dicto cap.* 13. *num.* 187. *parte* 3.
& num. sequent.

Si tamen vltra simplicem causæ præuentionem 28
mediante citatione factam, interuenissent aliqui
actus positiui, per quos præstitos fuisset consensus
in illorum iurisdictionem, tunc non posset amplius
eorum tribunal declinari, & præuentio per comparitionem
sine protestatione factam, esset firmata.
† Cum de consensu partium, possit quis esse Iudex 29
in causa propria: Deci. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict.
omn. Iudic. num.* 4. Ias. *ibid. num.* 16. dicens ita
communiter teneri Zaz. *ibid. n.* 17. Surd. *consil.* 465.
n. 9. Iacob. Laurent. *in tract. de Iud. suspect. c.* 5. *n.* 30.
in fine. Sanfelic. *dec.* 63. *num.* 2. † Non enim potest 30
ille suspectus allegari, in cuius iurisdictionem consensus
fuit præstitus, per factam coram eo comparitionem,
nisi probatis causis de nouo post actus approbatiuos
iurisdictionis aduenientibus, Caualer.
dec. 178. *n.* 2. Gratian. *discept. forens.* 100. *n.* 31. *& seqq.*
Rota *dec.* 7. *n.* 6. *p.* 7. *recentior.*

A simili, videmus, quod ille qui fuit iudex in pri- 31
ma instantia, potest esse iudex in causa appellationis,
parte non opponente, adeo vt sufficiat tacitus
consen

32 consensus: Gratian. *discept. forens. c. 4. num. 21.* † Eâ-
dem ratione, potest Episcopus causam iudicare, quæ
non respicit eius personam, & interesse, sed dumta-
xat iura suæ Ecclesiæ, adeo vt suspectus allegari non
possit, si credimus Riccio *in decis. Curiæ Archiepisc.*
Neapol. decis. 144. *parte* 1. Sanfelic. *decis.* 63. *num.* 3.
33 † Quamuis Episcopum in causa suæ Ecclesiæ, su-
spectum allegari posse teneant Iacob. Laurent. *de iu-
dic. suspect. cap.* 5. *num.* 30. Surd. *consil.* 50. *num.* 18. &
21. *versic. Tertio.* Alexand. *consil.* 79. *num.* 2. & *ibi* Ad-
dit. *in verbo. Iudex.* Viuius *opinione* 866. *num.* 1. & 2.
vbi dicit hanc esse communem sententiam, Trenta-
cinq. *lib.* 3. *var. resolut. in tit. de Iudic. resol.* 5. *num.* 7.
versic. Secundo. Rota *decis.* 165. *num.* 15. *parte* 6. *Re-
centior.* Et hæc posterior sententia omnino tenen-
34 da est. † Sed tamen etiam in casibus in quibus agi-
tur de proprio interesse ipsius Episcopi, potest iu-
dicare, nisi à partibus suspectus allegetur: Iacob.
Laurent. *in dicto tract. de iudic. suspect. cap.* 5. *nume-
ro* 37. & tradunt communiter DD. *in cap. cum ve-
nissent, de iudic.*
35 Et ex prædictis dubia videtur decisio *Sanfel.* 344.
dum vult confessionem furti quorundam anima-
lium Baronis factam coram Iudice per eundem Ba-
ronem delegato, vti factam coram Iudice incom-
petenti, adeo nullam esse, vt non valeat nisi tan-
quam confessio extraiudicialis, & ideo confitens
non sit puniendus per alium Iudicem competen-
tem, coram quo causa terminari debet, pœna ordina-
36 ria delicti, sed alia mitiori & extraordinaria. † Qui-
bus addo à simili, quod confessio facta coram No-
tario, qui scribere non poterat in causa, licet sit nul-
la vt dixi *parte* 1. *c.* 2. *n.* 5. Huiusmodi tamen con-
fessio valet in vim confessionis extraiudicialis, Scac.
de commerc. & cambiis, §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit.* 7. *n.* 13. post
M. Anton. Bauer. *in tract. de mora p.* 1. *sub n.* 51. ibi,
subde tamen vnum: & sub num. 55. *versic. cogitandum
tamen.*
37 Dubia inquam videtur illa *decis.* 244. Sanfelic.
quia supposito quod reus ille confitens delictum,
comparuerit, & iurisdictionem prorogauerit coram
officiariis Baronis, seu coram Iudice per eum dele-
gato, & delictum sine alia protestatione de non con-
sentiendo in iurisdictionem, confessus fuerit, talis
Iudex factus fuisset ex incompetenti competens, vt
mox dicebamus. Ergo valida hoc casu erit illa con-
fessio, coram Iudice, alias incompetenti, tamen per
approbationem partis prorogato, facta. Sed forsan
in casu dictæ decisionis, constabat reum noluisse
consentire in iurisdictionem iudicis illius per Baro-
nem deputati.
38 Quarta conclusio. Barones possunt vti præuen-
tione, cognoscendo etiam de propriis causis in
nonnullis casibus. Primo quando agitur de re noto-
ria & liquida, iuxta doctrinam Bald. *in repet. l.* 1. *C.
vnde vi.* Quam sequitur Vrsill. ad Afflict. *decis.* 265.
n. 35. Boër. *decis.* 55. Francisc. Marc. *decis.* 100. *part.* 2.
39 † Veluti in executione pro exactione redituum, in
quorum pacifica, quieta & notoria possessione repe-
40 riuntur, † vel pro seruitiis quæ ipsis præstari sine vl-
la dubitatione consueuerunt, & aliis similibus, Brun.
consil. 144. & 145. Boër. *decis.* 55. Mastrill. *de magi-
41 stratib. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 32. † Et in istis notoriis,
nunquam Iudex quisquis ille sit, potest allegari sus-
pectus, Roland. *consil.* 48. *num.* 6. *vol.* 5. Tunc enim
Iudex non dicitur de causa cognoscere, cum sit hoc
casu simplex iuris executor, Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 39.
num. 1. vbi ponit formam procedendi contra delin-
quentem, qui Iudicem pro tribunali sedentem of-
fendit. Hoc modo. Præcipio tibi vt non recedas,
donec solueris quinquaginta ad quæ te condemno,
quia talem iniuriam mihi intulisti, in contemptum
meæ iurisdictionis. Monter. *decis.* 14. *n.* 35. Farinac.
quæst. 17. *num.* 45.
Sed hoc casu quatuor concurrere oportet. Primo 42
quod factum sit notorium. Secundo, quod pœna sit
certa, & determinata, & non dependeat ab arbitrio,
quia Iudex arbitrando posset excedere modum, Ro-
land. *consil.* 48. *n.* 16. *vol.* 2. Quamuis contrarium,
etiam in pœnis arbitrariis elici videatur ex traditis
per Gaill. *dicta obseruat.* 39. *lib.* 1. Tertio, quod illud
notorium, sit facti permanentis. Sed hoc requisi-
tum coincidit cum primo, & illius explicationem
respicit. Quarto quod pœna non veniat applican-
da ipsi Domino: ita tradit Trentacinq. *lib.* 2. *tit. de Iu-
dic. resol.* 5. *n.* 6. Sed hoc quartum apud me dubita-
tionem habet. Quia si factum sit notorium, & pœ-
na sit certa, non video in quo Dominus possit exce-
dere, nisi forsan in modo exequendi, quod non vi-
detur considerabile ad impediendum, quo minus
ipse in notoriis procedere possit.
Secundo potest Dominus in causa propria iudi- 43
care quando talis est consuetudo. Quæ quidem le-
gitimè dicitur probata, quando producuntur pluri-
mi processus in Curiâ Baronis, in causis, proprium
eius interesse concernentibus, fabricati: ita conclu-
dit Natt. *consil.* 294. & post eum Surd. *cons.* 365.
num. 7. & *seqq.* Et licet ego aliàs contrarium con-
suluerim in quadam causa Maxanensi ex doctrina
Zasij, *parte* 11. *n.* 13. & *seqq.* vbi multis comprobat,
nullam fieri debere differentiam inter Dominum co-
gnoscentem, & causæ cognitionem alteri delegan-
tem: cùm probabile sit illum delegaturum Iudicem
sibi confidentem, & alteri parti suspectum. Veritas
tamen est in contrarium, vt scilicet talis consuetu-
do sit valida. Quod etiam confirmat Tusch. *littera I,
concl.* 403. *n.* 29. & 30. Auendan. *de exequend. Man-
dat. parte* 1. *c.* 11. *n.* 5. Gratian. *discept. forens. c.* 4. *n.* 29.
Trentacinq. *lib.* 1. *de Iudic. resol.* 5. *n.* 11. & 12.
Tertio, si eiusdem Castri plures sint Condomini, 44
& causa iniuriæ personalis factæ vni ex ipsis Con-
dominis, fuerit præuenta coram Officiariis eiusdem
loci, non poterit peti remissio eiusdem ad aliud tri-
bunal; quia officiales vnius ex Condominis cogno-
scere poterant de iniuria personali, alteri Condomi-
no facta, Natt. *cons.* 87. *num.* 5. Brun. *cons.* 31. *num.* 1.
Amed. à Ponte, *in tract. Quis sit Iudex in causa feud.
num.* 9. Cancer. *lib.* 2. *resol. cap.* 5. *n.* 80. Merlin. *lib.* 1.
controu. cap. 69. *num.* 24.
Quinta conclusio. Causa coram officiariis Do- 45
minorum iurisdictionalium præuenta, non debet
sub prætextu quod de illorum interesse agatur, ab il-
lorum Curiâ auferri, sed in eâ tractari debet, quan-
do Domini deputârunt Iudicem non suspectum,
qui de eâ cognoscat, dummodo talis Iudex delega-
tus seu deputatus, non sit subditus ipsius Baro-
nis delegantis: ita concludit Cancer. *lib.* 3. *variar.
resolut. cap.* 13. *num.* 189. sequitur Capyc. Latro. *de-
cis.* 90. *num.* 16. 27. Vbi copiosè disserit quid agen-
dum sit, quando grauis inimicitia Baronis allegatur.
† Ego sanè præmissa procedere existimo, quando 46
agitur de simplici interesse Domini. Sed si ageretur
de graui inimicitia, vel de iniuria ipsi personaliter
illata, tunc non videtur rationi congruens, vt ipse
qui grauem concepit inimicitiam, Iudicem ab eo
dependentem pro suo interesse deputare possit,
cum ipse sit pars in hoc iudicio, & eo ipso quod
Iudex deputatur ad partis nominationem, reddatur
suspectus, *l. obseruare, ff. de Iud.* † Quod non eodem 47
modo procedit quando agitur de aliquo interesse

pecuniario, ipsius Domini, vel de interesse alicuius ex consanguineis, aut affinibus eiusdem, tunc enim quamuis suspicio figillet personam Domini, non tamen eius iurisdictionem, *l. Prator.* & *ibi* Castrens. & alij, *ff. de iurisd. omni. Iudic.* † Si tamen talis esset
48 inimicitia, quæ apud Superiorem, magnam odij præsumptionem produceret, posset Superior ipse deputare aliquem, qui nomine Baronis exerceret, causâ in eius tribunali remanente: vt decisum testatur, Sanfelic. *dec.* 63. *num.* 32. 33. *&* 34.

Verum hanc quæstionem, vtrùm suspectus in cognoscendo, sit suspectus in delegando, bene determinat Gratian. *discept. for. cap.* 809. *num.* 16. vbi probat, Baronem suspectum in cognoscendo, non esse suspectum in delegando, quia suspicio personam sugillat, sed non tollit iurisdictionem: per text. *in. cap. si quis contra, de for. compet.* & per alia iura & doctrinas per eum copiosè deductas.

Quod tamen intelligendum monet, vt locum habeat in Iudice ordinario, non autem in delegato, cuius iurisdictio quouis modo impedita seu suspensa per legitimam partis recusationem, facit vt post illam non possit subdelegare, *cap. iudex ab Apostolica, de off. deleg. in* 6. Vaot. *de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. num.* 33. *in princ.*

ADDITIO

Ad Caput secundum Partis secundæ de Præuentione.

CÆterum, quia post hæc typis mandata, dubitatum fuit in Auditorio Rotæ de veritate eorum, quæ *suprà num.* 37. dicta fuêre, nempe dubiam esse decisionem Sanfelicij 244. in qua decisum fuit, nullam esse confessionem furti quarundam ouium Baronis, factam per subditum coram Iudice per ipsum Baronem delegato, ex eo quod Baro nullam prorsus habet iurisdictionem in causa propria, itavt non sit necesse quod opponatur de illius incompetentia, cùm defectus Iurisdictionis adsit ipso iure: ex notatis per Bart. *in l. qui iurisdictioni, num.* 6. *ff. de iurisd. omn. iud.* iunctis iis quæ traduut Ias. *ibid. numero* 7. & Alex. *num.* 3. volentes hoc multo magis procedere in causis criminalibus: quod & voluit Cancer. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 197.

Ideo pro confirmatione meæ sententiæ, & declaratione veritatis, quædam aduertenda sunt.

Primò, quòd in illa decisione Sanfelicij 244. non negatur, quin illa confessio furti facta coram Iudice delegato per Baronem, sit valida, saltem in vim confessionis extraiudicialis, propter quam Reus confessus possit, vel ad torturam poni in grauibus delictis, vel ad aliquam pœnam extraordinariam condemnari: vt per Eundem *in d. decis. num.* 3. *versic. Ex his sequitur.*

Secundò, quòd quando talis est consuetudo, vt Dominus etiam in criminalibus causis, in quibus de proprio interesse agitur, delegare possit, illa est valida & obseruanda, vt probaui *suprà num.* 43. Et clarè de causa criminali loquens determinat Brunus (cui innititur Cancer.) *in consil.* 30. *num.* 3. *versicul. Idem vbi est consuetudo*; talem autem consuetudinem vigere in hac patria, certissimum & notorium est.

Tertiò, supponendum est, magnam esse differentiam inter ipsum Baronem in causa propria ratione iniuriæ sibi illatæ iudicare volentem per se, & quando non ipse iudicat, sed eius Officiales ordinarij: licet enim non possit propriæ iniuriæ vindex esse, nec Iudex, ex notatis per Bart. & alios *in d. l. qui iurisdictioni, & in l. lex Cornelia, ff. de iniur.* Tamen per suos Officiales, & Iudices ordinarios bene potest ius dicere, vel iudicare; maximè si non allegetur suspectus. Magna siquidem est differentia, quòd quis sit Iudex in causa propria, & quod inter Baronem & subditum Iudex inferior Ordinarius ius dicat, aut iudicet & cognoscat: vt probat Brun. *d. cons.* 30. *num. vlt.* dicens hanc sententiam transiuisse in iudicatum: causa siquidem respiciens interesse Baronis, non ita pertinet ad eius Officialem, vt illius propria dici possit. Neque dici potest quòd Iudex Baronis Ordinarius fuerit datus ille quem Baro voluit; quia dum fuit deputatus Iudex, non poterat Baro diuinare vtrum talis subditus, talem sibi iniuriam esset illaturus; vt bene ratiocinatur Carleual. *de iudic. tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 1. *num.* 792. *fol.* 326. *col.* 2. *versic. at in casu de quo agimus.* vbi loquitur tam de causis ciuilibus, quàm de criminalibus: tandémque concludit, *num.* 797. *versic. ego certè* iudicium coram Officialis Baronis tractatum, esse validum, parte non opponente: quod nostram sententiam planè confirmat; adeo vt nullus superesse possit dubitandi locus: nam decisio illa Sanfelicij 244. loquitur de Iudice delegato per Baronem, non autem de ordinario, qui non ita facilè recusari potest: & hanc eandem differentiam inter Iudicem Ordinarium Baronis, & ab eo delegatum, bene agnouit Crauet. *consil.* 232. *numer.* 7. *versic. Tertiò respondeo.*

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudicem delegantem, & delegatum. Et ex quibus dicatur facta præuentio per Iudicem delegatum, ad exclusionem delegantis. Quid si delegatus post præuentionem ab ipso factam moriatur, vel fuerit reuocatus, siue delegatio de tota causa facta sit, siue de certo causæ articulo; veluti si sola sententiæ prolatio, non autem illius executio commissa fuerit, & quid in Rota Romana quoad hoc obseruetur. Denique quomodo circa hanc quæstionem differant, delegatus ab ordinario Iudice, & subdelegatus à Iudice delegato. Et vtrùm præuentio Iudicis delegati impediat Executorem Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis delegatus subdelegans non abdicauerit à se iurisdictionem, tamen si subdelegatus præuenerit excluditur subdelegans in totum à cognitione causa. Secus si subdelegatus nondum causam praeoccupasset.*

2 *Ampliatur hoc procedere etiamsi subdelegatio sine causa facta fuerit.*

3 *Iudex subdelegatus qui præuenit ante mortem subdelegantis, eo mortuo non amittit iurisdictionem.*

4 Quando

4 *Quando delegatus, mediante subdelegatione causam totam commisit quoad omnia, priuatur funditus iurisdictione in illa causa, nec potest illam sibi reassumere. Quod ibidem explicatur quomodo procedat.*

5 *Qui alteri partem iurisdictionis subdelegauit causam sibi reassumere potest, quia superior manet.*

6 *Text. in* l. iudicium soluitur 58. ff. de iudic. *procedit non solum in iudice ordinario, sed etiam in delegato.*

7 *Subdelegatus dicitur praeoccupasse iurisdictionem per solum decretum factum de citando, ad effectum perpetuanda iurisdictionis.*

8 *In tribunali Rota Romana, ille Auditor, cui prius praesentata est commissio, dicitur praeuenisse inter ipsos Dominos Auditores.*

9 *Iudex ordinarius, aut delegatus ad vniuersitatem causarum, potest quandocumque sibi reassumere causam alteri delegatam.*

Executor breuis Apostolici vtrum impediatur per praeuentionem alterius iudicis delegati.

SI summus Pontifex causam alicui delegauerit, & hic alteri eandem causam subdelegauerit, si deinde poeniteotiâ ductos subdelegationem reuocare velit post praeoccupatam à subdelegato iurisdictionem; quaesitum fuit, vtrum deleganti obstet exceptio per subdelegatum opposita ex causa praeoccupatae, seu
1 perpetuatae eius iurisdictionis. † Vera resolutio est delegantem non abdicasse iurisdictionem à se per solam subdelegati deputationem. Si tamen, de causa subdelegatus cognoscere coeperit, & res non sit amplius integra, non potest subdelegans, causae cognitionem assumere, sed illa spectat ad subdelegatum, adeo, vt si subdelegatus mortuus fuerit, iurisdictio non redeat ad subdelegantem, sed opus sit nouâ commissione summi Pontificis, vel alterius primi delegantis: Text. est expressus, *in cap. quamuis 6. de offic. iudic. deleg. & ibi,* Gloss. & Doctores *lib. 6.* Vincent. de Franch. *decis.* 455. Si autem causa nondum fuisset coepta, & praeoccupata per subdelegatum, tali casu subdelegans posset illam sibi reassumere, quamuis totam causam subdelegasset, *d.*
2 *cap. quamuis.* † Quod procedit etiamsi subdelegatio, fine vllâ causâ facta fuisset: Ioan. Bapt. Costa, *de re*
3 *integr. distinct.* 55. *n.* 5. † Et si delegans moriatur, vel fuerit re non integra reuocatus, id est, quando subdelegatus iam incoepit vti suâ iurisdictione subdelegatâ, non ideo expirat potestas subdelegati, sed eo nonobstante prosequi potest suam commissionem, *c. si delegatus, de offic. deleg. in sexto.*

4 Quae tamen non ita simpliciter intelligenda sunt, sed adhibenda est diuersorum casuum consideratio: quorum Primus est, quando constat, quod mediante subdelegatione Delegatus funditus à se abdicauit iurisdictionem conteotiosam; vtpotè qui causam in totum subdelegauit, nempè tam in cognoscendo, quàm in iudicando, seu sententiam proferendo, quam etiam in exequendo: & tunc si iudex subdelegatus coepit cognoscere, & vti suâ iurisdictione, delegatus non potest amplius de illâ causâ se intromittere, quia iam suo officio functus est, & totam iurisdictionem transtulit in subdelegatum, & sic eam amisit. Secus est si subdelegatus iurisdictionem non praeoccupasset, quia tunc potestas semper remaneret apud subdelegantem.

5 Secundus casus est, quando pars aliqua dumtaxat & non tota iurisdictio fuit demandata, veluti si delegatus Papae, alicui commiserit causam vsque ad sententiae prolationem inclusiuè, quae executio sententiae mixti est imperij, & tamen de iure Canon. potest alteri delegari, dummodo hoc expressè in sententiâ dicatur: & hoc secundo casu quamuis subdelegatus coepisset procedere, poterit subdelegans commissionem reuocare, quia adhuc superior manet, iuxta regulam dicti, *cap. si delegatus, 6. de offic. deleg. lib. 6. versic. vltimo.* Et ita succedit dispositio textus, *in l. Iudicium soluitur,* 58. *ff. de Iudic.*
† Quae non solum procedit in Iudice ordinario, sed 6
etiam procedit in istis terminis in iudice delegato, Gloss. *in cap. super quaestionum, §. si vere, in verb. si non possunt, de offic. deleg. in 6. & in dict. cap. quamuis, in verb. In totum, eod. tit.* & *ibi* Franch. *num.* 1. & Anchar. *in princip.* Et hanc distinctionem approbare videtur Castill. *lib.* 1. *controuers. cap.* 29. *numero* 3. Et clarè deducitur ex textu, *in dicto cap. quamuis, in verbo, in totum.* Et ibi, *cum iurisdictio (ex quo ea vsus non extitit,) non censeatur in eum efficaciter translata.* Et secundum haec intelligenda sunt quae subobscurè tradit Ioann. Bapt. Costa, *in tract. de re integr. dist.* 55. *num.* 8.

Dicatur autem iudex delegatus sui subdelegatus, 7
coepisse vti sua iurisdictione, non solum per citationem executioni demandatam, sicut Iudices praeuenire solent, sed etiam per solum decretum, seu mandatum de citando. Quia licet, dum Iudex aliquis vult praeuenire contra alium Iudicem habentem aequalem iurisdictionem, requiratur citatio effectuata cum suis requisitis, de quibus nos tractauimus, *parte* 1. *huius tractatus, c.* 9. *num.* 5. *& seqq. & num.* 22. Tamen in casu de quo nunc agimus non agitur de praeuentione, sed de perpetuatione iurisdictionis, inter quae magnam esse differentiam probauimus, *eadem parte* 1. *cap.* 1. *num.* 17. *& seqq. in* 9. *conclusione.* Siquidem perpetuatio iurisdictionis in Iudice delegato, vel subdelegato fit per solam commissionem de citando, adeò vt statim per illum actum dicatur facta perpetuatio, & tali casu delegans non possit reuocare potestatem, subdelegato datam, si in totum facta fuerit subdelegatio, *vt suprà diximus,* nec expiret iurisdictio illo casu per mortem delegantis, quia res non est integra, & talis esse desinit per perpetuationem, Rota *dec.* 9. *de dolo, & contumac. in antiq.* Et ita explicat eadem Rota *decis.* 189. *n.* 8. *& seqq. p.* 6. *Recentior.*

Dicit tamen, quod si inter Dominos Rotae Ro- 8
manae Auditores, dubium oriatur circa causarum praeuentionem, (datis videlicet diuersis commissionibus) hoc obseruari solet, vt is praeuenisse dicatur, cui prius praesentata est commissio, quamuis non processerit ad citationem, aut ad alios actus; secus si agatur inter vnum Auditorem, & alios iudices extra Rotam, de praeuentione contendentes; tunc enim praefertur is, qui per citationem praeuenit, non circumductam; sed debitae executioni demandatam.

Caeterùm supradicta procedunt, quando agitur 9
de iudice per delegatum subdelegato. Si enim per iudicem aliquem ordinarium facta fuerit delegatio, aut per eum, cui causarum vniuersitas delegata fuit, qui ordinario iudici aequiparatur, talis delegatio potest quandocumque reuocari, siue res sit integra siue non, & siue causae delegatio in totum, siue pro parte facta fuerit, Castrens. *in d. l. iudicium soluitur,* 58. *ff. de iudic.* Couarr. *pract. quaest. cap.* 9. *num.* 1. & bene explicat Castrens. *ibid. num.* 3. quia delegans quando est iudex ordinarius, semper retinet iurisdictionem. Et in materia euocationis ille dicitur

superior ad effectum euocandi causam qui superior est in eodem genere iurisdictionis. Dec. *in c. vt nostrum.num.* 1.*versic.& quod hic dicitur, de appell.* Bald. *in dict.leg.iudicium solutur* 58.*ff.de iudic. n.* 2.*in prima lectura*, Angel. *ibidem n.*2. per textum illum, ibi. *Maius imperium habet*, Rebuff. *in constit.Reg.tom.*1. *de euocationib.in præfat.n.*37. Lancell.*de attent. c.*10. *n.* 47. Ratio vero diuersitatis inter delegatum ab Ordinario, & subdelegatum à Delegato, secundum Hostiensem hæc est, quia ordinarius magis naturalem & firmiorem habet iurisdictionem, illámque à lege animatá velinanimata concessam,& ideò facilius reuocat, & difficilius amittit: Delegatus vero ab homine,(etsi à Principe)tamen,itaquam à iudice, non tanquá à lege animata,commissus videtur,ideo difficilius reuocat & facilios amittit, *l.solent.§.*1.*ff. de offic.procons.* Ita Hostiens. *in summa,tit. de offic.& potest.iud.deleg.§.qua delegari possint, versic.sed nunquid potest reuocare.*

Sed dubitari potest, si lite pendente coram vno Iudice, Papa aliquem deputauerit pro executione Breuis Apostolici, vtrum iste delegatus possit Breue executioni demandare, in præiudicium litis præcentæ coram illo Iudice? In hac quæstione Veral. *decis.*151.*part.* 3. resoluit, Breue obreotum de capienda possessiooe sine vitio spolij, non dare facultatem capiendi possessionem in præiudicium litis pendentis,&possessionem sic captam esse attentatoriam. Quod est verum si ageretur de Breui obtento lite pendente, si enim ante litem motam obtentum fuerit,& sic per præuentionem, executio postea facta retrotrahitur ad tempus coocessi Breuis, & non est attentata: Rota *decis.*426.*num.*17.*& sequent.p.*5. *recent.*

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis compromissis inter plures compromissarios, seu etiam respectu Iudicum ordinariorum,siue agatur de compromissis voluntariis,siue necessariis;siue compromissum ante litem contestatam,siue post factum fuerit. Quando licitum sit recedere à compromisso,& Iudicem ordinarium adire. Quæ sit in hac materia potestas arbitrorum ex necessitate Statuti electorum. Quæ sit vis interpellationis extraiudicialis ad effectum constituendi in mora pro incursu pœnæ in compromisso adiectæ. Et explicantur tradita in 1. *huius tractatus parte, cap.*32. *num.* 43. *&* 44. circa vim denunciationis extraiudicialis. Tempus quando censeatur appositum causa limitandæ obligationis, vel tantum causa differendæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures arbitros à partibus electos non est locus præuentioni quoad se, quia omnes simul debent in causa procedere.*

2 *Si arbitrorum electio facta fuerit per dictiones alternatiuas,locus est inter ipsos præuentioni.*

3 *Datur quoque præuentio inter arbitros si plures nominati fuerint, & vnus ipsorum in casum recusationis alterius.*

4 *Facto compromisso voluntario,pars vna potest adire iudicem ordinarium,non obstante præuentione arbitrorum.*

5 *Post causam præuentam coram arbitris voluntariis, potest quidem Iudex ordinarius adiri, sed tamen incurritur pœna in compromisso contenta.*

6 *Ex compromisso necessario,facto in vim statuti, oritur actio & exceptio.*

7 *Vtrum sit hoc casu differentia vtrum compromissum factum fuerit ante, vel post litis contestationem.*

8 *Quocumque tempore fiat compromissum necessarium, remouetur potestas iudicis ordinarij*, & nom.9. *vbi explicatur doctrina Bartoli & Castrens.* io l. qui fidem,ff.de transactioobus.

10 *Per accessum ad iudicem ordinarium,vtrum soluatur compromissum? Remissiuè.*

11 *Soluta pœnâ in compromisso contentâ, licet ab illo recedere de iure ciuili, secus de iure Canonico, secundum quod non procedit dispositio*, Authenticæ Decernit.Cod. de recept. arbitr. oumero 15.

12 *Arbitri ex necessitate Statuti electi sunt instar Iudicum, & vocantur Arbitri iuris.*

13 *Vtrum tales arbitri, accedant magis ad ordinarios Iudices,quam ad delegatos.*

14 *Quando compromissum fuit iuramento firmatum, ex eo oritur actio & exceptio.*

16 *Idem si à partibus fuerit expressè homologatum, aut etiam tacitè per subscriptionem illarum.*

17 *Hodie, omnia fere compromissa actionem pariunt, & exceptionem, propter clausulas instrumentorum.*

18 *In compromissis ex quibus oritur actio, si quis etiam extraiudicialiter interpellatus non obseruet promissa, statim pœna incurritur.*

19 *Per interpellationem extraiudicialem interrumpitur præscriptio legalis, imò & in certis casibus conuentionalis, ad maiorem explicationem eorum quæ dicta sunt,* parte 1.cap.32.num.43. & 44.

Quando tempus censeatur appositum gratia differendæ solutionis,vel limitandæ obligationis.

QVæ fuot in hac quæstione diuersæ inspectiones, quarum prima respicit Arbitros plures inter se de præuentiooe cootendeotes. Secunda tractat de præuentione inter ipsos Arbitros com Iudicibus ordinariis io controuersiam dedocta.

Quod ad primam inspectiooem attioet, si plures arbitri fuerint electi à partibus, veluti tres numero, non est inter ipsos locus præuentioni, quia omnes simul laudum ferre debeot, ita tamen vt si duo consentiant, & tertius præsens fuerit, hoc sufficiat: alioquio absente tertio,licet duo consentiant, oon valebit arbitrium, quia in plures fuit compromissum,& pornit præsentia huius tertij trahere alios in suam sententiam, *l.item si vnus* 17.§. *Celsus alias, l.si in tres* 20. *ff.de recept. arbitr.* † Sed si per Alternatiuam factum fuerit compromissum, veluti si arbitrio Titij aut Seij, partes state promiserint, compromissum valet, & datur inter eos præuentio, vt scilicet ille procedere debeat ad definitionem causę in quem partes præcisè coosenseriot, seu quem prius adire 1 2

voluo

voloerint, & eligere voluerint, *l. item si vnus* 17.
§.sed si ita sit,ff.de recep.arbitr. & *ibid.* Odofred.*in §.*
3 *idem Pomponius.* † Idem si dicatur, *Compromittimus in*
Titium,& si Titius non acceptauerit compromittimus in
Seium, tale compromissum valet, & is præuenisse
censetur quem partes elegeriot: quia hoc casu ele-
ctio Alternatiuæ ad ipsas partes pertinet Bald.*in d.§.*
si ita. Argum.text.*in l.si duas 6.ff.de excusat.tutor.*
4 Secunda inspectio compromissarios respicit cum
iudicibus ordinariis de præoeotione contendentes,
vtrum videlicet si præuentio facta fuerit per Arbi-
tros, seu compromissarios, licitum sit partibus in
præiudicium huiusmodi præueotionis ad iudices
ordioarios recurrere,& eaodem causam coram Arbi-
tris cœptam in iudicium ordioarium deducere &
commutare. Hac io re duo casus distingueodi sunt.
Primus est,quaodo factum fuit simplex compro-
missum voluntarium,&hoc casu regulariter loquen-
do potest actor causam, de qua compromissum est,
deducere coram iudice ordinario, *l.si quis rem.* 30.*ff.*
de recep.arbitr. oeque erit locus exceptioni præuen-
tionis; quia ex tali compromisso nulla oritur exce-
5 ptio. † Sed tamen hoc casu locus erit petitiooi pœ-
næ iu compromisso conoentæ, adoersus coortraue-
nieotem, *l.2.ff.de recept.qui arbitr.recept.* Zanger.*de*
exceptionib.p.2.c.3.n.13.
6 Secundus casus est,quando agitur de compromis-
so necessario, quod ex statuti dispositione partes ce-
lebrare coguntor inter affines, vel consanguineos,
& tunc quia vigore statuti, laudum, illius compro-
missi virtute prolatum, habet efficaciam, & potest
mandati executiooi, sicut sententia,cui æquipara-
tur,tam agendo quam excipiendo. Datur enim actio
& executio aduersus condemoatum io tali laudo,&
ei qui absolutus est competit exceptio rei iodicatæ:
propterea qui conuenitur coram Ordinario,iure ex-
cipere potest se non teneri comparere propter pen-
dentiam compromissi:Castreos.latè *in leg.pecuniam,*
n.2.ff.si certum petat.
7 Et quamuis idem Castreus. *in eodem loco*, ductus
aothoritate Bart. *in leg.qui fidem,ff. de transactionib.*
dicat quod si compromissum factum fuerit ante li-
tem contestatam,illud soluitur per litis contestatio-
nem posteà coram iudice factam. Si vero factũ fuerit
post litis contestationem, noo soluitur compromis-
sum oisi post latam sententiam. Intelligẽdo de sim-
plici compromisso, & in casibus in quibus per sta-
tutum noo datur laudo,vis & efficacia rei iudicatæ.
8 † Nam in casibus io quibus laudum habet priuile-
gium & vim rei iudicatæ, corruit omnis processura
facta coram Ordioario post introductam litem coram
Arbitris, aut alio in præiudiciom compromissi (id-
que siue ante, siue post litem contestatam factum
fuerit compromissum) & dicitur facta attentatoriè.
9 † Tamen distinctio ista oihil facit ad casum no-
strum, quia nec Paul.de Castr. *in d. l.pecuniam*, nec
Bart. *in dicta l.qui fidem.* loquuntur de lite contesta-
ta corãArbitris,sed de litis cooteſtatione facta dum-
taxat coram iudicibus ordioariis, vt etiam aduertit
Lancellot. *de attentat.p.2. c.15. de attentat.pendente*
10 *comprom.n.*111. † Et prædictam distinctionem inter
compromissum voluntarium, & necessarium,sequi-
tur Blanc. *in tract.de compromiss. in septima,q princi-*
*pali,n.*10. Vbi tractat quæstionem illam, vtrum per
11 accessum ad iudicem,solustur compromissum. † Et
ratio præmissorum petitur ex eo,quod solutâ pœnâ
sub quâ cõpromissum factum fuit,licitum est à com-
promisso recedere, *Auth.decernit.C.de recept.arbitr.*
12 † Quæ tameo regula dictæ Authenticæ,locum non
habet, quando agitur de compromisso inducto per

statutom,partes ad illius celebrationem adstringens;
Nam huius generis Compromissarij, sunt ad instar
Iudicum. Tusch. *littera A,concl.*453.*num.*11.& vo-
cantor Arbitri iuris,& sunt veri Iudices,vt per Ma-
tant. *in specul. distinct.*14. *num.*3. Verall. *decis.*166.
*num.*3.*p.*1. Blanc. *de commiss. quæst.6.num.1.& seqq.*
Vbi *num.* 4. † latè disputat an isti refereodi potius 13
sint ad Iudices ordinatios, quam ad delegatos? tan-
démque existimat *in versic. Ego in tanta difficultate,*
illos potius accedere ad Iudices ordinarios,quam de-
legatos. Quamuis illos potius accedere ad delega-
tos existimet Camill. Borell. *in summa omn. dec.p.*1.
*cap.*63.*num.*40.
Similiter dispositio text. *in d. Auth.decernit,C.de* 14
recept.arbitr. non habet locum quando compromis-
sum iuramento firmatum est,quia vigore iuramenti,
ex eo oritur actio & exceptio, *l.ne in arbitris,4.C.de*
recept.arbitr. † Eadémque ratione dispositio eiusdem 15
Autheot. noo obseruatur secundum sanctiones Iu-
ris Canonici; vt post Guttiert. tradit. Barbos. *in di-*
cta Authent. Et generaliter in omnibus casibus,
in quibus datur à iure laudo priuilegium, seu virtus
producendi actionem & exceptionem,de quibus,*in* 16
l.cum antea, C.eod.tit. † Veluti si laudum fuerit à par-
tibus homologatum expressè, aut etiam tacitè per
subscriptiooem: in his enim omoibus casib. in qui-
bos laudom actiooem & exceptionem producit, præ-
uentio facta per compromissom aonullat omnes
processuras postea coram iudicibus ordioariis fa-
ctas, Felin. *in cap. ex tenore,n.*19. *de rescript. in fine.*
Lancell.*de attentat.p.2.c.15.n.174.& n.171.* qui per
totum illud caput quæstionem istam benè exami-
oat. † Vnde infertur,quod cum hodie omnia prope- 17
modum compromissa,soleant iuramento & promis-
sione stipulatâ roborari,non licet à compromisso et-
iam solutâ pœnâ recedere, sed causa coram Arbitris
cœpta,coram ipsis terminari debet. Quia aduerten-
dum est,quod totus titulus *de Arbitris*,qui loquitur
de pœnâ inserendâ in compromisso,& quod Arbiter
non cogatur sententiam dare si pœna non sit appo-
sita, intelligendos est de compromisso inter partes
inito nudo pacto. Si enim stipulatio interuenerit,
compromissum est validum, quamuis in eo nulla
pœna adiecta fuerit,& arbiter sententiam ferre co-
gendus erit: *l.diem proferre* 27.*§.finali,de recept. ar-*
bitr. Vbi dicitur,quod quando quis simpliciter pro-
misit stare sententiæ Arbitri, datur actio incerti ad-
uersus illum qui seotentiæ parere recusat.
Et hoc casu non est expectanda litis contestatio ad 18
hoc, vt pœna committatur, sed statim vbi quis con-
gruis loco & tempore per interpellationem iudicia-
lem, vel extraiudicialem fuit in morâ constitutus,
nascitur actio,Barb. *in l.ita stipulatus* 115.*n.*25.*ff.de*
verb. oblig. De cuius interpellationis extraiudicialis
viribus aliquid diximus,*p.*1.*huius tractat.c.32.n.43.*
& 44. & sequentib. † Vbi etiam ostendimus per de- 19
nunciationem extraiudicialem, oon interrumpi præ-
scriptionem legalem, vel conuentionalem. Quod in
legali præscriptione procedit iodistinctè. Sed dum
de conueotionali præscriptione tractatur, verum
est, & locum habet quando agitur de tempore il-
lo, quod appositum est gratiâ differendæ solutio-
nis dumtaxat, non autem gratia limitandæ obliga-
tionis. Si enim tempus conuentionale appositum
esset, ad limitandam obligatiooem; itavt tempore
cooveuto elapso omnis expiret obligatio, tunc suf-
ficit sola deouuciatio,seu ioterpellatio extraiudicia-
lis ad interrumpendum illius temporis cursum, vt
benè explicat, Tiraq. *de retract. conuent.* §.4.*gloss.*6.
*n.*37. Qui eodem loco exponit ex quibus tempus

adicctum dicatur ad limitandam obligatioocm, an vero ad differeodam solutionem. Sed hoc melius explicat Gratian. *discept. forens. cap.* 207. *num.* 15. vbi dicit qood licet regulariter tempus oon ceoseatur appositum gratia limitandæ obligationis, *l. si mandato Titij, §. penult. ff. mandat.* Bartol. *in l. eum qui ita* 55. *§. qui ita, ff. de verb. obligat.* tameo qoando ex parte eius, coi facta est promissio, aliquid debet adimpleri, tonc illo non adimplente intra tempus, finitur obligatio ad illud tempus limitata: & dat exemplum io eo qui tenetor reuendere iotra certum : tempos, cui si oon fiat oblatio pretij intra tempus præfixum expirat obligatio reoendendi. Idem repetit *c.* 307. *n.* 28. *&* 29. Plura de hac materia tradit Mantic. *de tacit. connent. lib.* 14. *c.* 40. *n.* 45. Gabriel. *cons.* 65. *vol.* 2. Et regula generalis est, vt tempua ceoseatur adiectum gratia limitandæ obligatioois, quando adiectum est fauore creditoris: vt vltra præcitatos probat Tiraq. *de retr. connent. §. 1. gloss.* 2. *n.* 43.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

De Præuentione causarum inter Auditorem Cameræ, & Collaterales Curiæ Capitolinæ Vrbis, necnon respectu Executorum in litteris Apostolicis deputarorum, aliorúmque Iudicum in cognitione obligarionum Cameralium cum eo concurrentium. Et quibus in casibus eius iurisdictio sit cumulatiua, vel priuatiua. Quomodo concipiendum sit memoriale Sanctissimi ad effectum præiudicandi præuentioni alterius Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Camera est Index omninm obligationum Cameralium priuatiuè, quoad alios indices.*

2 *Rota procedit ad executionem obligationis Cameralis, si in eius commissione adsit clausula,* Cum facultatibus Auditoris Cameræ.

3 *Auditor Camera, procedit in omnibus causis in quibus laxatum fuit mandatum executiuum, etiam in alijs tribnnalibus.*

4 *Item procedit executiuè vigore litterarum Apostolicarum, quamuis executio ipsi demandata non fuerit per litteras.*

5 *Qnando in commissione alicui datâ, non fuit facta mentio obligationis Cameralis, Auditor Camera habet iurisdictionem priuatiuam, & potest causam ad libitum sibi reassumere.*

6 *Qua sint Auditoris Camera facultates. Remissiuè.*

7 *Senator Vrbis Roma quam habeat authoritatem, & quam eius Locum-tenentes.*

8 *Quando obligatio facta est in foro Capitolino, Auditor Camera non habet cognitionem priuatiuam, ideo locus est prauentioni.*

9 *Quando Anditor Camera, causas ab aliis iudicibus enocat, & sibi reassumit, hoc non facit ex ordinariâ potestate, sed dumtaxat vigore suarum facultatum.*

10 *Auditor Camera non potest enocare & sibi reassnmere causas, in foro Capitolino prauentas.*

11 *Quando index non sibi reassumit causam virtute ordinariâ, debet pracedere cognitio causa.*

12 *Per memoriale Sanctissimi, non aufertur causa à iudice qni prauenit, nisi in eo adsit specialis clausula enocationis.*

PENDENTE quadam causa coram secuodo Collaterali in Curiâ Capitolinâ Vrbis, ad qoam Auditor Cameræ causam remiserat, per moderatiooem suæ inhibitionis: Prætendebat Auditor Cameræ, io vim cuiusdam memorialis, Sanctiss. D. N. P. in causâ procedere, excluso iudice illo collaterali qoi causâ præueoerat. Dobitatum fuit vtrom hęc Collataralis pręeotio obstaret Auditori Cameræ, stante memoriali prædicto. Et decisum, fuit præueotiooem factam io tribunali Iudicis Capitolioi, præualere debere, ad exclusionem tribunalis Auditoris Cameræ, & processoras in hoc tribuoali factas, oullas & inualidas esse declarandas. 1

Supponeodom est, Auditoris Cameræ in Vrbe facultates esse amplissimas. Est enim omniom obligationum Cameralium execotor, priuatiuè quoad omnes alios Iudices. Rota apud Zacbiam, *decis.* 56. *num.* 9. quæ est coram Penta, *in Romana Palatij Campiflora* 16. *Decembris* 1588. Et hoc habetur expressè io facultatibus ipsius, vt dicitur apod euodem Zach. *dec.* 75. *n.* 1. † Si tamen commissio data in Rota contineat claosulam, *cum facultatibus Auditoris Camera*, poterit etiam Rota procedere ad executionem talis obligationis, vt in *dec.* 1. *num.* 20. coram Coccio. post tract. Zach. *de oblig. Camer.* † Et non solum procedit Auditor Cameræ ad executionem omniom obligationum Cameralium, sed etiam omoium aliarum, io quibus, etiam absque obligatione Camerali execotiuè procedi partes coosenserunt, suscipiendo mandatum executiuum, & quarum vigore datur executio ob relaxationem mandatorum factam io aliis tribuoalibus, Burat. *dec.* 557. *n.* 5. *in fine.* † Imoio etiam, ex suis facoltatibus procedit cumulatiuè, ad executionem litterarum Apostolicarom, quamuis ipse noo sit deputatus illarum executor in dictis litteris, vt per Addeot. ad Burat. *dec.* 909. *n.* 6. † Et quod plus est, quando caosa committitur cootra aliquem, qui est obligatus in forma Cameræ, potest nihilominus io eâ procedere vigore suarum facultatum, nisi tamen io commissiooe facta esset mentio obligationis Cameralis, hoc enim casu, ligatæ essaot manos ipsius per huiusmodi commissiooem. Rota coram Maozanedo apud Zach. *decis.* 87. *num.* 2. *& sequentib.* Sed si in illâ commissione, nulla facta sit mentio obligationis Cameralis, ipse Auditor Cameræ remanet Iudex priuatioè, & vti talis, causam non obstaotc præuentiooe sibi reassumere potest, Marchesao. *de commiss. appell. ab oblig. Camer. part.* 1. *§.* 1. *num.* 12. *pag.* 693. cum declaratiooibus per eum adductis quas hic non repetimus. † Verum quia hæc omnia dependent ex facultatibus ipsi per summum Pontificem concessis, vel concedeodis, ideo ad eas io omnibus, & ad stylum Curiæ Romanæ dum opus fuerit, recurrendum erit. Hæc paoca pro quæstioois & materiæ nostræ declaratione, attigisse sufficiat. Reliqoa videri poteruot apud Vestr. *in praxi lib.* 2. *cap.* 4.

(margin numbers beside the preceding paragraph: 2, 3, 4, 5, 6)

Secundo, notandum est, quod io Vrbe adest magistratus, qui Senator Vrbis nuncupatur, seu Prætor Vrbanos, qui io clioo Capitolino residet, & Romanis ciuibus ordioaria authoritate ios dicit: & hic, tres habet sobstitutos, quorum doo, qui prioatis præsunt iudiciis, Collaterales vocâtur, tertius est Latrunculator, vt notat Vestr. *in praxi lib.* 2. *c.* 15. *n.* 1. *&* 2. 7

Tertio suppoocndum est, quod quando obligatio 8

facta

facta fuit in foro isto Capitolino, Iudex Cameræ, non est Iudex priuatiue, sed locus est præuentioni inter forum ipsius & forum Capitolinum, vt not. Marchesan. *De commiss. dicta pag. 693. num. 16. sub tit. de oblig. Camer.*

9 His sic constitutis, proposita superius resolutio, probatur, quia licet regulariter Auditori Cameræ facultas competat, causas Camerales, seu executiuas priuatiuè iudicandi, & reassumendi ab aliis Iudicib. hoc tamen non facit ex propriâ authoritate, sed ex tributâ sibi per summum Pontificem potestate, vt

10 dicit Marchesan. *loco citato, num. 17.* † Et propterea cum ista facultas causas ab aliis tribunalibus præuentas reassumendi, non habeat locum in foro Capitolino, in quo priuatiua Auditoris Cameræ iurisdictio cessat, & locus est iurisdictioni præuentiuæ, seu cumulatiuæ, sequitur processuras per Auditorem Cameræ, eiúsve locumtenentes factas,

11 esse nullas. † Non enim poterat causam sibi reassumere, seu verius euocare: & in omnem euentum hoc fieri non poterat, nisi præcedente causæ cognitione, per *l. vbi cœptum, ff. de Iudic.* & notata per Fclin. *in cap. ex tenore, num. 19. de rescript. in versic. Extra dictas causas.*

12 Neque obstat memoriale Sanctissimi, quia in eo nullum erat speciale decretum quod haberet vim euocationis causæ, aut specialis commissionis datæ Auditori Cameræ, sed simpliciter illi directum erat, & consequenter continebat purum rescriptum iutis, & secundum leges interpretandum, ex Menoch. *lib. 2. præsumpt. 10. num. 7. & 8.* Vnde cum de iure causa in præiudicium tribunalis præuenientis nempè Capitolini, non posset per Auditorem Cameræ nisi præuiâ causæ cognitione legitimâ euocari, immo in casibus in quibus locus non est præuentioni, nullum super illo memoriali fieri potuisset fundamentum, benè decisum fuit, causam coram Collaterali qui præuenerat, esse tractandam, *in Romana pecuniaria, coram Pirouano die 5. Maij 1610.* de qua Marchesan. *loco citato.* Et inseritur *post consil.* Farinacij, *decis. 287.*

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

De Vices-gerente Auditoris Cameræ in partibus citramontanis, authoritate Apostolica constituto, quam iurisdictionem habeat aduersus Iudices, (seu vocant) Relatores mercatorum iuxta formam statuti Auenionensis deputatos, quibus datur facultas procedendi in causis mercantilibus nonobstante quâcunque præuentione alterius Iudicis. Vtrum Vices-gerens possit illis facere inhibitiones de procedendo in causâ coram ipso præuentâ, cum sit deputatus ad Vniuersitatem causarum, & Iudex ordinarius exemptorum. Quid obseruare debeat in decernendis inhibitionibus, & excommunicatione contra turbantes eius iurisdictionem, & plura de authoritate ipsius Vicesgerentis.

Sanlegerij de Præuent. Iudic. Pars II.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest non subditum excommunicare, extra territorium suæ iurisdictionis.*
2 *Statutum mandans procedi, non obstante quacunque præuentione, debet obseruari, sed vide inferius.*
3 *Contumax non opponit de præuentione.*
4 *Si reus non fuerit contumax, potest iudex pro suo interesse, ex officio tueri suam præuentionem.*
5 *Vices-gerens procedere potest authoritate Apostolicâ contra quoscunque suam iurisdictionem turbare volentes, quâcunque fulgeant dignitate.*
6 *Vices-gerens Auenionis non habet iurisdictionem territorio limitatam, sed illam exercere potest contra quascunque personas de mundo.*
7 *Vices-gerens à Papa deputatus maiorem habet potestatem quam deputatus ab inferiore.*
8 *Statutum Auenionense mandans per certos iudices procedi non obstante quacumque præuentione, non afficit iudices Ecclesiasticos, nec per consequens Vices-gerentem Auditoris Cameræ.*
9 *Vices-gerens Auditoris Cameræ, in his partibus citramontanis constitutus, accedit potius ad Iudicem ordinarium, quam ad delegatum.*
10 *Vices-gerens Auenionensis, est deputatus ad causarum vniuersitatem.*
11 *Iurisdictio Vices-gerentis Auenionensis ante Concordata extendebatur per Galliam, etiam vsque ad ciuitatem Parisiensem. Cum sit iudex ordinarius exemptorum, & omnium obligationum Cameralium, & monitoria in forma malefactorum decernat, & num. 12.*
13 *Iudex Ecclesiasticus antequam decernat inhibitiones aduersus iudicem laicum sub prætextu causæ per ipsum præuentæ debet causæ cognitionem adhibere.*
14 *Si tamen iudex Ecclesiasticus hac in re procedat ex officio, non tenetur in decernendâ huiusmodi inhibitione citare partem.*
15 *Iudex sæcularis, aduersus quem index Ecclesiasticus decernit inhibitiones de ipsum turbando, in causâ cuius cognitio ad ipsum spectat, non debet in decernendâ inhibitione citari.*
16 *Si Iudici Ecclesiastico saltem summariè non constet de fundamento inhibitionum, quæ fiunt Iudici laico, potest ab eius inhibitionibus vti non canonicè laxatis appellari.*
17 *Iudex sæcularis, incurrit periculum excommunicationis si ad vlteriora procedat in causâ post inhibitionem iudicis Ecclesiastici.*
18 *Si Iudex sæcularis sciat causam esse præuentam in tribunali Iudicis Ecclesiastici, debet absque aliquâ inhibitione supersedere.*

Vices-gerens Auenionensis coram quo lis pendebat, concessit inhibitiones aduersus quosdam Iudices, (quos alij vocant Relatores) mercatorum, ne ipsum turbarent in cognitione dictæ causæ, in eius tribunali præuentæ, idque etiam sub pœnâ excommunicationis. Quæsitum fuit, vtrum huiusmodi inhibitio de iure sustineri posset, & vtrum comminatio, & forsan declaratio excommunicationis esset valida, & sortiri deberet effectum. 1

Dubium faciebat, quia Iudices isti, seu Relatores inhibiti, erant extra territorium excommunicantis, & per consequens, non subditi: ergo Iudices isti mercatorum non tenebantur istis inhibitionibus obtemperare: quia Iudici extra territorium præcipienti, impunè non paretur, *l. extra territorium. ff. de*

Iurisd. omn. Iudic. cap. vt animarum, de Constit. in 6.
Videtur enim quod dictus Dominus Vices-gerens,
non habeat aliquod territorium.
2 Secundo, cum per statutum Auenionense coram
istis Iudicibus mercatorum procedi possit in causis
mercantilibus, non obstante quacunque præuentio-
ne causæ coram aliis Iudicibus, seu tribunalibus
factâ, adeò vt Iudex cogatur, quamuis præuenerit,
causam ad illos remittere, secundum quod disponi-
tur in eodem Statuto, lib. 1. rubr. 12. art. 1. videtur
concludendum quod ipse Vices-gerens teneatur cau-
sam remittere dictis Iudicibus, neque possit illis in-
hibere de procedendo, & multo minus excommu-
nicationem ea de causâ laxare.
3 Sed his non obstantibus, verius est, Vices-geren-
tem dictas inhibitiones iure concedere, & executio-
ni demandare potuisse Apostolicâ authoritate; Hæc
enim est verissima regula, quod licet quando reus
est contumax, non possit per eum de præuentione
coram secundo Iudice opponi, secundum Bart. in l.
sepulchri, ff. de sepulchro viol. & nos inferius suo loco
exponemus.
4 Tamen, si reus contumax non fuerit, aut saltem
eius contumacia fuerit legitimè accusata, potest Iu-
dex ipse ex officio pro interesse suæ iurisdictionis
suique tribunalis, procurare conseruationem causæ
ad se spectantis, Bart. in l. si maritus, §. fin autem ex-
traneus, in vltimis verbis, ff. ad l. Iul. de adulter. Ideo
potest inhibitiones decernere aduersus turbantes
suam iurisdictionem si sit Iudex Ecclesiasticus, iuxta
5 ea quæ inferius suo loco dicemus. † Et sic Vices-
gerens cum procedat authoritate Apostolicâ, potest
excommunicare quoscunque turbantes iurisdictio-
nem suam, cuiuscunque qualitatis & dignitatis exi-
stant; quia vices gerit summi Pontificis delegantis,
6 Abb. in cap. sanè, le 2. num. 1. de offic. Iud. deleg. † Et per
consequens cum eius iurisdictio non sit limitata,
neque territorio circumscripta, potest illam exerce-
re contra quoscunque homines de mundo sub suâ
iurisdictione existentes, non habito respectu ad ali-
7 quod territorium. † Quidquid aliud sit in inferiori-
bus, & habentibus potestatem, seu gerentibus vices
inferiorum à Papa, in quibus procedunt deducta su-
perius in rationibus dubitandi, vt per DD. in cap.
8 sanè, le 2. alias 11. de offic. Iud. deleg. † Neque statutum
illud Auenionense superius allegatum, impedire
potest, quo minus Iudex Ecclesiasticus iurisdictio-
nem suam defendere, & illam turbantes excommu-
nicare possit, ad notata in cap. cum Ecclesia sancta
Mariæ de constitutionibus. Atque ita in propriis ter-
minis eiusdem statuti Auenionensis, & in fauorem
Vices-gerentis ipsius consuluit Socin. sen. cons. 137.
per tot. vol. 1. Qui licet eundem Vices-gerentem di-
9 cat esse delegatum à summo Pontifice; † Verius ta-
men est, illum in causis ad eius iurisdictionem spe-
ctantibus, esse potius Iudicem ordinarium quam
delegatum: quia Vices-gerentes delegati à summo
Pontifice, vel ab Imperatore, sunt Iudices ordinarij,
l. suggerente 2. & ibi Bart. C. de offic. eius qui vicem al-
10 ter. ger. Francisc. Marc. dec. 421. num. 5. p. 1. † Neque
obstat si dicatur, illum non esse Vices-gerentem sum-
mi Pontificis, sed Auditoris Cameræ: quia hoc non
obstante Iudex est ordinarius, seu ordinario æquipa-
randus, quia deputatus est ad causarum vniuersita-
tem citra montes pendentium, quoad causas ab eius
iurisdictione pendentes: ad notata in l. 1. §. si quis ab
eo, ff. quis & à quo appell. Gloss. in Clement. Auditor.
11 De rescript. † Habet enim iurisdictionem in his par-
tibus citramontanis, in causis omnium exempto-
rum, & recipit atque exequitur obligationes omnes
Camerales, & submissiones vigore illarum, Monito-
ria laxat ex suis facultatibus in formâ malefacto-
rum, quæ præteritis temporibus publicabantur de
eius mandato etiam vsque ad ciuitatem Parisien-
sem, & alia Galliæ loca. Verum de praxi monito-
riorum in Gallia, sufficienter egimus sup. p. 1. c. 27. in
fin. † Sed hodie propter concordata, seu bullam Leo- 12
nis decimi factam fauore regni Galliæ, ne subditi ex-
trahantur extra regnum; difficile in Galliâ admitte-
rentur huiusmodi litteræ Vices gerentis, vt notat
Francisc. Marc. decis. 347. Curiæ Parlamenti Delphi-
natus parte 1.
Verum notandum est quod non solum Vices-ge- 13
rens, sed nec alius quilibet iudex Ecclesiasticus in-
hibitiones huiusmodi concedere & exequi facere
potest, aduersus turbantes suam iurisdictionem Ec-
clesiasticam, siue ex capite præuentionis causarum,
siue alia de causa, nisi præuiâ causæ cognitione &
citatâ parte: Alexand. in l. 4. §. condemnatum, num. 19.
ff. de re iudic. & consil. 9. num. 1. lib. 4. & ibi Addent.
plures citat & sequitur Lancellot. de attent. cap. 20.
in præfat. quæst. 3. num. 84. † Quod ego verum exi- 14
stimo, nisi iudex procedat ex officio, quia tunc ad de-
cernendam huiusmodi inhibitionem, non requiri-
tur citatio partis, vt bene distinguit Laurent. de Ro-
dolph. in tract. de vsur. quæst. 131. Quintilian. Man-
dos. in tract. de inhibition. quæst. 18. quia alioqui si
partis citatio esset ad hoc necessaria, fieri posset pro-
cessus ordinarius, & res protraheretur in longum
in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, & de-
trimentum partium litigantium. † Dum autem 15
in certis casibus loquimur de citatione partium ad
huiusmodi inhibitiones decernendas requisitâ, il-
lud intelligendum est de partibus litigantibus,
nam iudex ipse qui præuentus est, aut aliàs de cau-
sâ cognoscere non potest, citari non debet: Lan-
cellot. loco citato, num. 82. Alexand. consil. 91. Visis,
num. 7. volum. 2.
Itaque quotiescunque iudex Ecclesiasticus ad si- 16
miles inhibitiones procedere vult, hoc debet in pri-
mis aduertere, vt de fundamento suarum inhibi-
tionum, sibi saltem summariè constet, & de quali-
tate priuatiuam, seu præuentionem sibi iurisdictio-
nem tribuente: alioquin ab istis inhibitionibus
vel minus Canonicè laxatis licebit appellare, vt
per Salgad. in tract. de Reg. protect. part. 2. cap. 10.
num. 66. & seqq.
Et vicissim aduertere debent iudices sæculares, 17
ne post factas sibi per iudicem Ecclesiasticum in-
hibitiones de procedendo, ipsis vllâ ratione audeant
contrauenire, ad vlteriora procedendo, propter pe-
riculum incidendi in excommunicationem, vt
adnectit Martius Mut. decis. Sicil. 91. num. 18. & 19.
post alios.
Vbi etiam dicit quod si iudex sæcularis sciat cau- 18
sam esse præuentam coram iudice Ecclesiastico, vel
aliàs ad eius tribunal pertinere, debet ab illius co-
gnitione, non expectatis inhibitionibus, abstine-
re, & illi causam ad eum spectantem remittere: quod
& voluit Alexand. consil. 63. num. 2. lib. 3. Et sub-
dit, quod si iudex sæcularis procedat in spretum
inhibitionum, omnia per ipsum gesta sunt nulla
& attentatoria, siue iustè, siue iniustè facta fuerit in-
hibitio.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

De Vicelegato Auenionensi. Quid possit facere in præiudicium præuentionis causarum factæ coram Delegatis summi Pontificis ex commissione illis data. Quæ sit Legatorum facultas in hac materiâ, quæ vero Vicelegatorum ex facultatibus Legationis. Et an post latam à Delegatis Apostolicis sententiam, possit Vicelegatus illius executionem suspendere, quamuis partes Romam misissent, aut arripuissent iter ad Summum Pontificem. Denique quæ sit Legatorum aut Vicelegatorum quoad causas, coram Delegatis Apostolicis præuentas, seu pendentes, authoritas. Ex remissione causæ ad Superiorem, aut inhibitione, seu etiam ex deputatione alterius Commissarij, ligatas esse manus primi Iudicis delegati.

SVMMARIVM.

1 *Legato potest dari facultas cognoscendi de appellationibus ad summum Pontificem interpositis.*

2 *Si appellans post appellationem compareat coram Legato habente facultatem se intromittendi in causis appellationum ad summum Pontificem interpositarum, sic comparendo non censetur renunciare suæ appellationi.*

3 *Legationis Auenionensis facultates sunt, vt in ea possit cognosci de appellationibus ad S. P. interpositis.*

4 *Præuentio delegati Apostolici non nocet Legato vel Vicelegato Auenionensi, quominus causas præuentas ab eo euocare possit.*

5 *Vicelegatus habet easdem facultates quas Legatus.*

6 *Non solum Legatus, sed etiam quilibet inferior Iudex potest cognoscere de iniustitiâ notoriâ sententia, ad effectum supersedendi, & causam ad summum Pontificem remittendi.*

7 *Contrarium in Delegato Apostolico post sententia suæ prolationem,* num. 7. *Limitatur,* num. 8. *nisi hac facultas ex eius commissione resultet.*

9 *Legatus de latere, non potest regulariter se intromittere in causâ alicui per S. P. specialiter delegatâ.*

10 *Limitatur nisi causa de nouo emerserit, aut de nouo in notitiam deuenerit.*

11 *Legatus potest præuenire causas aduersus delegatum Apostolicum, si negligentior fuerit in vtendo sua commissione.*

12 *Intellige in primâ instantiâ, vel etiam in secundâ si negligentia fuerit magna.*

13 *Non eadem est vis præuentionis erga Vicelegatum, aut Legatum Auenionensem, quæ erga alios Legatos aut Vicelegatos.*

14 *Legatus absque alia speciali facultate, potest se intromittere in causis appellationum, ad summum Pontificem interpositarum, quando Commissarius excedit formam suæ commissionis, aut procedit non visis actis.*

Inhibitio facta authoritate Vicelegati quando suspendat iurisdictionem illius qui præuenit causam.

Inhibitio facta iudici delegato non censetur reuocata per remissionem causæ ad supremum tribunal.

Per commissionem datam alteri delegato per delegantem causa censetur tacitè euocata.

15 *Quando agitur de Delegato ad vniuersitatem causarum, potest Legatus ex causâ se intromittere in causâ coram eo præuentâ.*

16 *Potest Legatus, de causâ appellationis ad Papam se intromittere, vt causam ad eum remittat.*

17 *Partibus consentientibus, Legatus potest se intromittere de causâ appellationis ad Papam interposita.*

HOc in capite agimus de quæstione, quæ
in quotidiana praxi sæpiùs occurrit, vtrum
videlicet Legatus, aut Vicelegatus Aue-
nionensis ligetur præuentione causæ commissæ, aut
introductæ coram Iudicibus in his partibus per
summum Pontificem delegatis, ita vt causas illas
euocare, aut executionem eorum quæ per similes
delegatos ordinata sunt, suspendere, vel etiam post
interpositam ad Sanctissimum appellationem, in
huiusmodi causâ se intromittere possit, antequam
commissio ab Vrbe cum inhibitione intimata fuerit,
aut etiam post litem cœptam, ac iurisdictionē Dele-
gati Apostolici huiusmodi perpetuatam aut præ-
uentam. † In qua quæstione Resoluendum est in 1
primis, non esse nouum quod Legato detur facultas
cognoscendi de causis appellationum ad summum
Pontificem interpositarum, cum & aliis iudicib. ea-
dem facultas concedatur, veluti de Rectore Prouin-
ciæ Marchiæ testatur Innocent. *in c. cum venissent,*
De eo qui mitt. in poss. caus. rei seruan. † Et hoc casu, 2
quando Legatus habet in suis facultatib. vt possit
cognoscere, & se intromittere in causis, non obstan-
te quod fuerit præuentum per appellationem ad
Sanctissimum interpositam, quamuis appellans re-
uertatur ad ipsum, seu coram eo compareat post ap-
pellationem suam, non censebitur propterea suæ ap-
pellationi renunciasse: quia cum Legatus hoc casu
vices gerat Iudicis ad quem, non videtur aditus ani-
mo renunciandi appellationi suæ, sed potius cen-
setur aditus tanquam repræsentans summum Pon-
tificem cuius vices gerit, vt actus potius prosit, quam
noceat agenti: ita concludit ex supradictâ Innocen-
tij doctrinâ Felin. *in c. Gratum. n. 10. in 8. limitat. de*
offic. & potest. iud. deleg. Scac. *de appel. quæst. 17. lim. 2.*
numer. 66. † Et nominatim dum agitur de Legato 3
Auenionensi, non dubitatur quin vigore faculta-
tum Legationis, licitum illi sit cognoscere de cau-
sis appellationum à Delegatis Apostolicis inter po-
sitarum, siue per viam simplicis querelæ, siue per
viam appellationis aditus fuerit, adeo vt hoc facere
possit etiam procedendo summariè, simpliciter & de
plano, nullis terminis substantialibus obseruatis per
se, vel per alios ab ipso delegandos, vnico contex-
tu, & prout illi visum fuerit. † Et quod plus est po- 4
test ad se auocare causas etiam coram delegatis Apo-
stolicis præuentas, vt patet *ex Bull. Sixti an. 1475.*
X. Kalendas Martij. † Quæ facultates Legatis ex 5
concessione summi Pontificis datæ, eodem modo
competunt etiam absque vllâ controuersiâ Vicele-
gatis, Rota *dec. 508. in fine, p. 4. Recentior.* Bertrand.
cons. 117. n. 1. vol. 1. p. 2, & dixi *in meis quæst. benefic.*
p. 1. cap. 70. num. 10.

6 Poterit igitur Vicelegatos, tanquam Vicarius Sanctitatis suæ cognoscere de notoriâ iniustitiâ, aut etiam nullitate sententiæ per delegatum à summo Pontifice latæ, & præsertim ad effectum interim supersedendi, & negotium ad eundem summum Pontificem remittendi, cum etiam iudex inferior illud hoc casu facere possit. Vt testatur Abb. *in cap. studuisti, num. 3. versic. concludo etiam. De offic. Legati:* vbi dicit quod quamuis Iudex delegatus postquam tulit sententiam non possit amplius audire condemnatum petentem se restitui in integrum aduersus sententiam, cum iam functus fuerit suo officio, & eius iurisdictio sit finita, si tamen videat restitutionem in integrum petentem aduersus talem sententiam fouere bonum ius, poterit supersedere executioni suæ sententiæ, & partes remittere ad Principem delegantem, quod etiam idem Abbas voluit *consil. 87. in fine, versic. Puto etiam,* & sequitur Odd. *in tract. de restitut. in integr. quæst. 32. art. 18. num. 141.*

7 † Quamuis in delegato Apostolico contrarium fusè probet Honded. *consil. 27. num. 18. & sequentib. vol. 1.* Quia eius iurisdictio post sententiæ prola-
8 tionem omnino expirauit. † Et hoc verius existimo, nisi tamen ex verbis commissionis aliquid resultare posset, ex quo inferretur talem potestatem ipsi esse attributam, vt bene explicat Odd. *de restit. in*
9 *integr. dict. quæst. 32. art. 18. num. 138.* † Omissâ igitur quæstione illa Iudicis delegati, dico, quod quamuis Legatus non possit generaliter loquendo se immiscere in causâ alicui specialiter commissâ per summum Pontificem, vt *in dict. cap. studuisti, de offic. Legati. cap. constitutus 45. de appellat.* Cabed. *decis.*
10 *Lusitan. 13. num. 6. part. 2.* † Nisi causa de nouo emerserit; aut si sit antiqua, de nouo deuenerit ad notitiā cum antea ignoraretur; nec esset detecta, vt voluit
11 Abb. *in dicto cap. studuisti, num. 2.* † Adde etiam nisi Legatus præuenerit. Quod sic explicatur. Quamuis aliquis à summo Pontifice commissionis obtinuerit rescriptum, & passus fuerit se prius conueniri, & præueniri coram Legato, non proderunt illi litteræ à summo Pontifice obtentæ: quia Legatus procedendo tanquam Ordinarius causam præuenit, & imputandum est illi, qui rescriptum commissionis obtinuit, quod passus fuerit se coram Legato præueniri, & rescriptum suum non præsentauerit antequam coram Legato vel Ordinario citaretur, Gloss. 1. *in dicto cap. studuisti, in verb. vt debitus,* quam *ibi* sequitur Abb. *num. 4.* licet se remittat ad ea quæ
12 ipsemet tradit *in cap. 1. de rescriptis.* † Sed est notandum quod doctrina ista procedit quando agitur de rescripto commissionis causæ, quod quis obtinuit à summo Pontifice in prima instantia, vel si ageretur de secunda instantia si appellans & rescriptum commissionis super appellatione obtinens, esset in magnâ negligentiâ producendi suum rescriptum commissionis, & illo vtendi; nam alioqui non posset Iudex aliquis ordinarius, nec etiam Legatus qui hoc expresse non haberet in suis facultatibus, se intromittere in causâ per summum Pontificem alicui specialiter commissâ, vel de appellatione ad ipsum interpositâ nisi in casibus supradictis, vt dixi *parte 1. huius tractatus, cap. 12. num. 13. & 14.* post Lancellot. *de attentatis, p. 2. cap. 12. n. 30.* Scacc. *de appellat. quæst.*
13 *10. artic. 3. num. 10.* † Notandum etiam est, quod Legatus aut Vicelegatus Auenionensis, non easdem subeunt regulas quas alij Legati, propter amplas facultates ipsis à summis Pontificibus concessas, cum enim etiam à quibuscunq; Delegatis, etiam Apostolicis, causas præuentas euocare possint, ex speciali facultate desuper illis concessâ; sequitur, coram illis quatenus suâ authoritate vti velint, non posse opponi exceptionem præuentionis: ad notata per Innocent. *in dicto cap. cum venissent. in princip. De eo qui mittit. in possess.* & per Felin. *in dicto cap. gratum,*
num. 10. de offic. Iud. deleg. † Multoque magis Vice- 14
legatus Auenionensis potest se intromittere in causâ coram delegato Iudice præuentâ, si formam commissionis suæ non obseruauerit, aut parte non citatâ processerit, aut non visis actis, illisque contra formam iuris, & sacri Concilij Tridentini non transportatis, & sic nulliter: cum etiam in supradictis casibus quilibet alius Legatus, qui non haberet similes facultates, posset super talibus nullitatibus, & grauaminibus prouidere, non obstante quod causa appellationis fuisset ad Papam interposita, & ab eo commissa: text. est *in cap. studuisti, de offic. & potest. Legati, lib. 8. quæst. 18. num. 99. versicul. fallit tamen.*

Et propterea cum dubitaretur, vtrum inhibitio facta authoritate Vicelegati Præposito Caualicensi, de procedendo in causa cuiusdam Canonicatus, sustineri posset nonobstante commissione illi data ab eodem Vicelegato? Censui inhibitionem esse validam. Potest siquidem Vicelegatus causas euocare, & sibi reassumere, nonobstante commissione per eum concessa alicui per eum delegato, vigore facultatum Legationis, *art. 40.* vt probauimus *p. 3. quæst. benefic. c. 200. n. 38.*

Et sine dubio Vicelegatus prouidere debet, vt suspendatur processura Iudicis per eum, aut etiam per Papam delegati, quando agitur de executione, quæ semel facta retractari non posset: ex traditis per Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 8.* Contard. *ad l. vnic. C. si de moment. limit. 1.* vbi probant etiam in casu aliàs exequibili, suspendendam esse executionem, quando illa esset irretractabilis.

Idem constituendum est, si delegatus procederet contra formam commissionis, veluti si in ea adesset clausula, *Vocatis Vocandis:* & procederet sine citatione partis habentis interesse: Rota *decis. 325. n. 8. part. 6. recent.* Quia commissionis forma seruanda est, & requiritur citatio illorum qui sunt legitimi contradictores: Rota *decis. 343. numer. 9. & 10. eadem part. 6.* & tradunt DD. *in capite 2. de offic. Legat.*

Neque inhibitio facta Iudici delegato censetur reuocata, immo potius confirmata per decretum, quo cognitio causæ fuerit per Vicelegatum remissa ad Cancellariam summi Pontificis, vt diximus *suprà, p. 1. c. 7. n. 17. in addition.*

Cum etiam per solam commissionem factam alteri Iudici oriatur tacita quædam euocatio causæ, & commissio data priori Iudici censeatur reuocata, & illius iurisdictio & præuentio extincta, siue agatur de Iudice ordinario, siue de delegato: Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 10. num. 17.* † Idem dicendum 15
est si delegatus Papæ esset negligens, quia de æquitate cogi posset per Legatum ad munus sibi iniunctum exequendum, vt post Specular. dicit *ibid.* Gambat. *num. 100. in secunda limit.* † Vel si ageretur de 16
delegato ad vniuersitatem causarum, quia cum talis Delegatus habeatur loco Ordinarij, *c. per hoc de haeret. in 6. cap. cum causam, de appell.* Ideo locus erit hoc casu doctrinæ Bartoli *in l. quoties, §. fin. ff. de admin. tut.* dum voluit concessionem factam vni, non admittere iurisdictionem alteri, cùm iurisdictio apud duos in solidum esse possit: vt dicit *ibid.* Gambat. *dict. n. 100. in tertia limitat.*

Similiter potest Legatus se intromittere circa 17
appellationem interpositam ad Papam, vt causam instru

instructiorem ad eum remittat: Gambar. *dicto lib.8. quæst.10.num.103.* Scacc. *de appell.quæst.7.num.60.* Idem si partes consentiant, vt Legatus procedat in causa appellationis ad Papam interpositæ, Scacc. *loco citato,num.61.* Franc. *in dicto cap.constitutus,45. de appell.num.23.& 24.*

Ideo concludendum, Legatum, aut Vicelegatum Auenionis se intromittere posse in causis ad Sanctissimum per appellationem deuolutis, non solum in casibus in quibus alij Legati id facere de iure possunt, sed etiam in omnibus aliis casibus in ipsorum facultatibus concessis, vt suprà ostensum est.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Vtrum Rector Comitatus Venaissini, vel eius Locumtenentes, habeant ius præueniendi Iudices ordinarios eiusdem Comitatus circa deputationem Tutorum, aut Curatorum, pro administratione personarum & bonorum. Quid si agatur de deputatione facienda in terris feudatariorum Papæ intra eundem Comitatum. Quod sit officium Rectoris, seu Præsidis Prouinciæ in eodem Comitatu, & quæ illius authoritas, & ad quam iurisdictionem spectet datio tutoris, vel curatoris. Et Iudices prætendentes sibi competere iurisdictionem priuatiuam super deputatione tutorum, quid probare teneantur. Et de præuentione in Tribunalibus Galliæ ex Regiis ordinationibus.

S V M M A R I V M.

1 *Rector Comitatus non potest dare tutores, vel curatores subditis vassallorum habentium omnimodam iurisdictionem.*

2 *Præses Prouinciæ dare potest tutorem in locis in quibus est defensor.*

3 *Archiepiscopus quamuis superior sit Episcopo, non potest iurisdictionem ordinariam exercere in prima instantia in Diœcesi Episcopi.*

4 *Olim deputatio tutoris erat actus legis, & non iurisdictionis, sed hodie est actus iurisdictionis, & de variis constitutionibus antiquitus circa deputationem tutorum obseruatis.*

5 *Tutoris datio hodie est actus contentiosæ iurisdictionis.*

6 *Hodie omnia sunt delegabilia præter vltimum supplicium.*

7 *Hodie ius dandi tutores competit omnibus magistratibus etiam municipalibus.*

8 *Præsides prouinciæ, etiam personis extra prouinciam existentibus, sibi tamen subditis, tutores dare possunt.*

9 *Præsides prouinciæ, omnium magistratuum vice funguntur.*

10 *Rector Comitatus, est Præses totius prouinciæ.*

11 *An & quando merum, & mixtum imperium contineatur in infeudatione castrorum Comitatus Venaissini.*

12 *Magistratus municipales non habent merum & mixtum imperium, sed illud residet apud prouinciæ Præsidem regulariter.*

13 *Si Papa concedat alicui simpliciter Castrum in Comitatu Venaissino, iurisdictio non transit in eum cui facta est concessio, sed remanet penes Rectorem dicti Comitatus.*

14 *Præsides Prouinciæ sunt clarissimi.*

15 *Locumtenens vtrum possit dare tutores.*

16 *Tutoris datio quæ iure magistratu competit, est delegabilis.*

17 *Episcopus vel eius Vicarius Clerico coram ipsis litiganti curatorem dare possunt.*

18 *An Episcopus Clerico litiganti curatorem generaliter ad omnes lites dare possit.*

19 *Solitum quid dicatur, & ex quibus probetur.*

20 *Iurisdictio concessa in officium est cumulatiua.*

21 *Quæ sint probanda per eum qui prætendit sibi competere quasi possessionem priuatiuam iurisdictionis, aut alterius rei.*

22 *In dubio quasi possessio iurisdictionis, cumulatiuè adiudicanda est.*

23 *De Locum-tenentibus & eorum potestate. Remissiuè.*

De præuentione in Gallia inter Balliuios, Senescallos, Præpositos, Curias præsidiales, Iudices ordinarios, & Locumtenentes criminales.

Vm dubitaretur, vtrum Rector Comitatus Venaissini haberet ius præueniendi Iudices ordinarios, eiusdem Comitatus, veluti Carpentoractensem, Valriacensem, Insulanum, & similes, in deputatione tutorum pupillis constituendorum pro regimine personæ, vel bonorum ipsorum, seu etiam curatorum pro bonorum ad adultos spectantium administratione.

† Dixi in primis supponendum esse, quod in hac quæstione, non tractatur de iudicibus Feudatariorum, seu Baronum & Vassallorum cum omnimodâ iurisdictione inuestitorum, quia cum iurisdictio illis competat, non ratione officij, sed iure proprio, & ex contractu onerofo, ratione feudi cum Principe concedente celebrato, sequitur iurisdictionem huiusmodi esse priuatiuam, non autem præuentiuam; & non obstante quacumque Rectoris Prouinciæ præuentione, causam deputationis tutorum, vel curatorum ad tribunal ipsorum Baronum, seu feudatariorum habentium omnimodam iurisdictionem esse remittendam, vt præter illa quæ nos fusè deduximus *parte 1.huius tractat.cap.11.num.7.& sequent.* tradit Faber. *in §.1.Institut. de Attil. tutor.* Quærit enim ibi an Regius Senescallos dare possit tutorem popillo qui est de terrâ Baronis sibi subiecti, habentis tamen merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem? Et primâ facie dicit videri affirmatiuè concludendum, quia † Præses Prouinciæ tutorem dare potest in locis, in quibus est defensor. *§.non valentes. Auth.de de defensor. ciuit.* Tamen contrarium determinat, quia Senescallus (talis autem Rector Comitatus Venaissini vocabatur antiquitus, vt legitur in antiquis instrumentis) est tantum iudex in terris Baronum, in casum ressortus, & non potest in illis exercere actum iurisdictionalem nisi in defectum illorum. † Ad instar Archiepiscopi, qui est superior Episcopo, & tamen non potest in Diœcesi Episcopi exercere iurisdictionem nisi in certis casib. specialibus, de quibus *in c. Pastoralis de offic.Ord.* Et Fabrum sequitur Curt.iuo. *consf.2.num.1.* Natt. *consf.580.num.4.* & Rotà Vall. *consf.48.num.23.24. & 39. vol.1.* vbi respon

respondendo ad contraria, dicit illa procedere in terris, & locis in quib. omnimoda iurisdictio pertinebat ad Superiorem solum, veluti ad Imperatorem, nec erat alicuius Domini particularis propria, secus quando terra erat propria Vassalli cum omnimodâ iurisdictione inuestiti.

4 Hoc præsupposito, vera est conclusio, Rectori Comitatus Venaissini circa deputationem tutorum vel curatorum personis sibi subditis, seu in Comitatu in terria non suppositis Baronibus, competere iurisdictionem cumulatiuam, itavt inter eos locus sit præuentioni. Quamuis enim olim variæ circa tutorum deputationem emanauerint constitutiones, quas ad longum referre superfluum esset, cum de illis agat Montao. *in tract. de tutel. cap.* 19. & Cuiac. *in l.* 1. *de iurisd. omn. iud. vol.* 2. *pagin. mihi, seu col.* 171.

5 † Non erat quidem olim deputatio tutoris actus iurisdictionis, sed legis, per text. *in l. mutus*, §. *tut. datio*, *ff. de tutel.* Sed hodie potiusest iurisdictionis, propter varias contentiones quæ circa tutoris deputationem oriri solent, Ioan. Iuuenal. *in l. Imperium, n.* 28. *ff. de iurisd. omn. Iud. in* 1. *volum. Repetent.* Gutier. *de tutel. p.* 1. *cap.* 14. *n.* 9. vbi dicit tutoris dationem esse iurisdictionis contentiosæ, & non voluntariæ, & propterea expediri posse, & debere per Iudices ordi-

6 narios ciuitatum, & non per delegatos. † Quod tamen dicitur de delegatis non subsistit, quia hodie omnia sunt delegabilia, præter vltimum supplicium, Specul. *p.* 1. *tit. de Iurisd. omn. Iud. n.* 26. Et nominatim de tutoris datione, quod sit delegabilis, *ibidem n.* 27.

7 Hodiernis itaque temporibus, ius dandi tutorem magistratibus omnibus competit, etiam municipalibus, *l.* 3. *ff. de tutor. & curat. datis ab his.* Bart. *in l. t. eiusdem tit.* ibi, *Quia omnibus magistratibus est per-*

8 *missum.* † Sed & præsides Prouinciæ ius habent deputandi tutores personis de suâ prouinciâ existentibus, *l.* 1. *ff. de tut. & curat. datis ab his.* Et in *l. muto*, §. *sub conditione*, *& in* §. *tutoris datio.* & *ibi* Alberic.

9 † Nam prouinciarum Præsides omnium Magistratuum vice funguntur, *l. omnia* 11. *ff. de offic. Præsid.* Vvesembec. *in* §. 1. *in verb. Præsidibus prouinciarum, Institut. de Attil. tutor.* & Ioan. Fab. *in* §. 1. *eodem, tit. num.* 10. vbi dicit, eos omnes qui habent regimen prouinciæ & territorij, & in eo omne imperium,

10 posse dare tutores. † Certum est autem Rectorem Comitatus esse totius prouinciæ Cumitatus Præsidem, sic enim eum vocat Castren. *consil.* 406. *num.* 4.

11 *volum.* 1. Vbi dicit † quod si Abbas alicui concesserit castrum, cuius merum & mixtum imperium erat penes concedentem; tali casu iurisdictio vti cohærens Castro, veniret, & contineretur in concessione. Sed si præsupponatur quod Comes Tholosanus, qui tunc erat Dominus Comitatus Venaissini, vti talis, non autem Abbas infeudans, haberet in illo Castro omnimodam iurisdictionem cum mero & mixto imperio, tunc non potuit sine dubio comprehendi In concessione, seu infeudatione factâ per Abbatem, qui illam non habebat, & iurisdictio non exercebatur per loci illius Magistratum, sed per Rectorem Comitatus Venaissini, sicut (inquit) videmus de facto, quod penes Rectorem prædictum est merum & mixtum imperium totius Venaissini, & non penes magistratus Castrorum: subdens hoc esse

12 conforme iuri communi: † quia Præses prouinciæ habet merum imperium prouinciæ, non autem magistratus municipales, *l. illicitas*, §. *qui vniuersas*, *ff. de*

13 *offic. præsid.* † Nam & hodie si Papa concederet alicui castrum aliquod dicti Comitatus, nullâ factâ mentione iurisdictionis, non transiret ad ipsum imperium (intelligendo tamen iuxta ea quæ circa hoc tradit Cancer. *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 13. *de Iuribus Castrorum, num.* 27. *& sequentibus.*) Sed illum remaneret apud Rectorem Comitatus, nisi expressa fieret illius mentio in concessione. Atque ita Castrensis de facto seruatum testatur.

Et sanè Præsidis Prouinciæ magna est authoritas, qui olim Clarissimus nuncupabatur, teste Menoch. *consil.* 302. *num.* 11. & 11. Chassan. *in catal. glor. mundi, part.* 7. *consider at.* 5. Purpur. *in l.* 1. *ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. num.* 157. 14

Quod autem attinet ad Locumtenentem Rectoris, distinguit Ioan. Fab. *in dicto* §. 1. *Instit. de Attil. tut.* vt scilicet, qui ab ipso Rectore substitutus est, non possit tutorem dare: qui vero ab alio superiore suam potestatem agnoscit, tutores deputaodi ius habeat. Vnde & nos io hac ciuitate hoc obseruamus, vt ius tutores deputandi ad solos Iudices ordinarios spectet priuatiuè quoad alios magistratus, dempto tamen Vicelegato, qui nonnunquam ex causâ solet adiri: verum executionem mandat dictis iudicibus Curiæ ordinariæ temporalis, vt hactenus obseruatum vidi, & si quando Auditores id facere voluerunt, impediti fuêre, (cùm à solo Vicelegato litteras patentes suæ deputationis obtinere soleant) præsertim, quia cùm sint extranei, si illis daretur facultas tutores deputandi, euanesceret titulus *de magistratibus conuenendis.* 15

Et facit à simili quod dicitur de Vicerectore Vniuersitatis, qui non vtitur eodem priuilegio quo Rector, si ab ipso Rectore creetur, sed si ab ipsâ Vniuersitate propter mortem, vel absentiam Rectoris deputatus fuerit, tunc gaudet eodem priuilegio quo Rector: Francisc. Marc. *decis. Delphin.* 4 *ar. numero* 4. *part.* 1. Bertrand. *consil.* 142. *num.* 3. *in fine, & num.* 4. *volum.* 3. *part.* 2.

Verum huius puncti decisio pendet ex facultatibus eiusdem Locumtenentis, in quibus, si tales adsint clausulæ, quæ etiam merum & mixtum imperium & tutoris, seu curatoris deputandi facultatem io se contineant, non est dubitandum quin ipse eodem iure, quo Rector, vti possit: quia indistinctè tutoris datio, quæ competit iure magistratus, delegabilis est saltem quoad cognitionem, quidquid sit quoad executionem: ex notatis per Bart. *in dict. l.* 1. *ff. de tutor. & curat. datis ab his*, & per Ioan. Fabr. *in d.* §. 1. *num.* 9. 16

Ad præmissa confert text. *in cap. fin. de iudic. in* 6. Vbi non solum Episcopus, sed etiam illius Officialis, minori coram altero ipsorum super causis ab illorum iurisdictione dependentibus litiganti, curatorem dare potest. Quem textum ad hoc allegat Ioan. Fab. *loco citato, num.* 11. *versic. sed contrarium.* Dicens; † Quod si agatur de dando minori curatorem generalem ad lites, locus est dispositioni illius, text. *in d. c. finali*, nam licet ille text. videatur loqui de certa lite, tamen *in versic. si vero intra*, loquitur de curatore generali ad lites, & in sequenti dicit illum textum loqui de curatore certæ litis. Quod tamen saluâ pace tanti Doctoris, non ita se habet. Immo verba illius sunt clara ibi, *Ad lites huiusmodi*, quæ sont restrictiua, & ad causas dumtaxat spirituales, de quibus ibi fit mentio, referri possunt. 17 18

Addebatur in facti contingentiâ probatio eius, quod obseruari solitum erat in Cor. à Rectoris, vt ipse, aut Locumtenens ipsius, tutores & curatores deputare posset, præueniendo iudices illos ordinarios, & super hoc producebantur plures sententiæ, & acta quæ cumulatiuam hanc seu præuentiuam iurisdictio 19

dictionem comprobabaot, cum maximè sententiæ & pncessuræ in contradictorio iudicio factæ essent, & per plures actus in diuersis causis teiterata talis possessin, seu solitum curiarum, quod quidem solitum dicitur etiam sufficienter ex voico actu probatum; multu magis si plures & diuersi actus producantur: Roch. de Curt. *in tract. de consuetud. quæst. 5. per totam*, Thesau. Iun. *lib. 1. quæst. forens.* 38. *num.* 17. Burat. *decis.* 51. *nu.* 1.

20 Et propterea non est dubitandum, quin Rector aut Locumtenens eiusdem, iurisdictionem habeat cum dictis iudicibus ordinariis Comitatûs cumulatinam, & locus sit inter eos præuentioni, cùm dictis iudicibus concessa fuerit iurisdictio in officium, & per consequens cumulatiuè, *cap. dudum, de prebend. in 6. cap. pastoralis, de offic. ordinar. l. 1. Cod. de offic. præf. verb.* Roland. *consil.* 80. *num.* 1. *& sequentib. lib.* 2. Meooch. *lib.* 2. *præsump.* 18. *num.* 8. & dixi *in prima parte huius tractatus, cap.* 10.

21 Quod si iudices curiarum ordinariarum prætenderent iurisdictionem sibi competere priuatiuè, & ea ratione non esse locum præuentioni, hoc pnbare tenebantur: Mantic. *decis.* 207. *n.* 1. Rota *diuers. decis.* 391. *num.* 1. *&* 2. *parte prima.* Postius *de manutent. obser.* 73. *num.* 29. Ad cuius quidem priuatiuæ pnssessionis probatinnem, debebant ostendere, interuenisse factas aduersus Officiales curiæ Rectoriatus inhibitiones, de procedendo ad similes actus, cum acquiescentiâ ipsorum Ludouis. *decis.* 493. *n.* 1. & *ibi* Add. *num.* 6.

22 Danda igitur erat manutentio (pro vt data fuit) Rectori Comitatus, & Iudicibus ordinariis cnmulatiuè in quasi possessione facultatis deputandi tutores aut curatores, Postius *in dicto tractat. obseruat.* 71. *num.* 10. Rota apud eundem *decis.* 198. *num.* 13. Et io effectu adest Regulamentum Comitatus *sub tit. de Salario Iudic.* quo cauetur Rectori eiusque Locumtenenti vna cum Iudicibus ordinariis trium iudicaturarum competere potestatem totores vel curatores deputandi priuatiuè quoad Castellanos & Viguerios, in casibus, in quibus facultates pupillorum excedunt valorem octingentorom florenorum.

23 De Locumtenentibus, (quia hæc non est materia nostra) plura videri poterunt apud Parid. de Put. *in tract. de Syndic. in §. substitutus, & §. an substitutus.* Vbi quod in casibus in quibus potest dari Locumtenens, debet esse Doctnr, & similis qualitatis cuius Iudex. Item Cancer. *parte 3. var. resol. cap. 9. num. 6. & seqq.* Marant. *in spec. in quinta distinct. de iudicio ord. vel deleg. à num.* 6. Bertrand. *consil.* 117. *volum.* 1. *p.* 2. Catol. Tapia, *decis.* 9. Auendan. *de mandat. princip. parte* 1. *cap.* 3.

De iurisdictione autem Domioi Rectoris Comitatus, circa insinuationes donationum, copiosè egimus *in noua Addit. ad c.* 56. *quæst. ciuil. p.* 1.

Et propter conformitatem materiæ sciendum est, quod aliàs fuit controueisia in Gallia super præuentione inter Bailliuios, Seneschallns, & Præpositos, quæ per Ordioationes Regias decisa est, & nominatim Fraocisci I. *anno* 1536. *articul.* 19. apud Footanon *tom.* 1. *edictor. Reg. fol.* 189. Vbi statutum est, quod locus est præuentioni in interdicto possessorio Retinendæ inter dictos Bailliuios, Seneschallos, & Præpositos; adeo vt possit inteotari iudicium manutentionis coram vno ex ipsis per intentantem iudicium eligendo; siue agatur de rebus sitis in ressortu illius præpositurae, siue in iurisdictionibus ab ea dependentibns: exceptis tamen Nnbilibus, quorum causæ tractandæ sunt coram Seneschallis vel Bailliuis. Quod si agatur de feudo nobili, causa possessoria tractanda est coram Iudicibus præsidialibus, tam inter Nobiles, quàm oon nobiles; non autem coram dictis Præpositis.

Similiter datum est ius præuentionis Curiis Præsidialibus aduersus Præpositos, Vicebailliuios, & Viceseneschallos, per edictum Henrici II. 1552. *art.* 18. apud Fontanon *tom.* 1. *fol.* 362.

Item locus est præuentioni inter Præpositos & Indices ordinarios in causis criminalibus, ex edicto eiusdem Henrici II. *ann.* 1552. apud eundem, *tom.* 1. *fol.* 192. *art.* 13.

Eadem præueniendi facultas conceditur Locumtenentibus criminalibus aduersus Præpositos, ne delicta remaneant impunita: ex ordinatione eiusdem, *anno* 1554. inserta *eodem tom.* 1. *fol.* 420. *articul.* 4.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Magnum Magistrum ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani, & Marescallum qui est Caput Linguæ. Et de vtriusque potestate & dignitate. Vtrum Magnus Magister delegare possit alteri causas coram Marescallo præuentas, ipse solus, aut cum conuentu sui Ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Magister ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani habet iurisdictionem ordinariam, in omnes Equites.*

2 *Superiores regulares sunt fundati in iurisdictione erga omnes Religiosos sibi subditos.*

3 *Dux militum habet iurisdictionem in milites.*

4 *Iurisdictiones Marescallorum, & aliarum Dignitatum per Linguas, habent suas separatas iurisdictiones in Ordine Melitensi.*

5 *Marescalli sunt Tribuni militum, & vti tales habent in milites iurisdictionem.*

6 *Iurisdictio concessa in certis casibus, regulariter non præiudicat iurisdictioni ordinariæ.*

7 *Inter Magnum Magistrum, & Marescallos ordinis Melitensis, locus est præuentioni.*

8 *Delegare alium nemo potest in iurisdictionalibus, nisi is qui iurisdictionem habet actu & habitu.*

9 *Magnus Magister dicti Ordinis, non potest solus euocare causas coram Marescallo præuentas, quia non habet solus potestatem, ad hoc sufficientem.*

10 *Iurisdictio independens & absoluta, non spectat ad solum Magnum Magistrum eiusdem Ordinis, sed coniunctim cum Conuentu.*

MAGNVS Magister sacræ Religionis ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitaoi, habens iurisdictionem ordinariam, prætendebat sibi licitum esse, causas 1 præuentas coram Marescallo, qui erat Caput Lingoæ Aluerniæ, nnn obstante præuentione, ad se auocare, & alicui personæ sibi bene visæ delegare & committere decidendas. Dubitatum fuit an posset.

Supponendum est primo pro huius dubitationis veriori resolutione, quod non solum ex illius Religionis stabilimentis, magous Magister habet in omoes Equites sibi subditos iurisdictionē ordinariam, &

& de omnibus illorum causis per se vel per Locumtenentes, seu Iudices ab eo deputandos cognoscen-
2 di facultatem. † Sed etiam ex iuris communis dispositione, ad instar quorumcumque superiorum Regularium, qui Iudices sunt Ordinarij omnium Religiosorum sibi subditorum, Abb. *in cap. cum ad Monasterium, n.7. de statu Monach.* Et in terminis huius Religionis Equitum Melitensium, Mohedan. *decis.10. de caus. possess. & propriet.* Rota *dec.101. n.2.*
3 *lib.3. p.3. diuers.* † Habet etiam ex alio capite iurisdictionem ordinariam tanquam Rector militum, cui de iure talis competit iurisdictio inter milites, *leg. penult. Cod. de iurisd. omn. iudic.*
4 Secundo supponendum est, quod Marescalli & aliæ Dignitates per Linguas, ex stabilimentis dictæ Religionis, suas habent iurisdictiones distinctas & separatas à iurisdictione Magni Magistri, quarum vigore cognoscunt de causis vertentibus inter Fratres & Milites eiusdem Religionis, necnon de pace facienda super rixis & controuersiis inter eosdem fratres ortis. Quam iurisdictionem Marescallus in casu proposito, prætendebat sibi competere, priuatiuè quoad omnes alios, necnon etiam quoad Magnum Magistrum, nisi in casum quo ipse vellet causas per se cognoscere. Nam si ipse per se cognoscere vellet, dicebat, sibi competere iurisdictionem cumulatiuam seu præuentiuam, neque licitum esse Magno Magistro causas per Marescallum præuentas alteri
5 delegare. † Cum ipse Marescallus esset Tribunus militum, & sibi tanquam tali, ordinaria in milites competeret iurisdictio, *l. officium regentis, §. Officium Tribunorum, ff. de re milit.* ibi, *Querelas commilitonum au-*
6 *dire, & dicta l. penult. C. de iurisd. omn. Iudic.* † Ratione cuius iurisdictionis contendebat sibi licitum esse, vti iure præuentionis, adeo vt non posset Magnus Magister sibi in causis præuentis præiudicare, illas delegando; non quod prætenderet iurisdictionem suam esse priuatiuam respectu Magni Magistri, quatenus ipse vellet per se cognoscere, aut quatenus causa coram illo fuisset præuenta, quia cum ipsi Marescallo data sit iurisdictio in certis casibus, non propterea censebatur adempta iurisdictio Superiori,
7 *d. l. fin. C. de iurisd. omn. Iudic.* Et nominatim, quod ex iurisdictione inter Milites concessâ, non censeatur adempta iurisdictio Iudicis ordinarij, docet Menoch. *lib.3. præsumpt.18. n.18. & 25.* Quod quamuis nonnulli extendant ad casum quo iurisdictio concessa fuit cum dictione taxatiua, asserentes hoc probari per text. *in l. viros spectabiles, C. de diu. offic. lib.10.* vbi concessio, vt Duces conueniantur coram Magistro officiorum, *tantummodo*, non excludit iurisdictionem Magistri militum, qui alias poterat cognoscere. Gonzal. *ad regul.8. Cancell. §.1. proœm. n.28.* Tamen aliud statuendum esse ostendimus in hac eadem parte *cap.45. n.8.* vbi vide, *& n.9.* Et cum supradicta quæstio in Rota Romana fuisset agitata, decisum fuit locum esse præuentioni, inter Magnum Magistrum & Marescallũ, itavt, si Marescallus præuenisset, non posset illius causæ fieri delegatio per Magnum Magistrum, iuxta notata per Vant. *in tract.*
8 *de nullit. in tit de null. ex defect. iurisd. deleg. n.29.* † Vbi dicit, ad hoc vt quis alium subdelegare possit, necessario requiri, vt ipse delegans iurisdictionem habeat actu & potentia tempore delegationis, id est quod causam quam delegauit liberè cognoscere & terminare potuerit, alias non tenet delegatio, *l. vn. in princ. C. qui pro sua iurisd.* Et de supradicta decisione constat *in Melitensi præeminentiarum*, die 9. Iunij 1625. coram Manzaned. *inter recentiores, p.5. decis.457.*
Quæ causa cum iterum proposita fuisset in Rota, tandem die 13. Nouemb. 1628. Rota stetit in decisis, videlicet Magnum Magistrum non posse solum causas coram Marescallo pendentes euocare, si ipse Marescallus præuenerit. † Quia talis euocatio pertinet ad absolutam potestatem, Afflict. *decis.361. num.18.* Francisc. à Poore, *de potest. Proreg. tit.2. §.1. num.24.* aut ad eum qui Superior est alterius iudicis in eodem genere iurisdictionis, vt diximus *c.36. n.15. & 12.* Et probat etiam Gail. *lib.1. obseru.41. num.1.* qui dum causas euocari posse asserunt, loquuntur, non de quolibet Superiore, sed de eo qui potest mandare alteri iurisdictionem; prout & nos latius loco prædicto exposuimus. Solus igitur Magnus Magister hoc facere non potest, cum solus non possit illam iurisdictionem demandare in præiudicium præuentionis. † Secus est, si ad talem euocationem 9
procedat cum assensu Cõuentus; quia iurisdictio illa independens, & absoluta non competit illi soli, sed dumtaxat quando procedit vna cum deliberatione Conuentus, secundum eiusdem Religionis stabilimenta. Poterit igitur Magnus Magister interueniente Conuentus consensu, causas à Marescallo præuentas, nullâ huius præuentionis habitâ ratione auocare: solus autem sine Conuentu, non poterit: vt fusius probatur, & explicatur per Rotam *decis.209. per tot. p.5. Recentior.* 10

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter plures Sanctæ Fidei in vnâ Prouinciâ deputatos Inquisitores. Item inter Inquisitorem generalem, & alium in quadam certa causa specialiter deputatum. Vel inter diuersarum Prouinciarum iurisdictionem habentes sibi demandatam cui videlicet ex duobus applicanda sit mulcta, casu quo ex consuetudine huic applicationi locus esset, in fauorem illius qui sententiam diceret.

SVMMARIVM.

1 *Plures Inquisitores in eâdem Prouinciâ deputati, habent iurisdictionem in solidum, & possunt coniunctim procedere, vel separatim, ad libitum.*
2 *Quod inter plures eiusdem Prouinciæ Inquisitores, non sit locus præuentioni, cum habeant iurisdictionem in solidum, speciale est, fauore fidei.*
3 *Siue isti Inquisitores simul vel separatim procedant, reus ab vno tantum Inquisitore punietur.*
4 *Præuentio non iuuat Inquisitorem generalem, quando alter per summum Pontificem specialiter in certa causa deputatus est.*
5 *Pluribus existentibus Inquisitoribus diuersarum prouinciarum, vtrum inter eos sit locus præuentioni.*
6 *In crimine hæresis, locus est confiscationi bonorum.*
7 *Iudex qui præuenit in citatione, præferendus est, quamuis alius fuerit diligentior in ferendo sententiam.*
8 *Si plures Inquisitores procedant, debent sibi inuicem communicare processus, & deinde omnia deferre summo Pontifici.*

9 Hære

9 *Hæreticus, potest vbique locorum puniri.*
10 *Si hæreticus in vno loco commiserit hæresim, & ab illius loci Inquisitore, fuerit præuentus, quamuis alio in loco continuauerit, remittendus est ad Iudicem præuenientem.*
11 *Limita, nisi palam vtroque in loco deliquerit, tunc enim non est remittendus ad Inquisitorem præuenientem.*
12 *Inter Inquisitores diuersarum Prouinciarum, locus est præuentioni.*
13 *Non fit remissio hæretici per Inquisitores ab vnâ ad aliam prouinciam (stante præuentione) per præuenientem.*
14 *Quando Inquisitor præueniens non petit remissionem, alius procedit, & processus est validus.*
15 *Si pœnæ sint reiterabiles, potest quis duobus in locis puniri.*
16 *Quilibet Inquisitor suum proprium habet fiscum.*
17 *Confiscatio aut emolumentum quando debet applicari Iudici, spectat ad eum qui laborauit in formando processu, & sententiâ ferendâ.*
18 *Circa pœnarum applicationem in tribunali sancti Officij, varia sunt consuetudines locales, quæ sunt obseruanda, nisi summus Pontifex contrarium statuat.*

STSVS capitia resolutiones versantur circa causarom præoeotiones, in tribunali Saocti Officij Inquisitionis, quatenos contentio potest esse inter plures Inquisitores.

1 Et ptimo quidem, qoando in eâdem Prouinciâ, duo sunt Ioquisitores, communiter delegati, simul vel separatim procedent. (nisi vnus esset principalis, alrer Vicarius & ab alio dependens, quo casu ea goæ de Vicariis Episcoporum diximus obseruanda suot) illi enim duo, æquè principaliter & communiter depntati, habent iurisdictionem in solidum, itavt non sit locus præuentioni inter ipsos, sed qnod vnus inchoauit, alius perficere possit: quamuis non idem obtinere in aliis Iudicibus suo loco. dixerimus. Sed in hoc casu specialiter sic coostitutum est ob Fidei fauorem, *cap. vt officium* 11. *de hæret. in princip*. Cuius hæc sunt verba. *Vt officium Inquisitionis contra hæreticos in Prouinciâ, in quâ vobis officium est commissum, auctoritate Apostolicâ possitis efficacius adimplere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfatâ prouinciâ, simul vel separatim aut singulariter (prout negotij vtilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & fefensores eorum, necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta sanctiones Canonicas procedatis.* Quibus concordat text. *in c. vt commissi*, 12. *eodem, tit. lib.* 6. Sousa *in aphorism. Inquis. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 3. Et diximus suprà *p.* 1. *c.* 1. *n.* 6.

2 Et hoc speciale esse fauore Fidei, dum negotium coram Inquisitoribus tractatur, docet Abb. *in c. causam matrimonij, num.* 7. *versic. sed credo illud non procedere. De offic. Iud. deleg.* Carren. *in tract. de hæretic. in* §. *de cuius Inquisitoris officio, n.* 3. Idem Abb. *in cap. fin. n.* 18. *&* 19. *de sent. & re iudic.* In aliis autem Iudicibus quãdo non versatur fauor Fidei, quid obseruandum sit diximus suprà *in c.* 1. *huius* 2. *partis in* 10. *con-*
3 *cl. n.* 67. *& seqq.* † Sed siue isti Inqnisitores simul siue separatim procedant, reus non punietur ab omnibus, se ab vno tantum: Angel. *in l. si pluribus, versic. Propterea dixit, ff. de legat. primò.*

4 Secundo loco hoc statuendum est, quod quando summus Pontifex deputauit aliquem specialem Inquisitorem pro certo particulari negotio, nòn potest Inquisitor generalis procedere in illâ causâ, quamuis prænenisset quocuoque præuentionis genere: quia per appositionem manus Papæ, suspenditur omnino eius iurisdictio; immo tenetur per exhibitionem omnium actorum coram se factorum, specialem istum Inquisitorem adiuuare, si requisitus fuerit, vt notaoit Peña *ad* 3. *partem director Inquisit. ad quæst.* 46. *num.* 95. Sousa *in Aphorismis Inquisit. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 1. Diana *resol. moral. part.* 4. *tract.* 8. *Resol.* 66.

Tertio. Quando agitor de pluribus Inquisitoribus constitutis in diuersis prouinciis, videndum est, 5
vtrum inter ipsoa locus sit præuentioni. Casum formaot Bald. Imol. & alij *in dict. l. si pluribus, ff. de legat.* 1. Quidam ex Prouincia Marchiæ oriundus in qui bona aliqua possidebat, mutato domicilio, transiuit ad ciuitatem Bononiæ, & ibi mansit per decennium, & vltra, & bona ibidem acquisiuit. Inquisitor Bononiensis, fuit diligentior in præueniendo & inquirendo ac procedendo contra istum de prauitate hæretica suspectum. Deinde vero Inquisitor Marchiæ, quantumuis præuentus formauic contra ipsum similem Inquisitionem, sed tamen iste idem Marchiæ Inquisitor fuit diligentior in prolatione suæ sententiæ, per quam Marchianum istum tanquam hæreticum condemnauit. Quæsitum fuit, quis prçferri deberet ex istis duobus Inqnisitoribus?
† Et cum in crimine hæresis locus sit confiscationi 6
bonorum, *cap. cum secundum, de hæretic. in* 6. Ideo dubitatum etiam fuit, vtrum attendi debeat processus factus Bononiæ, vbi præueotio facta fuit per Inquisitionem, an vero Marchiæ vbi præuentio facta fuit per prolationem sententiæ, & sic casu quo bona confiscata applicari debeant aliqua ratione Inquisitori seu denuociatori, vtrum hoc fiat faoore Inquisitoris Bononiensis, an vero Marchiani?
†Et videbatur esse præferendum Booniensem, quia 7
præuenerat per priores informationes, & Ioquisitionem, quia quando vnus Iudex prænenit legitimè causam, non est curandum de alio qui fuit prçuentus, quamuis iste fuisset diligentior in ferendo sententiam: Guazzin. *in tract. de defens. reor. defens.* 1. *cap.* 9. *num.* 21.

In contrarium facit qood dicit Angel. *in dicta* 8
l. si pluribus, per text. *in c. per hoc, de hæretic. in* 6. Vbi videtur quod eodem tempore etiam per diuersos Iudices deber procedi, & inquiri io causis Fidei, cum debeant inuicem communicare processum, & simul ferre sententiam, & ambo processus debent præsentari summo Pontifici, seu sacræ Congregationi generali S. Officij io Vrbe: & videtur quod si diuisim protulerunt sententiam, illa erit omnino nulla. Si vero simol, tunc sine dubio cessabit cõtrouersia præuentionis, quia eodem tempore prouidetur, & vnicus videbitur processus; & ideo secuodum Angelum bona existentia Bononiæ, applicabuntur Bononiensi: Marchiano vero, existentia Marchiæ. Existentia vero in aliis locis, vniuersali Ecclesiæ applicabuntur, quia vniuersalis Ecclesia est offensa.

Vt difficultes istæ soluantur. Norandum est pri- 9
mo, hoc in crimine hæresis, esse speciale, quod hæreticus vbicunque potest puniri, etiam extra locum delicti, cum crimen hæreseos causam habeat continuam & successiuam, Peña *in direct. Inquisit. par.* 3. *q.* 91. *versic. Iam quantum.* Sousa *in aphoris. Inquis. parte* 1. *cap.* 28. *numero secundo.* Farinac. *de Inquisit. quæstion.* 7. *numer.* 17. Immo puniri potest hæreticus per iudicem loci illius in quo repertus fuerit, quamuis ibidem oullo modo deliquerit, nec alia

ratione subditus sit illius iurisdictioni, vt testatur Farinac. *loco mox citato*. Ratio est, quia hæreticus vbi versatur, ibi delinquere videtur.

10 Secundo notandum est, quod licet hæreticus vbicunque reperitur, ibi puniri possit (vt dictum est) tamen, si quis in vno loco deliquerit, & ad aliam prouinciam aufugerit, ibique in eodem crimine perseuerauerit, poterit quidem in illo loco puniri vbi repertus fuerit, nisi tamen ab Inquisitore loci delicti petatur remissio delinquentis. At vero si remissio petatur, fieri debet ad Iudicem illius loci, in quo reus crimen apertè commisit, licet in alio loco occultè perseuerauerit. Non enim sequitur, Hæreticus vbique locorum puniri potest, (quod verum est)
11 ergo non est illius facienda remissio si petatur. † Si tamen reus vtrobique palam, vel vtrobique occultè deliquerit, non erit hoc casu facienda remissio, vt optimè explicat Couatruu. *practic. quæst. cap.* 11. *num.* 12. Quod etiam annotauit Director. Inquis. *parte* 3. *lib.* 3. *Schol.* 45. Vbi breuiter & dilucidè exponuntur omnia requisita, ad hoc vt delinquens remittatur ad alium Iudicem, quæ *ibidem* videri poterunt.

12 Tertio notandum est, inter diuersarum prouinciarum Inquisitores, locum esse præuentioni. Et propterea dum dicimus Inquisitorem debere remittere delinquentem ad locum delicti, intelligendum esse, si Inquisitor illius loci in quo reus repertus est, nondum processerit contra talem inquisitum, & illum nondum citauerit; nam si præuenisset per citationem, non teneretur reum remittere ad Iudicem loci delicti, Farinac. *de Heres. quæst.* 197. *numero* 11.
13 † Ideo si hæreticus postquam est inquisitus, & multo magis si fuerit citatus, à loco commissi delicti aufugiat, stante præuentione factâ per Inquisitorem loci delicti, hic solus procedere debet, cum habeat probationes, & processuras prius factas ratione eiusdem delicti. & alius Iudex, seu Inquisitor alterius Prouinciæ ad cuius locum reus accessit, tenetur illum remittere ad requisitionem Inquisitoris præuenientis; sed si in alio loco reus reperiatur, antequam fuerit citatus à Iudice loci delicti, & ibidem captus fuerit, iste Iudex seu Inquisitor, non tenetur illum remittere, imò causa propter præuentionem, coram ipso tractanda & decidenda est, vt explicat Farinac. *dicta quæst.* 197. *num.* 13. vbi sequentia Concilij verba refert. *Tutius & salubrius est, vt quisque culpabilis in quocunque loco deliquerit, vni, & illi tantum Inquisitori permaneat obligatus, à quo primo, sine fraude, & sine periculo negotij & animarum, fuerit occupatus. Ita tamen vt cæteri Inquisitores quidquid de illo nosse poterunt, inquirant, & nihilominus conscribant Inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus, sic enim quasi vir vnus pugnabitur & conuincetur.* Quibus verbis probatur inter Inquisitores locum esse præuentioni, & nihilominus processus inuicem esse communicandos.

Et ex his etiam patet cessare quæstionem illam, quam adducunt DD. *in dict. leg. si pluribus, ff. de legat.* 1. Quia cum supponatur per ipsos, Inquisitorem in ciuitate Bononiensi deputatum præuenisse sumendo informationes, & faciendo processuras super illo delicto, sanè si Inquisitor iste requisiuisset Inquisitorem in Prouinciâ Marchiæ deputatum, Marchianus tenebatur reum, & processum remitte-
14 re ad Iudicem præuenientem. † Verum quia Marchianus nullâ sibi factâ requisitione de reum remittendo, processit ad prolationem sententiæ, eius processus fuit validus, cum certum sit Inquisitorem posse validè procedere quamuis præuentus fuerit, si ab eo remissio non petatur, vt dicit Couarr. *dicto cap.* 11. *practic. quæst. num.* 12. Sousa, *lib.* 2. *Aphorism. cap.* 28. *num.* 4. Caren. *in annot. ad quæst. Guid. Fulcod. quæst.* 5. *numero* 10. † Et tamen verum, quod si 15
pœnæ essent reiterabiles, hæreticus pluribus in locis puniri posset, veluti si ageretur de imponendâ pœnitentia salutari, quæ est reiterabilis, Sousa, *ibidem num.* 5. Caren. *num.* 2. Idem si hæreticus esset vtrobique contumax, & ageretur de comburenda illius effigie seu statuâ, & similibus.

Quarto notandum est, quoad pœnæ aplicatio- 16
nem, quod cum quilibet Inquisitor suum habeat fiscum, & suum deputare possit Aduocatum fiscalem, vt notat Caren. *in dicto tract. de Offic. Inquisit. parte* 1. *tit.* 9. § 2. *num.* 17. † Ideo si fiat applicatio pœnæ, seu etiam confiscationis alicui fisco Sancti Offi- 17
cij, sequitur applicationem fieri debere in fauorem fisci illius, qui sententiam protulit, & processum formauit, & hoc, ratione laboris eiusdem Inquisitoris, qui fuit alio diligentior in præueniendo, & procedendo contra delinquentem, Farin. *de hæresi dict. quæst.* 190. *num.* 166. *circa medium*. Attamen apud nos confiscationes bonorum hæreticorum fiebant olim ante pacem Nemausensem (quæ celebrata fuit die vltima Nouemb. an. 1578.) in fauorem R. Cameræ Apostolicæ, dum aduersus hæreticos debito cum rigore diuersi processus formarentur. Et hodie etiam fieret extra casus articulorum dictæ pacis. Vidi tamen sæpius in tribunali Sancti Officij aliquas mulctas pecuniarias applicari fabricæ Palatij Sancti Officij, vel ornamentis Capellæ ipsius; aut similibus pijs operibus. Quandoque etiam Ecclesiis locorum in quibus actiones suspectæ, vel scandalosæ factæ fuere. Et istæ consuetudines attendendæ sunt quia rationabiles, nisi aliter præcipiatur de mandato Sanctissimi, à sacra Congregatione generali Sancti Officij vrbis Romæ, ex notatis per Farinac. *dicta quæst.* 190. *n.* 187. † Et de variis diuersarum prouincia- 18
rum constitutionibus, & consuetudinibus circa hanc confiscationum applicationem. Farinac. *dicta quæst.* 190. § 12. *per tot.* Guazxin. *de confisc. concl.* 21. *numer.* 15. *& sequentib.* Idem Farinac. *consil.* 117. *per tot. part.* 2.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudicem Originis & Iudicem loci in quo delictum commissum fuit. Vtrum pro delicto in aliena Monarchia commisso, Iudex eum qui sibi ratione originis subditus est punire possit: siue ex officio, siue ad instantiam partis. Quid si agatur de delicto leui, & vnus ex Iudicibus reum detineat in suis carceribus. Et quæ concurrere debeant ad hoc, vt vnus Iudex reum quem detinet in suis carceribus, ad alium Iudicem remittat. Et quid obseruandum sit, quando agitur de reo contumace. Ratione contrectationis vtrùm extraneus Iudex furem punire possit.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Iudex originis non potest procedere contra originarium, pro delicto in alienâ Monarchiâ contra non subditum commisso, secundum multorum sententiam. Licet aliqui sint in contraria opinione*, num. 2.

3 *Iudex originis procedere potest contra subditum per viam accusationis, pro delictis in alienâ Monarchiâ commissis.*

4 *In illis casibus dubitatur vtrum possit Iudex procedere ex officio, quando non adest pars querelans.*

Iudex qui non habet iurisdictionem ratione originis, domicilij, vel delicti, non potest procedere in causa criminali.

Pro delicto commisso in alieno teritorio vtrum quis puniri possit.

Pro furto ratione contrectationis, an & qua ratione procedi possit contra non subditum iurisdictioni.

5 *In hac quæstione controuersa debet attendi consuetudo loci in quo disputatur.*

6 *Remissio delinquentis non fit, nisi in grauibus delictis.*

7 *Iudex qui præuenit per capturam, difficilior est in remittendo causam ad alium Iudicem.*

8 *Si tamen carceratio fuisset affectata, superior mandaret causam remitti, non obstante tali præuentione.*

9 *Præuentio in criminalibus, inducitur per solam citationem, legitima executioni demandatam.*

10 *Præuentioni regulariter locus est, inter Iudicem originis & Iudicem domicilij.*

11 *Remissio non fit delinquentis, nisi ad requisitionem Iudicis qui vult illum punire.*

12 *Quomodo sint concipiendæ litteræ requisitoriæ, ad petendam remissionem delinquentis.*

13 *Remissio facilius conceditur, quando petitur à Iudice, qui est subditus eiusdem Principis, cuius est subditus Iudex requisitus.*

14 *Quando agitur de duobus Baronibus, existentibus sub eodem Principe, vnus non tenetur alteri reum remittere, sed quilibet suam tuetur iurisdictionem.*

15 *Vagabundus potest coram quocunque Iudice puniri, & quis dicatur vagabundus*, ibidem.

16 *Quando agitur de graui delicto commisso appensatè, & animo deliberato, Iudex domicilij vel originis, si præuenerit, reum remittere non tenetur.*

17 *Maior Curia, an & quando remittat causas, ad minorem.*

18 *In crimine hæreseos, non datur præuentio, quod quomodo procedat, vide* ibidem.

19 *In crimine raptus non datur remissio.*

20 *Ab vna Curia Ecclesiasticâ, remissio facilè datur ad aliam Curiam similiter Ecclesiasticam.*

21 *Iudex inferior non debet reos ad alienam Monarchiam remittere, inconsulto Principe.*

22 *Contra contumacem in foro originis, ac etiam delicti, vterque Iudex procedit. Quid si velit in vno foro contumaciam purgare.*

VIDAM Aoenionensis origioe, commisso in ciuitate Aquensi homicidio, aut alio delicto graui, ad eandem ciuitatem suæ originis confugerat, vbi instante fisco Apostolico pro huiusmodi delicti verificatione & successiuè punitione processus formatus fuit. Superuenêre Regij officiales ciuitatis Aquensis, petentes reum ad eorum tribuoalia propter delictum sub eorum iurisdictione commissum remitti. Dubitatum fuit vtrum Iudices Auenionenses tenerentur, aut possent reum remittere ad Iudices illos loci delicti, noo obstante præuentione causæ per eos facta. Hanc quæstionem ego habui in facto anno 1616. cum esset in hac ciuitate Prolegatus Eminentiss. bonæ mem. Cardinalis de Bagny, & cum illius participatione quendam reum, qui multa facinora commiserat in Prouinciâ, ad Curiam Aquensem remisi tanquam iudex ordinarius huius ciuitatis, vbi fuit pœna mortis punitus. Ac deinde cum quidam origine Auenionensis falsarum clauium fabricator, & fur, carceratus fuisset authoritate Curiæ Gratianopolitanæ, fuit ad litteras requisitorias eiusdem Cardinalis ad hanc ciuitatem remissus, & ad mortem naturalem condemoatus. Et sæpiùs similes remissiones non obstante quacunque præuentione in atrocibus delictis ab vnâ ad aliam Monarchiam fieri vidi. Sed vt tota huiusmodi remissionis materia inter Iudices loci originis, & delicti præuenientes, & præuentos, clarius explicetur, illam ad duo sequentia capita reducemus.

Primum est, vtrum Iudex originis procedere possit, & per consequens præuenire, ac postea punire originarium pro delicto in alienâ Monarchiâ commisso.

Secuodum, vtrum posito quod possit cognoscere, teneatur post præuentionem reum delinquentem remittere ad Iudicem illius Monarchiæ, in qua delictum fuit commissum.

Quod attinet ad primam quæstionem, variæ sunt in eâ Doctorum sententiæ, aliqui enim existimant, 1
oon licere Iudici originis, procedere, inquirere, vel condemnare originarium pro delicto contra non subditum io alienâ iurisdictiooe commisso, vt per multas rationes, & DD. authoritates fusè comprobat Menoch. *consil.* 911. quem, & alios plurimos per eum allegatos sequitur Cyriac. Nig. *controuers.* 299. *num.* 13. Plures alios citat pro hac seotentia, Farin. *de Inquisit. q.* 7. *n.* 19.

Alij vero censuerunt, Iudicem loci originis pro- 2
cedere posse pro delictis etiam extra limites suæ iurisdictioois commissis per originarios, quos etiam longa serie receoset Farinac. *dicta quæstion.* 7. *numero* 20.

Resoluendum est primo, Iudicem originis vel do- 3
micilij cognoscere posse pro delictis per subditum in alienâ Monarchiâ commissis, quando procedit per accusationem, & ad instantiam partis querelantis. Quia licet res publica loci originis vel domicilij, non videatur læsa per delictum commissum extra suum territorium, tamen ipsa pars querelans læsa est, ratione cuius læsionis competit ipsi ius accusandi & querelandi, coram Iudice domicilij vel originis, qui est Iudex competens respectu ipsius rei, Didac. *pract. quæst. cap.* 11. *num.* 6. *versic. sic etenim.* & *versic. Quod si ea vera est,* & *versic. Quod si ad partis petitionem.* Boss. *de foro compet. n.* 182. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 39. *num.* 4. *in princip.* Qui omnes hoc vti indubitatum supponunt, Farinac. *dicta quæst.* 7. *n.* 22. Barbos. *in l. hæres absens,* §. *proinde, in artic. de foro delicti, num.* 26.

Secondo, resoluendum est, eundem Iudicem ori- 4
ginis vel domicilij, noo posse procedere ex officio, dum non adest pars querelans pro delictis extra territorium suum commissis, secundum plurimorum sententiam. Qui rationem reddunt, quia res publica sui territorij non fuit læsa nec aliquâ iniuriâ affecta, sed solum pars ipsa offensam passa est, quæ cum

non conqueratur, nullæ videntur partes Iudicis in procedendo & condemnando. Et hanc veriorem & receptiorem esse sententiam asserit Barbos. *ad d. leg. haresabsens, §. proinde : in artic. de foro delicti, num. 19. ff. de Iudic.*

Certum autem est, Iudicem, qui non habet iurisdictionem in delinquentem ratione originis, vel domicilij, vel ratione delicti sub eius iurisdictione commissi, non posse procedere aduersus delinquentem, qui in eo loco forum non sortitur; nisi agatur de vagabundo: potest enim quis accusari in loco propriæ originis, vel paternæ; quia in illis videtur sortiri forum, vt conueniri & puniri possit pro delictis alibi commissis: iuxta ea quæ explicat Barbos. *in l. heres absens, §. proinde, in articul. de for. delic. num.* 8. & tradunt Gloss. & DD. *in l. 1. C. vbi de criminib. agi oporteat.* Cum hac tamen differentia, quod in loco originis propriæ, vel paternæ, aut io loco delicti, non potest accusari nisi ibi reperiatur: io foro autem domicilij accusari potest, quamuis ibi non reperiatur: vt notat Barbos. *loco citato, num.* 10. *Cod. vbi de criminib. agi oport.* & *in cap. cum contingat de for. compet.* cum *ibi* notatis per Abb. *in 6. circ. fin.*

In foro autem domicilij vel originis, pro delictis in alieno territorio commissis, procedi potest per viam accusationis, non autem per viam inquisitionis: vt dictum est *supr. num. 3. & 4.* Quamuis Cancer. videatur ad hoc inclinare, vt etiam per viam inquisitionis procedi possit contra subditum io aliena Monarchia deliuquentem: vt probat *lib. 1. variar. resol. cap. 2. de Iurisdict. num.* 73. & ante eum Vincent. de Franch. *decis. 66. & ibi per Addit.* Et ideo cum adsit diuersitas opinionum, difficile erit deducere in praxim opinionem Barbos. *in d. §. proinde, n.* 29. quia Fiscales inclinabunt semper io illam sententiam quæ fisco fauorabilis est.

Si tamen ageretur de furto commisso in alieno territorio, dubitatum fuit vtrum ratione contrectationis rei furto subtractæ, Iudex alieni territorij in quo furtum commissum non est, possit procedere contra furem, cum aduersus illum nullam habeat iurisdictionem.

Certum quidem est quod furta in alieno territorio commissa, veniunt in considerationem ad aggrauandum, adeo vt tria furta dicantur; vt ex eorum frequentia aggrauetur pœna, quamuis in diuersis territoriis fuerint perpetrata: vt docet Gomes. *lib. 3. resolut. cap.* 5. Clar. *in §. furtum, num.* 10. Giurb. *consil. 93. num.* 2.

Sed an ratione contrectationis rei furtiuæ, procedi possit criminaliter per Iudicem contra non subditum suæ iurisdictioni? magna est inter DD. contentio, vt notat Farin. *de inquisit. quæst. 7. num. 7. & 8.* vbi concludit, quod si non esset requisitus, furem liberè dimitteret: sed si requisitus esset, illum iudici remissionem petenti nunquam denegaret. Eandémque quæstionem fusiùs prosequitur *in tit. de furt. quæst. 174. num. 54. & sequent.*

Opinio Bartoli quæ vult, vt fur secum deferens & contrectans rem furtiuam, puniri possit ab eo, sub cuius iurisdictione facta est contrectatio, apud Nos videtur in praxi receptior; ita tamen vt Iudex contrectationis requisitus, remittere soleat ad Iudicem delicti, vt in praxi sæpiùs obseruatum vidi: quia plerumque fures isti sunt vagabundi, & non declinant iurisdictionem Iudicis contrectationis: ex notatis per Farinac. *dicta quæst. 174. num. 60. & 62.*

5 Verum, quia quæstio ista est admodum controuersa vt omnes fatentur, & inter cæteros, Fachin. *lib. 9. quæst. iuris controu. cap.* 20. Ceual. *comm. qq. cap.* 678. Ego censeo attendenda esse concordata, quæ sæpè fiunt inter diuersas Monarchias, super concedenda delinquentium remissione ab vnâ ad aliam, & illis deficientibus standum esse consuetudini cuiuscunque tribunalis: quod & voluit Iulius Clar. *in pract. crimin. §. fin. q. 39. n. 4. versic. Benè verum est*, cum pro vtraque opinione, nèpè quod fieri, vel non fieri debeat remissio, diuersimodè fuit variis in tribunalibus obseruatum, vt videre est apud Vincent. de Franch. *decis. 66. & ibi* Addentes Sanfelic. *decis.* 68. Thesaur. *decis.* 90. Et in Cathaloniâ procedi etiam per inquisitionem, non facta remissione, testatur Cancer. *lib. 1. cap. 2. num.* 73. Erit ergo semper attendendum quæ sit cuiusque tribunalis obseruantia, vt testatur etiam Bellam. *consil. 11. num. 6. versic. Quarto videtur.* Vbi agit de ciuitate hac Aueuionensi: Tusch. *littera R, conclus. 152. num.* 18.

Etsi casus occurreret, considerandum esset in pri- 6
mis vtrum ageretur de delicto graui, quia in leuibus
delictis Iudex originis vel domicilij, non debet re-
mittere reum ad Iudicem loci delicti, Couarr. *dicto
cap. 11. pract. quæst. num. 7. versic. Octauo remissioni lo-
cus erit.* Ranchin. *in addit. ad Guid. Pap. decis.* 202.
Sanfelic. *decis. 68. n.* 8. Tusch. *littera R, concl. 152.
num.* 53.

Præterea considerandum erit, vtrum Iudex origi- 7
nis vel domicilij, in delicto graui, præuenerit per
capturam personæ delinquentis: nam hoc casu,
difficilius obtineri poterit remissio ad Iudicem
loci delicti, † Nisi tamen præuentio fuisset affectata 8
& procurata ad euitandam maiorem punitionem
quam reus timebat, & sibi imminere credebat in
loco delicti, Boss. *in tit. de foro compet. num* 80. Iul.
Clar. *in dicto §. fin. q. 39. num. 4. in fine versic. si tamen
reus*, Sanfelic. *dicta decis. 68. num.* 3. qui idem locum
habere vult, si Iudex originis, vel domicilij præue-
nerit in citatione: sed de hoc nunc non agimus, cum
hoc esset redire ad materiam nostræ quæstionis
principalis, de cuius circunstantiis nunc tractamus.
De his etiam, Guazz. *in tract. de defens. reor. defens. 1.
cap. 17. num.* 34. † Hoc tamen certum est, quod si solæ 9
captæ fuerint informationes per aliquem ex istis Iu-
dicibus, ex hoc solo nulla oritur præuentio, nisi
etiam saltem processum fuerit ad citationem, An-
ton. Fab. *in Cod. lib. 3. cap. 14. definit.* 3. † Hoc item 10
certum est, inter Iudices istos locum esse præuentio-
ni, vt decisum est apud Vincent. de Franch. *dec. 37.
& decis. 505. num. 3. & decis. 88. num. 3.* Farinac. *qu. 7.
num.* 23.

Tertio considerandum est, vtrum interueniat re- 11
quisitio Iudicis loci delicti, nam eo non requirente
non debet vllâ ratione fieri remissio delinquentis,
ad eius tribunal, Fachin. *lib. 9. quæst. iur. controuers.
cap. 20. versicul. respondeo si petatur remissio.* Guid.
Pap. *decis. 202. num. 2. in 6. requisito.* Et huiusmo-
di requisitio non sufficit quod fiat per litteras pri-
uatas, sed debent etiam interuenire litteræ patentes
debitè sigillatæ: Tusch. *in verbo. Remissio, d. conclus.
152. num.* 9.

In quibus litteris patentibus fieri debet summaria 12
mentio delicti, & eorum quæ ex processu informa-
tiuo resultant in genere, ita vt Iudex requisitus de
remissione, possit aliqua ratione esse instructus de
qualitate delicti, & quod illud tale sit quod remis-
sionem mereatur, Couarr. *dicto cap. 11. pract. quæstion.
num.* 8. Farinac. *dicta quæst. 7. num. 35. versic. Benè ve-
rum est.*

Rursus & quartò considerandum est, vtrum aga- 13
tur

tur de subditis eiusdem Principis, tunc enim multò facilius facienda est remissio, quam si fieri peteretur de Monarchiâ ad Monarchiam, Viuius *opin.* 420. *num.* 10. Farinac. *dicta quæst.* 7. *de Inquisit. num.* 25. Thesaur. *decis.* 90. *num.* 6. Merlin. *lib.* 1. *controuersiarum, cap.* 95. *n.* 15. Boss. *in praxi tit. de for. comp. n.* 54. Vnde in quadam causa falsæ monetæ fabricatæ in ciuitate Carpentoractensi, in qua causa præuentio facta fuerat per capturam in ciuitate Aueníonensi & tribunali Viguerij, & carcerati fuerant expendentes monetam illam falsam in ciuitate Aueníonensi, cum peteretur causam remitti ad ciuitatem Carpentoractensem vbi fabricata fuerat moneta, & delictum principale commissum, ad euitandam contentionem super præuentione, & ne continentia causæ diuideretur, Aduocatus Fiscalis Legationis obtinuit per rescriptum Superioris causam totalem Viguerio & Iudicibus delegari, qui in ea processerunt de voto duorum Rotæ Auditorum in Assessores deputatorum, vt tradit D. Laurent. *decis. Rotæ Auen.* 114. Et ita faciendum est, dum agitur de Iudicibus sub eodem Dominio constitutis, vt Superior vtriusque iudicis authoritate sua omnem hanc præuentionis controuersiam præscindat & terminet.

14 Si tamen ageretur de duobus Baronibus, seu Dominis iurisdictionalibus, quorum vterque iurisdictionem suam separatam haberet, quamuis essent sub eodem Principe, res non esset adeo expedita, vt notauit Sanfelic. *dicta decis.* 68. *num.* 16. Immò videtur quod hoc casu Baro qui præuenit, non teneatur delinquentem, aduersus quem præuentione & diligentiâ vsus est, alteri Baroni negligentiori remittere, quia quilibet iurisdictionem suam tuetur & defendit quantum in se est: Vincent. de Franch. *decisione octuagesimaoctaua, num.* 5. Tusch. *litera R, concl.* 152. *num.* 58.

15 Quinto considerandum est, vtrum reus sit vagabundus: talis enim potest per quemcunque iudicem puniri: ideo remissioni locus non erit, sed causa retinebitur per iudicem præuenientem. Clar. §. *fin. qu.* 39. *n.* 7. Guazz. *de defens. reor. defens.* 1. *c.* 57. *num.* 39. cum pluribus per eum citatis. Guid. Pap. *decis.* 202. *sub num.* 1. Quis autem dicatur vagabundus, explicat Clar. *ibidem n.* 8. nempe qui per orbem vagatur nullum habens certum domicilium. Copiosè Farinac. *dicta quæstione septima, de Inquisit. numero vndecimo, & sequent. & consil.* 64. *numero tertio.* Baiard. ad Clar. *quæst.* 38. *numero* 54.

16 Sexto attendendum est, vtrum agatur de delicto graui, per dolum, animo deliberato, & appensatè commisso, veluti de homicidio præmeditato, & præuia deliberatione facto, tunc enim iudex domicilij, vel originis, potest reum punire, constito sibi de delicto, non tamen ad pœnam ordinariam delicti, sed dumtaxat ad pœnam extraordinariam, Thesaur. *decis.* 90. *num. vltimo, versic. Quando vero delictum.* Quod eadem ratione procedere videtur, in assassinij crimine; quia assassinus à quolibet Iudice puniri potest: vt per Farinac. *dicta quæst.* 7. *num.* 10. & in publico latrone & grassatore itinerum. Idem *num.* 11. Verum licet quilibet iudex tales delinquentes punire possit, non tamen ex eo infertur, quod si ad publicum exemplum, Iudex loci delicti similes delinquentes sibi remitti postulet, iudex originis, aut domicilij quamuis præuenerit, non possit remittere delinquentem ad iudicem loci delicti: cum, vt supra *hoc eodem cap. num.* 6. dictum est, grauitas delicti mouere debeat iudicem præuenientem ad concedendam causæ remissionem, tantum abest vt illi nocere possit.

Septimo considerandum est, vtrum agatur de minori curiâ remissionem petente, aduersus maiorem. Quia licet minor curia non teneatur remittere causam quam præuenit ad maiorem, Bald. *in l. senatus, colum. fin. C. de accusat.* Tamen in dubio maius tribunal debet minori præualere, in materia præuentionis, si non plenè constet de præuentione minoris, vel in ea sit aliquod dubium. Vt ostendimus *in* 1. *p. parte huius tractatus, cap.* 9. *num.* 9. Et tradit Oldrad. *consil.* 124. Quod intelligit Farinac. *dicta quæst.* 7. *num.* 33. post Couar. *practicarum quæst. dicto cap.* 11. *num.* 10. *versic. Decimotertio illud.* vt locum habeat, quando agitur de Superiore qui habet facultatem auocandi ad se causas, vel per viam appellationis cognoscendi. Nam alioqui non dicitur maius tribunal: quod per nos explicatum fuit *parte* 1. *dicto c.* 9. *n.* 9. & 10. maius enim tribunal illud diximus, quod est maius in eodem genere iurisdictionis.

18 Octauo inspiciendum est, vtrum agatur de criminibus, quæ ex sui natura remitti non solent, quia propter illorum enormitatem quilibet Iudex præuenite, & cognoscere potest, & quilibet dicitur competens ad effectum etiam puniendi; veluti in crimine hæreseos, de quo abunde tractauimus *hac* 2. *par. cap.* 10. Vbi ostendimus hæreticum puniri posse vbicumque repertus fuerit, etiamsi ibi nihil impium fecerit: Socin. *Reg.* 87. *in prima limitat.* Duen. *regul.* 378. *limitat.* 17. Farinac. *dicta quæst.* 7. *num.* 17.

19 † Idem de crimine raptus dicendum est; quia huius criminis rei à quocunque Iudice puniri possunt: Socin. *ibid. limit.* 3. Duenn. *limit.* 6. Farinac. *n.* 18. Sed eadem hac ratio militat quæ suprà *num.* 16. Quod enim dicitur reum horum criminum vbique puniri posse, concludit quidem, si remissio peteretur ex capite incompetentiæ illius Iudicis; Sed si petatur eo modo quo petitur à quolibet Iudice competente, ratio illa non impediret quin fieri posset remissio; verbi gratia ad iudicem delicti: sicut fieri potest per alios Iudices, qui alioquin essent competentes. Excepto crimine hæreseos, de quo satis diximus, *dicto c.* 10. *huius partis.*

20 Nono videndum est, vtrum remissio delinquentis petatur fieri per Curiam Ecclesiasticam, ad aliam Curiam similiter Ecclesiasticam: tunc enim non est deneganda facilè remissio: imò Iudex ad illam concedendam procliuior esse debet, quin etiam & potest aliquando cogi per Superiorem, quia causæ omnes Ecclesiasticæ subsunt eidem supremo Principi, hoc est summo Pontifici, *Can. cuncta per mundum,* 9. *q.* 3. Baiard. *ad Clar. q.* 38. *n.* 80.

21 Decimo aduertendum est, quod Iudices qui subsunt alicui Principi, non debent reos remittere ad alienam Monarchiam inconsulto Principe, seu illo qui loco Principis est, Tusch. *litera R, dicta concl.* 152. *num.* 61. Quod procedit etiam si talis remissio fieret in casu alioquin permisso, Clar. *dicta quæst.* 38. *n.* 12. *in fine.*

22 Vndecimo sciendum est, quod si reus sit contumax in vtroque foro, nempe domicilij, seu originis, & delicti, quilibet Iudex in loco suæ iurisdictionis procedere debet, nec de remissione tali casu tractandum est, vt notat Boss. *in praxi crimin. tit. de foro compet. n.* 82. Si tamen reus coram vno ex istis duobus Iudicibus in hac causâ procedentibus comparere vellet, & purgaret suam contumaciam, quamuis talis comparitio fieret in tribunali illius Iudicis qui posterior fuit in procedendo & sumendo informationes de delicto, & post talem comparitionem purgatâ coram secundo Iudice contumaciâ citaretur coram primo, causa coram secundo tractanda esset, non obstante præuentione primi, dummodo talis

comparitio

comparitio & contumaciæ purgatio facta esset sine fraude. Ratio est, quia secunda comparitio potentior est, & coram secundo reus comparere tenetur & causam prosequi; ergo non coram primo, cum duobus in locis pro eodem delicto comparere non teneatur, *l. senatus, ff. de accus. l. fin. ff. nautæ, caupon. stabul. Boss. in tit. de foro compet. num. 96. versic. fateor tamen.* Quod intellige iuxta notata inferius, *c. 32. num. 7. versic. & præmissa.*

CAPVT XII.

ARGVMENTVM.

Quando, & in quibus casibus præuentio causæ afficiat tertium in causa interuenientem, seu compateat vti euictionarius, seu author laudatus principaliter, vel accessoriè interueniens. Vtrum possit tertius proponere exceptiones dilatorias sibi ex proprio iure competentes, & nominatim exceptionē suspicionis Iudicis quamuis causam præuenisset. Quid si esset in gradu statuti cogentis affines, vel consanguineos ad compromittendum, an ex personâ propriâ, quamuis sit tertius, possit petere causam compromitti. Et de variis modis quibus tertius potest interuenire in causâ; ita quod illi obstet, vel non obstet præuentio. Quid statuendum sit in Clerico, seu alia persona Ecclesiastica, an teneatur comparere, & quomodo illi præuentio causæ obstare possit. Quid in emphyteuta laïci, vel Ecclesiæ, in colono & similibus. Ad quem Iudicem spectet decisio huius articuli. Quid si tertius veniat post consummatas executiones, aut laxatas per Rotam Romanam executoriales. Vtrum tertius qui non spoliauit, nec spoliari mandauit suspenso petitorio sit in eo audiendus. Quæ sit differentia inter nominationem & laudationem authoris, ad effectum transferendi iudicium in nominatum, non autem in authorem laudatum.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad causam quando dicatur venire accessoriè.*

2 *Legatarius pro suo interesse potest assistere liti quæ mouetur inter alios super inofficiositate testamenti.*

3 *Lis si mota fuerit super inofficioso testamento, præuentio obstabit legatario qui nouum non poterit mouere iudicium.*

4 *Siue legatarius sciuerit litem agitari super querela inofficiosi testamenti, siue ignorauerit; sententia quæ in illa causa feretur, afficiet legatarium.*

5 *Quando auctor laudatus comparet in causa tanquam vnus ex principalibus, potest eandem litem prosequi, vel nouam si velit instituere, nec præuentione ligatur.*

6 *Causa principaliter & separatim per euictionarium intentata, non impedit cursum causæ contra emptorem iam præuenta.*

7 *Præuentio obstat euictionario, volenti interuenire ad solam rei conuenti defensionem.*

8 *Euictionarius, aut alius tertius, per suam interuentionem non possunt nouare iudicium, inuito actore.*

9 *Nouatio iudicij, nunquam fit, inuito eo, cui ius actionis vel obligationis competit.*

10 *Euictionarius, ante litem contestatam, potest etiam inuito emptore, proponere omnes exceptiones declinatorias, eidem emptori competentes.*

11 *Intellige, dummodo exceptiones illas proponat intra easdem dilationes, intra quas, principalis id posset.*

12 *Tertius, post litem cum principali contestatam, non potest opponere ex personâ suâ exceptiones declinatorias sibi competentes, ne ex eius interuentione deterior fiat conditio actoris.*

13 *Expenditur opinio Romani* singul. 330.

14 *Tertius ad causam admissus, potest Iudicem, quamuis prauenientem & approbatum, recusare ex proprio capite ex causâ suspicionis, etiam post litem contestatam.*

15 *Si contentio sit inter proprietarium & vsufructuarium, super præuentione causæ per alterum eorum factâ, quid obseruari debeat.*

16 *Tertium, etiam ex personâ propriâ, omnes declinatorias exceptiones proponere posse, post litem contestatam, nonnulli existimant.*

17 *Euictionarius, an possit opponere ex persona sua, contra actorem, exceptionem compromissi statutarij, propter affinitatem, seu consanguinitatem cum ipso: Affirmatiuè.*

18 *Limitatur, vt non procedat, quando non comparet vti author laudatus, sed defensorio nomine.*

19 *Tertius veniens ad excludendum tam actorem quam reum, potest actori opponere exceptionem*, Tua non interest, *& similes peremptorias.*

20 *Quid intersit, inter exceptionem suspicionis, & alias dilatorias, ratione oppositionis ipsarum facienda per tertium.*

21 *Tertius potest in causa, tribus modis comparere.*

22 *Tertius veniens ad defendendum, causam assumit in statu in quo reperitur.*

23 *Quando tertius comparet in causa ad excludendum reum solum, vel actorem solum, potest nouum iudicium intentare, nec ligatur præuentione.*

24 *Tertius volens tam actorem quam reum excludere, potest nouum iudicium inchoare, si tamen velit interuenire in lite cœptâ, & præuentâ, debet venire in statu in quo causa reperitur.*

25 *Tertius interueniens ad repellendum tam actorem quam reum, non retardat cursum causa inter principales præuenta.*

26 *Tertius interueniens dumtaxat ad vitandam inter partes litigantes collusionem, ligatur præuentione nec mutat iudicij naturam, imò eadem persona reputatur cum principali cui assistit.*

27 *Ampliatur vt procedat, siue iste tertius assistens sciuerit litem agitari, siue ignorauerit.*

28 *Quando principalis est de collusione omnino suspectus, potest in totum remoueri à lite, requirente eo qui habet interesse.*

29 Tenor

29 *Tenor decreti, quo tertius admittitur ad causam diligenter inspiciendus est, & quid vtilitatis inde resultet.*

30 *Tertius volens exclndere actorem simnl & reum, potest petere sibi caueri de re restituenda per victorem, casu quo sibi debeatur.*

31 *Protestatio sola tertij hoc casu sufficit, ne sententia inter alios lata ipsum afficiat.*

32 *Sed vltra protestationem, potest petere sibi caueri vt supra.*

33 *Quamnis clericus author laudatus, comparere teneatur, ex verieri sententiâ, coram Iudice laïco, tamen sententia contra Clericum non potest exequi nisi anthoritate Iudicis Ecclesiastici.*

Intellige id procedere in Iudice merè laïco, secus est in Ecclesiastico, habente iurisdictionem prorogabilem.

34 *Continentiam causa diuidi, non est inconueniens, quando agitur de personis qua sunt diuersi fori.*

35 *Clericus potest prorogare iurisdictionem coram alio Iudice Ecclesiastico, non omnino incompetenti.*

36 *Differunt euictio & indemnitas, qua est causa omnino separata à lite principali, nec subest praueniioni illius.*

37 *Tertius citatus pro indemnitate, tanquam possessor, veluti si actione hypothecaria, vel interdicto Saluiano impetatur, est reus, & coram Iudice suo conueniendus, etiamsi in consequentiam actionis contra alium intentata conueniatur. Sed hoc casu Superior pro vnione causarum adeundus est.*

38 *Tertius comparens adhasinè, prauentione causa principalis ligatur.*

39 *Quando Tertius possidens nomine alterius, veluti colonus, in ius vocatur, Dominus principale habens interesse, potest petere se remitti ad suum iudicem.*

40 *Prauentio facta contra colonum, non afficit Dominum, nisi Dominus legitimè citatus fuerit, in persona coloni.*

41 *Emphyteuta, vel feudatarius, si citentur super dominio directo, iudicium transfertur in Dominum, qui potest petere se remitti ad suum Iudicem non obstante prauentione. Intellige vt* num. præcedenti.

Magna est differentia inter nominationem principalis: & citationem authoris laudati, in primo enim casu prauentio non afficit nominatum, qui potest petere se remitti ad suum Iudicem; in secundo vero casu tenetur litem defendere coram illo iudice qui praunenit.

Operarij laborantes de mandato Domini, si illum nominent, lis transfertur in Dominum.

Idem dicendum est de pluribus se Dominos directos eiusdem rei contendentibus: quod per plures casus ibidem explicatur.

42 *Quando agitur de Emphyteusi Ecclesiasticâ, Iudex laïcus de illâ cognoscere non potest, secundum mentem Rota Romana, quamuis emphyteuta esset laïcus.*

43 *Ægidiana constitutioni locum non esse Rota censuit, quando inter corpora contentiosa adsunt aliqua existentia de dominio directo Ecclesia.*

44 *Controuersia mota super qualitate fundante iurisdictionem, terminanda est summariè per eundem Iudicem causa: quod quomodo procedat explicatur.*

45 *Controuersia prauentionis inter duos Iudices, non est per alterum ipsorum, sed per Superiorem, aut per Arbitros iuris terminanda.*

46 *Tertius post consummatas executiones, nouum debet mouere iudicium.*

47 *Consummata executiones quando dicantur secundum stylum Rota Romane.*

48 *Prauentio non potest opponi Tertio, post executiones consummatas litem mouenti.*

49 *Rota non solet relaxare mandatum executiuum, sed solum concedit executoriales, & qua sit eius praxis.*

50 *Laxatis executorialibus, & cōcessâ declaratoriâ, dicitur facta realis executio secundum stylum Rota.*

51 *Patronus veniens in promptu, & docens de iure suo indubitato, impedit executionem laxatam ipso non citato, in lite inter alios existente, quamuis de tribus sententiis conformibus ageretur.*

52 *Idem si doceret statim de iure suo, per probationes in Curiâ incontinenti faciendas.*

53 *Tertius qui non spoliauit, nec spoliari mandauit, admittitur etiam in petitorio, quamuis illud fuisset suspensum.*

54 *Limita nisi ius istius Tertij esset connexum cum iure spoliantis. Idem obseruandum est quando commissio facta fuit cum clausula,* parito breui, *qua (quoad fructus) non afficit tertium non habentem ius connexum,* num. 56.

55 *Tertius qui causam suam tanquam principalis committi curauit, veniens in vim sua commissionis, non tenetur venire in statu in quo causa reperitur.*

57 *Tertius appellans quando faciat acta sua. Et remissiuè de materia.*

IXIMVS in prima parte huius tractatus, *cap. 20. num. 18. & seqq.* euictionarium non posse ex suâ personâ & priuilegio, impedire quin causa coram vno Iudice præuenta aduersus emptorem nullo suffultum priuilegio, coram eodem Iudice præueniente terminetur. Excepto fisco, cuius hac in re speciale est priuilegium, vt *ibidem* demonstrauimus.

Nunc autem quæritur è conuerso, quid statuendum sit, quando emptor priuilegiatus, veluti pupillus, vidua, miles, scholaris aut Doctor, aut alius quilibet cui competit exceptio fori declinatoria, non vult illius Iudicis coram quo citatur iurisdictionem declinare, vtrum venditor, seu alius euictionarius possit; non obstante præuentione causæ facta coram illo Iudice; ex personâ ipsius emptoris vel possessoris citati, vti illâ exceptione fori declinatoriâ, petendo causam remitti ad Iudicem rei conuenti. Hanc quæstionem nuper ego habui in facto. Quia quidam oriundus ciuitatis Carpentoractensis citatus in prima instantia coram Auditore in ciuitate hac Auenionensi, nolebat petere se remitti ad suum Iudicem ordinarium, quod tamen de iure facere poterat: cum autem vocasset euictionarium, hic volebat petere remissionem eiusdem causæ etiam inuito & renuente illo, qui vti possessor & vti principalis vocatus in ius fuerat. Ideo fuit dubitatum quid hac in re statuendum esset.

Et quia quæstio ista satis amplam & apud DD. 1
intricatam continet materiam, ideo vt distinctè procedamus, supponendum in primis est pro illius resolutione, non solum euictionarium, seu authorem laudatum, sed etiam quemlibet alium Tertium, duobus modis in causa posse comparere, seu interuenire. Primo quidem accessoriè ad defendendum reum citatum, seu etiam quando comparet dumtaxat ad assistendum liti, ne colludatur inter duos colligantes. † Huius casus exemplum habetur *in leg. si suspecta, ff. de inoffic. testam.* Vbi dicitur Legatarium, liti 2
quæ inter duos hæredes scriptos super inofficioso

testamento vertitur, assistere posse ad impediendum
ne inter ipsos, aliqua fiat collusio in sui præiudi-
3 cium.† Habetur etiam, *in Auth.nunc si heres, C.de li-*
tigios. Si enim Legatarius velit post motam, & coram
aliquo Iudice præuentam litem, nouam in præiudi-
cium huiusmodi præuentionis litem mouere, & no-
uum inchoare processum, non audietur, immò à
iudicij limine repellentur, eique obstabit exceptio
præuentionis, cum agens illo modo teneatur com-
parere & causam prosequi coram Iudice, qui præ-
uenit, & coram illo rationes & iura sua deducere, in
4 statu & terminis in quibus causa reperitur.† Ratio
est, quia sententia in huiusmodi inofficiosi testa-
menti controuersia proferenda contra hæredem, vel
pro hærede, ipsum quoque Legatarium afficiet, &
ius faciet quoad ipsum, siue causam agitari sciuerit,
siue ignorauerit, per iura & rationes allegatas, Co-
nat. *pract.quæst.c.13.n.3.* Et probatur per text. *in dicta*
Auth.nunc si heres, C.de litigios.

5 Secundo author laudatus, seu alius quilibet ter-
tius comparere potest in iudicio, principaliter pro
suo interesse, & non accessoriè. Et hoc casu si agatur
de iure quod non habet dependentiam à iuribus
partium collitigantium, datur illi electio comparen-
di in eodem iudicio si velit, & tunc faciet senten-
tiam, & acta sua. Et post talem comparitionem &
admissionem ad causam, tenebitur eandem subire
sententiam, idemque iudicium continuare. Si vero
malit ex proprio iure nouam litem inchoare (cum
supponamus ius ipsius nullam habere cum iure col-
litigantium dependentiam) poterit hoc facere; ne-
que illi obstabit præuentio & litispendentia inter
partes principales, cum hoc ius sit diuersum & se-
paratum à iuribus partium. Ita declarauit Rota in
vna Toletana Decimarum coram Eminentiss. Pam-
philio 19. Februarij 1553. inserta apud Marchesan.
de commiss. parte 2. fol. 153. & habetur apud Ludo-
uis. *decis.303.num.3.*

6 Causa tamen hoc modo intentata per Tertium
istum æquè principaliter, & ex iure independenti
agentem eo modo quo dictum est, non impediet cur-
sum causæ inter principales ipsos præuentæ, sed
vtraque causa curret marte suo. Ludouis. *dicta decis.*
7 303.† Nec obstabit hoc casu huic Tertio, separatim
& nouo iudicio agenti, quamuis illi opponatur cau-
sam inter principales esse præuentam, nisi quatenus
vellet interuenire accessoriè, & ad solam defensio-
nem rei conuenti, iuxta primam partem huius di-
8 stinctionis. Idem Ludouis. *decis.396.num.2.*† Cum
non possit per suam adhæsionem mutare naturam,
statum ac terminos iudicij præuenti, idem *dec.576.*
num.7.

Notandum tamen est, quod euictionarius cui lis
fuit per possessorem denunciata, non potest cogere
actorem vt mutet personam, & ipsum agnoscat in
partem, & in se iudicium à possessore transferri per-
mittat. Semper enim protestabitur actor, (prout so-
lent protestari Practici nostri) se nolle mutare per-
sonam nec iudicium nouare, & ipse in sua protesta-
tione fundatus erit. † Quia nouatio iudicij, vel
9 obligationis, non potest fieri sine consensu illius cui
ius actionis, vel obligationis competit: *l.si mandato,*
§.1.ff. mandat. Bart. *in l.solutionem, n.6.ff. de solution.*
Natt. *consil.630.n.2.ad fin.* Benintend. *decis. Bonon.9* a.
Barbos. *in l.venditor, 49.n.107.ff.de iudic.*

10 His ita præmissis, deueniendo nunc ad resolutio-
nes quæstionis nostræ principalis; sit Prima con-
clusio, quod si author laudatus, cui lis tanquam de
euictione obligato denunciata fuit, compareat in
iudicio, ad assistendum liti, & defendendum empto-
rem citatum; ante litem contestatam, potest non ob-
stante præuentione causæ, (quam ex sola citatione
induci sæpius ostendimus) omnes exceptiones fori
declinatorias opponere ex personâ emptoris illi
competentes, etiam illo inuito, vel renuente. Quia,
venditor, aut quilibet alius tertius comparens ad
defendendum reum in ius vocatum, tanquam inter-
esse habens in hac defensione, potest allegare & pro-
bare omnia per reum omissa, & opponere omnia
quæ ipse reus opponere posset: Gloss. 2. *in d.l.si su-*
specta, C.de inoffic.testam. Gloss. item a. *in c.final. De*
procurat.in 6. † Dummodo tamen talia proponat, & 11
excipiat intra easdem dilationes, intra quas reus, &
possessor admitteretur ad illarum oppositionem,
probationem & deductionem, cum vt mox dictum
est, teneatur defensionem assumere in eodem statu,
& terminis in quibus causa reperitur, *cap.2. vt lite*
pendent. & ita concludit Barbos. *in dicta l.venditor,*
n.171.ff.de Iudic.

Secunda conclusio. Euictionarius, aut alius ter- 12
tius veniens ad iudicium, ad defendendum dumta-
xat reum, non potest opponere exceptiones decli-
natorias sibi ex personâ suâ competentes, si lis fuerit
cum possessore contestata, & propterea illi sic com-
parenti & exceptiones huiusmodi proponenti, ob-
stabit hoc casu exceptio præuentionis iudicialis,
quod explicatum est per nos *p. 1. huiusce tractatus,*
cap.20.n.19. & per Marchesan. *de commissionib. tit.de*
euocat.causar.p.2.§.2.n.1. Natt. *consil.99.* Caualcan.
dec.5.num.39.p.4. Surd. *decis.147.n.5.in fine.* Giurb.
decis.Sicil.n.24.& 25. Quia ex defensoris interuen-
tione non debet fieri deterius actoris ius, vt mox di-
ximus *num.9.* & tradit Honded. vltra ibi citatos *cons.*
25.n.11.& seqq.vol.1.

Et propterea non admitterem in terminis huius- 13
ce casus doctrinam Romani *singul.630.* existimantis
venditorem aut alium tertium comparentem, etiam
post litem contestatam posse ex persona propria op-
ponere exceptiones fori declinatorias: quod dicit
se ita in magna causa iudicasse. Quia hæc opinio,
sic simpliciter accepta, contrariatur communi sen-
tentiæ de qua supra, nempè quod tertius hoc casu
veniens ad defendendum reum, tenetur causam
assumere in statu, & terminis in quibus reperitur.
Ergo impossibile est, vt causam in vno tribunali præ-
uentam, ad aliud tribunal post contestatam litem
trahere possit.

Speciale tamen est, in proponenda aduersus Iu- 14
dicem suspiciosa exceptione, ad ipsum à causæ co-
gnitione remouendum, quod tertius aut author lau-
datus, si ad causam pro suo interesse admissus fue-
rit, potest ex personâ propriâ exceptionem illam su-
spicionis & recusationis opponere. Ratio est, quia
cum semel ad causam fuerit admissus, etiam post
litem contestatam, non debet cogi ad litigandum
coram Iudice sibi suspecto: & quemadmodum post
approbationem iudicis factam expressè, vel tacitè
coram ipso comparendo, pars principalis potest ni-
hilominus illum recusare propter causas suspicio-
nis de nouo aduenientes, *cap.insinuante,* & ibi DD.
maximè Felin. *num.15. De offic.Iudic.deleg.* ita & iste
tertius cum de nouo ad causam admissus fuerit sim-
pliciter, post litem contestatam, nec dictum fuerit
quod admittebatur in terminis & statu in quo cau-
sa reperitur, poterit suspectum allegare Iudicem;
quia cum de nouo admissus fuerit, perinde est, ac
si causæ suspicionis de nouo superuenissent: licet
enim forsan hæ causæ antiquiorem habeant origi-
nem, tamen nondum proponi poterant, cum iste ter-
tius non esset in lite, ad quam de nouo fuit admissus.

† Quod

15 † Quod probatur per text. *in l. si pariter 9. ff. de liber. caus.* Vbi dicitur quod si seruus super libertate litiget, & in lite concurrant proprietarius & vsufructuarius eiusdem serui, vnus sine alio liti assistere potest. Si tamen alter eorum, cum fuisset absens, deinde iudicio super liberali causa nondum finito superuenerit, cogendus erit coram eodem Iudice qui causam præuenit, litigare. Sed tamen si iustam causam afferat propter quam ad eum remitti non debeat, veluti si eundem Iudicem propter inimicitias sibi suspe-
16 ctum esse allegauerit, audiendus erit. † Atq; ita, Tertium post litem cōtestatam ad causam admissum, Iudicem ex propria persona suspectum allegare, & remouere posse tradunt plurimi D. D. veluti Abb. *in cap. cum super, n. 2. ff. de offic. Iudic. deleg.* & *ibidem* Fel. *n.* 1. Gaill. *lib. 1. obseru. 71. n. 7.* Iacob. Laurent. *de Iudice suspect. cap. 15. n. 23.* Sanfel. *dec. 90. n. 20.*

17 Non videtur dissimile quod dicunt DD. quod scilicet quando author laudatus, seu euictionarius veniens in causa, vult suscipere iudicium, debet audiri si petat fieri compromissum, ex eo quod est affinis, vel consanguineus sui aduersarij litigantis, quamuis non sit affinitate, vel consanguinitate iunctus cum eo cuius iudicium suscipit, existente statuto per quod affines ad compromittendum adstringuntur, vt declarat & fusè propositis in vtramque partem rationibus determinat Bart. *in sua quæst.* quæ incipit, *Pisana ciuitatis concilium* quæ *est secunda inter quæstiones ipsius*, ad cuius doctrinam semper recurrendum est, prout ipse se remittit *in l. procurator 2. §. 2. ff. rem rat. haber.* Borell. *de comprom. §. 2. gloss. 3. n. 312. quæst. 43.* Maraot. *in specul. parte 6. actu 2. n. 7.* Quod tamen limitatur vt non procedat quando euictionarius, aut alius tertius, comparet accessoriè & nomine defensorio ac sponte, vt ostendit Carpan. *ad statut. Mediol. parte 1. cap. 125. n. 83.*

18 Immo, quod plus est; Gaill. *lib. 1. obseruat. 71. n. 7.* fortius existimauit, Tertium ad causam admissum, non solum exceptionem suspicionis, sed & omnes alias dilatorias exceptiones opponere posse, etiam post litem contestatam: quod & antea voluit Angel. *in l. venditor 49. ff. de Iudic. num. 1.* post Innocent. *in cap. Capitulum Sanctæ Crucis, num. 7. de rescript.* Ias. *in l. ita demum, num. 5. in 15. limitatione C. de procurat.* Quod procedere asserit Iacob. Laurent. *in tractat. de Iudice suspect. cap. 15. num. 23.* Etiamsi tales exceptionea huic Tertio ex persona propria competerent: limitando tamen, vt locum habeat quando iste tertius ignorauit litem agitari, secus si sciuerit, vt ibi per eum.

19 Sed hæc sententia non obtinet in terminis in quibus nos versamur, sed tantum quando agitur de Tertio qui comparet ad excludendum vtrumque, nempè tam actorem, quam reum, ex eo quod Tertius iste neutri ius competere prætendit, sed sibi soli, & rem seu ius controuersum ad se solum spectare, ad hoc vt eâ ratione ambo collitigantes excludantur: tunc enim proponendo exceptionem exclusiuam vtriusque, veluti *Vestrâ non interest*, & quid simile, tunc enim audiendus est. Sed hoc omnino differt à casu nostro, in quo loquimur de exceptionibus dilatoriis; at vero exceptiones quæ proponuntur ad exclusionem vtriusque, sunt peremptoriæ, vt dicit Barbos. *in l. Titia 35. n. 7. & 8. ff. solut. matrim.* Sed quod iste Tertius veniens post litem contestatam, possit generaliter omnes exceptiones dilatorias proponere, non videtur verum, nisi nouum iudicium instituat contra vtrumque; tunc enim cum sit noua causa, omnia opponere posset quæ de iure ante vel post litem contestatam opponi possunt.

Aliquis tamen adhuc remanet scrupulus; quia 20
dici potest nullam diuersitatis rationem allegari posse inter exceptionem suspicionis, & alias dilatorias. Ratio enim allegata quod exceptio suspicionis, tertio ad causam admisso suffragatur, consistit in eo quod illa superuenit de nouo propter nouam Tertij admissionem, eodémque modo militare videtur in aliis exceptionibus dilatoriis, quæ de nouo etiam obueniunt illi, qui de nouo admittitur ad causam, Castrens. *consil. 2. num. 3. lib. 1.* & *consil. 147. num. 3. eodem lib. 2.*

Pro totali & solidâ harum difficultatum, totiúsque 21
quæstionis solutione, repetendum est, quod suprà diximus, *n. 1. & sequentibus*, nempè quod tertius potest interuenire in causa pluribus modis. Primò quando venit accessoriè ad defensionem actoris aut rei. Secundo quando venit ad reum solum excludendum, vel actorem solum, veluti quando actori dicit, *Non tibi, sed mihi competit actio proposita.* Vel reo obiicit, *Tu non potes defendere, quia ego sum verus possessor prædij contentiosi, aut alterius rei in litem deductæ.* Tertio quando iste nouus in causa interueniens, comparet ad excludendum vtrumque, nempè tam actorem quam reum, dicens; *Non tibi competit actio, nec alteri collitigantı defensio, sed plenum ius ad me spectat.*

In primo casu cessat difficultas. Quia vt ostendi- 22
mus superius, *num. 3. & sequentibus*, Tertius veniens ad solam defensionem rei, tenetur assumere causam in statu in quo reperitur: non potest igitur exceptiones declinatorias proponere, nisi intra easdem dilationes, intra quas principalis illas proponere posset, vt suprà, *n.* 10. dictum fuit.

In secundo casu, quando tertius vult vnum dum- 23
taxat ex collitigantibus excludere, tale iudicium intentatum à tertio, est nouum & omnino separatũ & æquè principale, immo & magis principale, quia hoc casu ille Tertius subit vices actoris, & eius causa præiudicialis est causæ principali, siue de actione, siue de defensione tractetur: vt notatur *in l. Titia 35. ff. solut. matrim.* Couar. *pract. quæst. cap. 14. n. 3.* Vnde cum sit nouum iudicium, sequitur omnes exceptiones, etiam declinatorias, in eo opponi posse. Non enim tenetur causam assumere in statu & terminis in quibus illa reperitur, sed nouum omnino iudicium mouere potest.

In tertio casu, quando reus tam actorem quam 24
reum excludere intendit, potest quidem vel nouum inchoare iudicium, vel si malit litem cœptam prosequi. Sed nouum inchoando iudicium, non proptereà retardatur cursus litis cœptæ, immo vtraque causa currit marte suo, vt dicit Couar. *dicto cap. 14. num. 4. versic. Nos vero contrarium.* At vero si litem cœptam prosequi malit, tenetur illam assumere in statu & terminis in quibus reperitur, & per consequens iuxta distinctionem superius in primâ conclusione propositam, non potest exceptiones declinatorias post litem contestatam proponere. Et ita intelligenda est doctrina Gaill. & aliorum superius allegatorum *num. 18.* Quibus assentitur Mascard. *in tract. de probationibus conclus. 690. Exceptio dilatoria: num. 4.* & Sanfel. *dec. 90. num. 16.* Vnde ex præmissis resultat

Tertia conclusio, quæ iam satis explicata est, quod 25
tertius comparens in causâ, volens excludere simul tam actorem quam reum, non retardat cursum causæ inter ipsos vertentis: Cancer. *lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 17. versic. secus.* Et quamuis hoc in capite duæ sint opiniones contrariæ, quas refert Menoch. *consilio 488. numero 8.* Giurb. *decision. 1. num. 32.*

Tamen verius esse censent, processum hoc casu inter partes principales inuicem litigantes, minimè retardari, & Sanfel. *decis.90. num.*18. Et hanc sententiam conformem esse sensui Rotæ Romanæ, sæpiusque secundum illam fuisse iudicatum, testatur Addit.ad Burat.*decis.*833.*num.*10.*littera B.*

26 Quarta conclusio. Quando tertius interuenit dumtaxat, propter timorem collusionis, timens ne actor & reus aliquid in eius perniciem moliantur, tunc iudicij præuentione ligatur, nec potest forum declinare aut nouam litem instituere, cum hoc casu interueniat dumtaxat accessoriè & non vti principalis, & per consequens, iudicij naturam mutare non possit, *cap.vltimo.vt lite penden.in 6*. Innocent. Fel.& alij, *in cap.cum super. De offic.deleg.* Menoch. *dicto consil.* 488. *num.*4. Reputatur siquidem eadem persona cum principali, ideo exceptiones dilatorias ex propriâ personâ opponere non potest, Merl.*lib.*
27 1.*controuers.forens.cap.*30.*num.*3.*&* 4. † Idque procedit siue tertius iste litem agitari sciuerit, Merl. *ibid.num.*8. vbi allegat, Couarr. *pract.quæst.cap.*13. Gaill. *lib.* 1.*obseruat.*71.*num.*14. Ioseph. Ludou.*decis. Perus.*26.*num.*15. Quamuis in alio casu quando tertius venit, quasi eius principaliter intersit, si sciuerit litem agitari, gesta in illa lite ipsum afficiant, secus si ignorauerit. Et hæc est vna ex notabilibus differentiis, inter casum tertij interuenientis principaliter pro suo interesse, & secundariò, timore collusionis: ad notata *in l. sæpe* 63. *ff. de re iudic.* vt aduertit Merl. *loco citato, num.*7. post Giurb.*decis.* 1.*num.* 9.& alios plures ab ipsis citatos.

28 Immo si talis sit timor collusionis, vt de eâ verisimiliter Iudex dubitare posset, liceret huic tertio cuius principale interesse venit in controuersiam, omninò repellere à prosequutione litis suspectum istum litigatorem, vt notatur *in cap.2.de procurat.in 6.l.si perlusoriò, ff.de appellat.* Vant.in *tract.de nullit. in tit. Quis possit dicere de nullit.num.*11. *versic. Quinimo si principalis.*

29 Vnde colligitur benè inspiciendum esse in praxi tenorem decreti, per quod tertius ille ad causam admittitur. Si enim simpliciter admittatur ad assistendum liti, vel cum clausulâ, *quod non audiatur nisi ad assistendum*, tunc certum est, illum non posse ex personâ suâ exceptiones aliquas dilatorias opponere in præiudicium partium colligantium, aut etiam in detrimentum illius tribunalis coram quo causa fuit præuenta, Sanfel.*dicta decis.*90.*num.*21.Giurb.*decis.* 1.*n.*35. Et de hac admissione ad effectum simplicis audientiæ, egit Rota Romana, *decis.*493.*parte* 5. *recent.tom.*2.

30 Quinta conclusio. Quando tertius comparet ad excludendum actorem solum, vel reum solum, debet omnia acta causæ repetere ex integro: secus tamen est si vtrumque velit repellere, & excludere. Tunc enim non potest impedire cursum causæ inter ipsos vertentis, vt superius dictum est. Hoc tamen addendum est, quod hoc casu, ille ex colligantibus qui vicerit, tenetur dare cautionem de restituendo huic tertio rem petitam, casu quo postea tertius iste sententiam obtinuerit fauorabilem: iuxta textum *in l.is à quo ff.de rei vendicat.* Honded. *consil.* 25.*libro* 1. Cancer. *libr.* 2 *variar.resolut.cap.*16.*de tertiis opposit. num.*7.*&* 8. & iuxta tradita per Bart. *in l.si perlusorio,* §.1.*ff.de appellat.*

31 Posset forsan esse vtilius huic tertio (quatenus Iudicem, & notarium sibi confidentem eligere velit, nec causæ præuentione ligari) facere protestationem qualiter non intendit per illam litem sibi præiudicium inferri, immo quod in animo habet coram alio iudice pro iure sibi competenti aliud nouum, & separatum intentare iudicium, Barbos. *dicta l.*
Titia 35.*num.*8.*ff.solut.matrim.* † Et hoc casu videtur 32
sufficere, quod isti tertio, per eum qui vicerit præstetur cautio de re restituenda in casum futuræ victoriæ contra ipsum obtinendæ, vt suprà diximus, *num.* 30. iuxta notata per Merl. *dict. lib.* 1. *controuers.cap.* 30.*num.*25.

Sexta conclus. Quamuis alias dixerimus, & verũ 33
sit, quod Clericus assistens liti contra possessorem seu reum intentatæ, dum in euictionem vocatur, nõ potest fori declinatoriam allegare, immo in eodem iudicio comparere tenetur; tamen sententiæ executio non debet fieri contra ipsum authoritate Iudicis laici, cum iste sit Iudex omnino incompetens, & funditus careat iurisdictione aduersus clericum, propter legis expressam prohibitionem & resistentiam. Quod de Iudice laïco intelligo, nam si ageretur de Iudice Ecclesiastico, qui licet non esset Iudex ordinarius illius clerici, iurisdictionem tamen haberet prorogabilem, posset iste Iudex contra clericum authorem laudatum sententiam proferre, & executioni demandare: secus est si non haberet iurisdictionem prorogabilem, vel si procurator sine speciali mandato fecisset prorogationem, vel si clericus haberet Iudices cum priuatiuâ iurisdictione deputatos, tunc enim cùm iurisdictio illius iudicis qui de causâ principali cognoscere vult, non sit prorogata, vel prorogabilis, non nocebit clerico euictionario præuentio primi illius Iudicis, quia vbi quis non potest esse Iudex, non est locus alicui præuentioni: quæ omnia benè comprobat Cyriac. Nig. *controuers.* 383.*num.* 24. *versic.ad id etiam.* Quando autem & in quibus casibus possit Clericus prorogare iurisdictionem Iudicis alterius Ecclesiastici, tradunt *DD.in cap.significasti* 18.*de foro compet.* Carol.de Grass. *de effect. cleric.effectu* 1.*num.*53.*& sequentib.* Barbos. *in l.*1.*ff.de Iudic.art.* 3.*num.*179.*& multis sequentib.* Veritas est quod non potest prorogare iurisdictionem alterius Ecclesiastici sine consensu proprij Episcopi, expressè, nec tacitè; nisi impropriè, videlicet propter delictum, cum hæc sit potius amissio priuilegij, quam prorogatio iurisdictionis, vt dicit Gratian. *decis.*78.*num.*52. si igitur versemur in casibus in quibus Clericus potest alterius Iudicis Ecclesiastici iurisdictionem prorogare, tunc Iudex iste Ecclesiasticus prorogatus, poterit sententiam contra Clericum authorem laudatum pronunciare & executioni damandare: secus si esset Iudex laicus, cuius iurisdictio nullo modo prorogabilis est per clericos. Fontanell. disputans in vtramque partem, *decis.*309.*&* 310. Videndus Barbos. *in tract. iuris Eccles. vniuers. lib.*1.*cap.*39. §.2. *numer.* 518. Mangil. *de euictionib. quæst.* 6. *num.*35. Surd. *cons.*396.*num.*35.*& sequentibus.*

Neque obstat, si opponatur quod si per vnum Iu- 34
dicem fieret processus, & executio per alium, continentia causæ diuideretur: contra *l.nulli, C.de Iudic.*

Quia axioma illud non procedit, quando agitur 35
de personis quæ sunt diuersi fori, quo casu non est inconueniens si causa diuidatur, & quilibet remittatur ad suum iudicem competentem, Vinc.de Franc. *decis.*426. Griuell. *decis. Dolan.*31.*num.*14. nisi tamen ageretur de negotio indiuiduo, tunc enim causa Ecclesiasticæ iurisdictionis tanquam dignior totam litem ad se traheret ratione prærogatiuæ & præeminentiæ, Rota apud Anton. de Marin. *cap.*207.*num.*13.*&* 14. cum supponamus causam diuidi non posse.

Quando igitur clericus comparuit coram iudice 36
non

non omnino incompetenti in casibus in quibus iurisdictionem illius prorogare potest, aut etiam laicus qui fori priuilegium habet, alterius prorogauit iurisdictionem, si talis fit cui ius variandi non competit, non potest post litem contestatam, imò & post approbatam iurisdictionem per consensum expressum, aut tacitum recedere ab illius tribunali sub prætextu suæ declinatoriæ, quia post litem contestatam exceptiones fori declinatoriæ opponi non possunt, Cancer. *lib. 1. var. resol. c. 18. n. 3.*

36 Septima conclusio. Si non agatur de euictione, sed de indemnitate consequendâ, præuentio non obstabit, quominus Tertius pro rei litigantis indemnitate vocatus, exceptionem fori declinatoriam ex personâ suâ opponere possit. Exemplum afferri potest, si quis tanquam bonorum possessor citatus fuerit, & actione hypothecariâ vel Saluiano interdicto impetitus, & dicat adesse alios possessores posteriorem hypothecam & ius habentes, petendo eos in eâdem causâ citari, & in casum condemnationis, eâdem sententia condemnari, ad seipsum possessorem releuandum & indemnem seruandum, ex eo quod anterior possessor habet ius agendi pro sua indemnitate aduersus posteriorem, tunc si iste tertius pro indemnitate consequendâ citatus habeat fori declinatoriam, poterit illam in hoc iudicio indemnitatis opponere, vt coram suo iudice conueniatur. Quia causa ista indemnitatis, est omnino diuersa & separata à causa Saluiani interdicti, vel actionis hypothecariæ inter alios intentatæ. Ideo ex personâ suâ, poterit forum declinare, nec præuentio primæ illius causæ, ipsi nocere poterit, vt per Cyriac. *dicta*

37 *contron. 383. num. 15.* † Quia tunc, tertius iste citatus tanquam possessor, quamuis fuisset dumtaxat citatus cum clausula, *Quatenus sua putauerit interesse*, si compareat, & fateatur se possessorem rei, contra quam petitur indemnitas, cum sit reus, & actores ipsius rei forum sequi debeant, sequitur illum coram suo iudice conueniendum esse: quia hoc casu iudicium substantiatur in eius personâ, & ideo ex proprio capite, vel virtute sui priuilegij potest petere se remitti ad suum iudicem competentem, Cyriac. *di-*

38 *cta contron. 383. n. 8. & 12.* † Aliud est si compareret in causa accessoriè & adhæsiuè pro sola defensione rei conuenti, quia hoc casu iudicium non substantiatur in eius persona, sed fundatur in persona rei, causam principaliter defendentis; nec tam consideratur vti persona de per se, quam tanquam adminiculum quoddam, Bald. *in Auth. hodie, C. de appel. lat. n. 9.* Vbi propterea dicit hoie tertio sic accessoriè comparenti, nihil admidicari posse, quia nihil petit, Benintend. *decis. Bonon. 75. n. 4. in fine*, Et hanc conclusionem sequitur Honded. *cons. 25. n. 16. volum. 1.* Riminal. Ion. *cons. 42. n. 6. & 18.* Seraph. *decis. 906. n. 1.* Ludou. *dec. 159. n. 4.* & ibi Addentes, Giurb. *decis. 1. num. 25.* Plures citaul, *in 1. parte huius tractat. cap. 50. num. 18. & sequentibus.*

39 Octaua conclusio. Si ille qui rem alterius nomine possidet, conueniatur actione reali, veluti rei vendicatione, aut simili, tunc, cum ille non proprio nomine possideat, sed tantum nomine sui principalis, seu Domini, causa debet remitti ad Iudicem Domini competentem, qui de eius causis de iure vel ex priuilegio speciali cognoscere debet. Ratio est, quia coloni aut similes non suo proprio, sed Domini nomine possideant: *cap. cum venissent, de restit. spoliat. l. quod meo, ff. de acquir. possess.* Ergo non cum colono, sed cum Domino lis tractanda est: probatur *in l. 1. C. vbi in rem actio. & c. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non contest.* Abb. *in c. finali, n. 8. de empt. & vendit.* Gamm. *decis. Lusit. 333. n. 1.* † Vnde, 40 licet priuilegiatus teneatur possessorem defendere coram iudice ipsius possessoris, nec possit ea suæ personæ priuilegio forum declinare, vt sæpè diximus, per *text. in l. venditor 49. ff. de iudic.* Tamen hoc casu poterit Dominus, cuius principaliter interest, declinare forum & petere causam remitti ad suum Iudicem, non obstante citatione & præuentione factâ contra colonum, aut similem personam alieno nomine possidentem, Angel. & Imol. *in l. non solum, §. quod vulgo, ff. vsucap.* Aret. *in Instit. tit. de except. in Rubr. n. 17.* Rip. *in cap. 2. n. 54. de iudic.* Mangil. *de euiction. q. 6. n. 30.* & diximus in hoc tractatu, *p. 1. c. 50. n. 14.* Quod tamen intelligendum est iuxta distinctionem per nos alliatam, *p. 1. huius tract. c. 9. n. 64. versic. fallit, si notificatio.* Nempè vt procedat si citatio facta fuisset contra colonum vti possessorem. Secus est si Dominus ipse post factas debitas diligentias fuerit citatus in persona sui coloni, quò facilius citatio ad notitiam Domini deuenire posset: ex notatis per Ruyn. *cons. 163. n. 7. vol. 4.*

Nona conclusio. Si agatur de emphyteusi, vel 41 feudatario, vocante Dominum directum in euictionarium, pro iuris sui tuitione, iudicium in Dominum directum est transferendum, si de ipso Dominio directo côtendatur, veluti si alius tanquam Dominus directus citari faciat ipsum emphyteutam vel vassallum ad recognitionem, vel pro præstatione aliquorum seruitiorum, vel aliorum iurium Dominicalium, cum de eius interesse principaliter agatur. Et eadem hoc casu militat ratio quæ in mox facta conclus. 8. Et per consequens potest Dominus directus petere se remitti ad suum iudicium, & si illi opponatur causam esse præuentam, respondebit sibi non nocere præuentionem factam contra emphyteutam cuius non interest hunc vel alium habere Dominum directum, vt bene explicat Barbos. *in d. l. venditor. 49. ff. de iudic. num. 131. & 132.* August. Barbos. *de iure Eccles. vniuers. lib. 1. c. 39. §. num. 1. 19.* Intelligendo vt *num. praecedenti*, nisi factis debitis diligentiis ipse Dominus directus citatus fuerit in personâ emphyteutæ. Et iuxta præmissa explicanda sunt quæ tradit Mangil. *in tract. de euiction. q. 6. n. 57.* Natt. *cons. 354.* dum volunt Domino directo comparente causam esse remittendam ad Iudicem Ecclesiasticum, si illius sit Iudex competens, & idem dicit Natta, quod conductore citato, si Dominus velit audiri pro suo interesse, adeundus est Iudex ipsius. Hoc enim verum est, quando agitur de interesse ipsius Domini principaliter, quia ipse citandus erat, non autem colonus vel emphyteuta: ideo si actor velit vt processus ipsum afficiant, requiritur noua citatio & nouus libellus, nisi citatio facta fuerit aduersus Dominum in persona coloni, vel emphyteutæ, vt mox dictum est.

Conclusionem hic factam locum habere diximus *c. 55. in fin. hac ead. p. 1.* quando dominus directus côparet vt tertius principaliter & pro suo interesse; tūc enim illi non obstat præuentio quæ facta fuit contra emphyteutam; sed ista non omnino satisfaciunt, nec materiam bene explicant.

Ideo pro clariori intelligentia supponendum est *primò*, magnam esse differentiam inter nominationem alterius factam in iudicio, & denunciationem litis; seu laudationem Authoris, ad effectum obtinendæ euictionis; prout vtrumque casum separatim exponit Marant. *in speculo, parte 6. in 5. & 6. membro*, & optimè Cancer. *lib. 3. var. resol. c. 16. n. 134. & seqq.* Nominatio non tendit propriè ad consequendam euictionem, sed tantum impropriè, ad hoc scilicet vt

reus in ius vocatus eximatur à lite, & iudicium trāsferatur in eum qui nominatus est: Denunciatio verò ad effectum consequendæ euictionis fit, ad hoc vt citatus compareat ad defensionem rei, & in casum condemnationis, eadem sententia condemnetur ad illum releuandum, & indemnem seruandum. Exemplum nominationis dari potest in operariis, qui indebitè in alieno laborarunt de mandato Domini, hi enim non quidem vocant mandantem tanquam verum euictionarium, sed improprium; siquidem probando quod fecerint de mandato illius, à lite liberādi sunt, & lis in mandantem transferenda; & sic non est laudatio authoris, sed nominatio; vt dicit Vrsill. ad Afflict. *decis.* 218. *num.* 3. De qua materia copiosè agit Farinac. *de var. & diuers. q.* 97. *n.* 109. *&* 131. *& seqq.* Ricc. *collect.* 1286. Clar. §. *final. quæst.* 60. *n.* 15. Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. centur.* 1. *dist.* 27.

Aliud exemplum quæstioni propositæ conueniens deductum fuit *infra dict. dec.* 55. de emphyteuta, qui si inter duos de dominio directo sit contentio, quia videlicet quilibet ex duobus contendentibus dicat dominium directum prædij ad se pertinere, non debet emphyteuta litigare, sed nominando alium qui dicat se esse Dominum directum, debet liberari à lite, & contentio debet esse inter duos prætensos dominos directos. Ideo si Titium recognoui in dominum directū mei prædij, Sempronius vero agat contra me, petens, vt illum ratione eiusdem prædij recognoscam in dominum directum, nominando Titium vt se defendat, eximor à lite, & contentio tractari debet inter illos duos, cùm inea non intersit vtrùm ex duobus agnoscam in dominum directum: vt fusius probauimus *dicto cap.* 55.

His ita suppositis concludendum est, quod cum agitur de laudatione authoris, præuentio facta contra possessorem afficit euictionarium: & hæc est materia *l. venditor* 49. *ff. de iudic.* Sed si agatur de nominatione, præuentio facta contra possessorem, vel detentorem non afficit eum qui nominatus est; immo contra ipsum nouus libellus dari debet: Vrsil. ad Afflict. *ad dec.* 217. *n.* 2. Dec. *cons.* 62. *In causa n.* 4. *versic. Pro ista interpretatione.* quia tota lis transfertur in ipsum: Barb. *ad d. l. Venditor. n.* 31. *ff. de iudic.* Rebuff. *in const. Reg. tit. de dilatio. art.* 2. *gloss.* 1. *n.* 10.

In hoc igitur articulo hæc adhibenda erit diuersorum casuum consideratio. *Primus est*, quando possessor conuenitur ratione iuris quod in aliqua re prætendit, sed actor non controuertit ius domini directi; veluti si dicat, Ego contendo quod tu non es emphyteuta, vel feudatarius, aut quid simile, sed ego talis sum, & fateor, quod Titius, quem tu recognouisti in dominum directum, est verus dominus directus, & volo illum recognoscere in dominum directum: & hoc casu non est locus nominationi domini directi, & præuentio causæ locum non habet, quia controuersia est inter solos emphyteutas.

Secundus casus quando aliquis conuenit possessorem pro toto iure, quia contendit dominium directum ad se spectare, non ad Titium, quem emphyteuta recognouit: & tunc tota lis transfertur in Titium, qui propterea potest opponere exceptiones fori declinatorias, non obstante præuentione facta aduersus emphyteutam. Hæc est communis DD. resolutio *in l.* 2. *C. vbi in rem act. exerc. debeat*, & nominatim Bart. *n.* 6. Salycet. *n.* 5. Castrens. *num.* 12.

De hac materia nominationis videndus est Abb. *in cap. quoniam frequenter*. §. *in aliis, vt lite non contest.* Marant. *in speculo, dicta parte* 6. *memb.* 6. & relati per Alphanum *collect.* 68.

42 In emphyteusi tamen Ecclesiasticâ sæpe iudicatum fuit per Rot. Romanam, iudicem laïcum nullam super illâ habere iurisdictionem, etiamsi controuersia fit inter duos laïcos, & per consequēs, præuentionem similis causæ factam coram Iudice laïco, nullo modo impedire quominus causæ huius remissio petatur ad iudicem Ecclesiasticum, licet causa super solo dominio vtili inter ipsos emphyteutas tractetur. Ea ratione, quia cum Dominium directum Ecclesiæ sit omnino complicatum cum vtili, illique prædominetur, sitque Dominium vtile, verè & propriè eadem res cum dominio directo, est eius naturæ, vt directum semper sequatur, sicuti incrementum alluuionis & insulæ. Et cum subiectum bonorum sit semper & perpetuò ac materialiter Ecclesiasticum, non potest etiam indirectè subiici iurisdictioni & iudicio laïcorum, vt fuisè per Rotam *decis.* 42. *n.* 10. *& seqq. part.* 6. *recentior.* vbi plures aliæ decisiones eiusdem Rotæ allegantur, Gratian. *discept. forens. cap.* 447. *n.* 21. Cyriac. *controu.* 12. *n.* 67. Fontanell. *decis.* 341. *n.* 24. Donat. Anton. de Marin. *decis.* 207. *per totam.* Quamuis Fontanella velit etiam assignari posse hoc casu Iudices laïcos, quod est contra decisionem Rotæ Romanæ.

Immo eadem Rota censuit, non esse locum Ægidianæ constitutioni quoad executionem sententiæ non retardandam post appellationem, quando concessa fuit immissio in possessionem diuersorum honorum, inter quę admixta reperiuntur quædam corpora quæ subsunt Dominio directo Ecclesiæ, quia ratione connexionis & maioris dignitatis, fit, vt Ægidiana locum non habeat nedum in illis corporibus existentibus de Dominio directo Ecclesiæ, sed nec in aliis merè laïcalibus, quamuis alioquin constitutio illa quæ est merè laïcalis, & per consequena non afficit Ecclesiasticos, debuisset tamen inter laïcos obseruari, vt in *Viterbiensi Fideicommissi, seu Attentatorum* 16. *Iunij* 1642. coram *D. meo Cerro*, & in *Ariminensi Saluiani interdicti* 19. *Iunij* 1643. *&* 30. *Maij* 1646. coram *D. meo Bichio*. Et hoc propter indiuiduitatem sententiæ, quæ non desumitur, neque consideratur ratione materiæ, sed ratione formæ, quæ de sui natura est indiuidua. 43

Decima conclusio. Quando oritur controuersia circa qualitatem fundantem iurisdictionem, veluti si disputetur vtrum Tertius veniens ad causam gaudere possit exceptione fori declinatoriā, siue ex eo quod agatur de viduā aut aliā miserabili personā, vel de Clerico, Doctore, Milite, vel Scholari, petentibus se remitti ad suos iudices, talia controuersia per eundem Iudicem causæ terminanda & decidenda est, ita tamen vt probationes in hoc iudicio factæ, fidem non faciant in negotio principali, cum fiant per viam summariæ cognitionis ad fundandam dumtaxat iurisdictionem, Menoch. *consil.* 1045. *in fine.* Et quod ad eundem causæ iudicem spectet huius articuli decisio, tenet Mangil. *in tract. de euiction. quæst.* 6. *num.* 29. Rem tamen dubiam existimat Cyriac. *controuers.* 383. *num.* 35. Pluribusque per diuersos casus rem explicat Menoch. *dicto consil.* 1045. *per totum*, qui verius esse existimat, quod quando exceptio qualitatis fundantis iurisdictionem, opponitur ab initio causæ, sicque per modum declinatoriæ, si qualitas huiusmodi negetur, iudex ipse prius de ea cognoscere debet, & si qualitatem veram esse competiat, procedet in causa principali: sin minus, causam ad suum iudicem remittet. Quam sententiam pluribus rationibus, & authoritatibus comprobat *ibid. num.* 3. *& multis seqq.* Reliqua apud eundem bene explicata videri poterunt, & ad illum dum casus aduenict recurrendum erit. 44

Verum

45 Verom est tamen, quod si non sit controuersia inter partes, sed inter iudices qui contendunt inuicem de causæ præuentione, vel de iurisdictione, in illa causa neuter ipsorum debet de hoc articulo iudicare, sed adeundus erit Superior vtriusque, aut nominandi erunt Arbitri, vt ostendimus, *p.* 1. *cap.* 12. *n.* 9. *& seqq.* Hic non repetemus.

46 Vndecima conclusio. Quamuis regulariter, tertius veniens in causâ post consummatas executiones, non sit audiendus, nisi nouum iudicium instituat, & executiones non dicantur consummatæ nisi post perfectam missionem in possessionem, & tunc tantum quando in executione nihil superest agen-
47 dum, vt diximus, *parte* 1. *cap.* 5. *n.* 4. † Tamen ex stylo Rotæ Romanæ quando fuerunt laxatæ executoriales, & concessa per Rotam declaratoria, & agitur de danda aggrauatoria, ista censetur realis & consummata executio, neque tertius admitti debet ad illam impediendam quando venit oppositiuè, quia cum ex stylo Rotæ, executio sit perfecta, & consummata, res non dicitur integra, iuxta textum *in leg. à diuo Pio.* 15. *§. si super rebus.* Et ibi DD. maximè Alexandr. *num.* 9. Adeo vt non sit hoc casu admittenda distinctio scientiæ, vel ignorantiæ, quam affert Cost. *in tractat. de re integr. distinct.* 95.
48 *num.* 13. † Quia hæc distinctio locum non habet, nisi tertius compareat ante finitam & consummatam executionem. Si enim perfecta sit executio, tertius illam reuocare non potest, nisi intentato nouo iudicio diuerso, & separato à primo executiuo, coram iudice sibi benè viso, dummodo sit competens; in causâ quippe illâ omnino diuersâ, non est vllus præuentioni locus, vt probatur ex decisis per Rotam, *decis.* 17. *num.* 5. *parte* 3. *recent.*
49 Ratio conclusionis & styli supradicti petenda est ex eo, quod Rota non solet, præsertim vltra montes, & extra statum Ecclesiasticum relaxare mandatum executiuum; sed tantum relaxat executoriales, quibus si pars non obediat, proceditur ad declarationem censurarum. Et post intimatas executoriales, lapso termino ad parendum dato, incurritur excommunicatio, nec est opus aliâ nouâ intimatione, vt deueniatur ad dictam declaratoriam: iuxta ea quæ copiosè explicantur per Posthium, *in tract. de mann-*
50 *tent. obseruat.* 103. *per tot.* † Idcirco, laxatis executorialibus, & concessâ declaratoriâ, dicitur facta realis executio secundum stylum Rotæ Romanæ, ad effectum excludendi ab illo iudicio tertium comparentem & volentem impedire vlteriores executiones, vt decidit eadem Rota *decis.* 313. *num.* 3. *versic. Præterea, & numeris sequentibus, eadem parte* 6. *recent.* & maximè *num.* 9. vbi dicitur distinguenda esse tria tempora:
51 Primum est, ante condemnationem. Secundum, post condemnationem, sed ante actualem executionem consummatam. Tertium, post executionem factam & omnino consummatam. In duobus primis temporibus, tertius non citatus veniens ad causam, constituit processum triangularem, & potest admitti, non solùm in primâ instantiâ, sed etiam in causa appellationis: sed respectu tertij temporis, non admittitur Tertius, nempè post perfectam, & consummatam executionem, quia tunc res non dicitur integra, DD. *in l. à diuo Pio, §. si super rebus,* & maximè Alexand. *num.* 9. Costa, *de re integ. dist.* 95. *n.* 9. Vtrum autem admittatur distinctio scientiæ, & ignorantiæ, de qua *ibidem* Costa, *num.* 13. determi-
52 nat *ibidem* Rota *dicta decis.* 313. *n.* 12. † Voluit tamen eadem Rota, *ibidem*, quod si tertius iste veniret incontinenti probaturus suam intentionem ex iisdem actis, vel per probationes faciendas in Curiâ, esset audiendus ad retardandam executionem: ad quod allegatur decisio Mohedani, 29. *sub tit. de rest. spoliat.* Quæ tamen non loquitur de executionibus consummatis, sed tantum de Tertio comparente ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, latarum in fauorem cuiusdam Monialis, petentis se reintegrari ad dignitatem Abbatissæ. Sed hoc melius explicatur apud Put. *decis.* 317. *lib.* 2. *in correct.* Quæ decisio est in eadem causa de qua in illâ Mohedani decisione. Ibi dicitur quod Rex Portugalliæ, vti tertius, & pro interesse quod habebat vti patronus, quod Abbatiæ præficeretur persona, bonis moribus ornata, fuit admissus ad causam post laxatas & intimatas executoriales, dum agebatur de censurarum declaratione, ideo; quia paratus erat docere incontinenti de iure suo, vel per probationes in Curiâ faciendas. Et ita ad concordiam reducuntur istæ decisiones, per Rotam, *in dicta decis.* 313. *num.* 15. *parte* 6. *recentior.*

Duodecima conclusio. Quando causa inter partes principales colligitantes fuit præuenta & inchoata, etiamsi subsequuta esset suspensio petitorij, tamen si tertius qui non spoliauit, nec spoliari mandauit, compareat, & petat se admitti in eadem causâ pro suo interesse, debet audiri, etiam in petitorio, non obstante illius suspensione, Felin. *in cap. cum super, num.* 17. *de sent. & re iudic.* Cum priuilegium suspensionis petitorij, sit introductum in odium ipsius spoliantis, vel spoliari mandantis, & non illius tertij, qui cum spolio nihil habet commune. † Vnde si iste tertius haberet ius connexum cum iure spoliantis, vel spoliari mandantis, non esset audiendus in petitorio post illius suspensionem, Innocent. *in cap. veniens, de sponſ.* Guid. Pap. *singul.* 276. Incip. *spoliatus possessione*, cum aliis allegatis per Rotam, *in recentiorib. decis.* 22. *num.* 3. *p.* 1. Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. n.* 80. Menoch. *remed.* 1. *recup. possess. n.* 381. cum aliis citatis per eandem Rotam, *dicta parte* 1. *recent. decis.* 23. *n.* 2. 53 54

Et licet tertius veniens in causâ, regulariter debeat venire in statu & terminis in quibus ipsa reperitur, vt suprà explicatum est; tamen hoc non procedit, quando iste tertius causam principaliter quoque, super spolio committi obtinuit, & venit vigore suæ commissionis, & non clausulæ generalis, quia hoc casu non arctatur statu causæ cum suis terminis & qualitatibus. Cassador. *decis.* 1. *de except.* Rota *dec.* 22. *n.* 2. *parte* 1. *recentior.* 55

Et quæ de tertio in causa spolij admittendo, quando habet ius independens à iure spoliantis, dicta sunt, confirmantur à simili: nam quando causa commissa fuit cum clausula, *Partibus* (sic) *breui*, tertius non afficitur per istam clausulam quoad fructuum restitutionem, si illos non perceperit, nec à percipientibus causam habuerit; quia est hoc casu merè Tertius, & pro suo interesse dumtaxat ad causam admittitur. Ratio est; quia hæc clausula, in solius occupantis odium est apposita, ideo ad alios non est extendenda, vt post Marchesf. *de commiss. parte* 1. *pag.* 397. *num.* 2. ostendit Barbos. *de claus. cap.* 98. *num.* 16. 56

Decimatertia conclusio. Tertius comparens in causâ appellationis, aut in primâ instantiâ facit regulariter acta sua, nisi tamen compareat eo modo quo supradictum est, *n.* 25. nempè ad excludendum tam actorem quam reum, tunc enim acta ante eius interuentionem facta, ipsum non afficiunt, sicut nec post illius admissionem facta, nisi fuerit citatus, vt benè explicat Beltram. in addit. ad Ludou. *dec.* 259. & 57

Add.

Add.ad Burat. *decis.833.* An autem & quando appellatio tertij admitti debeat ad retardandam executionem sententiæ inter alios latæ, explicat Lancellot. *de attentat.appell.pend.ampliat.14 per totam.* Sed quoad numerum sententiarum tertius facit acta sua, ita vt si duæ conformes subsequantur illius appellationem, prima cum illis iungatur ad faciendum numerum trium sententiarum conformium: Rota, *decis.98.num.7.part.1.recentior.* Putt. *decis.71.lib.3.* Marescot. *lib.1.var.resol.cap.20. num.14.* Seraphin. *decis.906.* Theodos. Rub. *in suis singularibus ad dictam decis. Put.71.* Rota *decis.450.partis 4.recentior. tom.1.* Achil.de Graffis *decis.13.de appellat.* Marches. *de commiss.part.2.pag.263. vsque ad 268. & parte 1. fol.1313.& parte 3.fol.98.* Cootard. *ad leg.vn. C. si de momene. possess. limit.25. num.19.* Tertius autem quis dicatur, & de materiâ; Ruginell. *de appell.§.2. cap.1.num.35.& sequentibus, & num.48.* Barbos. *in cap.cum super eo 15. de offic. Iudic.deleg.* Rebuff. *ad const.Reg.tit.de literis obligatoriis, tom.1.art.1.gloss.10. num.11.* Gratian. *discept.232.num.9.* Salgad. *de Regia protect.parte 4.cap.8. num.14.* Menoch. *remed.4. adipisc.possess.num.846.iuncto num.849.* Scacc. *de appellat.quæst.17.limit.6. membr.4. num. 46. & multis sequentibus.*

Quando autem iste Tertius vult euitare ne acta & sententiæ sibi preiudicent, debet committi facere causam prout in primâ tanquam veniens principaliter ex iure suo, nec sufficit ipsum ita comparere, sed debet hoc exprimi in commissione: Add. ad Burat. *dicta decis.833.* & ad Ludou. *d.decis.259.* Aduertet autem pars aduersa vtrum veniat principaliter, an defensorio nomine, aut alio ex modis superius dictis, ne per talem admissionem sibi præiudicium inferri patiatur; & hoc iuxta supradictas conclusiones & distinctiones, & nominatim secundum resoluta, *num.55.& num.21.& multis sequentibus.*

CAPVT XIII.

ARGVMENTVM.

Quando vnus ex pluribus cohæredibus præuenit in conficiendo inuentarium, vtrum alij cohæredes teneantur continuare illius confectionem coram eodem Iudice & Notario, an vero quilibet separatim suum inuentarium conficere possit? Et quomodo inuentarium per duos diuersos Notarios confici possit, si bona sint sita in diuersis prouinciis, vel locis. Quid si hæredes non assignatis portionibus sint instituti, aut vnus purè, & alius sub conditione. In legatariis autem quid obseruandum, si vnus ipsorum, coniunctus aut disiunctus, præuenerit petendo eandem rem vigore legati, vtrum præuentio ista alios legatarios afficiat. Inuentarium hæredis, vel tutoris, an prosit aliis interesse habentibus. Eum qui inuentarium confecit tanquam hæres pro parte, vel vti ex testamento, si deinde appareat esse hæredem in solidum, vel ab intestato, non teneri nouum conficere inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Ex actu confectionis inuentarij nulla oritur præuentio quoad creditores hæreditarios: oriri tamen potest fauore Iudicis & Notarij qui præuenit, quoad ipsum actum inuentarij.*

2 *Quamuis inuentarium ab eodem Notario qui præuenit conficiendum sit, si tamen nimis diffusum sit patrimonium, alius Notarius potest adhiberi.*

3 *Quæ sit praxis conficiendi inuentarium, quando bona sunt in diuersis locis.*

4 *Quando vnus Notarius præuenit in confectione inuentarij, alius potest adhiberi in casu impedimenti.*

5 *Duo Notarij in solidum rogari possunt de inuentario.*

6 *Quando vnus ex cohæredibus deliberat super aditione hæreditatis, alius non potest in totum adire, sed tantum pro parte sua.*

7 *Portio non petentis non accrescit petenti, nisi factâ repudiatione expressâ, vel tacitâ per lapsum temporis.*

8 *Qui petunt hæreditatem, non possunt plus petere quam habituri essent, cæteris adeuntibus.*

9 *Ampliatur hoc, vt procedat tam ex testamento quam etiam ab intestato.*

10 *Exceptio de iure tertij opponi potest, quando est potius de non iure actoris.*

11 *Vnus ex pluribus cohæredibus, non potest esse hæres nisi pro parte suâ quando alij non sunt exclusi.*

12 *Quando vnus hæres est institutus purè, & alius sub conditione, vtrum purè institutus possit totam hæreditatem petere antequam conditio euenerit: & infrà,* num.20.

13 *Legatarij, quando inter se disiuncti dicantur.*

14 *Quando legatarij dicantur coniuncti re & verbis.*

15 *Quando dicantur coniuncti re tantum.*

16 *Et quando sint coniuncti verbis tantum, explicatur per exempla.*

17 *Non debet fieri differentia siue hæres pro parte institutus totum petat in iudicio petitorio, vel possessorio, quidquid de possessorio dixerit Fusarius.*

18 *Legatarius verbaliter coniunctus, non potest præuenire quoad partem collegatarij.*

19 *Inter legatarios, aut fideicommissarios re tantum coniunctos, tota causa præuenitur, si ex vnus pluribus totum petat.*

20 *Aditio vnius ex cohæredibus purè institutis, non prodest adeunti, nisi pro parte sua, secus si sub conditione.*

21 *Inuentarium à singulis hæredibus, aut ab vno ipsorum, nomine aliorum conficiendum est.*

22 *Inuentarium hæredis, vtrum prosit fideicommissario, sine cessione iurium.*

23 *Inuentarij beneficium est personale. Et tamen transit in emptorem hæreditatis,* num.24.

25 *Inuentarium tutoris non iuuat hæredem, aduersus creditores hæreditarios.*

26 *Si in inuentario tutelari, fuerint adhibita solemnitates inuentarij legalis, hoc sufficit vt suffragari possit hæredi.*

27 *Præuentio vnius ex cohæredibus, non impedit quin alius cohæres, suum inuentarium separatum conficere queat, ex Doctorum sententia.*

28 *Inuentarium, non est actus iudicialis, sed nuda solemnitas.*

29 *Inuen*

29 *Inuentarij confectio, admittit quæstionem præuentionis quoad ipsum actum inuentarij, non quoad reliqua.*

30 *Vtrum hæres conficiens inuentarium reconueniri possit coram eodem Iudice, à creditoribus hæreditariis.*

31 *Reconuentio non est admittenda coram Iudice, coram quo actus extraiudiciales fiunt.*

32 *Ex confectione plurium inuentariorum à singulis hæredibus, multa oriuntur inconuenientia.*

33 *Sicut per repudiationem hæreditatis factam ab vno ex cohæredibus, portio alterius augetur ipso iure, ita & inuentarium tanquam ab hærede pro parte confectum, ipso iure auctum censeri debet.*

34 *Non est opus nouo inuentario si quis vti hæres ab intestato, illud confecerit, & postea fuerit compertum, ipsum esse ex testamento vocatum.*

35 *In locis vbi beneficium inuentarij obtinetur à Principe, quilibet ex cohæredibus, litteras nomine suo debet obtinere.*

INSTITVTIS duobus hæredibus, vnus ex ipsis alium præuenit acceptando hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, & curauit citari omnes creditores defuncti, ad vidēdum inchoari inuentarium, prout illud inchoauit per signum Sanctæ Crucis, & cum aliis formalitatibus de iure requisitis. Comparuit deinde cohæres alius, qui coram diuerso iudice, (competenti tamen) & alio Notario scribente, similiter adiuit hæreditatem cum eodem beneficio inuentarij, & curauit iterum citari omnes creditores ad videndum illud inchoari. Dubitatum fuit vtrum præuentio primi cohæredis, huic secundo venienti noceret, itavt nouum inuentarium non posset conficere, sed illud quod à cohærede præueniente inchoatum fuerat, continuare teneretur coram eodem iudice, & eodem Notario qui prœuenerat scribente.
1 † Dubium oriebatur ex eo, quod nos *in prima huius tractatus parte, c. 3. n. 3. & 4.* diximus, quod licet ex inuentario nulla oriatur præuentio, quoad causas creditorum instare volentiū contra bona hæreditaria, aut aliorum super hæreditate prætendentium, oritur tamen præuentio quoad ipsum iudicem & Notarium, itavt Iudex aut Notarius qui præuenit, & cœpit procedere in confectione inuentarij, debeat illud vsque ad finem perficere. Quibus accedunt tradita per Gratian. *discept. forens. c. 767. n. 3.* post Bald. *in l. fin. §. cum igitur, C. de iure delib.* & ibi Barbat. *in verbo, sed nunquid:* per tex. *in l. 1. C. de sportul. & l. propter, C. in quib. caus. tut. habenti tut. dari pot.* † Qui tā-
2 men hoc limitat, nisi propter rerum absentiam, aut propter nimis latè diffusum patrimonium, necesse esset duos adhibere Notarios, tunc enim præuenienti secundus adiungi posset, & inuentarium per duos diuersos Notarios confectum, esset validum: super quo prouisum est per statutum Auenionense, *lib. 1. rub. 63. art. 2.* vt Notarius bona immobilia, si in diuersis locis sita sint, describat in inuentario iuxta designationem sibi per hæredem, aut alium hæredis nomine faciendam, & perinde valeat ac si ad locum vbi bona sita sunt, fuisset accessum. Quoad vero mobilia & se mouentia mittatur notarius inuentarij, vel mittatur ad notarium loci vbi illa reperiuntur. † De iure autem communi, quando bona sita sunt in
3 diuersis locis, praxis conficiendi inuentarium, non multum differt à praxi statuti nostri, secundum Bald. *in d. l. fin. § cum igitur, C. de iure delib. n. 22.* quem refert & sequitur Phannc. *inter tract. diuers. de inuent. q. 240. num. 75.* vt scilicet vnicum inuentarium sufficiat, quia prius per se vel per alios, id est per procuratores, hæres debet inuestigare res hæreditarias, & ad hoc sibi datur annus, vt res illas perquirere possit, illasque in inuentario describere, prout in diuersis mundi partibus illas inuenit. Cui conforme est quod dicit Guid. Pap. *in tract. de inuent. n. 24.* Roland. *inter tr. diuers. q. 121.* Ego tamen sæpius obseruatum vidi, præcipuè in magnis hæreditatibus, vt mittatur ad Iudices locorum in quibus bona reperiuntur, cum litteris requisitoriis, & facto per illos inuentario, omnia coniunganter cum inuentario principali per Notarium in eo scribentem.

Notandum quoque est, regulam illam generalem, 4
quod in confectione inuentarij, vnus dumtaxat, per totum illius tenorem, adhibeatur Notarius, limitari, vt non procedat, stante impedimento Notarij in eodem scribentis, vt notauit Roland. *loco citato quæst. 102.*

Item & duo Notarij possunt adhiberi in inuen- 5
tario, si ambo de eo rogentur in solidum, in tantum vt possint se inuicem in alterius inuentario subscribere tanquam testes. Roland. *in dicto tract. de inuent. quæst. 104.*

Et ex præmissis videbatur concludendum, præuentionem suffragari Iudici, Notario & cohæredi, vt nullo alio in tribunali, nec alio Notario scribente, cohæres superueniens posset prætendere, quod procederetur ad alterius inuentarij confectionem nomine ipsius.

Contrarium tamen verius esse dixi dum casus 6
occurrit. Quia quando vnus ex cohæredibus, super aditione deliberat, alter hæreditatem adire non potest, nisi pro parte sua, non autem pro tota hæreditate: excepto casu, quo tota ad ipsum per repudiationem alterius cohæredis, aut alio modo fuisset deuoluta. Peregrin. *consil. 93. num. 2. volum. 3.* per text. *in l. 2. ff. si pars hæred. petat.* Atque ita declaratio vnius ex cohæredibus facta super aditione vniuersæ hæreditatis, non inducit præuentionem respectu alterius cohæredis deliberantis, vel nondum adeuntis,
& nondum repudiantis. † Nec potest opponi quod 7
portio non petentis accrescat alteri petenti. Quia ad hunc effectum requiritur repudiatio expressa, vel tacita per lapsum temporis, alias portio non petentia, alteri petenti nondum accrescit: *l. vnic. C. quando non pet. par. pet. accresc.* Caualer. *decis. 346. num. 7.* Et ita post longam disputationem concludit Thesaur. dicens sic fuisse iudicatum, *decis. 4. num. 8.* adducens inter cætera, text. *in dicta leg. 3. ff. si pars hæred. petat.*
† Vbi pro hac sentētiā, dicit esse clarissima Iuriscon- 8
sulti verba, quod qui petunt hæreditatem, non debent maiorem partem petere, quàm habituri essent cæteris adeuntibus, nec eis petitio prodesset, si postea
constiterit cæteros adiuisse. † Quod procedit, non 9
solum in hæreditatibus ab intestato delatis, vt voluit Peregrin. *in tract. de fideicom. artic. 9. n. 12. versic. & si duo sint.* Sed etiam in hæreditatibus vigore testamenti obuenientibus, quia aditio per vnum ex cohæredibus etiam testamentariis facta, non afficit alium, neque illius præuentio quidpiam operatur in præiudicium alterius cohæredis, quin possit nouum iudicium intentare, omisso illo iudice & notario, respectu ipsius actus seu declarationis aditionis: immo his non obstantibus, potest suam aditionem facere per actum & iudicium separatum pro parte ipsum concernente, *l. 2. §. pro qua quisque, ff. de bon. possess. secund. tabul.* Castrens. *in dicta l. 2. ff. si pars hæred. petat.*

Et hoc adeo verum est, vt reus conuentus actori 10
hanc

hanc exceptionem opponere possit, *Tu malè agis pro toto, cum sis tantum hæres pro parte*, quamuis huiusmodi videatur exceptio de iure tertij, quia tales exceptiones opponere licet, quando sunt exclusiuæ iuris agentis, quidquid in contrarium dixerit. Surd. *consil.359. num.15. & sequentib.* & Gratian. *discept. forens.330. num.9.* quos merito reprobat Ioan. Ant. Bellon. *in tract. de iure accresc. cap.7. quæst.37. n.19.* post Thesaur. *dicta decis.4. num.8. versic. Præterea.* Est etenim illa exceptio potius de non iure agentis
11 quam de iure tertij. † Quia vnus ex pluribus cohæredibus, non potest esse hæres in solidum, sed tantum pro parte suâ quaodiu cæteri non sunt exclusi. Quod fusius examinat bonæ memoriæ D. Archiepiscopus Argel. *de acquirenda possession. q.8. art.9. num.163. & multis sequentibus*, & est bonus text. *in dict. leg.1. ff. si pars hæred. petatur.* Quamuis D. Argel. *ibid. n.165. & seqq.* in eam eat sententiam, vt cohæres datâ cautione de restituendo cohæredia portionem audiendus sit totum petens, vt ibi per eum copiosius explicatur.

12 Cæterum, supradicta procedunt, non solùm in cohæredibus in certâ hæreditatis parte testamento relictis, verùm etiam in pluribus simpliciter absque vllà portionum assignatione nominatis, si purè & non sub conditione institutio facta sit, vt dicit Bellon. *in dicto tract. de iure accresc. c.7. q.37. n.24.* Quod si sub conditione aliqui, alij vero purè instituti fuerint, diuersi casus sunt considerandi, quos hic recensere superfluum esset, cum sint extra materiam præuentionis, & illos fusè explicet Bellon. *ibid. cap.7. q.37. num.96. & seqq.*

13 Quod autem attinet ad legatarios, vt paucis, sed clarè negotium exponamus, aduertendum est quosdam esse legatarios, seu fideicommissarios coniunctos, quosdam vero disiunctos. Disiuncti sunt, quibus diuersæ portiones diuersis orationibus relinquuntur, veluti, Titio partem dimidiam fundi Corneliani Lego. Sempronio partem dimidiam fundi Corneliani Lego. Hic sunt diuersæ orationes & diuersæ portiones, ideo est omnimoda disiunctio tam realis, quam verbalis probatur per text. *in leg.1.* & *ibi* Gloss. *ff. de vsufruct. accrescen.*

14 Coniunctorum vero, tria sunt genera. Quidam enim sunt coniuncti re & verbis, videlicet qui vocati sunt à testatore, in vnâ eademque oratione, sine expressione, vel assignatione partium, veluti si quis dixerit. *Instituo Meuium & Sempronium hæredes, l. re coniuncti, ff. de legat.3. l. Triplici, ff. de verb. si-*
15 *gnification.* † Coniuncti re tantum, dicuntur illi quibus eadem res fuit relicta, veluti si testator dicat *Instituo Titium in mea hæreditate*, vel *Lego Titio fundum Trebatianum*: Et in alia separatâ oratione, dicat similiter, *Instituo Meuium in mea hæreditate*, vel *lego Meuio fundum Trebatianum*: ista dicitur coniunctio realis, quia eadem hæreditas, vel idem fundus, & sic eadem res fuit relicta, sed in diuersis orationibus, & sic sunt in re coniuncti, & ad eandem rem vocati, sed sunt disiuncti verbis, quia sunt vocati in diuer-
16 sis orationibus. † Coniuncti verbis illi dicuntur, quibus eadem res, vel eadem hæreditas, in eadem oratione relinquitur, sed assignatis portionibus, veluti Titio & Mæuio, talem fundum æquis portionibus relinquo. Hæc est communis DD. traditio *in d. l. re coniuncti, & d. l. triplici* Gomes. *lib.1. variar. resol. cap.10. de iure accresc. num.24 & sequens.* & est materia satis per DD. pluribus in locis explicata, necessaria tamen pro vera quæstionis propositæ intelligentia.

17 Aduertendum quoque est, quidquid dixerit Fusar. *de substit. quæst.629. n.10.* ea omnia quæ iam hoc in capite dicta sunt, & mox dicentur circa præuentionem vnius ex cohæredibus vel collegatariis, locum habere non solum in iudicio petitorio, sed etiam in possessorio, adeò vt vnus ex cohæredibus, in casibus in quibus totum petere non posset, eadem ratione, non admitteretur ad petitionem totius, etiam in iudicio possessorio, veluti in remedio *l. final. C. de edicto diui Hadria.* de quo præcisè loquitur D. Argelus *de acquir. possess. quæst.8. art.9. per tot.* Belloo. *de iure accresc. dicto cap.37. num.18.*

His ita suppositis concludendum est, quod si agatur de legatariis, sola verbali coniunctione coniunctis, non potest vnus præuenire quoad partem socij, totam rem petendo in qua coniunctus speratur portionem habiturus, ideo si totum petat repellendus est à limine iudicij, vti ineptam proponens petitionem. Sæpius autem dictum est, ex petitione nulliter facta nullam oriri præuentionem. Quod autem petitio sit nulla, probatur ex traditis per Crauet. *consil.144. in fine.* Surd. *consil.415. num.12.33. & sequentib.* Bellon. *dicta quæst.37. n.31. & 32.* 18

Sed si agatur de legatariis aut fideicommissariis re tantum coniunctis, verius est & receptius, vnum ex ipsis præuenire posse, petendo totum, & totum etiam consequi, ita tamen vt si alij superueniant, cogatur eis suas portiones præstare: vt benè comprobat Bellon. *dicto cap.7. quæst.37. num.47. & multis sequentib.* & D. Argel. *de acquir. poss. quæst.8. art.9. num.141. & sequentib.* 19

Idemque obtinet in pluribus legatariis, re & verbo coniunctis, scilicet eum qui præuenit, posse petere totum: ita tamen vt alio superueniente, portionem suam illi reddat, Belloo. *ibid. num.80.* Argel. *num.141.* 20

Cum itaque in casu proposito, ageretur de pluribus cohæredibus purè institutis, quorum vnus solus declarauerat se velle adire hæreditatem testatoris, nulla ex illius petione induci poterat præuentio in præiudicium alterius cohæredis, cui ius æquale competebat, nec impediebat, quominus iste separato iudicio, Iudicem alium quemlibet competentem eligeret atque Notarium pro sui inuentarij confectione, & aditionis declaratione. Aut enim primus, pro parte sua dumtaxat aditionem fecerat; & hoc casu non continebatur aditio alterius cohæredis pro sua portione facienda: aut aditionis declaratio facta fuerat per primum adeuntem tam nomine suo & pro parte sua, quam etiam nomine alterius cohæredis & pro portione eiusdem; & hoc non, quia primus à secundo nullum habebat mandatum, & per consequens, nulla quoad portionem cohæredis inducta erat præuentio ad effectum impediendi ipsum ne separatim adiret. Et hoc verum est in duobus purè institutis. Nam si vnus purè, & alius sub conditione esset institutus, & conditio nondum aduenisset, distinguendi essent duo casus. Primus est, quando isti hæredes fuerunt instituti in partibus distinctis & separatis, veluti si testator dixerit, Instituo Titium in dimidia, & Caium in alia dimidia si nauis ex Asia venerit: & tunc non post Titius petere portionem Caij etiam ante conditionis euentum. Secundus casus est, quando hæredes non fuerunt in diuersis & separatis partibus instituti, sed in eodem asse, nullis partibus diuiso, & non facta hæredibus partium assignatione; ita vt hæredes sint re coniuncti: vel etiam si institutio simpliciter facta fuerit: & hoc secundo casu, potest hæres purè institutus totum petere, & apud se retinere donec conditio euenerit: prout larius hæc omnia comprobat & explicat

Bellon.

Bellon. Iun. *dicto tract. de iure accresc. cap. 7. quæst. 37. num. 96. & seqq. & num. 110.*

21 Supradicta respiciunt actum aditionis hæreditatis, sed & eodem ferè modo decidenda sunt quoad actum confectionis inuentarij. Recepta siquidem est, & ab omnibus approbata conclusio, inuentarium à singulis hæredibus, aut omnium hæredum nomine conficiendum esse: Cyn. *in l. fin. in princ. C. de iure deliber. n. 3.* Alb. *n. 7.* Salic. *n. 4.* Alex. *n. 11.* Ias. *n. 5. versic. sed licet.* Et DD. qui in contrarium allegari possent, veluti Bald. *in authent. sed cum testator. C. ad l. falcid. n. 9.* Alex. *in l. in ratione, n. 18. C. ad l. fal-*
22 *cid.* loquuntur in diuersis terminis. † Tractant enim de inuentario hæredis, vtrum prosit fideicommissario? quod tamen multum controuertitur, si non interueniat cessio iurium hæredis in fauorem fideicommissarij, quâ possit substitutus se tueri exceptione inuentarij, cuius beneficij cessionem obtinuit ab hærede grauato, vt per Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 4. gloss. 5. num. 44.* vbi concludit inuentarium hæredis, non obstante dictâ controuersiâ, suffragari fideicommissario, etiamsi nulla hæredis grauati cessio eiusdem beneficij inuentarij interuenerit, quia cum de inuentario non opponat fideicommissarius per viam actionis; sed tantum per viam exceptionis eo vtator aduersus creditores agentes contra ipsum, non est necessaria cessio iurium, quia possessor illa non indiget, dum proponit ius aliquod per modum exceptionis. Qua in sententia residet, *decisione 46. n. 16.* quamuis, *ibidem*, nimis generaliter dicere videatur, inuentarium vnius alteri tertio prodesse. Eandémque opinionem, vt inuentarium hæredis prosit fideicommissario, tuetur Cancer. *lib. 3. var. resolut. cap. 2. de inuent. n. 107. & seq.* Et de eadem re tractat Phanuc. *inter tract. diuers. de inuent. quæst. 136. n. 107. in fine, & quæst. 239. à n. 51. ad 53. & n. 59. ad 66.* Michaël Grass. *in §. Inuentarium, q. 4. num. 12.*

23 Quibus simile est quod dicitur de cessionario ipsius hæreditatis, quia licet priuilegium inuentarij dicatur personale, & per consequens non transitorium in cessionarium, vt voluit Laurent. Calcan. *consil. 18. sub num. 27. & 28. & est text. in l. ex pluribus,* & ibi Bart. *ff. de administrat. tutor.* Ias. *in l. quo minus n. 202. ff. de fluminib.* Roland. *inter tractatus diuers.*
24 *de inuent. quæst. 180.* † Tamen priuilegium inuentarij, transire in emptorem hæreditatis fuit decisum in Senatu Neapolitano apud Capy Latr. *decis. 15. n. 24.* Adeò vt si Ecclesia cedat iura sua alicui laico, quemadmodum ipsa Ecclesia non tenebatur facere inuentarium, ex Vincent. de Franc. *decis. 536. n. 29.* ita & ille qui ab Ecclesia obtinuit cessionem hæreditatis, non poterit vltra vires hæreditarias conueniri tanquam succedens in ius & priuilegium Ecclesiæ. Vel etiam iuxta opinionem aliorum qui in omnem euentum fatentur Ecclesiam obtinere posse restitutionem in integrum aduersus omissam inuentarij confectionem, cessionarius iste poterit eodem vti restitutionis in integrum priuilegio, vt *dict. decis. 15.* copiosius demonstratur.

25 Non tamen idem obtinet in inuentario tutelari, quo hæres aduersus creditores hæreditarios se tueri non potest, vt decisum fuit per Rotam *decis. 88.*
26 *n. 24. & decis. 126. n. 34. p. 7. recent.* † Nisi tamen in hoc inuentario tutelali adhibitæ fuissent omnes solemnitates in legali hæredis inuentario requisitæ, Rota *decis. 668. num. 3. parte 4. recent. tom. 1.*

27 Cùm igitur præfati Doctores & iura loquantur, & procedant in casibus omnino diuersis, remanet vera & illibata conclusio, confectionem inuentarij ab vno ex pluribus cohæredibus factam, non inducere præuentionem aduersus alios, nec impedire quominus ipsi separatim suum inuentarium coram alio Iudice competenti, & notario, conficere queant: nisi tamen malint alij cohæredes ratificare quod eorum nomine hac in re gestum est: quod vltra supra citatos docent Rebuff. *in constit. Reg. tom. 1. in tit. de sentent. prouision. art. 2. gloss. 3. num. 6.* Burat. *decis. 521. n. 7.* Phanucius *de Inuent. dicta quæst. 239. n. 58.* Carpan. *ad statut. Mediol. p. 1. c. 272. num. 9.* Mich Grass. *in §. Inuentarium heredis, quæst. 4. num. 12.* Bary. *de success. lib. 11. tit. quæ sint iura confect. inuent. num. 2.* Et inter antiquos Salicet. *in l. fin. §. sin autem dubius, n. 14. C. de Iure deliber.* Et *ibidem* Alex. *num. 11.* & alij omnes.

Sed obiiciet aliquis non esse agendum de præ- 28
uentione quoad inuentarium, cum iste non sit actus iudicialis, sed potius extraiudicialis, & nuda solemnitas, vt dicit Hodiern. ad Surd. *decis. 26 num. 11. &* Gratian. *discept. c. 797. n. 2. & 3.* Rota *decis. 331. n. 4. p. 5. recent.*

Responsio petenda est ex notatis per nos *part. 1.* 29
cap. 3. de inuent. n. 3. Videlicet, quod quamvis quoad petitiones iudiciales creditorum nulla ex inuentario oriatur præuentio, tamen quoad ipsum actum confectionis inuentarij tractari potest de præuentione inter plures cohæredes, verum coram vno aut altero Iudice vel notario illud fieri aut continuari pos-
sit. † Quamquam & quoad effectum prorogandi 30
iurisdictionem, præuentionem produci ex inuentarij confectione coram Iudice habente iurisdictionem prorogabilem facta, fuerit alias decisum in Senatu Neapolitano apud Hodiern. in addit. ad Surdi *decis. 26. num. 24. & sequentib.* Quia licet verum sit hæredem conficientem inuentarium, non posse reconueniri ad hoc vt confectio inuentarij retardari possit, tamen cum ipse Iudicem elegerit, coram quo in inuentarij confectione procederet, si deinde coram eodem reconueniatur, non potest illius, quem
approbauit, iurisdictionem declinare. † Cuius ta- 31
men decisionis resolutio apud me dubia est, quia actus inuentarij diuersus est ab actionibus hæreditatis, nec prorogatio iuridictionis facta per hæredem, fit ad alium finem quam ad conficiendum inuentarium, non autem ad suscipiendas actiones hæreditarias: vnde cum (vt iam dictum est) confectio inuentarij sit actus extraiudicialis & diuersus, non video quomodo ex eo nascatur effectus prorogationis iurisdictionis, ad actum iudicialem diuersum & omnino separatum, & ab actu confectionis inuentarij independentem.

Iterum obiici potest, quod ex nostra resolutione 32
multa oriri possent inconuenientia. Nam si hæres pro parte institutus, qui pro sua portione tantum hæreditaria adiuit, & inuentarium confecit, alias postea portiones per ius accrescendi, alióve modo acquireret, nouum inuentarium conficere teneretur, & si quatuor aut plures postea portiones ad ipsum obuenirent, plura & totidem inuentaria conficere oporteret, non sine magno incommodo & expensis: Et similiter si quis vti hæres ab intestato adiuerit hæreditatem, & tanquam talis inuentarium confecerit, & deinde successu temporis comperetit se esse hæredem testamentarium, videretur omni æquitati repugnare si repetitis sumptibus nouum cogeretur inuentarium conficere.

Sed ad hoc respondetur Primo, quod nihil impe-
dit, quo minus hæres, pro parte institutus conficiens 33
inuentarium, protestetur se illud facere tam suo quam cohæredum nomine, quia deinde subsequuta

ratificatione, vel nouo superueniente titulo confectio inuentarij valida remanet, vt superius ostensum fuit. Secundo respondetur, quod si ex primo inuentario apparet veritas rerum omnium in hæreditate existentium, sicut ipso iure augetur portio hæreditatis per repudiationem cohæredis, ita ipso iure augetur inuentarium. Et quemadmodum hoc casu non est opus nouâ aditione hæreditatis, ita non est necessarium nouum inuentarium cuius dies incipit cedere ab adita hæreditate, Cancer. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 15. Grass. in §. *Inuentarium heredum*, *quæst.* 5. *num.* 1. *versic. Ab adita hereditate*, & in tract. diuers. *de inuent. quæst.* 1. *num.* 15. *& quæst.* 68. *&* 70. vbi de magis communi: nisi tamen hæres malitiosè differret. Et hoc summam continet æquitatem, cum hoc casu nulla possit committi, aut præsumi fraus in hærede. Atque ita determinat Bald. *in leg. filium quem habentem*, *num.* 50. *versic. sed pone, duo sunt heredes*, *C. famil. ercisc.* sequitur Cost. *de ratione rat. quæst.* 218. *num.* 4.

34 Idem dicendum est de eo qui hæreditatem adiuit vti hæres ab intestato, & deinde sciuit se esse hæredem testamento institutum: hic enim nouo non indiget inuentario, sed primum per eum confectum tanquam ab intestato succedentem, illi suffragatur: vt decisum fuit per Rot. Romanam apud Duran. *decis.* 387. *n.* 39. *& seqq.* Quia cum inuentarium fuerit inuentum ad consulendum legatariis & creditoribus, ac ipsis etiam hæredibus, non attenditur ad effectum de quo agitur, à qua persona, & ex quo iure factum sit, sed sufficit illud fuisse legitimè factum, ita quod in eo appareat veritas, numerus, & qualitas rerum in hæreditate repertarum, Aretin. *in l. cum hereditas, ad fin. ff. de acquiren. heredit.* Rota *dec.* 801. *num.* 18. *par.* 1. *diuers.* vbi dicitur inuentarium factum ab eo qui illud conficere non tenebatur, si factum legitimè fuerit, probare præsumptiuè in fauorem illius qui obligatus erat ad illud conficiendum. Paris. *consil.* 63. *num.* 21. *& sequentib. lib.* 1. *& consil.* 23. *n.* 85. *&* 86. *lib.* 3.

35 Et ex præmissis apparet, quod in locis vbi beneficium inuentarij solet à Principe impetrari, si vnus ex pluribus cohæredibus litteras Regias obtineuerit pro illius confectione, illæ aliis non suffragabuntur, nisi ipsi quoque similes literas obtineant ab eodem Rege vel Principe, vt in terminis consuetudinis Burgundiæ ostendit Chassan. *in titul. des successions*, §. 13. *versicul. si aucuns se veulent porter pour heritiers.*

CAPVT XIV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione quoad causas connexas. Et quæ sit differentia inter exceptionem præuentionis, & illam Ne causæ continentia diuidatur. Finita causa spolij, si quis agat ad fructus & interesse, vtrum illi obstet exceptio continentiæ causæ, vel præuentionis. Explicantur etiam varij modi quibus continens causa dici possit, & ea ratione causa apud eundem iudicem tractari debeat. Et quomodo inter se differant præuentio, & litispendentia.

SVMMARIVM.

1 *Intentata actione spolij, quæstio fructuum & expensarum, videtur esse de continentia causæ principalis: sed vide inferiùs*, num. 13. & sequentibus.

2 *Quando actio procedit ab eodem fonte, licet agatur de personis diuersis, vtrum locum habeat exceptio, Ne continentia causæ diuidatur.*

3 *Quomodo differant translatio & separatio iudicij.*

4 *Si concurrat identitas personarum & rei, locus est exceptioni continentia causa.*

5 *Quid si concurrat identitas personarum & actionis, sed diuersitas rei, vtrum locus sit illi exceptioni.*

6 *Vtrum idem obtineat quando adest identitas actionis, sed diuersitas personarum & rei.*

7 *Quid si agatur de eadem actione, eademque re, sed de diuersis personis.*

8 *Si ex pluribus socijs vnus sit Clericus, & alter laicus, & causa indiuidua, tota coram iudice Ecclesiastico tractanda est.*

9 *Præuentio suum operatur effectum non solum quoad personas citatas, sed etiam quoad alias interesse connexum habentes.*

10 *Citatio executioni demandata contra vnum ex pluribus executoribus testamentarijs, facit præuentionem totius causa quoad alios.*

11 *Actio spolij non datur, nisi contra spoliantem, vel mandantem, aut ratum habentem.*

12 *Qua concurrere debeant, quando quis vult agere contra aliquem, ex eo quod ratum habuerit spolium.*

13 *Continentia causa, locum non habet in personis, & actionibus diuersis.*

14 *Exceptio litispendentia, non obstat iurisdictioni regulariter, quando exceptio rei iudicata non obstat actioni.*

15 *Præuentio, & litispendentia, quâ ratione inter se differant.*

16 *Causa indiuidua dici non possunt, qua separationem recipiunt.*

17 *Regula de continentia causa non diuidenda, multas recipit limitationes.*

18 *Exceptio continentia causa, non procedit in causis non connexis.*

19 *Inhibitiones executa, in praiudicium litis pendentis, non subsistunt.*

20 *Obtinens inhibitiones, post litem cœptam, non dicitur attentare, si agatur de lite diuersa.*

21 *Valet argumentum, à litispendentia ad præuentionem, sed non è contra.*

22 *Præuentio per solam citationem effectum sortitam inducitur, sed non litispendentia, qua requirit contestationem.*

Continentia causa diuidi non debet dum agitur de concursu vniuersali creditorum.

IVDICEM qui præuenit, non solum in causa principali præuenta, sed in annexis quoque iurisdictionem habere satis suo loco ostendimus, cum continentia causæ non sit diuidenda, immo idem index qui causam principalem præuenit, in omnibus illius annexis Index remanere debet: iuxta *l. nulli, Cod. de Iud.* de qua licet in prima huius tractatus parte actum sit, tamen varij in praxi occurrunt casus, ab illa regula generali dependentes, quos hic ordine proponere non erit extra rem.

In

In primis itaque sequens casus in facto decidendus occurrit. Cessionarius debiti cuiusdam per nouationem & delegationem extincti, egerat contra debitorem cessum via executiua, & quædam illius bona plus & vltimo offerenti in publica subhastatione distrahi & liberari curauerat. Liberatio tamen nulla erat, quia facta fuerat pro debito extincto, talisque (me consulente in illa causa) declarata fuerat. Et per consequens debitor cessus, cuius bona nulliter distracta fuerant bene egerat remedio reintegrandæ possessionis, aduersus Tertium possessorem prædij, seu liberatarium, qui illud ex titulo nullo & inualido possidebat. Qui possessor & liberatarius litem cessionario, & vicissim cessionarius, eandem cedenti intimari curauit pro euictione, & restitutione omnium damnorum, interesse & expensarum consequenda. Tandem subsequuta fuit transactio inter istum liberatarium & debitorem cessum, per quam prædium liberatum remansit apud liberatarium mediante certa summa pecuniarum per ipsum debitori cesso persoluta. Sed in eadem transactione, debitor cessus, cuius bona nulliter subhastata fuere, sibi reseruauit iura & actiones contra cedentem. His sic peractis debitor iste cessus egit contra cedentem, coram eodem iudice coram quo causa Reintegrandæ fuerat intentata. Cedens opposuit, se esse subditum Regis Christianissimi. Cessare præuentionem & litis pendentiam; quia hæc erat noua & diuersa causa à prima. Litem primam, finitam esse per hanc transactionem factam inter debitorem cessum, & liberatarium. Debitori cesso fuisse satisfactum mediante pecunia sibi per liberatarium in hac vltima transactione persoluta. Et ideo causam ad Iudices Regios qui erant eius Iudices ordinarij remittendam esse concludebat. Cum hæc non sit amplius causa euictionis in qua per procuratorem comparuerat. Mandatum, & totam causam euictionis expirasse, & similia in medium adducebat.

Istis non obstantibus, fuit indicatum in contrarium per Rotam Aueninnensem de voto maioris partis Auditorum, nempè causam coram eodem iudice negotij principalis tractandam esse, neque ad iudices ordinarios rei conuenti, nempè Regios remitti posse his fundamentis.

1 Quia cum per liberatarium, spolium fuisset intentatum, quæstio fructuum & expensarum, dicitur de continentia causæ principalis, cum de natura actionis spolij sit, vt spoliator non audiatur, nisi purgato vsque ad vltimum quadrantem spolio, tam quoad principale, quam quoad fructus & expensas, vt per Addent. ad Butat. *decis.* 449. *num.* 9. & 10. vbi plures DD. allegantur. Cum igitur quæstio fructuum se habeat vt pars huius iudicij, si coram vno iudice peteretur res, & fructus coram alio, causæ continentia diuideretur, & possent sequi contrariæ in eadem causa sententiæ, quia vnus posset dicere rem esse restituendam cum fructibus, alter vero reum

2 esse absoluendum. † Præsertim quia totum hoc iudicium habet originem ab eodem facto, & ab eadem culpa, & proinde non est consideranda diuersitas personarum; quia non propterea tollitur continentia causæ etiamsi diuersæ sint personæ, & locus est dispositioni *l. nulli, C. de Iudic.* vt patet ex *decis.* Afflict. 354. *num.* 13. *in quarto casu*, cuius doctrinam sequuntur omnes, & maximè Muscatell. *in praxi ciuil. tom.* 1. *parte* 2. *in gloss. Tribunalis, num.* 22. & faciunt tradita per Pacian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 26. Vbi fusè explicat quibus in casibus, connexorum idem sit iudicium.

Ad hoc tamen, vt quæstio ista melius explicata maneat; Supponendum est iuxta communem resolutionem, varijs modis de continentia causæ ad effectum illam continuandi coram eodem iudice negotij principalis, tractari posse. Primo quidem, quando agitur de eadem re, eademque actione, & iisdem personis; nempè quando lis cœpta fuit coram vno iudice, & inter alias personas mouetur pro eadem re & eadem actione coram alio; & tunc non est materia *d. l. nulli, C. de iudic.* Sed est materia *l. vbi cœptum, ff. eod. tit.* Quia hòc casu non agitur de iudicij diuisione, sed de totali illius translatione ad aliud tribunal. † Aliud siquidem est iudicium diuidere, relinquendo partem illius coram primo iudice, aliud transferre, illud in totum à primo iudice auferendo, & ad secundum transportando. In primo casu est materia *d. l. nulli.* In secundo, est materia *l. vbi cœptum.* Et propterea aduertendum, quod dum in multis locis huius tractatus dicimus in certis casibus non obstare præuentionem, non idem sequitur, quin obstare possit exceptio continentiæ causæ non diuidendæ, quatenus agatur de causis verè connexis & inuicem dependentibus. Dictam autem differentiam inter duos illos casus, inter cæteros benè explicat Galerat. *in tract. de renunci. ut. centur.* 2. *casu* 146. *num.* 1. 3

4

5 Secundo, quando concurrit identitas personarum & rei petitæ, veluti si inter easdem personas agatur de petitorio & possessorio: & hoc casu regula generalis est, quod qui fuit Iudex possessorij debet esse iudex etiam petitorij, ne continentia causæ diuidatur. Quod nos fusius declarauimus & explicauimus, *part.* 1. *cap.* 13. *n.* 6. & *c.* 24.

6 Tertio quando adest identitas personarum & actionis, sed diuersitas rerum, veluti in actione tutelæ, vel redditionis rationum alicuius alterius administrationis: & tunc dicitur etiam tractari de continentia causæ non diuidenda, vt nos etiam exposuimus suprà *parte* 1. *huius tract. cap.* 13. *num.* 16. & probatur per text. *in l.* 1. *ff. de quib. reb. ad eund. Iud. eatur, & l.* 2. *ff. eod. tit* vbi dicitur quod si plures cohæredes, vel consortes velint rem aut hæreditatem communem diuidere, agendum est coram vno iudice, & in vno loco: idemque iudicio finium regundorum obseruandum est. Quod *ibi* Gloss. dicit fieri tribus ex causis: Primò ratione coniunctionis causæ, quia consortes & coniuncti sunt. Secundo ratione reconuentionis, quia in istis iudicijs, quilibet est actor, & reus: ergo quilibet agit & reconuenitur apud eundem iudicem. Tertio ratione absurditatis euitandæ, quia possent in eodem negotio ferri sententiæ contrariæ. Idem dicendum est, si vnus ex pluribus tutoribus in ius vocetur, quod cæteri non sint soluendo, nam isto qui conuenitur requirente, omnes ad eundem iudicem remittendi sunt: vt dicitur *in dicta leg.* 2. ad hoc vt sciatur in quantum alij tutores minus idonei facultatum habeant, & ad hos fines omnes simul rationem teddant, *l. si quis*, §. 1. *ff. de edend.*

7 Quarto modo considerari potest continentia causæ, quando adest identitas quidem actionis, sed diuersitas rei & personarum. Veluti, quando agitur contra plures contra quos vna actio competit, procedens ab eodem fonte, & hoc casu potest etiam proponi exceptio de continentia causæ non diuidenda; vt dicit Afflict. *dicta dec.* 354. *n.* 13. *vers. Quarto.* Et hunc modum, quinto loco ponit Trentacinq. *lib.* 2. *var. resol. tit. de iudic. resol.* 3. *n.* 4.

Quinto modo dicitur continentia causæ quando adest identitas actionis & rei, sed diuersitas persona-

tum;&tuoc locus etiam est exceptioni Ne continentia causæ diuidatur, vt per Afflict. & Trentacinq. *loco citatis.* 9 † Exemplum afferri potest in pluribus sociis quorum vnus est Clericus, alij vero laici, cum Clericus gaudeat fori priuilegio, tota causa tractanda est coram Iudice Ecclesiastico, etiam quoad laicos socios, quando causa est communia & indiuidua, Bald. *in l. præcipimus,* 32. *in fine, C. de appellatio.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 2. *sub num.* 2. *versic. Quod si contingat.* cum aliis citatis per Gratian. *discept. forens. cap.* 115. *num.* 8. † Vnde infertur, quod isto casu, si citatio fuerit debitæ executioni demandata, oritur præuentio non solum quoad personas citatas, sed etiam quoad alias habentes interesse connexum, Cabed. *decis. Lusit.* 142. *num.* 2. *p.* 1. Qui hoc probat ex eo, quod si plures sint nominati executores testamentarij, & Iudex aliquis vnum ex ipsis citari fecerit, tota causa erit præuenta, non solum quoad istum citatum; sed etiam quoad alios executores non citatos, & ideo Iudex alius de istâ causâ cognoscere non poterit, præsertim ad euitandum ne in eâdem causâ contrariæ sequantur sententiæ: quod omnino impediendum est, per text. *in l. singulis,* 6. *ff. de exceptio. rei iudic.*

10

His ita præsuppositis, casus de quo principaliter hic differitur, videbatur conueniri quarto modo mox per nos deducto, & propterea prætendebatur locum esse exceptioni de causæ continentia non diuidenda. Et per has rationes, decisum fuit in Rota Aueonensi, causam istam petitionis fructuum & interesse, coram eodem Iudice causæ spolij tractandam esse & terminandam, nec ad iudices Regios remittendam, quamuis ab hac sententiâ Rotali fuerit appellatum, & causa deinde inter partes tractata.

Ego tamen sententiam illam apod me saluâ pace tanti tribunalis dubiam esse fateor, atque ita amico responsum pro veritate dedi, immo didici aliquos ex Dominis fuisse in contrariâ sententiâ. Quia cum cedens fuisset citatus tanquam euictionatius ad instantiam cessionarij, cui nouatum, seu extinctum nomen, cessum fuerat, seu si malis ad instantiam liberatarij agentis contra cedentem, tanquam euictionatium sui euictionarij, seu authorem sui authoris; nunc autem actio pro fructibus & expensis, mouebatur per debitorem cessum, constat hic tractati de personis diuersis, immo de diuersâ actione, quia debitor cessus nihil poterat pro summâ principali prætendere, ratione cuius cum liberatario transegerat: Nec ex personâ suâ pro fructibus, actionem spolij contra cedentem intentare poterat, quia cedens non spoliauerat, nec executiones nulliter factas procurauerat: neque nomine suo fieri mandauerat,

11 † Actio autem spolij dari nequit, nisi aduersus eum per quem, vel quo mandante, vel ratum habente spolium factum est, *l.* 1. *§. deiecisse, & sequentib. ff. de vi & vi armat.* Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 51. *versic. Septimo amplia, & num.* 56. *versic. Decimooctauo amplia.* Et *ibidem* Rub. *num.* 142. Ant. Matthæ. *amplia.* 14. 15. *&* 26. *ff. de acquiren. possess.*

12 † Et quando agitur contra aliquem, eo quod, ipso ratum habente spolium factum fuerit, tria concurrere debent, quæ in casu proposito cessabant. Primo, quod spolium fuerit eius nomine factum. Secundo quod ipse spolium ratum habeat. Tertio quod non simpliciter illud ratum habeat, sed tanquam suo nomine factum. Gloss. *in l.* 1. *§. sed & cum quis, ff. de vi & vi armat.* Rip. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 51. Menoch. *remed.* 1. *recup. possess. num.* 52. Non ergo dari actionem debitori cesso aduersus cedentem pro damnis & interesse, ex eo quod scienter, & forsan dolosè nomen extinctum cesserit; sed dico hanc actionem esse diuersam & omnino separatam à iudicio euictionis per liberatarium intentato, cum factâ transactione, nullam amplius contra cedentem moueret actionem, necnon diuersam & distinctam ab actione spolij; quia talis actio non competebat debitori cesso, nisi dumtaxat aduersus possessorem, cum quo transegerat, & ita non versabamur in quarto casu Afflict. † Sed in personis 13 & actionibus diuersis, quo casu nullus est locus huic exceptioni Ne continentia causæ diuidatur. Diximus suprà, *parte* 1. *c.* 13. *n.* 9. ex Ludou. *dec.* 403. *num.* 6. R ot. *decis.* 402. *n.* 6. *p.* 4. *recent.* Dutan. *dec.* 94. *num.* 11. † Et generaliter constitutum est, exceptio- 14 nem litis pendentiæ, non obstare iurisdictioni, quando exceptio rei iudicatæ non obstat actioni: Lancellot. *de attent. cap.* 4. *limit.* 2. *n.* 98. Capyc. *decis.* 122. *num.* 9.

Quanquam aliud sit præuentio, aliud vero litis 15 pendentia, nec ab hac ad illam argui possit, cum facilius inducatur præuentio scilicet per solam citationem; vt sæpè diximus, nominatim *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *&* 5. cum tamen litis pendentia regulariter non inducatur nisi per litis contestationem, aut alium actum qui sit loco litis contestationis, vt paulo post dicemus. † Neque causæ indiuiduæ di- 16 ci possunt, quæ separationem recipiunt Marta *de iurisdict. casu* 189. *num.* 4. Marant. *part.* 4. *distinct.* 11. *num.* 14.

Immo & regula illa de continentiâ causæ non di- 17 uidendâ locum non habet, quando actor & reus sunt dioecesi fori, vt diximus suprà, *cap.* 12. *n.* 34. ex Capyc. *decis.* 122. vbi ostendimus quemlibet Iudicem procedere si causa recipiat diuisionem, sin minus attendi debere illam, quæ dignior est, & maiori potitur prærogatiua.

Et ex his patet responsio ad rationes in contra- 18 rium oppositas, nempè quia hic agitur de actione separatâ, quæ ex diuersis fontibus procedit, & inter diuersas personas, & per consequens non agitur de casu de quo in *d. l. nulli, C. de iudic.* quæ (vt sæpè dictum fuit) non procedit in causis diuersis, & separatis: Lancell. *de attent. lite pend. cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 41. Nec adeo generalis est regula, *dicta l. nulli,* quin moltas patiatur exceptiones, vt notauit Ias. *in eadem lege* & post ipsum Menoch. *de arbitr. cas.* 371. *num.* 20. *& sequentib.* videlicet si pars nihil opponat tempore diuisionis. Item in odium contumacis, vel quando Iudex super tota lite iurisdictionem non habet, tunc enim ex necessitate oportet litem decidere, & alium iudicem adire. Item si ageretur de causis executionis, & aliis instis de causis de quibus per Menochium *ibidem.*

Præcipuè autem ad impediendam exceptionem, 19 Ne causæ continentia diuidatur, considerandum est vtrum agatur de causâ diuersâ, vt mox diximus, *numero* 16. Et videmus à simili, quod quamuis alias litispendentia faciat, vt inhibitiones in eius præiudicium obtentæ nullæ sint & attentatoriæ, *Clem.* 1. *vt lite pend. cap. præsenti* 3. *§. cæterum,* & *ibi* Gloss. *in verb. Illa pendente, de offic. legat. in* 6. cum similibus. † Tamen quando agitur de causâ & lite diuersâ, 20 non dicitur quidquam attentari per inhibitiones, aut recursum ad alium iudicem, Lancell. *de attent. appell. pend. cap.* 12. *part.* 2. *n.* 1. *& sequentibus,* Boër. *decis.* 73. *numero* 4. iuxta text. *in cap. ad hæc,* 1. & *ibi* Franc. *in princip. de appellat.* † Valet enim argumen- 21 tum à litispentia ad præuentionem, non autem è contra, à præuentione ad litispendentiam. Nam bona

bona est consequẽtia, Datur litispendentia; ergo & præuentio: sed non è contra, non enim valet hæc consequentia; Datur præuentio, ergo & litispenden-
22 tia. † Præuentio siquidem (vt sæpè diximus) per solam citationem effectum sortitam inducitur, vt dicit Guid. Pap. & *ibidem* Ranch. *decis.* 421. *num.* 1. & 2. Et ad hoc allegat text. *in leg. Tam collatores*, §. *quoniam vero*. ibi, Conuentione quæ oblata, & *ibi*, Negotium ex priori agnitione, *de re milit. lib.* 12. Sed hoc melius probatur, per text. *in Authent. Qui semel, C. quomod. quand. Iudex.* Vbi disertis verbis fit differentia inter conuentionem iudiciariam, & litis contestationem, & dicitur, actorem cogendum esse in lite cœptâ persistere, etiamsi sola conuentio iudiciaria interuenerit, quamuis non fuerit facta litis contestatio, vt *ibid.* ostendit Gloss. *in verb. non fit.* Sed quando agitur de litispendentia, tunc non sufficit regulariter sola iudicialis conuentio & citatio, sed præterea requiritur litis contestatio, vt fusius exponit & declarat Lancell. *de attent. lite pend. in præfat. n.* 7. & *multis sequentibus.*

De hac quæstione, vtrùm continentia causæ diuidi possit? bene agit Carleual, *in tractat. de iudic. cem.* 2. *lib.* 1. *disp.* 2. *per tot. fol.* 19. & Salgad. *in labyr. credit. part.* 1. *cap.* 4. *per tot.* vbi copiosè demonstrat causam concursus creditorum esse indiuiduam, & in illa locum esse exceptioni, *Ne continentia causæ diuidatur.* Et videnda sunt quæ diximus *part.* 1. *capite* 10. *in addit.* necnon *hac ead. par.* 2. *capite* 16. *num.* 5. & 6.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM.

Qua ratione præuentio, & continentia causæ considerari debeant, inter plures litis consortes, quando causa diuidua est, vel indiuidua, seu eadem vel diuersa est defensionis ratio inter omnes, aut si vnus ex ipsis iudicem suspectum habeat, vtrum præuentio quoad alios facta cesset, & quoad omnes Iudex desistere teneatur. Idem de pluribus tutoribus litigantibus nomine pupilli, vel proprio. Et quando plures litis consortes teneantur vnum constituere procuratorem, vel suum quilibet constituere possit, vel saltem per se absq; procuratore litigare. Et causa restitutionis in integrum vtrum sit de continentia & connexione causæ principalis inter plures consortes eiusdem litis.

SVMMARIVM.

1 *Si ab vno ex pluribus eiusdem litis consortibus iudex fuerit allegatus suspectus, poterit causa cognitionem stante præuentione prosequi quoad alios.*

2 *Intellige hoc procedere si agatur de causâ diuiduâ, secus si de indiuiduâ, ita quod eadem omnibus litis consortibus competat ratio defensionis.*

3 *Si vnus ex pluribus tutoribus, republica causa post litem cœptam abesse cœperit, causa continuari debet contra alios, & suspendi quoad absentem si singulorum ratio separatim cognosci & defendi possit, secus si non possit discerni.*

4 *Tutoris officium, pluribus tutoribus competit in solidum.*

5 *Si plures tutores agant, debent vnum Iudicem & notarium habere.*

6 *Si tutores conueniantur, vtrum omnes possint simul causam defendere, an vero vnus tantum nomine omnium comparere debeat, & cogatur. Quid si pupilli nomine conueniantur.*

7 *Qui cum vno contraxit, non debet cogi plures in eadem lite habere aduersarios.*

8 *Si plures collegialiter citentur, coguntur vnum constituere procuratorem, qui pro omnibus causam defendat.*

9 *Si actor, aut reus, plures reliquerit hæredes, vtrum omnes cogantur inter se vnum in lite procuratorem, pro illius defensione constituere.*

10 *Ex pluribus colligantibus quilibet suum habere potest procuratorem, quod tamen in pluribus illorum hæredibus, locum non habet.*

11 *Potest nihilominus, quilibet per se & sine procuratore litigare.*

12 *Actio vnius ex litis consortibus, non præiudicat alteri, in causis quæ recipiunt diuisionem.*

13 *Quæstio seruitutis est indiuidua, si fundus seruiens ad duos pertineat, ideo præuentio ambos afficit.*

14 *Restitutio in integrum vni data, aduersus sententiam, iuuat alios, in rebus indiuiduis.*

15 *Minoris restitutio in integrum, prodest eius fideiussori in causis indiuiduis, non autem in aliis.*

CONTINVANDO materiam *l. nulli, C. de iudic.* decidendus est casus notabilis circa plures litis consortes, quorum vnus lite pẽdente propter inimicitiam de nouo superuenientem, iudicem iusta de causa suspectum allegauit & probauit. Iudex abstinere quidem voluit quoad illum, à quo suspectus allegatus fuit, sed quoad alios prætendebat de causâ iudicare posse, quod coram ipso fuisset præuentum: iuxta *l. vbi cœptum, ff. de iudic.* ad quod allegari potest decisio quæ videtur punctualis apud Alexand. *consil.* 74. *n.* 6. *versic. Nec obstat, lib.* 7. vbi dicit, quod licet continentia causæ diuidi non debeat, & sic contra vnum ex correis iudicari non debeat per vnum iudicem, & contra alium per diuersum iudicem, cum agitur de correis debendi eiusdem litis consortibus; tamen attento quod vnus ex litis consortibus recusauit iudicem, alius non, ideo potuit contra vnum iudicari, & contra alium in causa supersederi, per text. *in l. non idcirco ff. de iudic. l. de vnoquoque, cum ibi notat. ff. de re iudic.* 1

In hac quæstione ego existimo distinguendum esse, vtrum agatur de iure diuiduo, vel indiuiduo. Hoc est de tali re, seu tali iure, in quo sententia quoad vnum lata, posset alteri præiudicare, vel non: Aut in quo possent sequi sententiæ contrariæ, vel non. Primo casu, verius est suspicionem ab vno allegatam, impedire vlteriorem processum iudicis quoad omnes litis consortes. Secundo vero casu, quando scilicet agitur de negotio, in quo non fieret præiudicium litis consorti, veluti quando singuli haberent separatas & diuersas exceptiones & defensiones, recusatio facta ab vno non prodesset aliis, nec impedire posset quo minus iudex procedere posset quoad alios, ratione quorum nulla adest suspicionis causa. † Probatur per *text. in eadem l. non idcirco*, quam Alexand. allegat, *ff. de iudic.* Vbi dicitur quod non idcirco iudicis officium impeditur, 3

quod

quod quidam ex tutoribus post litem aduersus omnes inchoatam reipublicæ causâ abesse cœperit, cum præsentium, & eorum qui non defenduntur administratio discerni possit, & æstimari. Quod eâdem ratione dicendum est de quolibet alio impedimento superueniente litis consorti, veluti si propter magistratum superuenientem eius causa suspendi ad tempus debeat, aliisve similibus casibus; cum eadem vbique subsit ratio. Ex illo quippe textu manifestè patet, quod si ius & interesse singulorum litis consortium discerni & separari possit, & per consequēs causa sit diuidua, & singulis diuersæ & separatæ competant exceptiones & defensiones, tunc impedimentum superueniens ex personâ vnius, non iuuat alios: Sed si causæ essent indiuiduæ, eædémque omnium defensiones, supersedendum esset in totâ causâ propter impedimentum temporale vnius: &
4 probatur *in l. 1. C. si ex pluribus tutor.* † Vbi dicitur quod quilibet ex tutoribus habet officium in solidum: quod etiam dicit Rota *decis. 211. num. 2. par. 2. recent.* Cancer. *lib. 1. var. resol. cap. 7. num. 26.* Et ideo text. *in d. l. non idcirco*, non tam facile trahi debet
5 ad alias causas non tutelares. † Sed dum de tutelâ agitur, verum est tutores, si plures sint, eodem libello omnes conueniri posse. Si vero omnes agant, cogentur pro eadem causa, coram eodem iudice, eodémque scribente Notario litigare, quia omnium
6 interest ratione officij & communis periculi. † Sed tamen, quod dictum est de tutoribus reis, eodem iudicio conueniendis, distinctione indiget. Aut enim conueniuntur nomine pupilli, & tunc possunt omnes si velint suscipere defensionem, *l. 1. §. sufficit, de admin. tutor.* Intellige, consentiente eo, qui conuentus est. At eo repugnante, non possunt suscipere defensionem litis; sed tantum liti etiam illo inuito assistere ad euitandam collusionem, Salic. *in dict. l. 1. C. si ex plurib. tutor.* Quod si pupillus ipse conueniatur, possunt omnes in solidum suscipere defensionem. Sed tamen si iudex velit, potest quolibet casu, vnum ex pluribus deputare, qui defensionem suscipiat, quem magis idoneum iudicauerit, non tamen ex hoc alij prohibentur assistere liti: Cyn. *in d. l. 1. C. si ex plurib. tutor.* Bart. & Angel. *in l. decreto,*
7 *§. fin. ff. de adminstr. tutor.* † Quod ideo sic constitutum est, ne in plures aduersarios distringatur, qui cum vno contraxit, *l. 2. ff. de exercit. actio.* Gutier. *de*
8 *tutel. parte 2. cap. 4. num. 2.* † Eadem ratione, quando agitur de Vniuersitate, Collegio, Ciuitate, vel aliis pluribus collegialiter citatis, vel de Capitulo, tenentur omnes collegialiter vnum constituere procuratorem ad lites, seu actorem, aut Syndicum, ad comparendum in causa, agendum, vel defendendum, *l. 4. §. creditoribus, ff. de fideicommiss. libertat.* Gratian. *decis. 107. num. 4.* Franc. *decis. 509.* Losæ, *de iure vniuersit. parte 2. num. 3.* † Similiter si agatur de pluribus
9 hæredibus rei, tenentur & cogi possunt omnes vnum procuratorem constituere: secus est in pluribus hæredibus actoris, *l. iam tamen, §. si tantum, ff. iudic. solm.* Gloss. *in l. licet, §. si plures, ff. de procurat. in verb. Plane.* Gratian. *dicta decis. 107. num. 3.* quia eadem militat ratio, quæ in pluribus personis vnius Vniuersitatis, ne videlicet quis in plures aduersarios distringatur. Immo & idem obtinet in pluribus hæredibus actoris, quando natura rei hoc exigit, vt per vnum causa expediatur. Bart. *in l. 4. §. Cato, num. 27. in 4. quæst. ff. de verb. obligat.* Gratian. *dicta dec. 107. num. 8.*

10 Et quando negotium habuit originem ab vnâ personâ, generaliter constitutum est, per vnum pro omnibus procuratorem constitutum, causam agitari debere, Bart. *in l. si quis procuratoris. §. vnius, ff. de procurat.* Sed si origo negotij procedat à pluribus personis; ita quod ius vnius ex collitigantibus fuerit ab initio independens à iure alterius, tunc litigare singuli possunt per singulos procuratores, nec cogendi sunt de vno conuenire, Mastrill. *decis. 108. num. 13. & sequentibus.* † At vero si iudicium non 11
fuisset inchoatum contra defunctum, sed inciperet à personâ hæredum, tunc omnes separatim agere, vel excipere possent, & cuilibet licitum esset proprium constituere procuratorem, Mastrill. *dicta decis. 108. num. 16.* † Prædicta vera sunt, quando liti- 12
gans vellet comparere per procuratorem; nam si comparere velit per se, & absque procuratore, hoc facere posset. Quia vsus procuratorum introductus est in fauorem partium litigantium, ideo non debet in illorum odium retorqueri: vt benè explicat Mastrill. *dicta decis. 108. num. 26.*

Ex præmissis itaque apparet, absentiam, etiam iustam, vnius ex contutoribus, non debere impedire continuationem cursus causæ, quoad alios citatos, quando non eadem est omnium defensionis ratio. Et ex eodem fonte procedit quod dictum est, quod si ex pluribus litis consortibus, vnus iudicem suspectum alleget, & vtriusque collitigantis rationes & defensiones discerni & separari non possint, iudex, quoad vnum suspectus, supersedere debet in tota causa. Contra vero, si iura & rationes separationem recipiant, abstinebit à causa quoad illum, à quo suspectus allegatur, non tamen quoad alios. † Atque ita 13
intelligendus est text. *in d. l. non idcirco, ff. de iudiciis, & in l. 1. Cod. de consortib. eiusd. lit.* nempè quod per plures procuratores agi possit, pro negotio diuiduo, hoc est diuersa iura patrimonium continente, secus in indiuiduo ratione identitatis iurium & defensionum. Nam in indiuiduis, non admittitur actio separata, & si vnus altero ignorante & non consentiente separatim ageret, non præiudicaret litis consorti: Bal. *in l. 2. C. de consort. eiusd. lit.* Salyc. *in l. 1. in fin. C. eod. tit.* vbi allegat text. *in l. loci corpus, §. si fundus, ff. si seruit. vindic.* † In quo textu dicitur, quod si fundus ser- 14
uiens ad duos pertineat, potest contra quemlibet ex possessorib. prædij seruientis agi in solidum, & quisquis defendit, solidum debet restituere, quia res indiuidua est: vnde colligitur quod quando tractatur de re indiuiduâ, & iudex ab vno ex litis consortibus recusatur tanquam suspectus, sicut non potest de causa cognoscere quoad vnum, ita nec quoad alium, & sententia contra vnum lata afficit alium ratione indiuiduitatis. Quando autem quæstio seruitutis diuisionem recipiat, aut non, in sequenti capite fusius explicabitur.

Præmissis non absimile est, quod dicitur, restitutionem in integrum aduersus sententiam vni concessam, prodesse aduersario, & vtriusque partis esse communem, ad hoc vt earum quælibet petere possit reformationem sententiæ, quantumuis in iudicatum transactæ, in capitibus sibi præiudicialibus, si capita sint sibi inuicem connexa atque coniuncta, *leg. etiam 29. §. 1. ff. de minoribus,* Gloss. *in leg. cum minor. ff. eodem titulo,* Odd. *in tractat. de restit. in integr. quæst. 47. numero 10.* Cyriac. *controuers. forens. 43. n. 131.* † Et generaliter, restitutio in integrum minori 15
concessa, prodest litis consorti maiori, dum de iuribus indiuiduis agitur, secus si de diuiduis, vt per Scott. Odd. *dicta quæst. 47. num. 1. & num. 7. & sequentibus.* Sic, restitutio in integrum minori concessa, non prodest eius fideiussori, quando causa minoris & fideiussoris, non est connexa, hoc est in quibus fideiussor, si sententia contra ipsum mandaretur executioni, non posset habere regressum contra minorem, secus si contra ipsum posset habere regressum fideiussor

iussor, tunc enim quia ex condemnatione fideiussoris, Minor damnum pateretur, causa diceretur connexa, & restitutio minoris deberet prodesse fideiussori, Gratian. *discept. forens. cap.* 12. *num.* 6. *& seqq.* Odd. *de restitut. in integr. qu.* 48. *per tot.* Cyriac. *controuers.* 510. *num.* 35.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM.

Controuersia super iure seruitutis mota, vtrum diuisionem ita recipiat, vt coram diuersis iudicibus non obstante illius præuentione in vno tribunali facta disputari possit, siue de fundo dominante agatur, siue de seruiente, quid de pluribus eiusdem fundi Dominis pro diuiso vel pro indiuiso. Et de seruitutibus ex eadem vel diuersis causis debitis.

SVMMARIVM.

1 *Si fundus Dominans in controuersia seruitutis possideatur per plures dominos pro indiuiso, actio per vnum mota trahit interesse aliorum. Et quomodo diuidatur vtilitas huius iuris.*

2 *Si fundus dominans ad plures pertineat pro diuiso, quilibet agere potest, vt tota seruitus sua parti prædij debeatur.*

3 *Si fundus dominans vni ex coheredibus adiudicatus sit, ille solus agere poterit pro tota seruitute.*

4 *Si seruitus constituta, procedat ab eodem fonte, veluti ab eodem contractu, vel eodem testamento, præuentio causa quoad vnum facta, trahit totam causam quoad alios.*

5 *In materia præuentionis, multum attendi debet fons & origo negotij, & vtrum diuersi articuli ab eadem origine dependeant.*

6 *Identitas personarum & actionis, potest considerari verè vel interpretatiuè ad effectum præuentionis, seu connexitatis causarum & negotiorum.*

CAPVT istud cum præcedenti aliquid habet simile, vt patet ex vtriusque lectura. Quando enim agitur de seruitute per plures vel pluribus debitâ, intrat sine dubio quæstio connexitatis vel diuersitatis processus, vtrum videlicet causa, seu iudicium istud separationem recipiat, & vtrum ratione connexitatis, lis super seruitute coram vno iudice præuenta, quoad vnum ex litis consortibus, sit quoad omnes alios coram illo tractanda ne continentia causæ diuidatur. Pro cuius quæstionis resolutione firmandæ sunt conclusiones sequentes.

1 Prima conclusio. Si fundus dominans, cui seruitus debetur, pertineat ad plures Dominos pro indiuiso, scilicet, quia portiones prædij dominantis, non sunt inter condominos diuisæ, vnus eorum potest agere ad solidam seruitutem, sed vtilitas inde proueniens ad alios condominos spectabit, si ipsi consentiant. Antequam vero talis consensus interuenerit, ille solus qui egit, poterit vti seruitute, & res erit in pendenti quoad alios, donec ipsi consentiant: text. est expressus *in l. finali, ff. comm. prædior.* & *ibi* DD. Si tamen pro seruitute solueretur æstimatio, vel interesse, ille qui solus egit, non posset illud consequi nisi pro suâ ratâ parte, quia seruitus quidem est indiuidua, sed æstimatio recipit diuisionem: *l. heredes, §. an ea, ff. famil. ercisc.* Bart. *in l.* 2. *§. ex his, n.* 11. & *ibid.* alij DD. *ff. de verb. oblig.*

2 Secunda conclusio. Si fundus dominans sit communis inter plures pro diuiso, quilibet agere potest pro seruitute, vt sibi in solidum constituatur & præstetur pro sua parte fundi diuisâ: probatur per text. & DD. *in l. loci corpus, §. si fundus, ff. si seruit. vindic. l. via constitut, §. quecunque, ff. de seruit. rustic. præd.* & per illum textum Alberic. *in d. l.* 2. *§. ex his, n.* 18. *ff. de verb. obligat.*

3 Tertia conclusio. Si ex pluribus cohæredibus, fundus dominans vni soli adiudicatus fuerit, ipse solus agere potest, & ipsi soli tota seruitutis vtilitas quæritur, *l. continuus, §. fin. ff. de verb. obligat.* & ibi Gloss. & *in l. in iudicio, ff. famil. ercisc.* Alberic. *dicto num.* 18. Bart. *in d. l.* 4. *§. Cato, n.* 28. *in fine. versic. concludendo igitur, ff. de verb. obligat.*

4 His ita breuiter suppositis, quæ copiosius explicantur per Bart. & alios in locis supradictis & per omnes *in d. l.* 2. *§. ex his, ff. de verb. obligat.* Dicendum est, quod si agatur de seruitute siue constituta, siue constituenda, quæ procedat ab eodem fonte, eâdemque causa, veluti ab eodem legato, vel eodem contractu, aliâve dispositione, tunc causa præuenta quoad vnum trahit ad se totam causam quoad omnes alios eiusdem litis consortes: Probatur ex *suprà dictis.* Quia cum agatur de eadem re, eademque actione, iuxta quintum modum de quo supra *c.* 14. *num.* 7 *huius* 2. *part.* consequens est vt causæ continentia diuidi non debeat. Sed si ageretur de diuersis personis, & diuersis iuribus & actionibus, prouenientibus ex pluribus & diuersis dispositionibus, veluti si vnus seruitutem prætenderet ex contractu, alius ex testamento sibi ratione prædij dominantis deberi, tunc essent diuersæ causæ, & ex diuersa origine prodeuntes, & sic præuentio quoad vnum, nullum produceret effectum quoad alios, nec tractandum esset de continentiâ causæ, quia iura essent diuersa & nullo modo inuicem connexa.

5 In summa, constituenda est circa materiam connexitatis causarum generalis illa regula, quæ multis aliis casibus particularibus adaptari potest, quod vt plurimum, fons & origo negotij attendi debet, adeo vt si eadem res ex alia causa, & actione diuersa, ac diuersam originem habente quam ea quæ intentata fuit, petatur, non possit allegari præuentio nec continentia causæ, quoad secundam petitionem. Et è contrà si eadem sit origo & fons secundæ petitionis, eadem videatur causa, & locus sit præuentioni secundæ, per præuentionem primæ, quia licèt propriè eadem non sit causa, tamen eadem est per interpretationem, quod sufficit, *l. si mater, ff. de except. rei iud.* Surd. *consil.* 312. *n.* 26. Giorb. *decis.* 20. *n.* 5. Et sic patet, quod in hac præuentionis materia multum potest negotiorum connexitas ratione originis à qua negotia procedunt. † Quia licet agatur 6 de diuersis rebus, tamen si actio ab eodem fonte descendat, dicitur eadem per interpretationem, cum satis sit ad exceptionem continentiæ causæ, vel præuentionis, producendam, quod adsit identitas personarum, actionis, & rerum, verè vel interpretatiuè, Surd. *dicto consil.* 312. *num.* 26. Socin. Sen. *consil.* 18. *num.* 44. *vol.* 1. Quæ dicta sint ad maiorem explicationem eorum quæ supra, *cap.* 14. deduximus, omnia inuicem conferendo.

CPVT XVII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in actione Iniuriarum, vtrum videlicet si pater pro iniuriâ illatâ filio, querelam proposuetit, vel maritus pro iniuria illata vxori, præuentio obstet filio, aut vxori, nouam actionem in alio tribunali proponere volentibus. Quæ sit differenria inter actionem iniuriarum Ciuilem ex lege Cornelia, & Prætoriam, in materia præuentionis, & remissionis iniuriæ per parrem pro filij interesse faciendæ. Quæ sit differentia inter ius agendi, competens patri nomine filiæ pro iniuria, & pro dote, quoad mareriam præuenrionis. Actio dotis profectiriæ spectat ad Parrem, quamuis per pactum dos esser consolidata in fauorem filiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pro iniuriâ filio illatâ, competit actio tam Patri quam Filio.*

2 *Ex eâdem iniuriâ, tribus vel pluribus personis actio competere potest.*

3 *Actiones patri & filio competentes pro iniuriâ filio illata, sunt duæ actiones diuersæ.*

4 *Idem si quis ad pœnam corporalem condemnetur ex eo quod pecuniaria satisfacere non potest, sed tamen id fieri potest eâdem vel diuersâ sententiâ, & iudicio.*

5 *Iniuria filio illata, alio modo puniri potest respectu filij, & alio respectu patris, licet condemnatio ab eodem fonte procedat.*

6 *Quomodo verum sit iniuriam filio illatam, diuersam esse, respectu persona paterna.*

7 *Querela patris nomine paterno facta, filium excludit ab actione iniuriarum.*

8 *Pater quantamcunque iniuriam filio illatam, potest etiam gratuito remittere, nisi esset vilis persona.*

9 *Actio iniuriarum ex lege Corneliâ, ciuilis est, quam pater non suo, sed dumtaxat filij nomine intentat.*

10 *Actionis iniuriarum ciuilis & prætoria, quæ sit differentia, & quis vtriusque effectus.*

11 *In actione iniuriarum ex lege Corneliâ, non datur actio patri, sed illi dumtaxat competit exercitium actionis.*

12 *Vtrum filio contradicente, possit pater actionem iniuriarum, pro iniuria filio illatâ monere.*

13 *Actionem ciuilem, quando & quomodo pro iniuriâ filij, pater, inuito filio, remittere possit; prætoriam enim potest etiam eo renuente indistinctè remittere.*

14 *In Actione de dote, consensus filiæ requiritur, & cur non idem generaliter in actione iniuriarum. An idem filiæ consensus requiratur in petenda assecuratione dotis, & in quibus casibus ista procedant.*

Quamuis actio dotis profectitia fuerit consolidata in persona filiæ vigore stipulationis, pater nihilominus habet actionem de dote propter reliquias patriæ potestatis.

15 *In actione iniuriarum, pater regulariter non cauet de rato, secus est in actione de dote.*

16 *Si post remissam à patre iniuriam, filius agat, non est audiendus, vti per paternam renunciationem præuentus.*

17 *Filiusfamilias, non potest præuenire patrem in actione iniuriarum, siue actio, siue exercitium actionis spectet ad patrem, immo si hoc casu filius agat, amittit expensas.*

18 *Præuentio non inducitur per actionem dotis, quam filia sine patris consensu intentauit.*

19 *Iniuria filij, non est coram diuersis iudicibus tractanda ratione offensa paterna, & illius quæ filio illata est, licet actiones sint diuersæ, cum ab eodem fonte procedant.*

20 *Quando quis condemnatur ad pœnam corporalem, quia non habet in ære, hæc condemnatio spectat ad eundem iudicem, qui præuenit causam condemnationis pecuniariæ.*

ILLATA iniuria filio, pater, si filius sit 1
in eius potestate, duas intentare potest
actiones, nempè vnam oomine proprio, & aliam oomine filij sui, & hæc
sunt duo diuersa iudicia, *l. Pater.41. Ibi.* Duobus
iodiciis, *ff.de iniur.* † Immo ex eâdem iniuriâ, tribus 2
vel pluribus potest actio competere, vtputa, si vxori
meæ sub patris potestate existenti iniuria facta fuerit, & mihi, & patri eius, & ipsi filiæ, iniuriarum
competit actio, quæ sont actiones diuersæ, nec vna
per aliam consumitur, *leg. 1. §. fin. ff. de iniur.* Vnde
quæritur si causa coram vno iudice præuenta fuerit
pro iniuria patris, vel mariti, vtrum intentari possit
coram alio iudice pro iniuria ex capite filij, vel vxoris, quibus offensa facta est.

Dubium facit, quia (vt dictum est) ista sunt duo 3
diuersa iudicia & duæ diuersæ actiones, nec vni illarum per aliam præiudicari potest, *dict. leg. 1. §.
fin. ff. de iniur.* † Facit à simili quod si quis propter 4
inopiam condemnetur ad pœnam corporalem subrogatam loco pœnæ pecuniariæ, hoc fieri potest,
vel vno eodémque iudicio & sententia, vel diuersis iudiciis. Ergo idem hoc casu videtur dicendum, vt duo diuersa iudicia moueri queant, &
sic vnius præuentio non obstet prosequutioni alterius, Bartol. *in leg. si quis iniuriam, ff. de iniur.* Vnde Crauet. duas in hac materia proponit conclusiones, *consil. 181. num. 6.* † Prima est, quod causæ 5
circa injuriam filio illatam duæ sunt diuersæ, vna
pro inioria patrem tangente, alia pro iniuria filij.
Cum alio modo puniri illæ iniuriæ possint respectu Patris, & alio respectu filij, quamuis ab eodem
fonte & delicto procedant, cum fieri possit, vt persona filij, dignior sit persona patris. Quod probatur per text. *in l. seruo 30. §. filio, cum l. sequenti, leg.
cum possis 31. ff. de iniur.* Secundò, quod actori licitum est causam huiusmodi, eodem vel separato iudicio prosequi, prout sibi melius visum fuerit. Ita
Crauet. *dicto cons. 181.*

Egu vero vt tota hæc disputatio clarius explicetur; Dico in primis, non esse dubitandum quin, vt 6
mox dictum est, duplex nascatur iniuriarum actio, &
vtraque patri pro iniuria filiofamilias illata competat: iuxta *dict. leg. pater,* & alia iura mox allegata,
& probat Farinac. *quæst. 105. de variar. & diuers.
crimin. num. 255.* Intelligendo iuxta notata per ipsum, *ibid. n. 256. & seqq.* & quæ nos *numeris sequentibus* dicemus. † Adeo vt filiusfamilias, ne quidem 7
proprio

proprio nomine actionem iniuriarum pro illata sibi iniuria intentare possit, quandiu pater ipse agere vult, aut alius paterno nomine, *l. sed si vnius 17. §. ait prætor. ff. de iniur. l. in persona 31. in princ. ff. de pact.*
8 *l. si longius, § si filiusfamilias, ff. de iudic.* † Immo pater, quantumcunque iniuriam filio in potestate existenti factam, remittere possit, etiam remissione gratuita, nisi pater ipse vilis esset persona, Cod. Fab. *lib.*
9 *8. tit. 32. de patr. potest. definit. 2.* † Hoc tamen secundum communem DD. distinctionem intelligendum est, vt pater proprio quidem nomine pro iniuriâ filio in eius potestate existenti, seu potius sibi in personâ filij illatâ, actionem iniuriarum prætoriam intentare possit; si enim actionem legis Corneliæ, quæ non prætoria, sed Ciuilis est, intentare velit; hanc non suo, sed filij dumtaxat nomine intentare potest: text. est *in l. lex Cornelia, §. Item quæritur, ff. de iniur.* Pascal. *de patr. potest. p. 1. c. 10. n. 3.* Farinac. *de var. & diuers.*
10 *crimin. q. 105. n. 256.* † Inter istas autem duas actiones iniuriarum, hæc est differentia, quod actio legis Corneliæ pro iniuriis, ciuilis est, nec finitur anno, sicut actio prætoria iniuriarum, quæ per spatium vnius tantum anni durabilis est. Item quæ datur ex l. Cornelia in tribus tantum casibus locum habet, nempè si quis pulsatus, verberatúsve fuerit, aut eius domus vi introita. At vero illa quæ prætoria est, in quocunque iniuriarum genere exerceri potest, *§. sed & lex.* & *ibi* DD. maximè Mynsinger. *Institut. de iniur.*

11 In casibus autem, in quibus filio datur actio iniuriarum, veluti in tribus casibus legis Corneliæ, actionis exercitium pertinet ad ipsum patrem in vim patriæ potestatis; exercitium dico. Nam actio patri non competit, cum ipse non fuerit pulsatus, aut verberatus, nec eius domus vi introita. Vnde sicut ad patrem pertinet exercitium actionis, ita ad eundem spectat vsusfructus pœnæ, quam iniuriam inferens incurrit. Est igitur actio propria filij; sed quia pater est illius legitimus administrator: ideo sub illa qualitate, actionem filio competentem vti pater exercet: An-
12 gel. *in l. non solum, §. si pater, ff. de procurator.* † Vbi propterea concludit, hoc casu Patrem non teneri cauere de rato pro filio: quod etiam dixit Castrens. *in dicto §. si pater, n. 2.*

Quanquam in hoc capite contrarium voluerit Barbos. *in l. 2. §. fin. n. 36. ff. solut. matrim.* nempe quod si pater remittat actionem iniuriæ in persona filij factæ, hoc facere potest in vim patriæ potestatis: & hoc casu nec pater, nec filius amplius actionem iniuriarum proponere possunt. Si tamen pater prosequi malit, nec iniuriam remittat, tunc si agat nomine filij, requiritur eius non contradictio, quatenus filius sit præsens. Eo vero absente, pater tenetur cauere de rato. & cum hoc moderamine videtur intelligenda doctrina Castrens. *in d. §. si pater, n. 2.*

13 Et sanè patrem, generaliter in quocunque casu, iniuriam filio factam remittere posse, etiam inuito, & contradicente filiofamilias, omnes DD. fatentur, quando agitur de actione prætoria: si enim agatur de actione Ciuili descendente ex lege Cornelia in vno ex tribus capitibus eiusdem; nempe primo si filius verberatus fuerit: secundo si pulsatus: tertio si quis eius domum per vim ingressus fuerit, tunc etiam consensus filij in iniuriæ remissione requiritur: Vincent. de Franch. *dec. 715. n. 8.* Eodem modo, si iniuria fuerit illata à persona coniuncta, vel agatur de actione tori violati, requiritur etiam filij consensus, vt pater iniuriam ipsi illatam validè remittere possit; sicuti etiam, si patris persona vilis sit, filij vero honesta, consensus filij erit necessarius ad validitatem remissionis iniuriæ filio illatæ faciendæ per patrem. Aut si pater dementia vel furore laboraret, vel pater esset absens, vel si filius esset emancipatus: Aut etiam, si is qui filiofamilias iniuriam intulit, illum patremfamilias, seu emancipatum esse credidisset. Quia tunc personam patris, quam non considerabat, offendere minimè potuisset: Pascal. omnia bene explicans, *de patr. potest. p. 1. cap. 10. n. 6. vsque ad num. 15.* & maiori ex parte Galerat. *in tract. de renunciat. p. 1. cap. 93. num. 13. & sequentib.* Farinac. *dicta quæst. 105. num. 256. & sequent.* Aliquid etiam Surd. *decis. 89. num. 12.* Aliter quidem hoc interpretatus est Fachin. *quæst. iur. controu. lib. 9. cap. 42.* Sed à communi DD. traditione recedendum non est tam in iudicando, quam in consulendo.

Hinc patet, non eandem esse rationem actionis 14
pro iniuriis proponendæ, & actionis de dote. Actio siquidem pro dote vnica est, & sic quocunque modo pater agat, etiam ius filiæ deductum videtur in iudicio, & ideo consensus filiæ, aut eius ratihabitio necessaria est, iuxta *leg. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* Hanc enim dotis actionem communem esse inter patrem & filiam fatentur omnes DD. *in d. l. 2 §. quod si in patris, ff. solut. matrim.* Gomes. *in leg. 50. Tauri num 28.* Idémque dicendum, si agatur ad dotis assecurationem: Barbos. *in l. si constante, in princ. num. 29. ff. eod. tit.* Vnde pater sine filia, & hæc sine patre agere, vel dotem recipere non potest: intelligendo semper de filia existente sub patria potestate, nam si esset emancipata, posset sola & agere & recipere: & dummodo agatur de dote profectitia, non de aduentitia; vt DD. explicant *in d. §. quod si in patris.* Si tamen pater, filiæfamilias pro dote agere volenti consensum præstare recusaret, sola filia constito de recusatione agere posset: Bald. Nouell. *in eadem l. si constante, numero vigesimotertio.*

Sed quæri potest; si dotis actio consolidata fuerit in persona filiæ per clausulas & stipulationes, seu etiam donationes per patrem, vel auum paternum appositas, in fauorem filiæ, vel neptis, (quo casu tota actio consolidari videtur in persona filiæ, vt probauimus *lib. 1. quæst. Ciuil. cap. 100. numer. 12. & sequentib.*) vtrùm auus vel pater agere possit soluto matrimonio ad restitutionem dotis filiæ, seu nepti, per patrem vel auum donatæ? Respondendum esse, patrem vel auum posse intentare hoc casu actiones pro dotis restitutione competentes: quia licet per huiusmodi clausulas, & donationes, dos desinat esse profectitia; tamen cum dos originaliter ab ipso patre vel auo processerit, maiorem in illa potestatem habet quàm in cæteris merè aduentitiis: & ideo quamuis dos esset consolidata in persona neptis, tamen auus esset legitimus administrator, & eodem modo filius, si auus non superesset: Bartol. *in leg. 2. §. quod si in patris, num. 7. ff. sol. matrim.* post Gloss. *in l. g. cum dos, in verb. neque proderit, ff. de pact. dotal.* Barbos. *in dict. §. quod si in patris, numero 21.* maximè *circa fin. vers. & confirmantur prædicta.*

Sed quando agitur de actione iniuriarum, non 15
eadem est actio, sed duplex; vna scilicet patri competens pro sua iniuria, alia vero pro iniuria facta filio, vt supra dictum est: ideo in actione de dote, necessaria est cautio de rato per patrem in hoc casu præstanda, cum patri & filiæ actio competat in solidum: sed in actione iniuriarum non tenetur pater præstare cautionem de rato nisi in casibus supra expressis: iuxta notata per Barbos. *in d. l. 2. §. finali, n. 35. & 36. ff. solut. matrimonio.*

His ita explanatis, facilis resultat resolutio 16

omnium casuum, qui in hac quæstione contingere possunt ratione præuentionis iudicialis. Primus casus est, si post remissam à patre iniuriam, filius agere velit, male agit vt dictum est supra *numer.* 13. & per consequens ex tali actione filij, nulla potest nasci præuentio, quia nulliter agens non præuenit, vt sæpè diximus.

17 Secundus casus est, si in actione iniuriæ quæ ad patrem spectat, seu cuius exercitium est apud patrem pater ipse præuenerit, talis præuentio valida est, ita vt filius postea agens huiusmodi præuentione afficiatur. Sed si filius velit hoc casu præuenire patrem, huiusmodi præuentio nihil operatur, nec valet in præiudicium patris. Quod adeo verum est, vt si filius hoc casu aliquas fecerit expensas, pater filio illas resarcire minime teneatur, ex notatis per Farinac. *de accusat.quæst.* 13. *num.* 6. & faciunt tradita per nos *parte* 1. *cap.* 19. *num.* 7. *& ibidem num.* 5. Vincent. de Franch. *decis.* 381.

18 Tertius casus. Si filiusfamilias pro dote aduentitia in iudicio sine patris consensu experiatur, in casibus in quibus ille necessarius est, talis actio non inducit præuentionem, nisi superueniente patris ratihabitione, vel consensu, cum ipsa nulliter agat; ergo nulla ex tali actione præuentio oriri potest, iuxta regulam sæpius iteratam.

19 Quarto. Si pater præuenerit, in casibus in quibus actio iniuriarum filio competit, etiamsi duæ sint actiones, tamen cum ex eodem fonte, eademque causa proueniant & originem ducant, coram vno eodemque iudice res tractanda est, ne causæ continentia diuidatur, vt probatur ex traditis supra *cap. præcedenti, num* 5.

20 Quinto, eadem ratione, intelligenda est doctrina Bartoli *in d. l. si quis iniuriam, ff. de iniur.* quia licet quando reus, qui non habet in ætc, puniendus est in corpore; hoc tractari possit, & terminari in eodem vel diuerso iudicio; tamen semper idem iudex adeundus est, ne continentia causæ diuidatur, cum agatur de ponitione eiusdem criminis, & negotium ab eodem fonte procedat: ex notatis *dicto cap.* 16. *numero* 5.

CAPVT XVIII.

ARGVMENTVM.

Vtrum præuentio causæ facta contra debitorem principalem, afficiat fideiussorem? & an dicta de fideiussore locum habeant in correo. Et quando lite præuenta per principalem debitorem, fieri possit executio vel alia processura aduersus fideiussorem. Et an ex proprio capite, seu priuilegio, fideiussor iurisdictionem iudicis præuenientis declinare possit. Quod multis modis declaratur cum limitationibus & ampliationibus requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio facta contra principalem, non impedit quin agatur contra fideiussorem regulariter, & è contra: quod toto hoc cap. explicatur.*

2 *Litispendentia contra principalem vel vnum ex correis, non impedit, quin contra fideiussorem, aut alium correum agatur.*

3 *Quando per executionem factam contra principalem, plenè satisfactum est creditori, non potest agere contra fideiussorem.*

4 *Idem si stylus, aut consuetudo Curiæ esset in contrarium.*

5 *Si principalis debitor obtineat inhibitiones, etiam nomine fideiussorum, vtrum tales inhibitiones sustineri possint.*

6 *Pendente rescissione contractus, potest fieri inhibitio de turbando fideiussores.*

7 *Multa possunt fideiussori competere exceptiones, quæ non suffragantur principali.*

8 *Exceptio cessionis bonorum, facta per principalem, non prodest fideiussori.*

9 *Fideiussores, vtrum extra proprium forum conueniri possint.*

10 *Fideiussor Doctoris, vtrum coram Iudice Doctorum possit conueniri, & conuentus forum declinare? intellige vt ibi.*

11 *Si vnus ex pluribus fideiussoribus, qui non renunciauit beneficio diuisionis, velit obtinere inhibitiones de ipsum conueniendo vltra suam ratam partem, contra Doctorem, aut alium habentem fori priuilegium, non tenetur sequi forum illius priuilegiati.*

12 *In materia præuentionis, si fideiussor agat contra creditorem, non impeditur creditor agere contra ipsum coram Iudice ipsius fideiussoris competente, quem ex pluribus elegerit. Idem de electione Notarij.*

13 *Fideiussor agens, est tamen verè & originaliter reus.*

14 *Explicantur dicta suprà* parte 1. capite 8. numero 4.

15 *Laicus per Clericum diffamatus, conueniendus est coram Iudice laico.*

16 *Laicus fideiussor Clerici, debet conueniri coram iudice laico; secus est in Clerico fideiussore laici. Vel nisi causa continentia aliud exigat.*

17 *Exceptiones personales rei cohærentes, quæ competunt principali debitori, possunt opponi per fideiussorem.*

18 *Continentia causæ quandoque exigit, vt causa fideiussoris coram eodem Iudice causa principalis terminetur.*

19 *Exceptio litis pendentia cum principali, videtur realis, & rei cohærens.*

20 *Fideiussor qui se omnibus Curiis submisit, potest etiam coram non suo Iudice conueniri.*

21 *Fideiussor exceptioni præuentionis renunciare potest.*

22 *In obligatione Camerali, præuentioni renunciatur.*

23 *Quando fideiussori competit exceptio discussionis, vtpote quia illi non fuit renunciatum, causa illius dicitur habere connexitatem cum causa principalis debitoris.*

24 *Separatio primi iudicij non admittitur, quando per illud nascitur exceptio rei iudicatæ quoad secundum.*

25 *Regula, quòd præuentio contra principalem non obstat agenti contra fideiussorem, vera est, sed multas patitur exceptiones.*

26 *Præuentio contra principalem suspendit actionem contra fideiussorem in obligatione conditionali.*

27 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, opposita per principalem, impedit actionem contra fideiussorem, donec super eâ cognitum fuerit.*

28 Ex

28 *Exceptiones reales, per principalem opposita, impediunt, ne agatur contra fideiussorem, quarum hic exempla proponuntur, & hoc potiùs ex naturâ iudicij præiudicialis quàm in vim præuentionis.*

29 *Quâ cautelâ uti possit fideiussor, ad impediendum ne conueniatur pendente lite contra debitorem principalem.*

30 *Debitor principalis potest obtinere lite pendente inhibitiones de molestando eius fideiussores.*

31 *Intellige, vt hoc procedat quando ius fideiussoris habet connexitatem cum exceptionibus debitoris principalis.*

32 *Præuentio quoad principalem debitorem, prodest fideiussori euictionis.*

33 *Idem dicendum est de fideiussore indemnitatis.*

34 *Latâ sententiâ absolutoriâ in fauorem principalis, fideiussor molestari non potest.*

35 *Intellige, vt hoc procedat quando absolutoria lata fuit ex eo quod illud quod petebatur non erat debitum, secus si ex eo quod non fuerat probatum.*

36 *Sententia lata absolutoria ob priuilegium cohærens personæ debitoris principalis, non impedit, quin agatur contra fideiussorem.*

37 *Pendente excussione contra principalem, non agitur contra fideiussorem qui excussionis beneficio non renunciauit.*

38 *Quando quis se obligauit vti principalis, non potest opponere exceptionem nullitatis obligationis principalis debitoris.*

39 *Sententia lata contra principalem, mandatur executioni contra fideiussorem iudicij absque nouo processu.*

40 *Quomodo sit verum, causam principalis & fideiussoris esse connexam.*

Causa principalis & fideiussoris indemnitatis quando inducat præiudicium & quando nullitatem.

41 *In quibus casibus verum sit dicere, causam principalis esse præiudicialem causæ fideiussoris.*

42 *Fideiussor pro pœnâ, non potest conueniri pendente lite super eo vtrum pœna debeatur.*

43 *Exceptio rei iudicatæ, non est de cohærentibus rei, ideo non nocet fideiussori semper, quod contra principalem debitorem iudicatum est.*

44 *Litis præuentio contra vnum ex correis, vtrum iuuet alium correum, aut illi noceat, dum agitur de pluribus reis debendi. Vel etiam sententia contra vnum lata.*

45 *Laicus habens causam connexam cum causâ clerici, veluti in societate, & similibus causis, coram Ecclesiastico iudice, conueniendus est.*

46 *Notarius qui scribere cœpit coram Iudice in cuius tribunali habet officium, non debet remoueri quamdiu lis durat.*

47 *Si agatur de duobus reis debendi qui sunt suppositi diuersis iudicibus, tota causa nihilominus coram eodem iudice, ratione continentiæ, tractanda est.*

VIDAM creditor cum contra suum debitorem coram certo iudice egisset, voluit deinde agere coram alio iudice competenti contra fideiussorem. Quæsitum fuit vtrum causam hanc coram alio iudice aduersus istum fideiussorem prosequi posset, an vero tota causa coram eodem iudice qui contra principalem debitorem præuenerat, tractanda esset.

1 Regula & resolutio generalis est, causam contra debitorem principalem cœptam, non producere effectum præuentionis contra fideiussorem: nec è contra, cœptam contra fideiussorem impedire quo minus lis intentari possit coram alio iudice contra principalem. Quod probatur primo Argumento ducto à litispendentia ad præuentionem, quod validum esse supra demonstrauimus, *cap. 14. num. 15.*
† Siquidem litispendentia inter creditorem, & 2
vnum ex fideiussoribus, vel vnum ex correis debendi, non impedit quominus ipse creditor agere possit contra alium seu fideiussorem seu correum, non obstante lite cœpiâ contra alios, & contestatâ *l. reos 23. C. de fideiuss.* Bald. *in l. fin. Cod. eod. tit.* Bart. *in Authent. hoc ita, n. 22. C. de duob. reis.* Guid. Pap. *decis. 348.* cum aliis citatis per Cancer. *lib. 2. var. resolut. cap. 5. n. 48. nouæ impressionis,* Eiusdem sententiæ fuit, Lancell. *in tract. de attent. part. 1. cap. 3. n. 158. & sequentibus & part. 2. cap. 10. n. 6.* vbi ex Petro Duenn. *regul. 276.* in verb. *executio,* & Rebuffo, *in constit. Reg. tom. 1. tit. de litteris obligat. art. 11. glos. 3. n. 26.* hoc
limitat variis modis. Et † primo vt non possit agi 3
contra fideiussorem, si per executionem factam contra principalem debitorem fuerit plenè satisfactum creditori, Ang. *in l. qui restituere, col. 2. ff. de rei vend.* Intellige vt hoc verum sit, quatenus creditori per debitorem principalem facta fuerit actualis satisfactio: nam alias non impediretur agere contra fideiussorem, Ias. *in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp.*

Secundo limitat, vt non procedat quando con- 4
uentio, vel consuetudo, aut stylus Curiæ, esset in contrarium.

Tertio non habet locum, nisi quando inhibitio, 5
ipsos quoque fideiussores comprehendit, quæ tamen laxari, vel laxata sustineri non potest, nisi quando causæ debitoris principalis & fideiussoris, essent inuicem connexæ, Lancell. *de attent. dicta limit. 6. in c. 20. num. 18.* post Decium, *cons. 33. per tot. maximè col. 3.*

Quarto, non habet locum, quando pars egit ad 6
nullitatem, rescissionem, vel cancellationem contractus, & curauit inhiberi creditori de faciendo aliquas executiones tam contra ipsum, quam contra eius fideiussores, tunc enim donec inhibitiones fuerint cassatæ, illis obediendum esset, vt dicit Rebuff. *de litter. obligat. artic. 11. gloss. 3. n. 31.* Vtrum autem huiusmodi inhibitiones sustineri possint, de faciendo executiones pendente rescissione intentata, in terminis iuris communis seu statuti nostri Aueniononensis, diximus supra, *part. 1. c. 18.*

Præterea quia fideiussori plures competere pos- 7
sunt exceptiones & defensiones, quæ non competunt debitori principali, & è cõtra; velut si debitori competat exceptio beneficij competentiæ, ne scilic. conueniri possit nisi quatenus facere potest, & deducto ne egeat; huiusmodi exceptio quamuis competat debitori principali, non tamen competit fideiussori, quia personæ cohæret, *l. fideiussor, l. Sancimus, ff. de re iudic.* † Eadem est ratio exceptionis cessio- 8
nis bonorum factæ per principaliter obligatum, quæ non prodest fideiussori, quia personalis est, vt explicat Francisc. Marc. *part. 1. decis. 313. num. a.* de quo per Aretin. *in fin. §. Instit. de action. n. 10. & de replicat. in §. finali,* Bald. *in l. tam & mandatori, de non numer. pecun.* & per Cyn. *in l. quoties, C. de precib. Imperat. offerend.* Alex. de Imol. *in l. alia, ff. solut. matrim.* Sed tamen quoad dictam exceptionem Competentiæ, si illa competeret principali debitori erga creditorem, (veluti quod ageretur de fratribus, inter quos locus est beneficio Competentiæ seu exceptioni Deducto ne egeat, secundum veriorem & æquiorem sententiam, de qua Thesaur. *decis. 119.* Caroc. *de except. cap. vigesimoquinto num. sexagesimo quinto*) tunc ista exceptio, licet non extendatur ad fideiussorem, quia beneficium est personale, si tamen

fideiussor ita regressum haberet contra suum principalem, vt contra ipsum, solidū exigere posset, tunc exceptio ipsi quoque fideiussori prodesset, ne damnum indirectè contra principalem reflecteretur, & beneficium legis ipsi infructuosum remaneret, Caroc. *d. except.* 25. *n.* 139. *& n.* 142. *versic. Declaratur autem.* Ideo hoc casu datur cautela fideiussori, vt si forte nomine personarum, aduersus quas principalis debitor beneficium competentiæ opponere potest, conueniatur in solidum, tunc ipsi debitori principali denunciet litem & molestias, vt ipse, exceptionem huiusmodi, ex persona sua obiiciat, dicendo suā interesse, ne fideiussor in solidum conueniatur, cui aliàs mandati iudicio solidum soluere teneretur, & ita beneficium legis sibi remaneret inutile: vt ostendit Hering. *in tract. de fideiussorib. cap.* 17. *parte* 4. *numero* 80. *&* 81.

9 Præterea, & tertio quia si fideiussores conueniendi essent coram eodem iudice, coram quo causa principalis fuit præuenta, possent cogi ad comparendum extra proprium forum sui domicilij, quod tamen concedi non debet: per text. *in Nouell.* § 3. *de exhibend. reis.* Vvesembec. *in paratitl. tit. de iudic. n.* 16. *in fine,* Hering. *in dict. tract. de fideiuss. cap.* 33. *n.* 13.

10 † Vnde fideiussor Doctoris, vel scholaris, si coram Rectore, seu Primicerio Vniuersitatis conueniatur, potest forum declinare, petendo se ad suum iudicem remitti, vt ex Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg.* 152. *in* 2. *limit.* tradit Hering. *dicto cap.* 23. *num.* 14. Quod limitandum est, vt non procedat quando agitur de Conseruatoribus Iudicibus, coram quibus Doctores & scholares habent priuilegium trahendi reos conuentos, prout habet Auenionensis Vniuersitas ex

11 bullis summorum Pontificum. † Quo priuilegio cessante, si plures sint voius Doctoris, scholaris, vel alterius priuilegiati fideiussores, & vnus ex ipsis, velit obtinere inhibitiones, ne conueniatur nisi pro sua rata parte, potest illas obtinere coram iudice suo, neque tenetur illas petere à iudice sui aduersarij, vt *ibidem* dixit Hering. *dicto cap.* 23. *num.* 16. ex Capyc. *dec.* 18. *num.* 3.

12 Hæc quidem vera sunt, generaliter loquendo. Sed si de præuentionis effectu tractetur, verius est inhibitiones ad instantiam fideiussoris, contra debitorem executioni demandatas, illi non obesse quo minus eundem fideiussorem coram iudice sibi beneuiso, spretā illā fideiussoris præuentione, obtinere possit, dummodo iudex ille sit competens respectu fideiussoris. Ideo si fideiussor plures habeat iudices competentes coram quibus conueniri possit, electio vnius ex illis pertinet ad creditorem, sicuti etiam vnius ex pluribus Notarijs coram illo Iudice offi-

13 cium habentibus. † Quia licet fideiussor creditorem in agendo præuenerit, tamen præuentio illa viribus caret, cum non propriè actoris vice fungatur (illo casu) fideiussor, quin potius sit reus originarius. Est quidem actor in primo citationis termino, sed in litis prosequutione, reus. Ideo creditor agens tenetur sequi forum fideiussoris, sed non tenetur causam prosequi coram eodem Notario scribente, quia cum sit actor, ad eum pertinet electio Notarij, qui in illā causā scribat secundum regulas aliàs per nos traditas, *in prima parte huius tractatus.* Eādem ratione, cum fideiussor hoc casu sit reus originarius, coram vno ex pluribus suis Iudicibus competentibus conueniendus est; sed inter illos plures, creditor vnum quem maluerit eligere poterit, non obstante præuentione fideiussoris suam exceptionem per modum

14 actionis proponentis. † Et ita intelligenda sunt quæ nos aliàs breuitati studentes non sic explicaui-

mus, *parte* 1. *huius tractat. cap.* 8. *num.* 4. ex doctrina Gratian. *discept. cap.* 85. & D. Argel. *de legit. contradict. quæst.* 3. *num.* 190. Couarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 18. *num.* 6. Soc. Sen. *consil.* 94. *vol.* 3. Quod etiam nos præmonuimus *in nostris quæstion. beneficialibus parte* 1. *cap.* 10. *num.* 6. 7. *&* 8. & optimè faciunt tradita per Hector. Capyc. Latr. *decis.* 89. *per totam.* † Adda- 15 tur Cyriac. Nig. *controuers.* 161. maximè *num.* 4. Vbi dicit quod laïcus per Clericum diffamatus conueniendus est coram Iudice laïco, quamuis ipsemet laïcus in iudicio diffamationis Clericum citari fecisset: post Couarr. *lib.* 1. *var. resol. d. cap.* 18. *ante n.* 6. & alios per eum citatos.

Similiter laïcus fideiussor Clerici, conueniendus 16 est coram iudice sæculari, nec opponere potest fori declinatoriam exceptionem, ex personā Clerici. Quia hæc exceptio declinatoria est merè personalis, ideo non iuuat fideiussorem, nec illi nocet, Cæs. de Graff. *in tract. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 988. *&* 989. Hering. *de fideiuss. quæst.* 23. *num.* 15. Surd. *consil.* 196. *num.* 21. 22. *&* 23. Clericus quoque fideiussor laïci coram suo iudice, nempè Ecclesiastico conueniendus est, Barbos. *de iure Ecclesiast. vniuers. lib.* 1. *cap.* 39. § 2. *numero* 125. de Graff. *dicto effect.* 1. *num.* 1008.

Quanquam, & exceptiones personales compe- 17 tentes debitori principali, competant etiam fideiussori, quando non sunt tales simpliciter, sed sunt personales, rei cohærentes: vt post Imol. *in leg. ex persona, ff. de fideiuss.* tenuit Rota, *decis.* 300. *numero* 8. *parte* 7. *recentior.* vbi exceptiones istæ vocantur mixtæ, quia personæ competunt, ratione bonorum.

Hæ resolutiones quamuis multis nitantur ra- 18 tionibus & authoritatibus, tamen dubitabiles videntur Hering. Et primo ex iis quæ notat Pacian. *in tractat. de probationib. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 45. *&* 46. Vbi dicit causam fideiussoris eodem contextu tractandam esse cum causā principalis debitoris, ne continentia causæ diuidatur. Quod sequutus videtur Hering. *in dicto tractat. de fideiuss. cap.* 23. *numero* 38. asserens ita in Camerā Imperiali fuisse iudicatum.

Secundo videtur, quod exceptio litis pendentiæ 19 inter principalem debitorem & creditorem sit iudicanda realis, seu rei cohærens: ad tradita per Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 16. *tit.* 15. *num.* 19. præsertim si fideiussor exceptioni litis pendentiæ, vel excussionis minimè renunciauerit: per ea quæ tradit Bald. *in l. fin. Cod. de fideiuss.* Peck. *de iure sistend. cap.* 4. *num.* 9. † Aut si fideiussor omnibus Curiis in formā 20 requisitā non se submiserit. Stante enim huiusmodi submissione & obligatione, potest coram Iudice etiam non suo conueniri: Cartar. *dec. Rotæ Genuens.* 6. *per tot.* cum pluribus aliis quos citat Hering. *in dicto tract. de fideiuss. cap.* 23. *num.* 17. *&* 44. † Aut si 21 legis *vbi cœptum, ff. de iudic.* dispositioni, minimè renunciauerit; quod fieri posse post multos tradit Hering. *dicto cap.* 23. *num.* 44. Mandos. *de inhibit. q.* 93. *num.* 5. Galerat. *de renunciat. cap.* 145. *per tot.* † Vnde 22 in obligatione Camerali non habet locum exceptio præuentionis, seu *dicta l. vbi cœptum,* Galerat. *ibid. num.* 5. Et stante huiusmodi obligatione, non est dubitandum, quin creditor qui cœpit agere contra vnum ex pluribus obligatis, possit, non obstante præuentione & litis pendentiā, contra ipsum, aliud nouum & separatum iudicium aduersus alium correum debendi proponere, & prosequi: Zach. ad Gallel. *de obligat. Camer. quæst.* 11. *num.* 12. *in fine.*

Sed

23 Sed cessante istâ obligatione, renunciatione, vel submissione, videtur quod causa contra principalem debitorem intentata, connexitatem habeat cum eâ quæ intentatur vel intentari potest contra fideiussorem. Siquidem cessantibus dictis circumstantiis renunciationis, submissionis, & similibus, non posset fideiussor conueniri nisi factâ prius debitoris principalis excussione, §. *si quis igitur Authent. de fideiussor.* ex qua desumitur text. *in authent. præsente, C. eod. titul.* iuxta ea quæ *ibidem* DD. copiosius exponunt, necnon Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. cap. 16. per tot.* Vnde, lite pendente contra principalem, non potest fieri persecutio pœnæ contra fideiussorem, vt mox ostendemus; & tradit Magon. *decis. Lucens. 92. num. 10. & 11.* rationem reddens, quia litis pendentia cum principali, prodest etiam fideiussori, ne hoc casu illâ pendente conueniri possit.

24 Dubia igitur reddi videtur supradicta resolutio, vel ex eo maximè, quia quando primum iudicium inchoatum fuit, si in eo sequatur sententia, nascitur ex illa rei iudicatæ actio & exceptio, quæ suum producit effectum non solum in illo primo iudicio, sed etiam in secundo quod postea mouetur: *l. fundi, & l. fundum, ff. de exceptio. rei iudic. l. 1. §. fin. ff. si famil. furt. fecisse dicat.* Nam absoluto reo principali, fideiussor ad nihil tenceretur, cum liberatio principalis, iuuet fideiussorem, *l. cum is, ff. de fideiuss.*

25 His tamen non obstantibus, verissima est superius firmata conclusio, nempe quod exceptio litis pendentiæ cum debitore principali, non obstat, quominus agi possit contra fideiussores, sequentibus tamen explicata declarationibus.

26 Et primo quidem, vt hæc regula locum non habeat, quoties agitur de obligatione conditionali: Exemplum. Si quis debitori promiserit tradere grana illi vendita per creditorem, & fideiussor se fideiussorio nomine, pro pretio illorum granorum obligauerit *traditis granis.* Et tamen grana in effectu tradita non fuerint, tunc quia obligatio conditionalis est per fideiussorem præstita, & per consequens si grana non tradantur, sed super illorum traditione facienda, lis fuerit pendens, vel aliàs causa præuentionis, inter emptorem qui est principaliter obligatus, & venditorem qui est prætensus creditor, non potest interim fideiussor conueniri, & obstabit creditori contra fideiussorem agenti exceptio præuentionis; seu litis pendentis, inter ipsum & emptorem principaliter obligatum: vt bene explicat Cyriac. Nig. *controuers. 546. num. 55. & seqq.* qui hoc ampliat vt locum habeat in quacunque conditione siue expressa siue tacita, vt *ibidem num. 78.*

27 Idem dicendum est, si debitor principalis opposuerit exceptionem non numeratæ pecuniæ, aduersus creditorem, cumque hac de causa in ius vocari curauerit, quia exceptio huiusmodi, si prodesset principali, vtpote quod in illa esset fundatus, prodesset etiam fideiussori, & sententia quæ super non numeratæ pecuniæ exceptione proferretur, esset præiudicialis actioni contra fideiussorem mouendæ, & quoad ipsum quoque produceret exceptionem rei iudicatæ: quia cautio emissa sub spe futuræ numerationis habet tacitam conditionem, *si pecunia numeratio fuerit subsequuta, l. fin. C. de non numer. pecun.* Et ideo si principalis hac exceptione se tueri inde possit, fideiussor, quasi ex defectu tacitæ conditionis defenditur, *l. tam mandatori, & ibi*, Bald. *num. 3. C. de non num. pecun.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 16. tit. 15. num. 6.*

28 † Idem de omnibus aliis exceptionibus rei cohærentibus dicendum est, quales sunt exceptiones obligationis nondum natæ, vel inutilis; item compensationis, nouationis, & similes, de quibus agere nostri non est instituti, sed eas copiosè exponit Mantic. *in dicto tract. de tacit. conuent. dicto lib. 16. tit. 15. per tot.* Hering. *de fideiuss. cap. 27. parte 4. numero 1. & sequentibus.* Sed hoc non tam ex natura præuentionis, quam ex vi & natura iudicij præiudicialis; ex iis quæ de causis præiudicialibus tradidimus, *parte 1. cap. 15.*

Et hoc casu, cautela datur pro fideiussore ad euitandas molestias, vt compareat, adhærendo liti existenti inter creditorem & debitorem principalem, & adhæsionem suam ipsi creditori intimari procuret, ne ignorantiæ causam allegare possit, Marsil. *in rubric. de fideiuss. num. 310.* aliàs est, *num. 274. vers. Quod tamen ipse hoc intelligit.* & est, *sub qu. 36.* 29

Alia quoque datur cautela, vt debitor principalis huiusmodi exceptiones proponens reales, seu rei cohærentes, seu etiam mixtas hoc est personæ quidem sed respectu rei inhærentes, petat pro interesse quod habet, ne à fideiussoribus per ipsum datis molestetur, inhiberi creditori de turbando se ipsum & eius fideiussores lite pendente: quod fieri de iure posse testatur Marsil. *dicta quæst. 36. num. 211.* aliàs *275. & sequentibus.* Implorato videlicet iudicis officio, quod hoc casu propter æquitatem denegari non debet. † Quod seu per intelligendum est, vt procedat in casibus, in quibus causa & exceptio principalis connexitatem habet cum causâ & iure fideiussoris, aliàs si ageretur de causâ vel exceptione non habente connexitatem illam, talis inhibitio, siue ad instantiam principalis, siue ad requisitionem fideiussoris obtenta, de turbando fideiussores, illis minimè suffragaretur, sed solis principalibus suffragantibus, nec ad fideiussores esset extendenda: eâdemque ratione si fideiussores ob causam non habentem connexitatem cum iure principalium, aliquas similes obtinerent inhibitiones de ipsos turbando, non suffragarentur Principalibus, nec ad eos extendi deberent, Lancell. *de attent. parte 2. cap. 10. de attent. post inhibit. limit. 6. num. 18.* 30 31

Infertur etiam ex supradictis, quod si quis euictionis nomine, pro alio fideiussionem interposuerit, & is qui principaliter euictionem promisserit, præuentione vsus sit aduersus prætendentem ipsum de euictione teneri, & super hoc inuicem contendant, non potest alius iudex pendente ista lite adiri, vt fideiussor id quod promisit præstare teneatur. Quia cum sit obligatus sub conditione, quæ non potest esse verificata, donec cognitum fuerit vtrum verum sit esse locum euictioni, causa huius fideiussoris non potest separari ab illâ lite principalis, nec contra fideiussorem se parato iudicio agi potest, nisi prius iudicatum fuerit euenisse casum euictionis, & illi locum esse: Rota apud Zach. *de obligat. Camer. decis. 101. num. 14.* Sed dubitari potest vtrum finitâ lite inter emptorem & venditorem, super illâ euictione & sequuta sententia, per quam declaratum fuit locum esse euictioni, & venditorem ad eam teneri, executio contra fideiussorem fieri possit coram alio iudice, & alio scribente Notario, qui non scripsit in lite desuper contra principalem motâ & iudicatâ. In hoc dubio distinguendum est. Primo enim si quæratur vtrum fideiussor possit coram eodem iudice conueniri? veritas est quod etiamsi iudex haberet dumtaxat facultatem cognoscendi in certis casibus, veluti in locis in quibus Consules Artium cognoscunt de causis artem suam tangentibus, censentur eandem iurisdictionem habere in dependentibus, quales sunt fideiussiones & pœnæ appositæ 32

in

in contractibus factis super rebus artem illam concernentibus, & ideo coram ipsis fideiussores quoque citari & condemnari possunt, & per consequens sententia contra ipsos ab eodem iudice mandari executioni, Bald. *in l. si quis, §. rationem, ff. de edend. & in l. cum vendente, Cod. vbi causa fiscales.* Sequitur Pacian. *de probat. lib. 1. c. 26. num. 45. & 46.* Secundò, si fideiussor non fuerit coram illo iudice citatus, nec condemnatus, recorrendum est ad regulas generales hoc capite constitutas, vtrum agatur de submisso & obligato per obligationem Cameralem, quo casu locus est variationi, vel casu quo fuerit condemnatus, vtrum sententia mandetur executioni per officium iudicis, an vero agatur actione in factum, & aliæ considerationes adhibendæ, quæ in aliis casibus adhiberi solent, & nominatim quas per totum hoc caput afferimus, differentea an & quando causa fideiussoris, connexitatem habeat cum causa principalis, & præuentio contra vnum facta liget alium? prout in sequentibus declarationibus fusius continetur.

33 Quod autem de fideiussore euictionis dictum est, eâdem prorsus ratione locum habet in fideiussore indemnitatis, qui pro alio se obligauit, in defectum bonorum debitoris principalis, seu creditori promisit se soluturum quantò minus à debitore consequi poterit, cum hoc casu non possit agi contra fideiussorem nisi præuiâ excussione principalis, & ideo litis pendentia, imò & præuentio contra principalem nocebit actioni, quæ intentaretur contra huiusmodi fideiussorem, non tam ex naturâ præuentionis, quam ex eo quod vnum iudicium est alteri præiudiciale: Cancer. *lib. 2. cap. 5. de fideiuss. quæst. 19. n. 75.* Et facit à simili quod licet secundum opinionem in Rota Romana obseruatam, in Saluiano interdicto non requiratur excussio; tamen quando agitur de fideiussore indemnitatis, vel alio qui non potest conueniri nisi in subsidium principalis debitoris, excussio omninò præcedere debet, non ex naturâ Saluiani; sed ex natura actionis propositæ, & non factâ excussione, creditor agens contra fideiussorem, malè agit, & à iudicij limine repellendus est, veluti in patre qui pro dote soluta filiofamilias, non tenetur nisi tanquam fideiussor subsidiarius, & aliis similibus casibus, Pacif. *de Salu. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 108. & 109.* Duran. *decis. 40. num. 48.* Galerat. *de renunciat. centur. 1. cap. 74. num. 8.* Cancer. *d. parte 2. cap. 5. num. 77.* Strach. *de assecurat. parte 3. num. 56. & seqq. fol. mihi 15.*

34 Secunda declaratio est, vt regulariter litis pendentia non impediat, quo minus agi possit contra fideiussorem, si aduersus principalem actum sit, aut è contra cum principali si aduersus fideiussorem, nisi tamen lata fuisset sententia absolutoria in fauorem principalis, tunc enim agenti contra fideiussorem obstaret exceptio rei iudicatæ, vel si in fauorem fideiussoris lata esset absolutoria ex causâ, quæ non respiceret personam fideiussoris, sed tangeret & vulneraret obligationem totam, tam principalis quam fideiussoris: ex notatis per Menoch. *consil. 795. n. 11.*
35 *& 12.* † Vbi tamen bene aduertit, distinguendum esse vtrum sententia absolutoria fuerit lata ex eo, quod debitum petitum per creditorem prætensum, non erat debitum, vel lata fuerit ex eo quod non erat probatum. Si enim sententia lata fuerit ex eo quod non fuit probatum, quod pro parte creditoris erat probandum, tunc absolutoria in fauorem alterius lata, alteri prodesse non potest. In dubio autem sententia præsumitur lata ex eo quod non fuit probatũ, vt ipse notat *ibidem num. 16.* post Bart. *in l. à duobus, §. à fideiussore, ff. de iureiur.* Et ita intelligendus est Castrens. *consil. 87.* superius allegato, *vol. 1.* vt ipsemet *ibidem* explicat *num. 3.* ibi; *Quia potuit ferri ex eo quod actor non potuit probare.*

Idem dicendum est, si sententia lata fuerit in fa- 36
uorem principalis, aut etiam fideiussoris ob solum priuilegium personæ cohærens, veluti ob fauorem minoris ætatis, aut aliâ simili de causa respiciente solam alterutrius personam, quia tunc non prodesset fideiussori, si ex priuilegio principalis, & è contra: Rota apud Zach. *de obligat. Camer. dec. 110. num. 18.*

Tertia declaratio est, vt litis pendentia contra prin- 37
cipalem debitorem se opponentem, & contendentem se nihil debere, aut in nihilo teneri erga creditorem, prosit ipsi quoque fideiussori, qui excussionis beneficio non renunciauit, quia (vt superius dictum est) cum debeat præcedere excussio principalis debitoris, & ipse prætendat se nihil debere, quæstio illa præiudicialis debet prius terminari antequam ad fideiussorem deueniri possit, Hering. *de fideiussor. cap. 27. parte 4. num. 7. versic. maximè:* & *n. 112.* † Si 38
enim fideiussor se obligasset tanquam principalis & in solidum, non esset simplex fideiussor, nec illius obligatio dici posset accessoria, immo esset principalis, Rota apud Zach. *dicta dec. 110. n. 12. & 13.* & in eodem *tract. de obligat. Camer. quæst. 3. numer. 17. 18. & 19.* Vbi, quod tali casu fideiussor non potest opponere nullitatem obligationis eius ad quem negotium principaliter pertinet. Et hoc est quod voluit Castrens. *dicto consil. 87. n. 3. versic. Ad tertiam, & n. 1. versic. Præterea vol. 1.*

Quarta declaratio est, vt fiat differentia inter fi- 39
deiussorem iudicij & fideiussorem contractus, quia processuræ omnes & sententiæ, quæ dantur inter creditorem & principalem debitorem, afficiunt fideiussorem iudicij, adeo vt sententia possit contra ipsum quamuis in iudicio non citatum mandari executioni, absque nouo processu. Sed quando agitur de fideiussore contractus, tunc processus cum principali debitore factus, huiusmodi fideiussori nocere non potest, sed nouus requiritur processus, & hæc noua causa dicitur, ex Cancer. *lib. 2. var. resol. c. 5. de fideiussor. num. 124. & seqq.* Cost. *de rata, q. 222.* vbi hoc explicat & limitat, necnon *in tractat. de subsid. remed. 30. n. 19.* Rota apud Coccio. *decis. 84. n. 14. & decis. 216. n. 4. & 5.* & est vulgata & communiter recepta distinctio.

Et ex prædictis colligitur responsio ad dubia su- 40
perius contra dictam resolutionem proposita. Ad primum siquidem, dum dicitur dari connexitatem inter causam fideiussoris & debitoris principalis, & ideo ne continentia causæ diuidatur, totum negotium vtriusque coram eodem iudice tractandum esse. Respondetur causam principalis debitoris cum causâ fideiussoris, in certis casibus esse connexam, in aliis vero nullam dari inter illas connexitatem, vt supra explicatum est. Et propterea præuentionem locum habere inter has duas causas, si connexæ sint; sin minus, causas esse diuersas, & præuentionem in vnâ factam, non trahere aliam. Veluti si agatur de fideiussore in subsidium obligato, qualis est fideiussor indemnitatis, vel qui promisit soluere quanto minus creditor à principali debitore consequi poterit, seu in defectum bonorum debitoris, & aliis similibus casibus, veluti de fideiussore de soluendo iudicatum, aut in casum futuræ succumbentiæ, de quibus actum est suprà, *num. 26. & seqq.* His enim casibus ab vna ad aliam causam nulla datur præuentio, iuxta resolutionem datam. Videlicet quod si priùs

actum

actum fuerit contra similes fideiussores, antequam conditio fuerit adimpleta, vel actio nata in fideiussore indemnitatis, vel in eo qui promisit quanto minus creditor à debitore consequi poterit, non erit præuentio, sed nullitas. Si verò actum primò fuerit contra debitorem principalem, in illis casibus, non est quærendũ de præuentione; sed tamen causa contra debitorem principalẽ intentata, impediet, & præiudicabit quod fideiussorem huiusmodi; non ex capite præuentionis, sed ex capite præiudicialitatis: iuxta resolutionem datam *hoc eodem cap. n.* 28. *in fin.*

41 Ad secundum. Fatemur causam principalis præiudicialem esse ad causam fideiussoris, quando antequam agatur contra fideiussorem, debet præcedere excussio debitoris principalis: Sed postquam lata est sententia, & facta excussio ipsius, ita vt de eâ amplius dubitari non possit, tunc cessante præiudicialitate, dicimus posse agi contra fideiussorem separato iudicio: nec obstare illo casu exceptionem *l. vbi cæptum, ff. de iudic.* seu præuentionis, quia causa fideiussoris nullam amplius dependentiam habet à causa principalis debitoris, quæ iam finita est, ergo cessante causæ præiudicio, cessat quoque illius effectus, *cap. cum cessante, de appellat.*

42 Eadem ratione, quando agitur de fideiussore obligato pro pœnâ, mirum non est si causa principalis vti præiudicialis debeat prius terminari, iuxta Magon. *decis. Lucens.* 9 2. *num.* 10. & 11. quia hoc casu talis fideiussio continet tacitam conditionem, quatenus pœna debeatur; & per consequens, quandiu disputatur, vtrum sit locus præstationi pœnæ, non potest interim fideiussor cogi, aut separato iudicio in ius vocari pro satisfactione creditori facienda, cum nondum fuerit verificata conditio sub quâ fideiussor obligatus est.

43 Ad tertium dubium, respondetur, illud procedere, quando agitur de exceptionibus rei cohærentibus, quæ si competunt principali, transeunt in fideiussorem, vt suprà dictum est; sed exceptio rei iudicatæ, non dicitur cohærere rei, quia fieri potest, vt debitor principalis absoluatur, & tamen fideiussor teneatur ad solutionem; maximè si se in solidum, & vti principalem obligauerit: veluti si principalis absoluatur ex capite minoris ætatis, aut simili de causa respiciente eius personam, Aut si lata fuerit sententia ex eo quod creditor non bene suam intentionem probauit aduersus principalem, quam postea melius probare poterit contra fideiussorem: Bart. *in l. ex duobus, in* 4. *quæst. ff. de duob. reis, num.* 16. Castrens. *dicto consil.* 87. *num.* 3. in responsione ad secundam obiectionem, *volum.* 1. Menoch. *dicto cons.* 795. *num.* 16.

44 Cæterum, quæ de fideiussoribus dicta sunt, adaptari possunt ad plures reos debendi, quia factâ electione vnius contra quem agatur, non fit præiudicium quoad alios simul obligatos, imò cõtra quemlibet separato iudicio agi potest, *l. creditor. ff. mand. l. fin. & l. reos, C. de fideiuss.* Castrens. *consil.* 391. *vol.* 1. Nec sententia pro vno ex correis lata, præiudicat creditori, quominus agere possit contra alios, si lata fuerit ex eo; quod non fuit probatum, prout in dubio præsumitur: iuxta Menoch. *dicto consil.* 795. *num.* 16. & copiosè per Hering. *in tract. de fideiuss. cap.* 20. §. 13. *de electione, per tot.* In summâ, pro totali huius puncti resolutione distinguendum, inter sententiam absolutoriam latam in fauorem vnius ex correis debendi, & condemnatoriam. Nam condemnatoria nunquam nocet, sed nouo iudicio contra fideiussorem opus est. Sed absolutoria quandoque prodest correo, quandoque non prodest: vt dicit Bart. *in d. l. ex duobus, n.* 26. *ff. de duob. reis.* Et quòd de sententiâ condemnatoriâ dictum est, maximè procedit in causis criminalibus, veluti si contra vnum ex reis feratur sententia, eò quod falso instrumento vsus sit, Bart. *in l. denunciasse* 17. §. *quæritur, num.* 1. *in fine, ff. ad l. Iul. de adult.* & est text. expressus *in l. si vteris* 2. *C. de fide instrum.* Alexand. *in l. sæpè, num.* 42. *ff. de re iud.* Scacc. *in tract. de re iudic. glos.* 14. *q.* 12. *num.* 108. & 109.

Quod autem ad sententiam absolutoriam attinet, tres casus post Bartol. considerandi sunt. Primus est, si absolutoria lata fuerit super facto, quasi non fuerit debitum, vel contractum, & tunc prodest alteri correo. Secundus, si sententia lata fuerit super iure, declarando quod correus obligatus quidẽ sit, sed quod de iore non potuit obligari. Et hoc casu, aut correus non potuit obligari ipso iure, & sententia absolutoria oon prodest alteri correo, quia non sunt duo rei. Aut potuit quidem obligari, sed habet exceptionem personalem, aut quia creditor non probauit suam intentionem, & his duobus vltimis casibus sententia pro vno lata prodest aliis si sint socij. Si non sint socij, non prodest. Tertius casus est quando dubitatur vtrum sententia lata fuerit ex eo quod non sit debitum, vel ex eo quod non sit probatum, & tunc lata videtur quia non probatum, & propterea absolutoria lata pro vno non prodest alteri, nisi sint socij, vt Bartoli sententiam exponit Menoch. *d. consil.* 795. *n.* 17. *versic. Tertius est casus.*

Insuper aduertendum est, quod licet regula suprà firmata vera sit, tamen illi locus non est, quando agitur de causa connexa vel indiuidua, qualis est regulariter redditio rationis inter plures socios, vel tutores: si enim vtriusque causa diuidi & discerni possit, regulæ locus est, vt scilicet diuersa fiot vtriusque iudicia, iuxta *l.* 1. & 2. *C. de consort. eiusdem litis.* Quæ discretio vtriusque negotij si cessauerit, tunc causa coram vno eodémque iudice tractari debet. Adeo vt si vnus ex sociis sit Clericus, alij vero sint laïci, tota causa inseparabilis sit, & coram iudice Ecclesiastico ratione maioris prærogatiuæ & dignitatis tractanda: idem dicendum si vnus ex consortibus aliunde priuilegium fori habeat, & hoc ne continentia causæ diuidatur. Ad quod faciunt notata per Scac. *de re iudic. gloss.* 14. *q.* 1. *n.* 110. post Surd. *cons.* 231. *n.* 6. Pe-tegr. *de fideic. art.* 53. *n.* 43. *in* 3. *concl.* & alios. † Debet etiam idem adhiberi Notarius, qui scribere cœpit in causa correi, vel socij, indiuidua, quia non est noua causa, sed eiusdem iam præuentæ continuatio: Bald. *in l. præcipimus, in fin. C. de appell.* Socin. Sen. *cons.* 82. super quæstionibus, *col. vltim. in princ. n.* 10. *vers. nona conclusio.* Aretin. *cons.* 25. Viso themate ad me transmisso. *col. fin. n.* 3. *versic. circa secundum est dicendum,* Couar. *pract. q.* 34. *colum.* 2. *n.* 2. *vers. quod si contingat.* Gratian. *discept. for. c.* 115. *n.* 8.

Quæ resolutio, etiam ad plures correos extendenda est, vt videlicet si causa sit indiuidua, totum negotium decidi debeat per iudicem superiorẽ, si præueniens non habeat in omnes iurisdictionem, veluti si aliqui sint Clerici, vt explicat Bar. *in l. omnes, C. arb. tut.* Mynsing. *centur.* 1. *obseru.* 4. *n.* 2. vbi dicit in Camerâ obseruatum fuisse, in quadam causâ in quâ erant sexaginta rei, omnes diuersarum iurisdictionum, quorũ mediatus superior erat Imperator, quod quia eadem erat causa, & ad idem agebatur, meritò omnes & singuli ad supremũ Imperij tribunal citati fuerant, illorumq; declinatoriis exceptionibus non attentis, litis contestatio iniuncta, ne causæ continentia diuideretur. Sic quoque quando vous ex reis 45 46 47 imme

immediatè subiectus est Imperio, consortes vero sub diuersis iurisdictionibus particularibus reperiuntur, tota causa ad huius instantiam deuoluitur ad iudices Imperij. Ratio est quia in indiuiduis, sententia lara quoadvnum ex habentibus interesse connexum, prodest aliis, Surd. *cons.* 190. *n.* 12. *& 13. & dicto cons.* 231. *n.* 6. Vnde non debent lites multiplicari, cum causa vnius hoc casu sit causa omnium.

CAPVT XIX.

ARGVMENTVM.

De venditore agente contra tertium cui de mandato emptoris merces venditas tradidit, si agat contra istum qui merces recipit, deinde separato iudicio agere velit contra emptorem, vtrum illi obstet exceprio præuentionis. Item quid si Macellarius præuenerit agendo contra expenditorem cui carnes tradidit, aut is qui cum procuratore contraxit agere velit contra Dominum, vtrum possit opponi præuentio, ex actione contra procuratorem mota.

SVMMARIVM.

1 *Causa præuentio contra eum qui merces recepit, non obstat actioni mota contra illum qui merces emit.*
2 *Causarum diuersitas, in quibus consistat.*
3 *Venditor, qui de mandato emptoris, merces alicui tertio tradidit, non habet actionem contra istum tertium, sed tantum contra emptorem.*
4 *Macellarius agens contra expenditorem cui carnes tradidit, agendo contra ipsum non præuenit, sed contra Dominum separato iudicio, & in alio tribunali agere potest, nisi expenditor conueniatur nomine officij.*
5 *Expenditor vtrum teneatur proprio nomine erga Macellarium.*
6 *Magister vel Dominus non ligatur actione contra famulum vel procuratorem proprio nomine intentata, quin possit non obstante præuentione nouum iudicium intentare vel pati.*
7 *Procurator, quando proprio nomine se obligare censeatur.*

CASVS talis fuit alias in Rotâ disputatus. Franciscus vendidit frumentum Rectoribus Hospitalis, & illud de mandato Rectorum consignauit pistori cuidam, cuius operâ Hospitale vtebatur: venditor iste egerat contra pistorem pro pretio frumenti consequendo; postea nouo iudicio agere voluit in alio tribunali contra Hospitale. Quæsitum fuit vtrum obstet præuentio, an vero causæ istæ hospitalis & pistoris possint separato iudicio, & coram diuersis iudicibus intentari.

1 Resolutum fuit non dari præuentionem vnius causæ ad aliam, sed quamlibet separatim tractari posse. Primo, quia vna non est alteri præiudicialis, nec sententia in vna proferenda, parit exceptionem rei iudicatæ in alia, *l. fundum, & l. fundi, ff. de except. rei iudic. & ibi* Bart. *& DD. & in l. edita, & ibi* Bart. *n.* 14. *C. de edend.* † Secundo, quia causæ non sunt ita con-
2 nexæ, quin vna ab alia separari possit; iuxta notata per nos, dum de causis connexis, vel præiudicialibus egimus. Tertio, quia quilibet hoc casu suas separatas habet rationes & exceptiones, Afflict. *dec.* 354. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. cas.* 195. *n.* 8.

Sed nec in materia principali, venditor frumenti bonum ius fouebat contra pistorem, non obstante traditione frumenti illi factâ; cum tradendo illi frumentum, suam potius obligationem distraxisse, quam cum pistore illo contraxisse videretur, vt benè ostendit Rota *decis.* 434. *part.* 2. *recentior. per totam decis.* 3

Idem dicendum existimo, si macellarius expenditori carnes tradiderit, & contra expenditorem egerit pro pretio carnium ad vsum familiæ traditæ: si enim postea contra Dominum agere velit, nulla contra Dominum ipsum causata fuit præuentio, cum duæ hic sint causæ separatæ, & diuersæ vtriusque defensiones, nisi macellarius expenditorem officij nomine conuenisset, vt ex supradictis rationibus & decisione Rotæ euidenter colligitur. † Vix autem contingere potest, vt expenditores proprio nomine conueniri possint, nisi tamen constet macellarios fidem expenditorum fuisse secutos, illisque propriæ personæ, non Domini contemplatione carnes tradidisse, veluti si expenditor esset persona cognita, & Dominus esset extraneus, incognitus, vel breui discessurus: ex doctrina Castr. *in l.* 1. §. *sed exercitorem, ff. de exerc.* Vbi dicit quod si procurator nomine absentis contrahat, censetur, quod contractus eius contemplatione factus fuerit: ergo à simili idem dicendum in eo qui breui discessurus est. Quod fusius explicat Gabriel. *cons.* 71. *per totum, &* maximè *n.* 12. 13. *& seqq. vol.* 1. 4 5

Idem dici potest de procuratore ad negotia, qui si nomine officij conueniatur, eadem est contra ipsum actio, quæ & contra Dominum, & per consequens per litem contra procuratorem nomine officij institutam præuentio oritur respectu Domini, & è contra. Secus est, si procurator non nomine officij, sed proprio conueniatur, tunc enim noua est actio & distincta à lite mota contra Dominum, & sic præuentioni respectu vnius ad alteram nullus est locus, vt ex supradictis manifestè colligitur, & nominatim ex *illa decis.* 434. *p.* 2. *recent.* † Quando autem quis proprio nomine, an vero ratione officij duntaxat conueniri possit, compendiosè hic referemus ex traditis per Gutieres *in tract. de tutel. p.* 2. *c.* 13. nempe quod procurator non tenetur nisi ratione officij, Primo, quando contrahit procuratorio nomine, & nihil ipsi acquiritur. Secundo, quando procurator aliquid simpliciter confitetur, & sibi nihil se obligat. Tertio, quando contractus Domini contemplatione factus est. Quarto, quando agitur de re quæ soli Domino conuenit. Quemadmodum autem plures sunt casus in quibus procurator tenetur dumtaxat nomine officij; ita & plures sunt in quibus tenetur proprio nomine. Et primo quidem, quando expressè fidem suam obstrinxit. Secundo, quando licet contrahat vt procurator, tamen bona sua propria expressè obligat. Tertio, quando fecit se procuratorem in eo in quo mandatum non habebat. Quarto, si se & suos hæredes obligauerit. Quinto, quando contractus intuitu & contemplatione procuratoris celebratus fuit. Sexto, quando contrahit super negotio ad se pertinente. Septimo, quando procurator ex contractu aliquid acquiritur. Octauo, quando celebrat contractum cuius vigore ex natura rei ipse obligatur; veluti si promittat de rato. Hos casus refert & explicat Gutierr. *dicto cap.* 13. copiosius. Sed cauti procuratores in instrumentis expressè protestantur, se nolle propria bona, vllo modo obligare. 6 7

CAPVT

CAPVT XX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter iudicium rescindens & rescissorium. Quæ sit vtriusque iudicij natura, & vtrum eodem contextu intentari possint? Vtrum agenti ad restitutionem in integrum, opponi possit de præuentione iudicij circa negotium principale moti vel decisi. Quis sit iudex competens in iudicio rescissionis contractus, aut in integrum restitutionis, seu ex capite absentiæ, seu ex capite minoris ætatis, aliáve de causâ. Remedium spolij, quando competat, stante nullitate contractus. Et quando causa restitutionis in integrum, vel rescissionis contractus debeat retardare, vel non, cursum negotij principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium rescindens, est preparatorium actionis rescissoria.*
2 *Iudicij rescindentis exempla proponuntur.*
3 *Forma sententia, in iudicio rescindenti.*
4 *Iudicium rescissorium, non producit nouam actionem ab antiqua diuersam, sed eadem manet actio qua prius, sublato per iudicium rescindens impedimento.*
5 *In iudicio rescissorio, intentanda est actio realis, aut sola personalis prout antea competebat.*
6 *Iudicium rescindens & rescissorium, an cumulari & eodem iudicio moueri possint, & quomodo hoc intelligendum.*
7 *Minor à mercatore gemmas cariori pretio emens, iudicium rescindens, & rescissorium intentare potest. Quid de obligatione facta de soluendo*, Prestre mort, ou marié; *siue à maioribus, siue à minoribus*, num. 8.
9 *Iudicia hac duo, rescindens & rescissorium, vtrum simul intentari & cumulari possint; varia sunt DD. sententia, verior tamen est affirmatiua.*
10 *Quomodo sit concipiendus libellus, vt validè coram eodem iudice causa praueniri possit, cumulando vtrumque remedium rescindens videlicet, & rescissorium.*
11 *Actio restitutionis in integrum, est personalis, & tamen quâ cautelâ vtendum, vt coram iudice rei sita intentari possit.*
12 *Iudicium rescindens quamuis posterius intentetur secundum ordinem scriptura, tamen secundum ordinem iuris censetur in dubio prius intentatum.*
13 *Iudicium restitutionis in integrum principaliter intentatum tractandum est coram iudice domicilij, quia est personale.*
14 *Rescissionem contractus, coram iudice loci in quo celebratus est, intentari posse, si aduersarius ibi reperiatur, verius est.*
15 *Contractus perfectionem suam obtinens, si rescindatur, nulla amplius natiua competit actio, sed datiua requiritur.*
16 *Quomodo inter se differant actio natiua, & datiua.*

17 *Pendente iudicio rescindenti, tanquam praiudiciali, silere debet regulariter rescissorium.*
18 *Actio personalis nullum recognoscit iudicem competentem prater iudicem domicilij, non autem iudicem loci rei in controuersiam deducta.*
19 *Si contractus sit nullus ex defectu consensus, datur laso remedium reintegranda: si aliâ ratione sit nullus, illud remedium non datur.*
20 *Remedium reintegranda competit aduersus contractum â tutore, de cuius potestate non constat, celebratum.*
21 *Si alienatio rei Ecclesia, vel minoris, nulla sit ipso iure, competit actio spolij. Intellige dummodo fuerit subsequuta vera & realis, & non ficta traditio*, num. 22.
23 *Minor, aut mulier, agentes ad nullitatem contractus, ex defectu solo solemnitatum statuti, certas formalitates in similibus contractibus requirentis, non possunt intentare remedium reintegranda.*
24 *Explicatur quomodo procedat* consil. *Honded.* 23. num. 40. vol. 2. *in hac materia. Necnon* decis. *Rota Rom.* 94. num. 40. parte 7. recentior. numer. 25.
26 *Quando iudex restitutionis in integrum est competens, etiam in actione principali, de vtroque iudicio cognoscit, siue principaliter siue incidenter proponantur.*
27 *Qua sit forma sententia, secundum statutum & stylum ciuitatis Auenionensis in causis restitutionis in integrum, seu rescissionis aduersus contractus intentatis.*
28 *Rota Romana non reijcit cumulationem remedij rescindentis, & rescissorij subordinatè. Idem in patria Pedemontium. Idémque seruatur in Gallia.*
29 *Stante stylo predicto, remedia ista coram iudice domicilij, vel rei controuersa, ad electionem actoris, intentari possunt.*
30 *Quando restitutio in integrum petitur incidenter, iudex rei controuersa efficitur competens.*
31 *Si is qui petit rescindi contractum, aut in integrum restitui, nihil consequi velit, vtpotè quia possideat rem, vel pecuniam deductam in controuersiam, solus iudex domicilij adeundus est de iure communi.*
32 *Stylus Curia Auenionensis, quo dum rescissio intentatur post causa principalis præuentionem, iudex ordinario soleat quod quælibet causa curret suo marte, in quo fundatus sit.*

VIVS capitis casus talis in facto propositus aliàs fuit. Quidam Caualicensis vendidit ciui Auenionensi prædium in territorio Caualicensi situm. Cumque istum possessorem iudicio restitutionis in integrum, aut alio remedio rescindenti in ciuitate Auenionensi, (nempè in domicilio rei conuenti) in ius vocasset, vtpotè quia contractum nullum esse, aut in omnem euentum, rescindendum supponebat, tandem in ciuitate Aueninnensi, in qua possessor ratione domicilij conueniendus erat in iudicio illo rescissionis contractus, lata fuit sententia, per quam fuit declaratum locum esse restitutioni in integrum, & contractus per sententiam nullus, aut rescindendus fuit declaratus. Volènte postea actore intentare remedium rescissorium, & petere coram iudice rei sitæ, prædium sibi restitui, respondit reus causam Auenioni præuentam esse coram iudice sui domicilij, & ad ipsum proterea remittendam esse. Quæsitum fuit quid iuris?

1 Vt hæc dubitatio resoluatur. Supponendum in primis est, duo in hac materia diuersa remedia considerari posse, rescindens videlicet, & rescissorium. Remedium seu Iudicis officium rescindés, est quoddam præambulum, & quasi præparatorium (secundum aliquos Doctores) actionis rescissoriæ veluti si quis restitutionem in integrum, aduersus vsucapionem impetrauerit, §.*rursus*, & ibi Angel. *n.5.versic. Quintò præmitte.* & Ias. *num.7.& 8.Instit.de action.§. si quis in fraudem,eod.tit.* Et sic per iudicium rescindens, iudex declarat, Ecclesiam, minorem, vel alium quemlibet in integrum restituendum esse, ad hoc vt
2 actionem primæuam intentare possit. † Exemplum proponit Herman. Barens. *in tract.de formand.libell. c.14.* Si quis dum esset absens pro seruitio Principis passus fuerit elabi decennium ad præscriptionem actionis hypothecariæ requisitum, & absens fuerit per spatium vnius anni, petet se admitti ad restitutionem in integrum aduersus lapsum illius anni, ad hoc vt possit postea actionem hypothecariam
3 sibi competentem intentare. † Iudex autem in hoc remedio suam proferet sententiam hoc modo, *Dicimus dictum actorem, fore & esse in integrum restituendum, prout illű restituimus aduersus lapsum dicti anni, declarantes illum annum de tempore præscriptionis esse deducendum, ipsique licere, non obstante lapsu dicti temporis, actionem suam hypothecariam prosequi & suis iuribus vti, aduersus bona sibi hypothecata.*

4 Iudicium vero rescissorium, non est species actionis de per se, sed est eadem prima actio, quæ propter impedimentum, veluti transactionis, præscriptionis, aut contractus læsionem continentis proponi non poterat, cui tamen locus datur, remoto prius
5 per iudicium rescindens, obstaculo. † Itavt si prima actio esset personalis, remaneat personalis in hoc iudicio rescissorio: si realis, remaneat quoque realis prout erat antea, & eo modo quo prius ante remotionem obstaculi competebat, vt dicunt omnes DD. *in d.§.rursus, Instit. de action.* Abb. *in cap.tum ex litteris, n.19.in princ.de in integr.restitut.*

6 Secundo supponendum est, magnam fuisse inter Doctores controuersiam, vtrum iudicium rescindens & rescissorium simul intentari & cumulari possent? quod clarius explicat Abb. *in dicto cap. tum ex litteris, num.19.* hoc modo. Vtrum petens restitutionem in integrum aduersus contractum, sententiam, vel præscriptionem, possit simul intentare primam actionem, quæ ante illum contractum, sententiam, vel præscriptionem competebat, & ad quam deueniri non potest, nisi sublato cótractus, præscriptionis,
7 vel sententiæ impedimento † Exemplum afferri potest si minor à mercatore gemmas emerit cariori pretio quibus non indigebat, quem casum proponit Argentreus *in consuetud. Britan. art.182.in verb.* Pour deception. *num.3.* vbi dicit huic minori actio-
8 nem rescissoriam esse concedendam. † Idem dicendum est de contractibus, quibus minores, vel filij familias promittunt soluere summam conuentam *Prestre, mort, ou marié.* Quidquid sit de maioribus, liberam rerum suarum administrationem habentibus. De quibus egit Thesau. Iun. *lib.2.quæst.forens.14.*

9 His casibus & similibus, dubitatum fuit vtrum iste sic læsus, possit in eodem libello petere contractum rescindi, & simul se per sententiam absolui à rei vel summæ promissæ præstatione, vel aduersarium ad restitutionem pretij aut alterius rei receptæ condemnari. Qua in re variæ sunt DD. sententiæ; quibusdam affirmatiuam, aliis vero negatiuam sententiam veriorem esse credentibus. Sed quidquid disputando dici possit; verissimum est, quod ad euitandos circuitus, vtrumque remedium, videlicet rescindens & rescissorium simul intentari & cumulari potest, in hũc qui sequitur modum. † Ego peto præ- 10
dium, quod Sempronius indebitè possidet, mihi reddi, seu me in illius possessione reintegrari. Et hæc actio coram iudice rei petitæ intentari potest. Aduersus petitionem meam, opponet reus, de præscriptione. Ego vero replicabo non esse locum præscriptioni, quia propter absentiam meam causâ reipublicæ, debeo restitui in integrum, & hæc praxis in simili casu tradita fuit per Natt. *cons.162. n.34. vers. Circa modum agendi.* † Et agendo supradictâ formâ 11
seruatâ, actio restitutionis in integrum quæ ex sui natura personalis est, coram iudice rei petitæ intentari poterit, quæ alias coram iudice domicilij rei conuenti intentari debuisset. Et per cosequens si minor, aut alius qui iudicium istud coram iudice rei sitæ, vel loci contractus, præfato modo intentauit, vellet deinde agere iudicio rescissorio coram iudice domicilij rei, non esset audiendus in illa variatione; quia cum iam intentasset incidenter & per viam exceptionis, seu replicationis iudicium rescindens coram iudice rei petitæ, & causa coram isto iudice esset præuenta, non posset postea in præiudicium tribunalis illius quod coram iudice domicilij illud intentare, & obstaret illi exceptio præuentionis, & ne continentia causæ diuidatur. † Non 12
enim supponimus coram iudice rei sitæ datum fuisse libellum mixtum ex actione reali & personali, nec vtramque actionem simul principaliter fuisse propositam, quia si hoc fieret, ex iuris interpretatione ob cohuersum in scriptura iuris ordinē, præsumeretur propter subordinatam iudicij rescindentis & rescissorij naturam, prius intentatum fuisse iudicium rescindens, & consecutiuè remedium rescissorium, & per præpositionem iudicij rescindentis, non oriretur exceptio præuentionis ad rescissorium, quod hoc casu esset separatum, & separatim coram iudice loci in quo res sita est proponendum; cum rescindens vt dictum est spectet ad iudicem domicilij eius qui conuenitur. † Cum enim iudicium rescindens, quando 13
principaliter intentatur, contineat actionem personalem, debeat corā iudice personæ hoc est domicilij tractari proponi sequitur hoc casu coram iudice rei petitæ, non posse, nisi is aliunde contra personam citati habeat iurisdictionē: *l.2.C.vbi & apud quē rest. in integ.* & ibi DD. omnes, & alij quos citat & sequitur Peregr. *cons.94.n.2. & 3. vol.5.* † Qui licèt *ibidem* 14
n.2. vers. Quam conclusionem, asserat hoc adeo verum esse, vt nec reus in loco contractus repertus, ibid. pro illius rescissione conueniri possit, illius tamē sententiam hoc in capite veram non esse censeo, quinimò illum qui in loco contractus repertus est, ibidem coram iudice illius loci rectè conueniri posse existimo: vt probaui *p.1.c.18.n.9.& 10.* ex Gratian. *discept.forens.c.14.n.21.* vbi alij eiusdem sententiæ Authores referuntur, & hanc communem esse sententiam ostenditur. Barbos. plures citat *in l.2. C. vbi & apud quem restit.in integr.n.9.*

Et supradicta omnia generaliter loquendo, vera 15
quidem sunt. Sed dubitari potest vtrum procedant quando agitur de contractu iam perfecto & absoluto, si ad illius rescissionem agatur. Quia tunc actio primæua, quæ ante contractus perfectionem fuerat prorsus extincta, non potest amplius reuiuere, quia à priuatione ad habitum non datur regressus, nulla ergo agenti ad rescissionem competit actio natiua, sed requiritur datiua, hoc est quæ à iudice detur, vti subrogata in locum primæ illius actionis demortuæ. Vt enim hoc melius explicetur in primis supponendum

dum est, inter oatiuam & datiuam actionem hoc toterelle, quod iotet generationem, & creationem. Creatio est de nihilo, nec aliquam habet materiam præexistentem ex qua oriri possit. Generatio vero præsupponit præcedere materiã ex qua forma educi queat. Eadem ratione actio natiua, supponit causam præcedentem, ex qua produci possit, videlicet contractum, seu quasi, vel delictum, seu quasi. Datiua vero, nullam habet materiam præexistentem, cum primus actus seu contractus, aut alia causa præcedens quæ per transactionem, sententiam, aut præscriptionem fuit extincta, desierit esse in rerum naturã; vnde sublato impedimento per iudicium rescindens, quãdo deuenitur ad rescissorium, prima quidem actio reoritur, & sic actio natiua: quod si illa demortua fuerit, & io totum sublata, nec amplius sit in rerum naturã, deueniendum est ad actionem datiuam, quam iudex in locum natiuæ peremptæ, seu extinctæ subrogat, quæ & vtilis actio nuncupatur, vt benè explicat Bellapertic. *in l. fin. C. quibus ex caus. maior. in integ.*

16 *restit.* † Quæ actio per consequens exerceri non potest, nisi prius à iudice obtineatur iudicio præiudiciali, & prius tractando, antequam deuenitri possit ad remediũ rescissorium, & executionem actionis desuper a iudice declarandæ, vt benè per Cyriac. *contron.*

17 381. *n.* 46. † Videlicet ex nobili ipsius iudicis officio, illius inquam iudicis qui competens est in iudicio actionis personalis, vt *ibidem* Cyriac. probat, *contron.* 380. *n.* 33. *& seqq. & n.* 75. Peregr. *consf.* 94. *n.* 3. *vol.* 5. Sfort. Odd. *de restit. in integr. q.* 3 1. *n.* 21. *versic.*

18 *Ego puto.* † Quia personalis actio nullum alium agnoscit iudicem competentem præter iudicem domicilij rei conuenti, *d. l. a. C. vbi & apud quem.* Nec vllo modo potest intentari coram iudice loci in quo res petita, vel in controuersiam deducta, sita est, Rota, *dec.* 305. *n.* 5. *p.* 7. *recentior.*

19 Verum in hac materia valde notanda est Rotæ Romanæ verissima distinctio. Vtrum videlicet contractus de cuius nullitate agitur, sit nullus ex defectu consensus, an vero aliã nullitate laboret. Primo casu, censuit Rota, rectã viã agi posse ad rei dimissæ consequendam possessionem intentato remedio reintegrandæ, & ita hoc casu non esse separanda iudicia duo, nempe rescindentis & rescissorij, & vno iotentato eo modo quo supra, totam causam esse præuentam, cum hoc casu rescissorium coram iudice rei sitę intentatum, habeat per sequelam & connexitatẽ inseparabilem, coniunctam causam iudicij rescindẽns vti incidenter tractandam, alioqui mixtura petitorij repelleret agentem à remedio reiotegrandæ: secundo vero casu benè Rota censuit, remediũ illud possessorium intentari non posse; quia cum de nullitate, & sic de petitorio agendum omnino sit, non potest esse locus remedio reintegrandæ, in quo de materia petitorij ex professo tractari nequit. Et per consequens hoc secundo casu iotentatã nullitate, non dabitur præuentio quoad causam rescissorij, iudicij nisi tamẽ incidenter per viam replicationis proponatur, iuxta cautelã per nos datam, *hoc c. n.* 10. ex traditis per

20 Seraph. *decis.* 1500. *n.* 3. † Vnde si contractus nomine pupilli celebratus fuit per assertum tutorem, de cuius tamen potestate cõstare non potest, cum tunc sit nullus ex defectu consensus, simul intentari poterit vtrumq; remedium, videlicet per viam actionis spolij, seu reintegrandæ possessionis, in quo iudicio incidenter cognoscetur de istã notoriã nullitate, Se-

21 raphin. *dec.* 135. *n.* 1. † Eãdem ratione, competit minori, vel Ecclesię remediũ reintegrandę, quando alienatio est nulla ipso iure, quia de nullitate non tractatur principaliter in hoc iudicio, Caualc. *dec.* 45. *in princip. n.* 6. *& seqq. lib.* 1. † Quod intelligendum 22 est vt procedat, quãdo subsequuta est vigore talis cõtractus nullitate laborãtis, vera & nõ ficta rei traditio facta per tutorem, Prælatũ, aut similem personã; quia si traditio sit vera, & non ficta, tales personæ transferunt possessionẽ, ideo opus est remedio reintegrandæ, Rot. *dec.* 545. *n.* 7. *in fine, p.* 2. *rec.* Nam si traditio esset ficta, aliud dicendum esset, ex notatis per Rip. *in l.* 1. *n.* 68. *ff. de acq. poss.* & alios *in d. decis.* 545. *n.* 7. alleg. qui volunt tutores & similes administratores non habere potestatem transferendi possessionem fictam bonorum, ad principales suos spectantium: Et per consequens tunc non deberet tentari remedium reintegrandæ, sed potius manotenendæ, seu retinendæ possessionis: iuxta notata per Rotam post tractatum Postij, *de Manuten. dec.* 330. *n.* 57. *&* 30.

Vnde infertur ex mente eiusdem Rotæ & aliorum, quod si contractus minoris, vel mulieris, fuerit 23 celebratus non obseruatis solemnitatibus, ex statuto in contractibus similium personarum necessariis, debet omnino præcedere iudicium nullitatis, neque rectã viã agi potest remedio reintegrandæ aduersus possessorem, reseruatã semper via agendi, eo modo quo dictum est, *suprà, n.* 10. Rot. *d. decis.* 93. *p.* 2. Grat. *discept. forens. c.* 704. *n.* 21. Secus esset si nullitas procederet, ex defectu consensus vt mox dictum est, & benè explicat Puteus *dec.* 176. *per totam, lib.* 3.

Atque ita intelligendum censeo Honded. *consil.* 24 23. *n.* 40. *vol.* 1. Vt scilicet eius doctrina procedat, quando contractus per minorem celebratus, esset notoriè ipso iure nullus, prout in casu iam dicto de tutore non habente legitimam potestatem, vt dicit *ibid. num.* 48. & Menoch. *cons.* 514. *num.* 17. Roland. *consil.* 41. *n.* 35. *lib.* 3. † Et iuxta supradicta intelli- 25 genda sunt quæ tradit Rota *decis.* 94. *n.* 40. *parte* 7. *recentior.* Nempè Ecclesiam rectã viã intentare posse, remedium reintegrandæ possessionis, quando alienatio bonorum ipsius nullitate laborat vitio; vt procedat quando de euidenti, & notoria alienationis nullitate apparet, alias rectã viã hoc remedium intentari non posset. Intentato autem iudicio rescissorio per viã remedij reintegrandæ possessionis, totã causam, tã quoad rescindẽs iudiciũ, quam quoad rescissorium, ex supradictis præuentam esse constat.

Tertio supponendum est, quod quando iudex re- 26 stitutionis in integrum, est etiam competens quoad cognitionem negotij principalis, seu iudicij rescissorij, tunc siue restitutio petatur principaliter, siue incidenter, iudex ille, totam controuersiam, & sic tam rescindens, quam rescissorium iudicium, cognoscere & terminare debet, & potest, & per consequens dicitur quoad vtrumque præuenisse, cognoscendo, seu præueniendo quoad alterum, Castrens. *in l. nam & postea, §. si minor. ff. de iureiur.* & patet ex notatis per Sfort. Odd. *de rest. in integr. q.* 33. *n.* 29. *& sub n.* 37.

Vnde sequitur, quod cum ex stylo curiarum præ- 27 sentis ciuitatis Auenionensis, causa distractus seu rescissionis contractus intentari possit coram Iudicibus seu Magistratibus huius ciuitatis, etiam contra habitatores Comitatus Venaissini, vt ostendimus *p.* 1. *c.* 18. *n.* 14. benè faciunt Iudices, dum in eãdẽ sententiã declarant contractum esse nullum, vel rescindendum, & non obstante tali contractu licere actori, vti viribus suarum obligationũ, quæ tamen actiones per talem contractum sublatæ alioquin videbantur.

Idem dicendum est, in locis vbi licita est cumula- 28 tio remedij rescindentis cum rescissorio, prout in Rota Romana, vbi talis stylus obseruatur ad euitandos inutiles circuitus, vt *decis.* 175. *num.* 1. *p.* 6. *recent.* & apud Mantic. *dec.* 315. *n.* 5. † Quod pari modo in 29 Senatu

Senatu Pedemontano obſeruari teſtatur Theſaur. Iun. *lib.3.quæſt. forenſ.1.num.6.* his enim in Curiis præuentio iudicij, coram iudice loci vbi res ſita eſt, facta, comprehendet etiam iudicium reſcindens, quamuis ex perſonali obligatione procedat, ex ſupradictis.† Vnde cum & idem ſtylus ſeruetur in tribunalibus Galliæ, in electione actoris eſt agere coram iudice loci in quo res ſita eſt, vel domicilij illius qui ad reſciſſorium iudicium vocatur: Rebuff. *in conſtitut. Reg. tom. 2. tit. de reſciſ. contract. artic. vnic. gloſſ. 2. num.* 14. Idque vigore ſtyli dictarum curiarum vt aduertit Cyriac. *dicta controuerſ.* 380. *numero* 77.

Quarto loco ſuponendum eſt, quod quamuis iu-
30 dex loci contractus, vel etiam iudex illius loci in quo res deducta in controuerſiam ſita eſt, eſſet incompetens, ex eo quod nullam haberet iuriſdictionem quoad actionem perſonalem, quæ competit agenti ad reſtitutionem in integrum; ſi tamen non principaliter, ſed incidenter reſtitutionis cognitio proponatur, iuriſdictio quam habet in eo quod principaliter deducitur, ad reſtitutionem incidenter propoſitam erit extendenda, & ideò caſu quo hoc modo præuenerit, non poterit alius iudex cognoſcere, nec ab eo cauſam præuentam auferre, ne duæ in eâdem causâ proferrentur forſan contrariæ ſententiæ: Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 34. *num.* 16. *& ſequentib. artic.* 4. Cyriac. *controuerſ.* 381. *numer.* 16. & quando eo modo deduci dicatur reſtitutio, explicat *ibidem,* Odd. qui *num.* 28. addit, iudicem ſimul cum principali cognoſcere poſſe de hoc incidenti.

Quinto ſupponẽdum eſt, quod quando iudex cau-
31 ſæ principalis eſt incompetens in causâ reſtitutionis in integrum, & ſic in iudicio reſcindenti, quia non habet iuriſdictionem in actione perſonali, quæ principaliter intentatur, nullâ facta iudicij reſciſſorij mentione, cauſa iſta reſtitutionis in integrum, tractanda eſt coram iudice domicilij rei conuenti, nec ad reſciſſoria iudicia hoc caſu procedi poteſt, donec iudicium reſcindens fuerit terminatum in fauorem actoris. Et ideo quamuis iudex loci contractus, vel rei controuerſæ præuenerit, poterit nihilominus peti remiſſio cauſæ ad iudicem domicilij vti ſolum competentem: Fulgoſ. *in l. nam & poſtea,* quam legit, cum *l. ait prætor. §. ſi minor. ſub num.7. verſic. & hoc facto iudicio,* Caſtrenſ. *ibid. num. 2. verſic. alius modus,* Zaz. *num.7. verſic. Et quia iſte, ff. de iureiur.* Quos citat & ſequitur Cyriac. *controuerſ.* 381. *num.* 46. & 47.

Sexto ſupponendum eſt, quod ſi petens contra-
32 ctum reſcindi, nihil velit vlterius conſequi, veluti ſi adhuc rem controuerſam poſſideat, aut ſi nondum ſolnerit pecunias in contractu de cuius reſciſſione agitur promiſſas, tunc (ceſſante ſtatuto vel ſtylo curiarum) ſolus iudex domicilij eius qui in ius vocatur, adeundus eſt, vnde præuentio iudicis loci contractus, vel loci vbi res ſita eſt, non impediet quominus cauſa ad iudicem domicilij remittatur, tanquam ſolum huioſce cauſæ iudicem competentem. Sed quando actor vltra reſciſſionem contractus, aut reſtitutionem in integrum vult aliquid aliud conſequi, veluti rei controuerſæ ſibi fieri reſtitutionem, vel ſummæ petitæ ſolutionem, tunc locus erit diſtinctionibus, & reſolutionibus in noſtrâ quæſtione principali adductis. † Et per conſequens pro obti-
33 nendâ rei reſtitutione, adeundus erit iudex loci in quo res ſita eſt, vel iudex loci contractus de cuius reſciſſione agitur, quando principaliter & non incidenter reſtitutio in integrum, ſeu reſciſſio poſtulatur, & iudex domicilij non eſt competens in vtroque remedio, Abb. *in cap. cum ex litteris, n.19. verſic. his ergo viſis. De in integ. reſt.* Oliban. *de actionib. p.1. lib.2. ad §. rurſus, num.119. & ſeqq.* Odd. *de reſtitut. in integr. q.33. num.28.*

Hinc infertur ratio fundamentalis illius practicæ, 34
quæ in Curiis huius ciuitatis Aueniouenſis inoleuit, quod ſi creditor præuenerit per executiones, & poſtea debitor velit obtentâ diſpenſatione iuramenti intentare iudicium reſcindens, aut remedium nullitatis ſeu reſciſſionis contractus, ſeu etiam reſtitutionis in integrum, non fit cauſæ remiſſio ad iudicem qui præuenit per executiones, ſed ordinatur quod quælibet cauſa procedet marte ſuo, videlicet tam cauſa executionis coram iudice exequente, quam cauſa reſciſſionis coram iudice competente. Quia cum cauſa principalis ſeu executiua, nihil commune habeat cum causâ reſtitutionis, ſeu cum iudicio reſcindenti, vna non debet per alteram impediri. Exiſtimo tamen, quod ſi cauſa reſciſſionis contractus prius eſſet terminata, & ſententia in hac causâ lata, per quam fuiſſet declaratum, locum eſſe reſciſſioni, tranſiuiſſet in rem iudicatam, aut fuiſſet declarata executoria non obſtante appellatione, & cauſa ſeu lis ſuper executionibus nondum eſſet finita, ſine dubio ſententia hæc vti præiudicialis impediret continuationem executionum. Et in hoc nullum eſſe dubium puto.

CAPVT XXI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter cauſam concurſus & manutentionis in poſſeſſione creditorum, & cauſam immiſſionis in poſſeſſionem eorundem bonorum intentatam ad inſtantiam ſubſtitutorum, prætendentium fideicommiſſum eſſe in eorum perſona apertum, contendentibus duobus Notariis vter ſcribere deberet, cum vtraque cauſa coram eodem Iudice duobus ſcribentibus Notariis fuiſſet intentata, diuerſis tamen temporibus.

SVMMARIVM.

1 *Actor ille dicitur in iudicio manutenenda poſſeſſionis, qui prior ad iudicium prouocauit.*

2 *Iudicium præiudiciale prius terminari debet, quamuis minus præiudiciale præuentum fuiſſet.*

3 *Cauſa fideicommiſſi, vti vniuerſalis, regulariter facit ceſſare alia iudicia particularia.*

4 *Si creditores ſint in poſſeſſione, cauſa fideicommiſſi tanquam reſpiciens petitorium, non poteſt impedire curſum cauſæ poſſeſſorij.*

Quod tamen quomodo intelligatur, & in quibus caſibus locum habeat ibidem explicatur.

ANNO 1636. ad inſtantiam creditorum factæ fuerant executiones contra bona communis eorum debitoris. Quibus vxor illius ſe oppoſuerat pro ſuis iuribus dotalibus. Et cum creditores prætenderent ſe eſſe in poſſeſſione exigendi fructus illorum bonorum, ſeu vigore ceſſionis huiuſmodi fructuum ſibi factæ per ipſummet debitorem tunc viuentem, ſeu alia ratione, & fuiſſet factum decretum Vti poſſidetis ita poſſideatis, & in vim illius creditores fructus illorum

illorum bonorum per aliquot annos percepissent, tamen superueniente interim morte debitoris, substituti prætendebant fideicommissum in antiquo testamento contentum, esse in eorum fauorem apertum, & se manutenendos esse, & quatenus opus est immittendos in possessionem bonorum suppositorum fideicommisso, magna fuit orta contentio super præuentione inter creditores & prætensos fideicommissarios.

Non contendebatur quidem de iudice, quia ambo coram eodem iudice causam introduxerant, nempe tam creditores quam fideicommissarij, sed quæstio erat inter duos Notarios. Vterque enim contendebat causam ad se pertinere, vnus quia præuenerat in causa concursus & manutentionis creditorum, alter quia causa fideicommissi tanquam præiudicialis efficiebat, vt causa alia creditorum, quamuis præuenta, silere deberet.

Causâ mihi commissâ ad hoc vt de voto meo iudicaretur, censui causam concursus & manutentionis creditorum tractandam esse apud Notarium, qui in illa præuenerat; causam vero fideicommissi tam in possessorio adipiscendæ, quâ successiuè in petitorio, tractandam esse apud illum Notarium, qui in causâ fideicommissi electus fuerat; ita tamen vt si in futurum declaratum esset, nullum adesse fideicommissum, vel actores ab illo excludendos, & ideo licitum esset creditoribus continuare suas executiones cõtra illa bona, & procedere ad distractionẽ & venditionẽ illorum, tota hæc processura fieret apud Notarium, qui præuenerat in exequendo. Ratio est, quia creditores in causâ manutentionis erant actores, & per consequens ex stylo & statuto nostro, ad illos spectabat electio Notarij, qui in causa scriberet. † Nam in iudiciis istis possessoriis Retinendæ, ille dicitur actor qui prius aduersarium ad iudicium prouocauit, Io. Andr. Georg. *allegat.* 13. *n.* 4. Fontnell. *de pactis nuptial. claus.* 7. *gloss.* 3. *parte* 10. *num.* 91. *& seqq.* Posthius *de manutent. obseruat.* 5. *num.* 16.

Creditores igitur, qui prius iudicium manutentionis coram illo Iudice, & apud suum Notarium intentauerant, erant in eo actores, ergo vti tales Iudicem, & Notarium eligere poterant ex supradictis, nec iudicium executiuum per ipsos intentatum poterat apud alium tractari. Verum quia lite pendente, cœpit moueri quæstio fideicommissi, propter superuenientem mortem dicti communis debitoris, qui prætendebatur grauatus de restituendo eadem bona de pignore capta, & sic de quæstione fideicommissi prius cognoscendum erat tanquam de quæstione præiudiciali; propterea, cum hæc quæstio concerneret petitorium, non poterat ad illam deueniri nisi euacuato prius summariissimo possessorio Retinendæ per creditores intentato, in quo nudum factum inspici debet: ideo dixi, Notarium electum per fideicommissarios, quando de immissione, & successiuè de petitorio tractabatur, scribere debere, suspenso interim iudicio fideicommissi, seu immissionis, cum iudicium manutenendæ possessionis, præcedere debeat Iudicium adipiscendæ, ex notatis per Post. *de manutent. obseruat.* 57. *num.* 73. & per D. Argel. *de Legit. contradict. quæst.* 4. *numer.* 15. *&* 32. Sed, finito iudicio manutentionis, apud Notarium creditorum, si deinde procedendum esset ad quæstionem immissionis, seu etiam petitorij, illa prius esset decidenda, antequam deueniretur ad venditionem bonorum, & hoc ex natura iudicij præiudicia-
2 lis; † quæ talis est, vt quamuis actor passus fuerit se ab alio præueniri, obtineat tamen supersederi in alio iudicio, donec præiudiciale terminatum fuerit, vt dixi supra, *parte* 1. *cap.* 15. *num.* 1. 2. 16. *&* 22. † Item 3
quis iudicium fideicommissi est vniuersale, quod regulariter facit cessare omnia iudicia particularia, vt dixi, *dicta parte* 1. *cap.* 10. *num.* 7. † Et ita per mul- 4
tas rationes concludit Marta *consil.* 196. *à num.* 1. Verum est tamen, quod in casu illius consilij, creditores non erant in possessione exigendi fructus bonorum, asserto illi fideicommisso suppositorum, nam si hoc fuisset, causa manutentionis in summariissimo possessorio tractanda fuisset coram Iudice, qui in causa illius possessorij iam præuenerat; ex rationibus supra adductis.

Hæc autem vera existimo in terminis propositis causæ possessoriæ manutentionis, per rationes superius allatas. Item censeo supradicta procedere quando agitur de iudicio executiuo particulari, per aliquos creditores intentato, in quibus casibus loquitur Marta *d. cons.* 196. Sed si bona quæ prætenduntur supposita fideicommisso, fuerint de pignore capta ad instantiam creditorum, & super illis creditores præuenerint, & formatus fuerit concursus vniuersalis creditorum, subsistendum est; cùm iudicium illud concursus sit vniuersale; & si super rebus de pignore captis tertius se opponat, ratione dominij per eum prætensi, debet venire oppositiuè in eodem iudicio ante consummatas executiones; *l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* Ideo ratione prætensi dominij, videtur quæstio illa esse de continentia causæ generalis concursus, & per consequens coram eodem Iudice, & scribente eodem Notario tractanda, vt copiosè probat Salgado, post hæc scripta visus, *in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 95. *& mult. seqq.*

CAPVT XXII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione causæ fideicommissi & legitimitatis filij agentis ad illius declarationem inter Iudices duos, quorum vnus est laïcus, alter Ecclesiasticus, ad quem cognitio causæ matrimonialis spectat. Quid intersit vtrum laïcus præuenerit, an Ecclesiasticus: & vtrum principaliter de matrimonio agatur, vel incidenter. Possit-ne Ecclesiasticus inhibere laïco ne de causa cognoscat, vel laïcus Ecclesiastico. Et si de nudi facti cognitione tractetur, vtrum etiam quoad matrimonium aliámve causam spiritualem, iudex secularis iudicare possit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus qui præuenit in causa matrimoniali, vel legitimitatis prolis, potest inhibere iudici seculari ne in causâ fideicommissi procedat, cuius cognitio dependet à causâ legitimitatis.*

2 *In iudicio spolij, in odium spoliantis, exceptio illegitimitatis, non retardat restitutionem rei petita.*

3 *Iudex Ecclesiasticus, inhibet quidem laïco, sed non è contra laïcus Ecclesiastico.*

4 Iudex

4 *Index laïcus inferior est Ecclesiastico, qui potest laico facere inhibitiones,& pracepta, & ipsum potest corrigere.*

5 *Index Ecclesiasticus praueniens, in causâ legitimitatis, potest incidenter cognoscere super causa successionis coram eo sic deductâ.*

6 *Index laicus,in causis Ecclesiasticis,est funditus incompetens.*

7 *Incidentia articuli causa omnem tollit iudicis incompetentiam,non tamen incapacitatem.*

8 *Index Ecclesiasticus,in causis temporalibus,non est prorsus incapax , sed habet in illis iurisdictionem saltem habitu.*

9 *Si index laicus praeuenerit in causâ fideicommissi vel alterius successionis,quastio incidens super legitimitate aut alia causa matrimoniali, vel spirituali , suspendit quidem , sed non tollit effectum praeuentionis.*

10 *Virum index sacularis cognoscere possit de spirituali causâ , quando quastio solum est de ipso facto, varia sunt DD.sententia.*

11 *Index Ecclesiasticus praueniens in causâ legitimitatis quâ ratione debeat suam proferre sententiam super incidenti quastione successionis.*

12 *Quatuor referuntur casus, circa praeuentionem causa legitimitatis , inter iudicem Ecclesiasticum & laicum. Primus quando vterque concurrit eodem tempore.*

13 *Secundus casus est quando Ecclesiasticus iam sententiam suam super legitimitate protulit.*

14 *Tertius quando laicus declarauit factum, & superest iuris quastio.*

15 *Quartus , quando laicus prius pronunciauit negatiuè super facto.*

OTA inter duos controuersia supet apertura fideicommissi,ad quod vocati repetiebantur soli filij narorales & legitimi ac ex legitimo matrimooio procreati , causaque huiusioodi coram Iudice laïco introductâ, teus cœpit oppooere, actorem ab illius fideicommissi petitione prorsus excludendum esse, cum non esset legitimus , seu ex legitimo matrimooio procreatus, pluresque causas nullitatis matrimonij in medium adducebat. Respondebat actor causam istam nullitatis mattimonij , coram iudice laïco tractari non posse; sed ad iudicem Ecclesiasticum, qui solus competens in illa erat,remittendam. Reus in contrarium dicebat, causam fideicommissi præuentam esse coram iudice laïco, ideo coram illo debere terminari. Et quamuis deduceretut nullitas matrimonij, tamen cum oon principaliter; sed iocidenter de câ ageretur, non esse locum temissioni ad alium iudicem. Interim tamen iudex Ecclesiasticus inhibuit sæculari,oe de causâ ista cogoitionem assumeret. Fuit propterea dubitatum, vtrum caosa fideicommissi traheret ad se causam legitimitatis, seo ex capite præuentionis,seu ne contioeotia causæ diuideretur.

In hac controuersia, duo diuersi casus considerandi suot , Primus est quando iudex sæcularis præuenit in causa fideicommissi,& quæstio mattimooij seu legitimitatis, superuenit lite pendente.

Secundus casus est,quando causa matrimonij seu legitimitatis , fuit præuenta coram iudice Ecclesiastico,& deinde,incidenter superuenit quæstio super successione bonorum,ratione fideicommissi,successionis ab intestato,aut alicuius alterius iuris,habentis connexitatem & dependentiam cum quæstione legitimitatis.

In primo casu verum est, iudicem Ecclesiasticum 1 posse inhibere iudici sæculari, ne procedat ad iudicium super successione, & adjudicatione bonorum, donec coram ipso , causa legitimitatis foerit terminata. Quia causa illa coram Ecclesiastico iudice mota,præiodicialis est ad causam,seu articulum profanum pendentem coram iudice laïco, qno casu iudex Ecclesiasticus prædictam inhibitionem aduersus laïcum facere potest, de procedendo ad vlteriora,donec causa legitimitatis fuerit finita, *cap. tua,de ordin. cognit.* & *ibi* Abb. *num.5.cap. quanto, de iudic. cap.lator, cap. tuam, qui fil. sint legit.* Atque ita fuit determinatum in Rota *dec.*200.*num.*1.10.& 11.*p.*2. *diuers.*

Sed hoc procedit quidem in iudicio petitorio, 2 non aotem iudicio spolij , idque in odium spoliantis,& fauorem eius qui spolium passus est, hic enim in primis & ante omoia restituendus est, non obstante exceptione illegitimitatis vti respiciente petitorium, & requirente altiorem indaginem, *c. causam,quæ:* vbi Anchat.*in* 3.&6.*notab.*Zabar.*in* 2.*notab.* Barbat.*col.*2.*in* 3.*opposit.Qui fily sint legit.*Rota *dicta dec.* 200.*n.*5.*p.*2.*diuers.*

Cæterùm,quamuis verum sit,iudicem Ecclesiasti- 3 cum in casu prædicto inhibere posse iudici sæculari de procedendo in causâ illâ coram ipso præuenta, non potest tamen è conuerso iudex sæcularis similes inhibitiones facere iudici Ecclesiastico quamuis millies laïcus præuenisset,& causa ad ipsum spectaret, quia (vt sæpè dictom est)iudex laïcus in Ecclesiasticum , nollam fuoditus habet iurisdictionem: *Can. Sacerdotibus,* 11.*quæst.*1.*Can. Ita Dominus* 19. *distinct.Can.bene quidem,§.ista scriptura,& §.denique Can. si Imperator,*90. *distinct.* † Est enim iudex laï- 4 cus , Ecclesiastico ioferiot: *dicto cap.denique.* Ideo non potest Ecclesiasticum cortigere , aut inhibere, aut alia præcepta pœnalia facere, sicot in ipsum potest Ecclesiasticus: Abb.*in cap.qualiter & quando,n.*x. *de Iudic.* Marian.Socin. *in cap.si quis Clericus,num.*8. & *cap. sanè* 3. *n.*10. *de foro compet.* Rota *decis.*10. *de consuetud.in antiquis.*

In secundo casu, quando videlicet causâ legiti- 5 mitatis fuit præuenta coram iudice Ecclesiastico, verius est cognitionem quæstioois super re temporali inde indepeodeote,veluti super fideicõmisso,ad quod soli legitimi vocantur , aut super successiooe ab intestato,& similibos iuribus quæ solis liberis legitimè natis deferuntur,incidenter deductæ, & à legitimitatis cognitione dependentis,spectare ad eundem iudicem Ecclesiasticum, qui io causâ legitimitatis præuenit : nam si iudex laïcus præuenisset in causâ successionis , suspendenda quidem esset hoius causæ decisio , quandiu lis coram Ecclesiastico super legitimitate penderet : verum deciso isto articulo tanquam præiudiciali, causa successionis redire deberet ad iudicem laicum ratiooe præuentionis per ipsum factæ.

Prima pars probatur,quia iudex laicus,non solum 6 est incompetens,sed etiam incapax exercendi iurisdictionem in caussis Ecclesiasticis , quales sunt matrimoniales, & causæ legitimitatis , aliæque omnes ad forum Ecclesiasticum priuatiuè spectantes , & à mattimonij Sacramento dependentes , adeo vt non solum principaliter de illis cognoscere non possit, imò ne quidem incidenter; vt probatut *in d. cap. lator.qui fil. sint legit.* † Et licet verum sit quod inci- 7 dentia causæ tollit iudicis incompetentiam qooad articulum incidentem,non tamen tollit incapacitatem, qualis est quoad istas causas in iudice laïco, *dicto cap. tuam,de ord. cognit. l.quoties,* cum *ibi* notat.

Cod.

Cod. de indic. & Angel. *in leg. 5. num. 3. ff. de iurisdict.*
8 *omn. iudic.* ✝ Quod non ita se habet in Iudice Ecclesiastico respectu Iudicis laici, in quo incidentia articuli super successione, sufficit quod tollat incompetentiam, nec opus est vt tollat incapacitatem; cum Iudex Ecclesiasticus habeat iurisdictionem saltem habitu ad cognoscendum de successione bonorum incidenter tractatâ, & in consequentiam causæ spiritualis coram ipso præuentæ, DD. *in dicto cap. lator*, & præsertim Abb. *num. 7.* Barbos. *in l. Titia 35. num. 51. & 25. ff. solut. matrim.* Rota *decis. 330. n. 57. & seqq. parte 5. recentior.* Et fusius explicat Giurb. *consil. 80. num. 34.*

9 Posterior huius conclusionis pars, probatur per textum *in d. cap tuam 3. de ordin. cognitio.* Secundum illum intellectum, quem *ibidem* proponit Gloss. *in principio, ante figurationem casus, in versic. Intelligendo tamen.* Et ille videtur communis sensus omnium DD. *in d. cap. tuam*, qui probatur ex *dicta decis. Rota 330. parte 5. recentior.* io illis verbis, *Antequam causa super ijsdem bonis introduceretur coram Iudice laico.* Et ratio est euidens, quia si causa successionis fuisset prius intentata coram Iudice laico, tunc causa legitimitatis, & matrimonij post litem cœptam adueniens, diceretur incidenter & in quaodam causæ principalis consequentiam proponi. Atque ita, licet Iudex laicus propter suam incapacitatem esset prohibitus de hac causâ cognoscere, tamen remaneret illi sua iurisdictio, & effectus præuentionis quoad causam successionis coram ipso iam antea principaliter intentatam: iuxta ea quæ de causis præiudicialibus declarauimus, *parte 1. huius tractatus, cap. 15.*

10 Supradicta limitantur secundum mentem plurimorum DD. vt locum non habeant, quando solum factum, & non ius in controuersiam deduceretur, veluti si inter aliquos dubitaretur, vtrum effectualiter contractum fuerit matrimonium, & non disputaretur ius, videlicet vtrum validè vel inualidè, sed solum factum absque admixtione iuris, prout latius explicat Barbos. *in d. leg. Titia, numero 52. in 2. conclus. ff. solut. matrimon.* Quamuis alij verius esse existiment, Iudicem laicum in causis matrimonialibus vel spiritualibus, ne quidem de facti quæstione cognoscere posse: circa quod adeundos est August. Barbos. *in tract. de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 84. num. 31.*

11 Aduertendum quoque est, Iudicem Ecclesiasticum, qui (vt dictum est) de causâ successionis incidenter, & sic post causam legitimitatis aut matrimonij coram ipso præuentam, cognoscit, posse sententiam super solo articulo principali pronunciare, nullâ factâ si velit incidentis mentione; quia decisio incidentis sequitur per quandam necessariam consequentiam. Quando enim quæstio incidens est separatim tractanda, suam quidem retinet naturam; sed quando tractanda est coram eodem iudice, tunc induit naturam negotij principalis. Ideo si causa super bonis fuerit commissa in Rota, potest ferre sententiam super immissione, nulla facta mentione incidentis, vt tradit Rota *dicta decis. 330. num. 31.* per text. *in cap. 1. de ordin. cognit.* & *ibi* Gloss. & Abb. *in princ.* & alios DD. Innocent. Hostiens. & alij *in dict. cap. tuam 3. eod. tit.*

12 Cæterùm secundum illorum sententiam, qui Iudicem laicum de quæstione facti causarum spiritualium cognoscere posse existimant, quatuor sequentes casus considerandi sunt. Primus est, quando vno eodémque tempore, causæ legitimitatis & successionis coram iudice Ecclesiastico & laico proponuntur, & sic vtraque causa concurrit in simul. Et hoc casu certum est, causam legitimitatis vti præiudicialem, prius esse tractandam iex iis quæ sæpe de causis præiudicialibus dicta sunt.

Secundus casus est, quando latâ per Iudicem Ecclesiasticum sententiâ, illegitimitas fuit declarata, & deinde agitur ad successionem coram iudice laico, & hoc casu non solum causa legitimitatis est præiudicialis ad impediendum cursum causæ successionis, verum etiam, cum iam quæstionem illam præiudicialem decisam esse supponamus, orietur ex tali sententia exceptio rei iudicatæ, cum factâ declaratione illegitimitatis, impossibile sit agentem ad successionem illam admitti, ad quam soli legitimi vocantur, aliis exclusis. 13

Tertius casus est, quando iudex sæcularis declarauit factum, nempe quod inter duos contractum fuit matrimonium, sed deinde opponitur quod tale matrimonium inualidum est; quia factum inter personas coniunctas in gradu prohibito, aut alia de causa, & tunc decisio illius articuli solum factum respicientis, non est præiudicialis ad quæstionem iuris, nec aliqua ratione impedit Iudicem Ecclesiasticum, quin de iuris controuersia cognoscere possit & debeat, & sic non potest allegari præuentio per Iudicem laicum super facti cognitione prætensâ. 14

Quartus casus est, quando iudex laicus iudicans super quæstione facti, declarauit per suam sententiam non esse verum in facto, quod inter duos contractum fuerit matrimonium, & hoc casu decisio præiudicialis est ad quæstionem iuris, quæ alioquin apud Iudicem Ecclesiasticum tractari debuisset: cum enim non entis nullæ sint qualitates, & quæstio An sit, præiudicialis sit ad quæstionem Quid sit, seu Quale sit, & sublatâ substantiâ non sit disputandum de qualitatibus. Obstabit igitur hoc casu præuentio, ad hoc vt pendente quæstione facti, suspendatur quæstio iuris, & hac facti quæstione negatiuè decisâ, ad decisionem dubij iuris procedi nullo modo possit. Hos quatuor casus considerauit, & explicauit Menoch. *consil. 366.* In controuersia, *num. 36.* 15

CAPVT XXIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione causæ separationis tori, aut nullitatis matrimonij, cum causâ repetitionis dotis, & amissionis lucrorum nuptialium. Aut etiam alimentorum coniugi lite pendente præstandorum. Quid si agatur de damnis, & interesse per alterum ex sponsis de futuro petitis propter non adimplementum sponsaliorum, an detur præuentio inter Iudicem Ecclesiasticum, qui de sponsalibus cognoscere debet, & laicum cuius cognitio videtur esse de damnis. Quid si agatur non inter sponsos; sed contra tertium, sponsam indebitè detinentem. Posse per Iudicem Ecclesiasticum ex sola partium confessione procedi ad sententiam separationis tori.

SVMMARIVM.

1 *Causa separationis tori spectat priuatiuè ad iudicem Ecclesiasticum; nec Iudex laicus potest in ea prætendere ius præueniendi.*

2 *Separatio facta per transactionem partium est nulla, nisi interueniente iudicio Ecclesiæ fiat.*

Potest tamen Iudex Ecclesiasticus separationem tori concedere ex sola partium confessione.

3 *Separatio tori, trahit secum restitutionem dotis & augmenti, necnon amissionem lucrorum nuptialium.*

4 *Iudex Ecclesiasticus iudicans super separatione tori, iudicat similiter de restitutione dotis, augmenti, & lucrorum.*

5 *Intellige, vt iudicet de istis incidenter, & non principaliter.*

6 *Causa dotis principaliter intentata, ita quod non dependeat à causa separationis aut nullitatis matrimonij, spectat priuatiuè ad iudicem laicum, nec Ecclesiasticus potest præuenire.* Contrarium, n.7. *Sed prima opinio est verior & receptior,* n.8.

9 *Si inter sponsos, agatur de obseruandis sponsalibus, solus iudex Ecclesiasticus cognoscit, nec iudici laïco ius præueniendi competere potest.*

10 *De damnis & interesse cognoscit iudex Ecclesiasticus incidenter, laicus vero principaliter, & quomodo.*

11 *Contra sponsum recusantem sine legitima causa, adimplere sponsalia, nullum esse locum petitioni damnorum, & interesse, nonnulli existimant. Sed verius est illa peti posse.*

12 *In certis casibus, potest qui sub fide matrimonij stuprauit puellam, cogi præcisè ad contrahendum matrimonium.*

13 *Dum quæstio non ventilatur inter coniuges, sed agitur contra tertium, circa quem non potest considerari validitas aut inualiditas matrimonij, iudex laïcus procedit, & habet ius præueniendi.*

14 *Et causa matrimonij hoc casu, coram iudice laïco incidenter tractari potest.*

15 *De alimentis, pendente lite super nullitate aut separatione matrimonij, solus Iudex Ecclesiasticus priuatiuè cognoscit in prima instantia. Sed in secunda aliqui DD. tenent etiam laicum de his cognoscere posse: & de ratione,* ibidem.

16 *Iudex laicus decernens alimenta coniugi, qui obtinuit sententiam fauorabilem super separatione tori, à quâ fuit appellatum, si nullam adhibeat causæ cognitionem super matrimonio, non dicitur attentare in præiudicium litis aut appellationis.*

INTRODVCTA causa separationis tori, coram iudice Ecclesiastico, vel etiam nullitatis matrimonij inter duos coniuges, vxor agere volebat coram iudice sæculari ad repetitionem dotis, & amissionem lucrorum matrimonialium contra maritum suum. Sed & lite huiusmodi coram iudice Ecclesiastico pendente, alimenta sibi decerni aduersus eundem maritum, coram Iudice laïco postulabat. Dicebat maritus causas illas restitutionis dotis, amissionis augmenti & lucrorum, necnon etiam causam alimentorum ad Iudicem Ecclesiasticum vti ad ipsum priuatiuè spectantem esse remittendam, tum etiam ratione præuentionis, & denique propter connexitatem, & concatenationem huiusmodi causarum. Dubitatum fuit quid iuris.

Vera resolutio est, quæstionem dotis, lucrorum,
alimentorum, & similes tanquam à quæstione sepa-
rationis coniugum, aut nullitatis matrimonij depen-
dentes, coram Iudice Ecclesiastico tractandas esse, &
ad tribunal ipsius remittendas. † Quia cum causa 1
separationis, aut nullitatis matrimonij spectet pri-
uatiuè ad Iudicem Ecclesiasticum, nec inter ipsum
& Iudicem laïcum possit esse locus alicui præuen-
tioni, *cap. porro, cap. ex litteris, de diuort. cap. plerumque
de donat. inter vir. & vxor.* Couarr. *de sponsal. parte 2.
cap. 7. §. 6. n. 8.* Rota apud Ludouis. *decis. 294. num. 1.*
† Adeo vt, si separatio tori facta fuerit inter ipsos 2
coniuges, non interueniente iudicio Ecclesiæ, sit
omnino nulla, etiamsi partes inter se de separatione
facienda conuenissent, Ioan. Bapt. Ferret. *consil. 164.
lib. 1.* Cost. *de subsidiar. remed. 8. num. 8.* Et *de facti
scient. centur. 2. dist. 25. n. 11.*

Est tamen verum, quod si coniuges consentiant
ambo mutuæ tori separationi, possunt adire Iudi-
cem Ecclesiasticum, & coram eo confiteri quod ad-
sit talis causa quæ sufficiat ad tori separationem; ve-
luti si alter ex coniugibus confiteatur adulterium, vel
quid simile quod sufficiat ad obtinendam tori sepa-
rationem; poterit enim Iudex Ecclesiasticus illam
decernere ex sola coniugum confessione: quod non
posset si ageretur de fœdere matrimonij. Exemplum
dat post Hostiens. Farinac. *de delict. carn. quæst. 143.
n. 17.* si vxor dicat marito, *Tu non vis me; & ego minus
te: proponas quicquid volueris, & ego confitebor.* Idém-
que probat Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 45.* Menoch.
de arbitrar. cas. 103. num. 7. Mascard. *de probat. concl.
1035. n. 33.* & ante eos Abb. *in cap. super eo, num. 5.
de eo qui cognouit,* &c.

Cum itaque iudex Ecclesiasticus solus, & priua- 3
tiuè, sit iudex competens separationis tori, aut
nullitatis matrimonij, & dotis restitutio veniat in
consequentiam, non tantum soluti matrimonij, sed
etiam separationis coniugum, *c. primo & tertio, de
donationibus inter virum & vxorem.* Sicuti venit
etiam in sequelam separationis, restitutio augmenti,
& amissio omnium lucrorum nuptialium, Vincent.
de Franch. *decis. 224.* Seraphin. *decis. 1308. & 1315.*
Chenu. *qu. 42.* Surd. *de aliment. tit. 7. qu. 16. num. 31.*
Gratian. *discept. forens. 199. n. 9. &* 10. Farinac. *de de-
lict. carnis, qu. 143. n. 188.* Menoch. *consil. 1124. n. 17.*
Rota, *decis. 231. n. 14. part. 6. recentior. & decis. 277.
n. 37. eadem parte 6.* † Sequitur, iudicem Ecclesiasti- 4
cum posse, & debere iudicando super separatione to-
ri, prouidere eodem contextu super restitutione do-
tis, & amissione lucrorum matrimonialium, Vincent.
de Franc. *dicta decis. 244.* Roland. à Vall. *consil. 50.
num. 4. vol. 1.* Quos sequitur Iacob. Cancer. *lib. 3. var.
resolut. c. 11. n. 169. & sequentib.* † Et hoc intelligit 5
Carol. de Graff. *in tract. de effectib. cleric. effectu 1.
n. 667.* vt procedat, quando iudex Ecclesiasticus de
dote & lucris cognoscit incidenter, non autem prin-
cipaliter. † Si enim causa restitutionis aut solu- 6
tionis dotis, fuerit intentata principaliter, ita quod
non dependeat decisio huius causæ aliquâ ratione
à separationis, aut nullitatis matrimonij iudicio; ve-
rius est solum iudicem laicum hoc casu esse com-
petentem, nec posse per Ecclesiasticum præueniri
quoad hoc, sicut iudex laicus non potest Ecclesiasti-
cum præuenire quando causa dotis, & lucrorum in-
cidenter coram ipso Ecclesiastico tractatur, apud
quem causa matrimonialis fuerat principaliter in-
tentata, Sanchez *de matrim. lib. 10. disput. 8. numer. 15.*
Molin. *de primogen. Hispan. lib. 2. c. 15. n. 76.* Et hanc
sententiam veram existimo, quidquid dubitando di-
xerit Fontanell. *de pactis nuptialib. claus. 7. glos. 2. p. 10.
n. 55. & sequentib.* Comprobat etiam Barbos. *in 1. p.*

l. 1.

7 *l. 1. ff. solut. matr. n. 46. & 47.* † Quamvis non ignotem contrarium quoque fuisse decisum, apud Ricc. *in dec. curiæ Archiep. Neapol.* 117. *p.* 2. Quæ tamen decisio in eo præcipuè fundata videtur, quia constabat de consuetudine recurrendi in similibus controuersiis ad iudices Ecclesiasticos. Eiusdémque sententiæ fuisse plures alios, quos recenset Nouar. *lib.* 1.

8 *q.* 47. *n.* 12. † Sed non est propterea recedendum à prædicta distinctione, quod iudex Ecclesiasticus de dote incidenter quidem, sed non principaliter cognoscere possit, quam vltra supra citatos tenuit Gomez. *ad l.* 50. *Taur. n.* 53. Et hæc est communis sententia, & verior, teste Sanch. *loco mox citato*, & huius opinionis communiter receptæ rationes adducit Barbos. *d. l.* 1. *ff. solut. matr. p.* 1. *n.* 46. & 47. adeo vt illas hic transcribere frustratorium videatur.

9 Idem dicendum est, si de obseruatione sponsaliorum inter sponsos ageretur, quamvis enim iudex laicus in hac causa præuenire tentasset, illa tamen omnino ad Ecclesiasticum tribunal esset remittenda, *vt per text. in d. cap. tuam, de ordin. cognit. & in c. Ex tenor. qui fil. sint legit. & c. 3. de donat. inter vir. & vxor. & c. 1. de consang. & affinit.* tenet Mar. Anton. *lib.* 1. *var.*

10 *resol. c.* 79. *n.* 8. † Sed si agatur de damnis & interesse præstandis, per eum qui fidem datam sponsæ adimplere recusat, vel sponso, hæc peti poterunt corã iudice Ecclesiastico, vel sæculari, videlicet coram Ecclesiastico incidenter, coram laico vero principaliter, quando videlicet non disputatur de validitate sponsaliorum, sed de solis damnis, super quibus tunc iudex sæcularis iudicare poterit: sed si de validitate sponsaliorum dubitetur, non poterit iudex sæcularis cognoscere de damnis, sed iudex Ecclesiasticus in sua sententia poterit super illis ius dicere. Et ita intelligenda sunt, quæ tradit Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 29. *n.* 9. & nos post ipsum diximus, *in nostris qq. beneficial. & Canon. p.* 1. *c.* 116. *n.* 1. & 2.

11 Quamvis hoc casu, nullum esse locum petitioni damnorum & interesse, sed simpliciter promittentem ad obseruationem fidei datæ cogendum esse, existimet Basil. Pont. *in tract. de matrim. lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 3 *& sequentib.* qui hoc vult locum habere, quando promittens nullam habet legitimam causam resiliendi. Cui assentiri videtur Barbos. *in d. c. tuam* 3. *de ordine cognition.*

Sed nos, in *d. c.* 116. *n.* 1. contrarium ostendimus post Sanch. & Bonac. *ibidem* citatos, & sic multis in causis consuluimus, & in supremis tribunalibus obseruatum vidimus. Et ipsemet Barb. *in c. Gemma, n.* 6. *de sponsalib.* non negat, aduersus sponsum fidem datam seruare sine legitima causa recusantem, locum esse petitioni damnorum & interesse.

12 Est quidem verum, quod in certo casu non damnorum petitioni, sed præcisæ ad matrimonium perficiendum coactioni locum esse iudicauit Rota *in quadam Calagurritana matrimonij* 13. *Martij* 1648. coram D. meo Meltio insetta apud Dian. *in fine partis 7. resolut. moral.* Siquidem agebatur in casu illo, de viro, qui promiserat puellæ, illam in vxorem ducere & non aliam, quam in consequentiam huius promissionis deflorauerat, & per quadraginta dies in domo sua tanquam vxorem tractauerat, simul manducando, & conuersando, séque inuicem maritum & vxorem nominando, & in eodem lecto dormiendo, vnde non poterat maritus allegare se ficte contraxisse, quia fictus promissor, quæ ex iustitiã contrahere tenebatur, cogi poterat ad adimplendum promissa, & sic verè perficere matrimonium cum illa, quam sub istã fictã promissione decipere volebat, nec poterat admitti ad satisfaciẽdũ in pecuniã: prout hæc omnia fusius deducuntur *in dicta decisione.*

Notandum quoque est, ea quæ nos superius diximus, de iudicis laici in causis matrimonialibus incompetentia, procedere quidem quando disceptatur inter ipsos sponsos, vel coniuges, super separatione tori vel validitate matrimonij, aut similibus controuersiis, à causa spirituali dependentibus: secus est si causa tractaretur contra tertium, cum quo non posset agi de fœdere matrimonij, aut tori separatione, veluti si ageretur de tertio detentore, vel raptore vxoris alienæ, hoc enim casu posset etiam iudex laicus iudicare, & inter ipsum & Ecclesiasticum locus esset præuentioni, Conart. *de sponsalib. part.* 2. *c.* 7. *num.* 1. Vincent. de Franch. *decis.* 36. *num.* 1. Mar. Antonin. *lib.* 1. *var. resol. quæst.* 79. *num. vlt. in versic. si vero causa.* † Et generaliter causam matrimonij 13 posse incidenter tractari coram iudice laico, quando 14 non disputatur inter coniuges ipsos, tenet Farinac. *de inquisit. quæst.* 8. *n.* 150. quia tunc nihil est quod tangat substantiam matrimonij, Marta, *consil.* 86. *n.* 11. vbi idem obtinere probat, quamvis de matrimonio incidenter ageretur inter ipsos coniuges & extraneum, & quomodolibet admixta esset persona extranei, vel inter coniuges & filium, quia hæc quæstio incidens veluti in controuersia successionis, non tangit substantiam matrimonij inter coniuges, neque tractatur ad illos fines, nec facit ad esse vel non esse matrimonij, cum essentia matrimonij in hoc non lædatur. Ideo coram iudice sæculari sic incidenter tractari potest, Calderin. *consil.* 15. *de iudic.* Feder. de Sen. *consil.* 96. *n.* 3. *versic. sed dicebat.* Maynard. *l.* 1. *c.* 27. Francisc. Marc. *qu.* 493. *p.* 2. Vincent. de Franch. *decis.* 312. *n.* 6.

De alimentis, dum lite super fœdere matrimonij 15 vel tori separatione pendente disputatur, vtrum vxori debita sint necne, non potest iudex laicus cognitione assumere, attenta iudicis Ecclesiastici præuentione super casu principali, cum quæstio alimẽtorum à matrimoniali iudicio reguletur, & ab illius cognitione dependeat, vtrum alimenta vxori lite pẽdente debeantur, veluti si propria culpa separata sit à marito sine iudicis Ecclesiastici decreto, vel si in primis vxor ad maritum eius possessione spoliatum redire debeat, & ea de causa ab alimentorum petitione excludatur, aut similibus de causis. Itaque alimentorum controuersia ad iudicem Ecclesiasticũ qui præuenit, remittenda est: vt notat Peguet. *decis.* 20. *n.* 12. Videbit itaque iudex Ecclesiasticus, quæ fuerit forma recessus vxoris à marito: nam si mariti culpa vxor diuerterit, illi alimẽta decernet: si culpa propria, mandabit illi alimenta præstari, ipsa ad domum mariti redeunte, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *n.* 17. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disput.* 4. *n.* 20. & 21.

Quod si lis coram iudice Ecclesiastico præuenta non esset, sed à marito simpliciter vxor alimenta postularet sibi præstari, nec de separatione tori, aut matrimonij nullitate ageretur, certum est hoc casu, iudicem sæcularem esse competentem, & hoc nullam recipit dubitationem, cum sit causa vere laicalis & inter personas laïcas agitanda.

Sed notandum est, quod diximus solum iudicem 16 Ecclesiasticum, coram quo causa matrimonialis pendet, de alimentis incidẽter petitis cognoscere posse, locum habere quandiu lis ventilatur in prima instantia. Nam si vxor in causa matrimoniali sententiã fauorabilem obtinuerit contra maritum, qui ab hac sententia appellauerit, & causa coram iudice causæ matrimonialis tractetur in illa secunda instantia, tali casu etiam iudicem laïcum pro alimentis vxori decernendis adiri posse censuit Cordub. *in l. si quis*

à liberis.§.si vel parens, num.67. ff. de liber. agnoscen. Cancer. *lib. 3.var.resol.cap.11.de sponsalib.num.175. vers.circa hæc.* Affl ct. *decis.152.num.1.* Et ratio est, quia in prima instantia, nulla vigere potest præsumptio boni iuris; sed aliud est in secunda quando vxor pro se coram iudice Ecclesiastico sententiam in sui fauorem obtinuit, & sic stante vxoris paupertate, & præsumptione boni iuris ex iudicis Ecclesiastici sententia resultante, potest iudex laicus, nulla cognitione causæ adhibita circa matrimonium, vxori hoc casu alimenta adiudicare, neque dicetur attentare in præiudicium appellationis per maritum interpositæ, Lancell. *de attent.parte 2.cap.12.limit.14. in princip.*

CAPVT XXIV.

ARGVMENTVM.

Cum sententia in causa matrimoniali lata nunquam transeat in iudicatum, si post decem dies cùm non fuisset ab ea appellatum, de illius sententiæ iustitia disputatur, vtrum causa hæc ad iudicem Ecclesiasticum qui præuenit & sententiam tulit, remittenda sit, an vero per Iudicem superiorem alteri committenda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in causâ matrimoniali, nunquam transit in iudicatum.*

2 *Si tamen non fuerit appellatum à sententia matrimoniali, recurri debet pro eius iniustitia declaranda ad eundem iudicem qui illam pronunciauit, non ad Metropolitanum.*

3 *Si sententia matrimonialis, post decem dies in dubium reuocetur, vtendum est remedio simplicis querela, non appellationis.*

4 *Quando à sententia recurritur per viam querela, idem iudex qui illam protulit adeundus est.*

5 *Si commissio offeratur in signatura Legationis, super simplici querela, erit rescribendum, & causa committenda, quia licet Metropolitanus adiri non possit per viam simplicis querela, potest tamen Legatus.*

LATA fuit sententia super nullitate matrimonij in tribunali Episcopi, à qua non fuit intra decem dies appellatum. Post lapsum decem dierum præsentata fuit commissio in Dataria Legationis Auenionensis, & causa dicti recursus, seu querelæ & appellationis commissa fuit Auditori Legationis. Aduocatus & procurator Episcopalis instit it causam ad tribunal Episcopi remitti, ex eo quod non fuit ab illa sententia intra legitima tempora appellatum. Quæsitum fuit, vtrum commissio subsisteret, an vero causa ad tribunal Episcopi esset remittenda.

1 Videretur etiam cessante simplici querela, commissionem appellationis subsistere, nec locum esse remissioni causæ: quia licet intra decem dies non fuisset appellatum, tamen illa sententia in causa matrimoniali lata, nunquam in iudicatum transit: *cap. lator.de sent. & re iudic.* ibi, *Mandamus quatenus si vobis constiterit, eos per iudicem Ecclesiasticum fuisse legitimè separatos, & Ecclesiam deceptam, ipsos faciatis sicut virum, & vxorem insimul permanere: cap.consanguinei, cap.tenor.cap.fraternitatis, de frigid. & malefic.* & vbique DD. Couar. *de sponsalib.parte 2. c.8. §.12.n.25.versic. sententia vero,* Sanchez *de matrim. lib.7.disp.100.per totam.*

2 In contrarium tamen videtur prima facie statuendum, nempe, causam istam ad iudicem ordinarium Ecclesiasticum qui sententiam tulit, esse remittendam, aut si in gradu appellationis sententia illa matrimonialis fuisset confirmata, & ab huiusmodi confirmatione non fuisset appellatum, & tamen aduersus illam, seu illas sententias error, aut euidens iniustitia proponeretur, causam ad eundem de cuius sententia agitur esse remittendam, nec alium iudicem aut Notarium adiri posse. 3 † Ratio est; quia hoc iudicium, non per viam appellationis; sed per viam simplicis querelæ tractandum est, *cap.1. de offic. legati, cap.pastoralis,in princip.de offic.ordin.cap. venerabilibus,in princip.de offic.ord.in 6.glos.in cap.fraternitatis, in verb. Fornicario, in fin. de frig. & maleficiat.* quam ibi DD. sequuntur. 4 † Quando autem negotium disputari debet per viam simplicis querelæ, Metropolitanus adiri non potest, sed ad eundem Episcopum seu alium ordinarium, qui tulit sententiam, recurrendum est: Couar. *in 4.Decret.c.8.§.12. num.25.versic.Tertio.* Sanchez. *dicto lib.7.disp.100.num.9.* Immo nec coram Nuncio Apostolico hanc querelam proponi posse, cum per viam querelæ adiri & iudicare nequeat, dicit Marta *dicto consil.86.num.14.* vbi loquitur de Nuncio Apostolico Venetiarum. Verum hæc omnia locum quidem habent in iudicibus non habentibus facultatem de causis cognoscendi per viam querelæ, nam aliud est in illis quibus talis facultas data est, veluti si querela coram Legato proponatur. Vnde si per viam querelæ 5 † commissio proponatur in Legatione, poterit sine dubio Legatus aut Vicelegatus committere, neque fundatus erit procurator Episcopalis petendo remissionem, quia Legatus de iure causas etiam per viam simplicis querelæ cognoscere potest, per text. expressum *in c.1.de offic.leg.* Sanc. *loc.cit.n.9.in fin.* vnde inoleuit praxis, vt in commissionib. quæ dantur in Legatione, semper petatur committi causam appellationis, querelæ, recursus, & nullitatis. Hac igitur in quæstione concludendum est, transacto tempore legitimo ad appellationem interponendam in causa matrimoniali, adiri non posse Metropolitanum; sed eundem duntaxat iudicem qui sententiam tulit, nisi grauatus adire malit Legatum aut alium qui facultatem habet causas per viam simplicis querelæ cognoscendi: Scacc. *de appellat.quæst. 12.num.81.* Talem autem facultatem Legato vel Vicelegato Auenionensi competere indubitatum est, tam de iure communi quam ex facultatibus Legationis: & probauimus *par.3.qq.benefic.c.200. in art.40. facultatum Legationis.*

CAPVT XXV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione in causis decimalibus, si de decimis ipsis aut de iure decimandi agatur, hoc est de decimis quoad temporalitatem, vel quoad ius spirituale ex quo illarum exactio dependet. Quid si agatur

contra

contra furem, vel fraudatorem decimarum laicum, vel contra colonum pariter laicum. An sit hoc casu locus præuentioni inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum. Et ex quibus cognoscatur disceptari de decimis, vel de iure decimarum.

SVMMARIVM.

1 *In decimis, duo diuersa considerari possunt, nempe temporale illarum consistens in fructibus, & spirituale consistens in iure percipiendi & exigendi decimas.*

2 *Quando disputatur de iure decimandi, cognitio spectat priuatiuè ad iudicem Ecclesiasticum, qui propterea per iudicem sæcularem præueniri non potest: quando vero de solo temporali fructuum, etiam laicus iudicare potest.*

3 *In iudiciis attendi debet id de quo principaliter agitur, non autem id de quo incidenter tractatur. In incidentibus tamen verè spiritualibus, iudex laicus non potest iudicare.*

4 *Si laicus dicat se soluisse decimas illi cui de iure soluere tenebatur, & sic controuertatur vtri ex duobus debeantur, cognitio est iudicis Ecclesiastici.*

5 *Laicus conductor decimarum, coram iudice sæculari conueniri potest. Idem de fure decimarum, aut alio laico fraudatore, vt num. 2.*

6 *In quæstione temporalitatis decimarum, locus est præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum & laicum.*

7 *Laicus non potest esse conductor iuris decimandi, potest tamen illi locari temporalitas fructuum. De præuentione inter iudicem Ecclesiasticum, & laicum in causis decimarum. Remissiuè, ibidem.*

8 *Inuestitura facta laico de fructibus decimalibus valida est, sed si dicatur de fructibus & iure decimandi, nulla est.*

9 *Inuestitura eo modo facta, non solos fructus continet, sed etiam ius spirituale, cuius laici sunt incapaces.*

10 *Quomodo inter se differant perceptio decimarum, & ius percipiendi decimas, & in quo consistat vis vtriusque.*

11 *Vsufructuarius potest alienare fructus, sed non ipsum vsumfructum, & multo minus ius vsufructus.*

12 *Translatio decimarum, & iuris decimandi, reseruato dumtaxat Ecclesiæ directo dominio, arguit etiam ius decimandi fuisse translatum.*

13 *Multo magis, si translatio facta fuerit retenta in fauorem Ecclesiæ certa parte pro indiuiso.*

14 *In dubio, concessio censetur facta de eo quod concedi poterat, sed in casu claro standum est scripturæ.*

15 *Nullitas concessionis in parte substantiali, influit in totam concessionem.*

16 *Clausula accessoria contractuum, nihil operantur ad reddendam validam concessionem iuris decimandi factam laico.*

17 *Concessio iuris decimandi facta laico, nihil valet, siue per viam infeudationis, siue sub nomine locationis facta sit.*

Cognitio causæ decimarum ad laicos legitimè pertinentium, spectat de iure ad iudicem Ecclesiasticum: quod tamen in Gallia non obseruatur.

PRo determinatione difficultatum, quæ oriri possunt circa præuentionem in causis decimalibus inter Curiam Ecclesiasticam & sæcularem; Supponendum est in hac decimarum materia, duo diuersa considerari debere, nempe temporale & spirituale decimarum. Temporale solos fructus decimales respicit. At vero spirituale, consistit in iure decimas percipiendi. Hoc spirituale ad solos iudices Ecclesiasticos spectat: illud, nempe temporale, ad iudicis sæcularis cognitionem spectare potest, & in hoc præuentioni locus est. Quod cedit in vtilitatem Ecclesiæ, quæ plures habet hoc casu iudices, & vnum ex ipsis sibi bene visum eligere potest, vt dicit Lap. *in addit. ad consil. Federici de Sen. 145.* † Vnde si Rector Ecclesiæ petat decimas à laico, & laicus dicat, se non teneri soluere decimam, quia videlicet est priuilegiatus, vel quia alteri Ecclesiæ soluere tenetur, & non huic Rectori, vel quod non tenetur soluere decimam de certis fructibus, vel ad talem quotam, & sic est quæstio super iure exigendi, aut soluendi decimam, decisio huius controuersiæ ad iudicem Ecclesiasticum priuatiuè spectabit, quia agitur de iure spirituali. Sed si agatur contra furem, aut alium indebitum detentorem decimarum, seu etiam actione criminali contra illum qui decimas illicitè retinet, nullam super iure decimandi controuersiam mouenté, sed solum allegante se soluisse integras decimas, & negantem se fraudem commisisse; tunc quia non tractatur de iure spirituali, sed de simplici facti temporalis quæstione, licet ex ea ius resultet, tunc locus est præuentioni, & vterque iudex in illa causa præuenire, & procedere potest, vt dicit Lapus ad *dict. consil. 145.* & explicat ipsemet Federic. de Sen. *consil. 96. num. 3. versic. si dicam.* Rot. *dec. 296. num. 14. & 15. parte 5. recentior.* † Ea ratione, quia in iudiciis, attenditur id de quo principaliter agitur, non autem id quod incidenter resultat, dummodo non agatur de causa merè spirituali, de qua non potest Iudex laicus etiam incidenter cognoscere, vt alias diximus. Et tradit Rota *ibid. num. 17.* veluti si ageretur de causa Sacramentali, & simili. 1 2 3

4 Vnde cum Rector cuiusdam Ecclesiæ egisset contra certos particulares pro solutione decimarum vnius anni contra ipsos obtinenda, comparuêre communitas, & habitatores illius loci dicentes se soluisse decimas, illis quibus de iure debebantur: super quo dubitatum fuit vtrum hæc causa reciperet solos fructus ac temporalitatem decimarum, an vero controuersia comprehenderet etiam ius decimandi spirituale, & vtrum ageretur solum de decimis illius anni, an vero etiam de iure perpetuo proprietatis ipsarum. Et conclusum fuit totam causam iuris decimandi, & sic ius perpetuum in petitione, & cognitione comprehendi. Et ex hoc resultare totalem proprietatis decimarum præuentionem. Quia cum oppositum fuerit, decimas fuisse solutas illis quibus de iure solui debebant, cum controuerteretur vtrum ius exigendi decimas illi Rectori petenti competeret, an vero alteri cui solutio facta erat, cognitio huius articuli nempe cui ex duobus ius decimandi competeret, omnino præcedere debebat; cum de causa præiudiciali ad causam exactionis ageretur, *l. fundum, & l. fundi, ff. de except. rei iudic.* Et propter necessariam vnius ab altera causa dependentiam, de vtraque actum censeretur. Et per consequens quoad vtramque præoccupata iurisdictio; prout de hoc habemus decisionem punctualem Rotæ Romanæ *decision. 618. numero 2. & sequentib. par. 2. recentior.*

5 Et quod diximus, de temporalitate decimarum
coram iudice laïco cumulatiuè tractanda, itavt lo-
cus sit præuentioni, eodem modo procedit si agatur
de laïco conductore decimarum, quando solum agi-
tur de actu solutioois mercedis locationis: quia tunc
actio est merè temporalis, & noo agitur de iure exi-
gendi decimas, & per coosequens iudex sæcularis
competens esse potest, Gratian. *discept. forens. c.* 238.
6 *n.* 11. † Itavt hoc casu locus sit præuentioni ioter
Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, Barbos. *in l.*
Titia. 45. *n.* 48. *ff. solut. matrim.* Gratian. *dicte cap.* 238.
7 *num.* 16. Monet. *de decim. cap.* 8. *num.* 17. † Siquidem
laïcus potest esse conductor decimarum, sed non iu-
ris decimandi, Monet. *in d. tract. de decim. cap.* 5. *nu-*
mero 64. Gratian. *dicte cap.* 238. *num.* 19. Qui per to-
tum illud capot adeo copiosè, & dilucidè totam
præuentionis in causis decimalibus quæstionem de-
terminat, vt nec eius verba transcribenda, nec eius
doctrinæ quidpiam addendum videatur. Videri
etiam poterunt DD. quos longa serie recenset Bar-
bos. *in tract. de Iure Eccles. vniuers. libro* 3. *cap.* 26.
§. 4. *num.* 1.

8 Noo tamen erit extra rem monere, quod hoc ao-
no 1649. tractatum fuit in Rota Romana de hac di-
uersitate, & distinctione perceptionis temporalita-
tis fructuum, & iuris percipieodi decimas, *in qua-*
dam causa Ferrariensi, seu Rauennatensi decimarum
coram D. meo Meltio. Et io eadem causa plures iuris
conclusiones & resolotiones adductæ fuerunt, ex
qua decisiooe, & ex iis quæ per Dominos Aduoca-
tos in illa caosa deducta sunt, præcipoa capita hic
inserere cooueniens esse censui, cæteris omissis.
Cum eoim Capitulum Ecclesiæ Rauennatensis age-
ret ad redintegrationem in possessiooem exigendi
decimas, de quibus agebatur, contra laïcos, qui erant
incapaces iuris decimaodi; replicabatur inuestituram
factam fuisse ad illorum fauorem dumtaxat de fru-
ctibus & emolumentis decimarum, & sic de re om-
nino temporali cuius laïci erant capaces. E contra
vero Capitulum dictæ Ecclesiæ prætendebat conces-
sionem nullam esse, cùm non solum facta fuisset de
fructibus decimalibus; sed de ipso etiam iure deci-
mandi. Rota Romana per plures decisiones nullam
esse inuestituram declarauit, vti factam etiam de iu-
re ipso decimandi, quod est merè spiritnale, & cuius
laïci sunt omoioo incapaces. Quæ inspectio con-
ducit ad materiam nostram præueotionis, vt sciatur
quando Iudex laïcus io similibus causis habeat ius
9 præueniendi aduersus Ecclesiasticom. † Fundamen-
tum autem decisionis hoc fuit, quia cùm concessio
contineret expressam mentionem decimarum, & iu-
ris decimandi, res visa fuit omni difficultate carere,
vt nempè sub tali concessione veniat, noo solum
commoditas, provt est quid temporale, sed & ipsa
spiritualitas, quæ à iure decimandi separari oullo
modo potest, Gloss. *in cap. quamuis, in verb. concesserit,*
de decim. & *Can. peruenit. quæst.* 1. *in verb. Laïcalibus,*
Et in cap. 2. *in verb. Statutum, de locat.* Bald. *in l. vsus-*
fructus, 67. *in lectura antiqu. numer.* 2. *versic. Et nota*
quod licet ius decimarum, ff. de iure dotium. Decian.
10 *consil.* 22. *numero* 36. & 37. *lib.* 1. † Vis enim iuris
decimaodi, consistit in perceptione decimarum pro-
priâ authoritate de manu colentium prædia, quæ
trahit secum ios spirituale, & valdè differt à perce-
ptione fructuum decimalium, quam alius facit no-
mioe Ecclesiæ, quæ ad laïcos pertinere potest. Abb.
in cap. ad hac, num. 4. *versic. Et intelligo hoc, de decim.*
Rebuff. *de decim. quæst.* 10. *num.* 34. *in fin.* Gratian.
discept. forens. dicto cap. 238. *num.* 21. & *sequentib.* Pe-
regrin. *cons.* 74. sub *n.* 12. ibi, *de decima, & iure deci-*
mandi, lib. 1. Barbos. *in l. Titia* 35. *ff. solut. matrim.*
num. 43. *versic. Quia quando,* & *sub num.* 46. *versic.* &
ideo. Giooagn. *cons.* 27. *sub num.* 27. & 28. *lib.* 2. Ideo
haoc coocessionem factam de decimis, & iure deci-
mandi, oullam sæpius Rota declarauit; & nomina-
tim, *decis.* 545. *num.* 2. *parte* 4. *recentior.* Et aliàs sæpè.
Et si qui DD. ex aduerso allegati posseot, loquun-
tur omnes in concessione decimarum, nullus au-
tem in concessione iuris decimandi, quod esse spi-
rituale non ambigitur. † Et facit à simili, quod de 11
vsufructu dicitur, cum cessio aut translatio iuris vsus-
fructus sustineri ooo possit, & tamen commoditas
fructuum in alium transire queat, Monter. *decis.* 46.
n. 16. Castill. *de vsufr. c.* 69. *n.* 9.

Et hæc multo magis io casu illo locum habe- 12
bant, quia Ecclesia solum sibi reseruauerat domi-
nium directum illarum decimarum, & per coose-
quens voluit Ecclesia transferre vtile domioium, cu-
ius vigore laïcus decimas iure proprio, & tanquam
vtilis dominus perciperet: quod tamen omnino fuit
per Concilium Lateranense prohibitum. Abb. *in*
cap. ad hac, num. 4. *versic. In effectu volunt. de decim.*
Mooet. *de decim. cap.* 5. *n.* 68. Gratian. *dicte cap.* 238.
sub n. 22. Barbos. *in d. l. Titia* 35. *ff. solut. matrim. n.* 47.
vers. sed quando.

Præterea Ecclesia, duas tertias partes pro iodioi- 13
so concesserat, aliâ tertiâ parte sibi retentâ decima-
rum, vnde sicut ipsa oomine proprio & ex iure spi-
rituali portionem sibi reseruabat, ita & eadem coo-
cessionis forma laïcus obtinere videtur sub qoâ per
Ecclesiam fuit facta reteotio, ne vna eadémque res
diuersimodè concessa, & retenta censeretur; contra
leg. 4. *ff. de vulg.* Facit *decis.* 684. *num.* 1. 2. & 3. *par.* 1.
recentior.

Nec potest dici, quod concessionis ioterpretatio 14
desumi debeat ex potestate concedentis, & cum il-
la commeosurari: ad text. *in cap. fin. ne Prælati vices*
suas. Quia hoc posset procedere in dubio: at vero
stante expressa concessione iuris decimaodi, non est
ad coniecturas recurrendum, *leg. ille aut ille* 25. §.
cum in verbis, ff. de leg. 3. facit *dicta decis.* 684. *num.* 1.
par. 1. *recent.*

Non etiam obstat quod vigore clausulæ, *omni* 15
meliori modo, concessio quæ sustioeri non potest, re-
maneat saltem valida quoad temporalitatem deci-
marom. Quia cum concessum quoqoe fuerit ius
decimas exigeodi, mentio fructuum stat consequu-
tiuè & accessoriè, & concessio priocipaliter facta
ceosetur de ipso iure tanquam de principali, à quo
spiritualitas ioseparabilis est: Rota *decis.* 545. *n.* 2.
part. 4. *recent. tom.* 1. Et in terminis concessionis nul-
litatem continentia io parte substaotiali, quod in
totum corroat ratione cõnexioois & indiuiduitatis,
firmauit Rot. *dec.* 30. *num.* 3. & 4. *parte* 1. & 176.
num. 44. *parte* 5. *recentior.* Non obstaoic clausula *om-*
ni meliori modo, quæ oon est apta conualidare actum
ex se uollum, Anch. *cons.* 358. quem seqoitur Me-
noch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 17. *n.* 4. Barbos. *de clausul.*
claus. 95. *num.* 60.

Similiter, aliæ clausulæ accessoriæ contractouin, 16
noo possunt validam reddere concessionem illius
iuris spiritualis, ex se oullam. Abb. & Imol. *in cap.*
cum Apostolica; de iis, quæ fiunt à Prælat. Felio. *in cap.*
causam, quæ: n. 3. *de præscript.* Rebuff. *de decim. q.* 13.
num. 69. Rota *decis.* 215. *parte* 2. *diuers.* Maximè, quia
etiamsi tales clausulæ accessoriæ ad solos fructus re-
ferri videantur, reuera tamen etiam ius spirituale
comprehendunt ratione coonexionis, vt per Grat.
discept. forens. cap. 238. *n.* 61.

Et supradicta procedunt, noo solum quando 17
conces

concessio facta fuit per modum infeudationis, sed etiam quando per modum locationis perpetuæ, quia quomodocunque fiat semper remanet nullitas propter comprehensionem iuris spiritualis, Abb. *in dict. cap. ad hæc, num. 4. vers. & intelligo hoc: de decim.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q. 63. num. 5. versic. nec etiam potest Laico locari.* Etiamsi dicta locatio fieret ad modicum tempus: Abb. *d. cap. ad hæc, num. 7.* Redoan. *d. quæst. 63. num. 6.*

Et ex his patet, quando concessum fuerit ius decimandi, vt solus Iudex Ecclesiasticus priuatiuè cognoscat: quando vero sola fructuum temporalitas, vt locus sit præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum & sæcularem.

Verùm de hac materia decimarum, an & quando fiant spirituales in Gallia, & quando temporales, & per consequens quando Iudex Laïcus de illis cognoscere, & circa eas præuenire possit? videri poterunt quæ fusiùs deduximus *part. 3. quæst. benef. c. 167. n. 10. & sequent.* Aduertendo tamen quod secundum Rotæ Romanæ sententiam, licèt agatur de decimis per laïcos legitimè possessis, tamen illarum cognitio spectat ad Iudices Ecclesiasticos; quamuis agatur de decimis in feudum ipsi laïco concessis: vt probat Rot. *decis. 42. n. 15. part. 6. recentior.*

CAPVT XXVI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione Iudicis Ecclesiastici aduersus sæcularem, vel è contra, in crimine vsurarum, si quæstio iuris vel facti circa vsuras tractetur, inter Christianos, vel Hebræos. Exceptio vsurariæ prauitatis vtrum retardet executionem obligationis Cameralis. Vtrum Iudex qui non est ordinarius Ecclesiasticus in prima instantia, non tamen est laïcus, imò per appellationem, aut aliâ ratione iudicare potest de rebus & negotiis Clericorum, possit cognoscere de vsuraria prauitate contractus principaliter, vel incidenter. Quid si vsura sit notoria, & non indigeat disputatione, vtrum tunc Iudex laïcus super ea ius dicere possit. Attamen probatur crimen vsurariæ prauitatis esse mixti fori. Et quando debitori de vsura apponenti dici possit, *Solue, & postea repetes.*

SVMMARIVM.

1 *Causa vsurarum est mixti fori, ideo in illâ locus est præuentioni, inter Curiam Ecclesiasticam & sæcularem.*
2 *Quæstio super vsuris, quando dicatur quæstio iuris, & quando quæstio facti, & vtriusque exempla proponuntur.*
3 *Si agatur de quæstione iuris, super vsuris, causam remittendam omnino ad Iudicem Ecclesiasticum ex multorum sententia.*
4 *Iudicem laïcum in causâ vsurarum præuenire posse rejectâ distinctione quæstionis in iure, vel facto consistentis alij volunt.*
5 *Quæstio iuris, quæ non recipit difficultatem ratione vsuræ tractari posse videtur coram Iudice laico. Et cur hoc faciliùs in vsuris, quam in matrimonialibus causis. Quamuis aliqui etiam hoc casu causam ad iudicem Ecclesiasticum remittendam esse censeant,* num. 6.
7 *Quæstio iuris, non prius ad Ecclesiasticum iudicem est remittenda, quam dubium facti fuerit coram iudice laico terminatum.*
8 *Si non dubitetur vtrum adsit vsura, sed tantum vtrum exactio vsuræ facta sit, locus est præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum & sæcularem: Idem dicendum de periurio, quando certum est & clarum adesse periurium,* ibidem.
Sed tamen communis sententia est, crimen vsurarum esse mixti fori, & in eo locum esse præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum, & laicum.
9 *Iudex laïcus est competens, si agatur contra Hebræum tanquam vsurarium.*
10 *Quando agitur executiuè in vim obligationis in forma Cameræ, vtrum exceptio prauitatis vsurariæ admittatur ad retardandam executionem. Quid in terminis statuti Auenionis.*
Obligato in forma Cameræ quando dici possit Solue, & repete. *Et explicatur* cap. debitores, de iureiurand.
11 *Iudex Ecclesiasticus, si præuenerit in causa vsurarum, potest inhibere iudici laico, ne in illa ad vlteriora procedat.*
12 *Quando causa tractatur coram Iudice, qui est Ecclesiasticus, quamuis non sit ordinarius partium in primâ instantia, potest nihilominus procedere in crimine vsurarum.*
13 *Causa criminalis vsurarum, quando praiudicet ciuili, vel ciuilis criminali, si altera fuerit prius intentata.*

ACTVM fuerat viâ executiuâ coram Iudice laïco in vim contractus publici, quem reus vsurarium esse opponebat, & cognitionem vsurariæ prauitatis ad Iudicem Ecclesiasticum remitti postulabat, vnde dubitatum fuit vtrum esset locus petitæ remissioni, an vero Iudex sæcularis sub prætextu suæ præuentionis esset fundatus in cognitione huius causæ aduersus Ecclesiasticum; An vero Ecclesiasticus inhibere posset sæculari de assumendo cognitionem, & iudicium huius controuersiæ. † Videtur affirmatiuè respondendum; quia causa vsurarum est mixti fori, ideo indistinctè coram iudice Ecclesiastico, vel sæculari tractari potest, & inter eos locus est præuentioni: Farinac. *de inquisit. quæstion. 8. numero 114. versic. secundam & contrariam opinionem.* Iul. Clar. *in §. vsura, num. 5. & 8.* Ricc. *collectan. 4223. versic. nota septimo.* Barbos. plures allegans *in cap. cum sit generale 8. num. 7. de foro compet. & in cap. post miserabilem 12. num. 4. de vsuris.* 1

Quæstio ista adeo confusè à DD. tractatur, vt ex illorum scriptis difficile sit quippiam certi definire.

Nam quod causa ista spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, & quod ipse possit inhibere iudici sæculari ne in illa procedat, licet sæcularis præuenisset, quando controuertitur quæstio iuris, videlicet vtrum contractus sit vsurarius an non, secus quando agitur de quæstione facti, multi existimant; Aliis distinctionem illam reiicientibus. † Pro cuius dubij intelligentiâ sciendum est, quæstionem facti in hac materia variis modis contingere posse; veluti quando partes fatentur contractum vsurarium, vel quan- 2

do

do actus talis est ex quo notoriè resultet vsura; sed solum dubitatur in facto vtrum contractus ille fuerit celebratus per aliquem. Item si dubitatur vtrum quispiam talem summam exegerit, veluti vtrum verum sit quod quis ex mutuo certum interesse receperit, ex quâ receptione euidenter constat de vsura, vt explicat Olasc. *decis.* 137. *num.* 11. Vel si agatur de solo calculo, ex quo resultet euidens probatio vtrum adsit vsura necne: Ioann. Bapt. Lup. *de vsur. comment.* 4. *num.* 66. *paulo post princip.* Menoch. *consil.* 862.

3 Hoc præsupposito, notandum est in primis, multos DD. Iudici Ecclesiastico quæstionem iuris, vt iam dictum est, tribuere priuatiuè quoad iudicem sæcularem, itavt iste causam ad Iudicem Ecclesiasticum non obstante præuentione remittere teneatur, inter cæteros, Barbos. *in l. Titia*, 35. *num.* 48. *ff. solut. matrimon. versicul. vltimo ex hac resolutione.* Dian. *resolution. moral. parte* 1. *tract.* 2. *resolut.* 77. Bonacin. *tom.* 2. *tract. de contractib. disput.* 3. *quæst.* 3. *punct. vltim. num.* 2. Marta *de iurisd. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. *& consil.* 120. *num.* 4. Vbi dicit crimen vsurarum esse quidem mixti fori quoad executionem & punitionem delicti, sed non quoad cognitionem, nempè quod si constet vsuram fuisse commissam, iudex laicus punire potest vsurarium delinquentem; sed si dubium oriatur vtrum contractus sit vsurarius, an non, cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, suspenso interim iudicio coram iudice laico præuento, Tusch. *in verb. Vsura. conclus.* 357. *num.* 19. Et ita post varias distinctiones concludit Scacc. *in tract. de commerc. & cam.* §. 7. *gloss.* 5. *num.* 81. Gamm. *decis. Lusit.* 194. asserens ita fuisse iudicatum. Quam decisionem *ibi* Additio confirmat, & veram esse profitetur Didac. Spino. *de testam. in* 3. *p. rubric. n.* 67. plures alios ad hoc allegat Farinac. *de inquisit. qu.* 8. *num.* 67. *&* 135.

4 Contrarium tamen alij quamplurimi DD. voluerunt, & inter cæteros distinctionem illam quæstionis in iure vel in facto consistentis, vti minus iuridicam reiecerunt, asserentes distinctionem esse potius verbalem quam realē: & propterea, siue de iure, siue de facto agatur crimen vsurarum non esse mixti fori, nec locum esse præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularē, Tusch. *lit. V. concl.* 357. *n.* 19. (licet in reliquis priorem sequatur sententiam) dicens quod si locus esset præuentioni, hoc esset ex vno iudice duos facere, & causæ continentiam diuidere. Quia si Iudex laicus super facto cognoscat, cum ex facto ius oriatur, semper punire posset vsurarium, si illa distinctio vera esset. Quod tamen alio modo intelligunt cæteri DD. dicentes reiectâ illa distinctione quæstionis in iure, vel in facto consistentis, semper locum esse præuentioni inter Ecclesiasticum Iudicem, & sæcularem in hoc crimine vsurarum, Gasp. Roderic. *de ann. reditib. lib.* 3. *qu.* 4. *num.* 124. *& multis seqq.* Et maximè, *num.* 131. *vers. Tertio.* Qui hanc sententiam, quod quacunque ratione de vsura disputetur, crimen sit mixti fori, & locus sit præuentioni multis rationibus comprobat. Couarr. qui cum contrarium tenuisset, *in tract. de sponsalib. parte* 2. *cap.* 8. §. *vltim. num.* 3. postea sententiam mutauit, *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 3. *num.* 1. quam etiam optimis tuetur rationibus, & ad contrarias obiectiones respondet Fachin. *lib.* 9. *quæstion. iuris controuers. cap.* 30. Ioann. Baptist. Lup. *in tractat. de vsur. Comment.* 4. §. 4. *num.* 67. *versic. unde tertia fuit orta sententia.* Farinac. *dicta quæst.* 8. *num.* 140. *versic. Quarta fit conclusio.* Vbi dicit quod si iudex esset, ita iudicaret.

Vtraque opinio suos habet Authores, & vtraque bonis nititur rationibus, & vtraque probabilis est, & propterea illam indecisam relinquere videtur Gratian. *discept. forens. cap.* 14. *num.* 23. Cyriac. *controuers.* 169. *num.* 1. *&* 2. Cancer. *lib.* 2. *var. resol. c.* 2. *num.* 247.

Sed tamen satis æqua, & magis recepta videtur illa iuris & facti distinctio. Si enim coram Iudice laico reus idémque debitor, solutionem effugere desiderans, opponeret de vsuraria prauitate, non esset rationi consonum, vt Iudex laicus statim à causa abstineret, illamque in fauorem morosi, & subterfugientis debitoris ad Iudicem Ecclesiasticum remitteret, nisi prius sibi constaret verum esse, quod creditor vsuras indebitas extorsit, veluti si diceretur illum ex contractu mutui, cuius vigore debitorem vrget, interesse illicitum ad rationem sex vel septem pro centenario, aut ad aliam quotitatem exegisse contra naturam mutui, quod debet esse gratuitum. Porro si deinde constiterit debitorem ex mutuo interesse exegisse, quid opus erit cognitione ad alium Iudicem remittere, cum nulla supersit iuris quæstio, sed vsuræ plena ex facto probatio resultet. Distinctio facilius inter quæstionem iuris & facti admittenda videtur, quam in matrimonialibus causis, de quibus actum fuit suprà *hac par.* 2. *cap.* 22. *num.* 10. Quia causa matrimonialis, cum respiciat Sacramentum matrimonij, multo fortius pertinet ad iudicium fori Ecclesiastici, quam aliæ causæ non concernentes Sacramenta, vt probauimus *in nostris quæstionibus beneficialibus, parte* 1. *cap.* 120. *numer.* 3. Vnde si distinctionem illam quæstionis iuris, & facti multi DD. admittunt in causis matrimonialibus, *vt dicto cap.* 22. *num.* 10. ostendimus, sanè multo magis in hac vsurarum materiâ admittenda videtur, quando maximè talis quæstio iuris emergit, quæ nullam desiderat altiorem indaginem. † Et propterea reiicienda videtur opinio Tusch. *d. littera V, conclus.* 357. *num.* 30. & aliorum, quos superius allegauimus, nisi quando ageretur de puncto dubio, vtrum contractus esset vsurarius, qui consisteret in iure dubio, & difficili; tunc enim causa coram solo Iudice Ecclesiastico quoad hanc quæstionem iuris tractanda videretur; † & ad illum remittenda, non quidem statim, sed tunc demum quando coram Iudice laico, coram quo causa est præuenta, verificatum & probatum fuisset factum, ex quo talis quæstio resultat: quod probatur ex traditis per Gemin. *in cap. si annum*, §. *si vero, de iudic. in* 6. *num.* 9. † Qui dicit, quod si non disputetur vtrum contractus sit vsurarius, sed solum si vsuræ exactio facta fuerit, tunc locus est præuentioni inter Curiam Ecclesiasticam & sæcularem. Quod etiam refert Lup. *in dicto tract. de vsur. comment.* 4. §. 4. *num.* 66. *in fine secunde opinionis.* Et hoc est quod voluit Mart. *consil.* 120. *num.* 4. vbi dicit quod quando disputatur de substantiâ contractus; an sit vsurarius vel non, causa remitti debet ad Iudicem Ecclesiasticum, & interim sæcularis supersedere debet. Hoc enim debet intelligi, vt locum non habeat, quando quæstio illa, An sit vsura, est talis, vt facilè decidi queat sine magnâ librorum reuolutione; vt bene explicat Barbos. *ad d. l. Titia* 35. *num.* 52. *ff. solut. matrim.* Dicens, quod si Iudex sit merè laicus, & in causam coram eo tractatam incidat quæstio iuris super vsuris, videlicet si quæratur vtrum contractus sit vsurarius, necne, si talis quæstio facilè decidi posset per regulas & axiomata iuris, etiam Canonici, posset Iudex laicus ad vlteriora in illâ causâ procedere, & vsurarium punire. Si vero agatur de iure, & quæstione iuris

iuris difficili, teneatur illam ad Iudicem Ecclesiasticum remittere. Non tamen difficilis quæstio iuris existimanda est, quamuis aliquâ librorum indigeat reuolutione. Quia iudex sæcularis super tali quæstione non admodum difficili ius dicendo, nihil determinat, sed quod à iure Canonico decisum & declaratum est, deregit, & executioni mandat. Sicut in pari casu, iudex sæcularis potest declarare aliquem incidisse in periurium si illud in iure sit clarum, secus si sit dubium: Roman. *singul.* 426. Felin. *in cap. cum sit, num.* 7. *de foro compet. in fine.* Cagnol. *in l. si quis maior, n.* 12. *C. de transactionib.* quamuis Roderic. *dicta q.* 4. *n.* 137. *lib.* 5. existimet (& malè meo quidem iudicio) siue res sit clara, siue dubia, Iudicem laïcum in causâ vsurarum indistinctè procedere posse etiam circa articulos iuris. Et ad prædicta faciunt quæ tradit Vincent. de Franch. *decis.* 189. *n.* 11. Vbi vult quod Iudex laïcus cognoscit, quando vsura notoria est, & quod satis notorium & euideos dicitur, quod cum librorum reuolutione decidi potest. Iuxta notata per D. bonæ mem. Argel. *de acquir. poss. quæst.* 2. *n.* 155. vbi difficilis quæstio iuris & requitens altiorem indaginem dicitur, quæ perturbat peritos in iure, oon quæ doctorellos & parum io iure versatos.

Sed tamen supradicta distinctio inter quæstionem iuris, & facti, oon placet Domino Senatori Leotardo; qui *in tract. de vsuris, q.* 100. *n.* 78. censuit etiam Iudices laïcos de crimine vsuratæ prauitatis cognoscere posse, siue quæstio sit iuris, siue facti. Ea ratione, quia vsura non solum iure Canonico, sed etiam iure naturæ prohibita est; & præterea quia laïci sunt ministri & Coadiutores iuris Canonici, prout io istis terminis dicit D. A Laurent. *decis. Aueu.* 48. *n.* 5. Imò & de iure Ciuili, quod indebitam prohibet vsuratū exactionem, vt dicit Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 13. *p.* 2. *n.* 51. Qui ad longum sanè quæstionem examinat *num.* 45. *& multis seqq.* Tandémque in illa residet sententia, vt causa vsuratum, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, sit mixti fori, & in ea sit locus præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem; siue agatur de quæstione iuris, siue de quæstione facti. Adeo vt non sit opus recurrere ad allegationem plurium DD. cum satis copiosè allegentur apud Fontanell. *loco cit.* & apud Leotard. qui euidenter recedunt à dicta Barbosæ sententia *in dict. l. Titia* 35. *n.* 52. *ff. sol. matrim.* Quamobrem existimo si quæstio ista in praxi occurreret, Iudicem laïcum non sine fundamento prætendere posse præuentionem in causa vsuræ, aduersus Iudicem Ecclesiasticum, nonobstante opinione Barbosæ; quæ licèt in puncto iuris sustineri posset, tamen in praxi propter authoritatem tot DD. qui apud præcitatos allegantur, non facilè admitteretur.

9 Nonnulla tamen circa præcedentes resolutiones notabiliora consideranda sunt. Et in primis quod supradicta vera sunt & procedunt, quando de vsurâ tractatur inter Christianos; secus si agatur contra Iudæos fœneratores quorum improbitas circa indebitam vsurarum extorsionem iudicis sæcularis authoritate puniri potest, qui hoc casu competens est: Roland. *consf.* 75. *n.* 38. *vol.* 1. *& consf.* 95. *n.* 7. *vol.* 4. Lup. *de vsur. d. comm.* 4. §. 4. *n.* 66. *vers. vnde tertia.* Farin. *de Inquisit. q.* 8. *n.* 139.

10 Secundo notandum est, quod si actum fuerit viâ executiuâ io vim obligatioois Cameralis coram Iudice laïco, exceptio vsuratum non potest retardare executionem obligationis Cameralis, nisi sit euideos & ootona, secus si dubia sit & turbida, tunc enim per illam non retardatur executio. Zach. ad Gallesf. *de obligat. Camer. quæst.* 31. *num.* 1. *&* 2. quiâ executio retractabilis est, & hoc casu habet locum, vulgatum illud, *Solue & repete*: ad notata *in cap. debitores, de iureiur.* Scacc. *de commerc. & camb.* §. 7. *gloss.* 5. *n.* 63. *vers. Ad primam.*

Aduertendum tamen est, quod is qui indebitas promisit vsuras, non cogitur soluere, etiamsi obligatus esset cameraliter, quando ex lectura eiusdem iostrumenti constaret de vsura, vel aliter quæstio coosisteret in mero iuris articulo, cùm ius suâ naturâ certum sit: vt probat Merlin. Pignatell. *controuers. forens. lib.* 1. *c.* 76. maximè *num.* 7. vbi dicit hoc procedere etiamsi ius esset dubium, dummodo non indigeret probationibus facti, sed ex librorum reuolutione decidi posset. Nec obstare dicit illud, *Solue, & repete*: de quo *in cap. debitores, de iureiur.* Quia illud procedere potest respectu debitoris, qui cogi potest; non autem respectu Iudicis qui potest resistere volenti indebitas vsuras exigere. Sed illa Merlini sententia in praxi Curiæ Romanæ non admitteretur, nisi ageretur de vsura notoria, vt per Zachiam *dicta quæst.* 31. *num.* 1. *&* 2. *in tract. de obligat. Cameral.*

Quod tamen in terminis statuti Auenionensis, non videtur ad praxim reduci posse: quia per illud statutum dantur debitori, qui executionem passus est, dilationes ad deducendas ac deinde probandas exceptiones suas, vt *in lib.* 2. *rubr.* 21. *art.* 1. Atque ita solent in praxi admitti articuli rei, quæcunque legitimas exceptiones contineant, illique dantur dilationes pro illarum probatione quamuis altiorem requirant iodaginem, ideo credo quod oon reiicerentur articuli rei etiam ad retardandam executionem, licet vsuratæ prauitatis exceptionem continentes, præsertim si vsura adeo patens esset, vt nollam admitteret dubitationem aut excusationem. Ad rem faciunt tradita per Cyriac. *controuers.* 260. *numero* 1. *&* 2.

Tertio notandum est, quod si Iudex Ecclesiasticus præuenerit contra delinquentem Laicum ratione vsuratæ prauitatis, potest ipse inhibitiones facere iudici laico, ne in causâ illâ præuentâ coram se, ad aliquos actus procedat, néve contractum illum executioni demandari faciat: Rip. *in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic. num.* 29. *in fine.* Sigismund. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 7. *gloss.* 5. *num.* 71. Qui licet postea *ibidem num.* 75. contrarium dicere videatur, eius tamen resolutio casui proposito adaptari non potest: quia cum crimen vsurarum (vt supra dictum est) sit mixti fori in certis casibus superius explicatis, propterea in illis casibus, & sub formâ de quâ supra, locus erit per consequens præuentioni inter iudicem laicum & Ecclesiasticum quando tractatur contra laicos: nam si ageretur contra Clericos, nullum est dubium quin cognitio spectet priuatiuè ad Iudicem Ecclesiasticum ratione personæ vnde stante præuentione Iudicis Ecclesiastici, iudex sæcularis supersedere debet, Marta *dicta consil.* 120. cum alijs superius allegatis. 11

Quarto aduertendum est, (& hoc ad multos alios casus potest adaptari,) quod quando causa vsurarum tractatur coram aliquo Iudice, qui non est laïcus, & cuius iurisdictio non est merè laïcalis veluti, Auditor Cameræ, vel Vicegerens illius in ciuitate Aueoionensi, & partibus vltramontanis, vel Auditor Vicelegati qui debet esse Clericus, si ipse præueoisset in causâ criminis vsurarum, non poterit eius præuentioois effectus impediri per Iudicem in spiritualibus constitutum sub eo prætextu, quod causa Ciuilis super contractu vsurario fuerit coram 12

Iudice ordinario Ecclesiastico intentata, & quod Ciuilis licet si posteriùs mota, tamen tanquam præiudicialis ad criminalem, debeat prius decidi (nisi in vim *cap. causa omnes* 10. *sess.* 14. *de reform.* in Concil. Trident.) Ita concludit, Matt. *in tract. de iurisd. p.* 1. *c.* 7. *num.* 33. *versic. Quartus articulus.* Et hoc benè notandum est in praxi.

33 Ratio redditur *ibidem*, quia cum iudicium criminale super vsuris fuerit prius intentatum coram Iudice competente, si creditor velit agere deinde ciuiliter post motam litem criminalē, & aliū adire Iudicem, pota ordinarium Curiæ spiritualis, qui potest cognoscere vtrum contractus sit vsurarius vel non, iudicium criminale priùs intentatum, facit vt supersederi debeat in iudicio Ciuili postea moto, iuxta *leg. per minorem, ff. de iudic. leg. fin. Cod. de ordin. cognition.* Et ideo ibi concluditur, causam Ciuilem ad Iudicem Ecclesiasticum præuentum, non esse remittendam.

Idem dicendum existimo, si causa Ciuilis super executione instrumenti, fuerit coram aliquo ex supradictis iudicibus, qui laici non sunt, mota, quamuis eorum iurisdictio sit mixta ex laicali & Clericali, & deinde superueniat criminalis causa super contractu vsurario intentata. Prius enim tractanda erit causa Ciuilis, vti præiudicialis criminali propter præuentionem. Quia si Iudex ille declaret instrumentum executioni demandandum esse, sublata erit in totum accusatio, vel prætensio vsurariæ prauitatis, & hæc sententia fauorabilis in negotio Ciuili prolata, præiudicabit actioni criminali. Atque ita fuit decisum in Rota, *decis.* 217. *post.* 2. *volum. consilior. Farinac.* ex notatis per Bart. *in l.* 2. §. *hoc edicto, num.* 3. *ff. vi bonor. rapt.* & per alios DD. *ibidem* allegatos.

CAPVT XXVII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Episcopum, seu Inquisitorem Sanctæ Fidei (in causâ homicidiorum, infanticidiorum, aut aliorum damnorum illatorum per sortilegia) & Iudices Curiæ temporalis. Quid si sortilegium non sit hæreticale, & quando tale dicatur. Vtrum in criminibus mixti fori, si Iudex Ecclesiasticus præuenerit & sententiam tulerit, possit iudex sæcularis iterum reum pœnis temporalibus coërcere. Quæ requirantur ad hoc vt iudex sæcularis procedere possit ratione delictorum à sortilegio separatorum. Quando dubitatur vtrum sortilegium sit hæreticale, quis de hoc articulo cognoscere debeat. Et an idem de blasphemiis hæreticalibus, aut non hæreticalibus dicendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis potest cognoscere de homicidiis, & aliis criminibus per sortilegos commissis, dummodo nullam super sortilegio causæ cognitionem assumat.*

2 *Iudex sæcularis, quantumuis præuenerit super delictis à sortilego commissis, nullam ratione sortilegij causæ cognitionem assumere volens, si tamen ab Inquisitore monitus fuerit, aut requisitus, tenetur illum reum, & acta remittere.*

3 *Sortilegium non hæreticale, est crimen mixti fori, & in eo locus est præuentioni inter Iudicem spiritualem temporalem.*

4 *Inquisitor, non prohibetur cognoscere cumulatiuè, seu præuentiuè in sortilegio non hæreticali.*

5 *In sortilegiis hæreticalibus, iudex laicus se immiscere non potest.*

6 *Non licet iudicibus sæcularibus procedere contra hæreticos, nisi priùs illi per Inquisitorem, vel Episcopum remittantur.*

7 *Post latam sententiam à Iudice Ecclesiastico, iudex sæcularis non potest procedere contra reum, etiam in criminibus mixti fori. Fallit, si non fuerit condignis pœnis à Iudice Ecclesiastico punitus.*

8 *Quibus concurrentibus iudex sæcularis possit procedere super delictis per sortilegos commissis, à sortilegio tamen diuersis.*

9 *In casibus, in quibus reus de complicibus interrogandus est, aut torquendus, tota sortilegij causa spectat ad Inquisitores, vel Ordinarios, in causis fidei procedendi facultatem habentes.*

10 *Quis debeat cognoscere, quando super controuersiâ præuentionis dubitatur, vtrum sortilegium sit hæreticale.*

11 *Quæ sint sortilegia hæreticalia, & quæ non hæreticalia.*

12 *Quæ sit differentia inter blasphemias hæreticales, & non hæreticales, & ad quem spectet illarum cognitio, & vtrum in illis sit locus præuentioni.*

NON rarò dubitatur quid agendum sit, quando Iudex sæcularis præuenit aduersus aliquem accusatum de homicidio, infanticidio, vel damno dato per sortilegia, aut pocula amatoria, & similia, non quidem vt iudex ille præueniens de sortilegio, in quo actus hæreticales sunt admixti, cognitionem assumat, sed ad effectum delinquentem puniendi pœnis à iure Ciuili introductis contra homicidas, aut alia similia crimina committentes. Ideo conuenit hic tractare quomodo, & quando locus sit præuentioni inter duos istos Iudices, Ecclesiasticum nempè, & sæcularem. Et quia Inquisitor vel Episc. sunt in hac materia hæresim cōcernente iudices cōpetentes, itavt inter ipsos sit locus præuentioni (vt alias ostendimus) ideo de Inquisitore loquentes, sic etiam Episcopū, in casu præuentionis intelligemus, & è contra; vt sciatur quibus in casibus alter eorum procedere possit, non obstante & spreta præuentione iudicis sæcularis, seu etiam eidem iudici inhibere, ne ad vlteriora in causâ præuenta procedat.

In hac controuersiâ, nonnulli DD. censuerunt Iudicem sæcularem esse competentem, quoties super spiritualitate iudicare non intendit, nec vult cognoscere aut ponere pro crimine hæreseos; sed tantum pro damno, homicidio, aut alio simili malefacto, aut pro infanticidiis, vel grandinationibus, cæde animalium, aut delictis eius generis, quæ per sortilegos non rarò committuntur; atque ita sæpiùs se practicatum vidisse, & maleficas à iudicibus sæcularibus etiam vsque ad mortem punitas, illorúmque sententias desuper latas executioni fuisse demandatas, non ratione hæreseos, sed ratione delictorum per sortilegia commissorum, testatur Cyriac. Nig. *controu.* 434. *n.* 8. *& seqq.* † Qui tamen fatetur, Iudicem sæcularem, quantumuis præuenerit, si moni 1 2

monitus fuerit ab Inquisitore, teneri reum & acta illi concedere ad hoc, vt possit ea quæ sui officij & iurisdictionis sunt melius exercere. Dicit tamen se crederel, quod deinde Inquisitor debet acta illa sibi concessa, & omnia restituere ad hoc, vt possit delinquentem introductis à iure pœnis coërcere pro delicti temporalis punitione.

5 Sed illius Doctoris opinio, non ita simpliciter intelligenda est; sed cum moderamine & distinctione sequenti. Est igitur in primis verum, quod si agatur de sortilegio non hæreticali, hoc estio quo nulla est hæresis suspicio, nullum expressum cum Dæmone pactum, nullæve aliæ concurrunt circunstantiæ de quibus mox agemus, quæ sortilegium hæreticale constituunt, delictum est mixti fori, & cumulatiuè pertinet ad Inquisitorem, seu Episcopum, & Iudicem laïcum; itavt melior sit præuenientis in causæ cognitione conditio: Iul. Clar. *in § hæresis, n.* 25. Sanchez *in precept. Decal. lib.* 2. *c.* 38. *n.* 91.

4 † Non poterant quidem Inquisitores, de iure antiquo procedere in causis sortilegij, nisi ageretur de sortilegio hæreticali; sed ex nouis Pontificum constitutionibus, hæc illis cõcessa fuit facultas, vt etiam in non hæreticalibus procedere & iudicare possint, non quidem priuatiuè; sed cumolatiuè, vt locus sit præuentioni inter ipsos, & Iudices laïcos: vt testatur Cyriac. *dicta controuers.* 434. *n.* 6. & 7. Quamuis etiam iure nouo introducto per constitutiones Innocent. VIII. Alexand. VI. & Sixti V. iurisdictionem concessam esse Inquisitoribus priuatiuè quoad Iudices laïcos, itavt ipsi præuenire non possint, nonnulli existimeot, quos sequitur Cæs. Caren. *in tract. de offic. Inquisit. p.* 2. *tit. de sortileg.* 12. *n.* 147. *vers. Attamen ego.* Rationem reddens; quia iurisdictio quæ datur Inquisitoribus semper conceditur ratione hæresis, vel suspicionis ipsius, & per consequens concessa censetur priuatiuè quoad Iudices laïcos. Similiter de iure antiquo non licebat Inquisitoribus procedere contra diuinatores, nisi aliquid hæreticale interuenisset, *c. accusatus* 8. *§. licet, De heret. in* 6. Sanch. *in prac. decal. lib.* 2. *c.* 38. *n.* 92. Hodie autem aliud obseruatur propter nouas summorum Pontificum constitutiones, & præcipuè Sixti V. quam confirmauit & ampliauit Vrban. VIII.

5 In sortilegiis autem hæreticalibus, non est locus præuentioni inter Inquisitores & iudices laïcos, & ego in sancto Officio Inquisitionis hoc vidi semper obseruari, quod Iudices curiæ temporalis, imò & alij præter Episcopalis curiæ iurisdictionem exercentes, quotiescunque in processu aliquid superuenit, quod suspicionem sortilegij hæreticalis producere potest, solent acta remittere Inquisitori, qui si videat causam ad suum tribunal non pertinere, illam remittit; sin minus, de eâ cognoscit, suspenso interim iudicio alterius criminis coram iudice diuersæ curiæ introducto. Quod si pœnæ sanguinis locũ esse comperit, reum remittit curiæ sæculari pœnâ debitâ puniendum.

6 † Et ratio est quia per text. *in cap. vt Inquisitionis, §. prohibemus de heret. in* 6. Iudicibus sæcularibus non permittitur procedere contra hæreticos, nisi prius per iudices Ecclesiasticos illis remissi fuerint: ergo nondum facta remissione indistinctè illos punire non possunt. Ita arguit Barb.

7 *in l. Titia* 35. *n.* 55. *ff. solut. matr.* † Qui tamen duos proponit casus in quibus iudex temporalis procedere potest. Primo si agatur de crimine mixti fori. Quamuis enim dum agitur de criminibus ad forum Ecclesiasticum priuatiuè pertinentibus, iudex laïcus post latam sententiam se immiscere nullo modo possit, quia obstaret illi exceptio rei iudicatæ, Anchar. *in cap. ea qua, quæst.* 9. *ad finem, n.* 16. *de regul. iur. in* 6. Tamen in iis quæ sunt mixti fori, quamuis delinquens fuerit punitus in foro Ecclesiastico, sed non congruenter, poterit postea per iudicem laïcum puniri pœnis secundum ciuiles constitutiones introductis: Caccialu. *in l.* 1. *n.* 27. *C. de summ. Trinit.* Bald. *in l. placet, num.* 5. *C. de sacros. Eccles.* Sed ego non existimo hanc opinionem in praxi admittendam esse, quia ad Iudicem Ecclesiasticum spectat tanquam ad digniorem cognoscere, vtrum pœna per eum imposita sit delicto condigna, vt aduertit etiam Cæsar Caren. *in dict. tract. de offic. Inquisit. parte* 2. *tit.* 7. *num.* 16. post Barbos. *de offic. & potest. Episc. parte* 3. *alleg.* 51. *n.* 95. *in fin.* Eiusdémque sententiæ fuit Diana *p.* 1. *resol. moral.* 107. & *p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 61.

Secundo si cum crimine sortilegij hæreticalis, aliud delictum concurrat, poterit reus accusari de huiusmodi diuerso delicto coram Iudice sæculari, Masuer. *in praxi, Tit. des Renuois, num.* 11. *versic. Que si le Iuge.* Quem sequitur Barbos. *d. leg. Titia* 35. *num.* 55. *in fine ff. sol. matrim.* Farinac. *de heresi, quastion.* 181. *num.* 48. *versic. Benè verum est.* Qui tamen hoc asserit, concurrentibus duabus circumstantiis, videlicet, quod Iudex sæcularis præuenerit contra Lamias vel sortilegos de huiusmodi criminibus diuersis & separatis à sortilegio, veluti de homicidio, infanticidio, & similibus: & quod Iudex sæcularis procedat ex actis suis, non autem prætendere possit quod acta facta in Tribunali Sancti Officij Inquisitionis sibi communicentur. Idem tradit, *num.* 91. *versic. Nunquid autem.* Et in hoc adest differentia inter Tribunal Sancti Officij, & laïcos Iudices; quia hi, & similes qui non iudicant de causis Fidei, tenentur Inquisitoribus remittere acta sua, non item Inquisitores illis. 8

Considerandum quoque est quod in crimine sortilegij saltem hæreticalis, non est locus præuentioni Iudicis laïci, quia delinquens debet interrogari de complicibus & torqueri, quod sine dubio spectat ad Inquisitores priuatiuè, cum de hæresi Iudices sæculares cognoscere nollo modo possint, Scort. *ad select. Pontif. constit. Epitome* 10. *Theorem.* 34. Caren. *in d. tract. de offic. Inquisit. p.* 2. *tit.* 3. *n.* 15. Vnde in crimine sortilegij hæreticalis nullo modo Curiam sæcularem procedere posse tenuit Dian. *resolut. moral. p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 2. *in fin.* 9

Sed quæres. Si dubitetur vtrum sortilegium hæresim sapiat, quis de hoc cognoscet? Respondetur, cognitionem spectare ad Inquisitorem. Quia quilibet Iudex Delegatus cognoscit vtrum sua sit iurisdictio, Dian. *resol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *n.* 111. 10

Quæ autem sint sortilegia hæreticalia, & quæ non? copiosè explicat Farinac. *in tract. de heresi, qu.* 181. *num.* 2. *& multis sequentib. & in tract. de delict. & pœn quæst.* 20. *num.* 79. *& sequentib.* Carena, *de offic. Inquisit. par.* 2. *tit.* 12. *n.* 23. *& multis sequentib.* apud quos alij citantur. 11

Denique aduertendum est, ea omnia, quæ de sortilegiis hæreticalibus dicta sunt, vel non hæreticalibus, eadem ratione applicanda esse ad blasphemias hæreticales, vel non hæreticales: Nam de blasphemiis hæreticalibus Inquisitores priuatiuè cognoscunt. Quod si de Blasphemiis non hæreticalibus agatur, locum esse præuentioni inter Iudices Ecclesiasticos & laïcos, tenuit Sanchez, *in precept. Decal. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 37. Barbos. *de offic. Episc. part.* 3. *allegat.* 51. *numero* 93. *&* 94. Caren. *in dict. tract. de offic. Inquisition. parte secunda, tittul.* 7. *num.* 13. 12

Cæterum quæcumque de iurisdictione Inquisitorum, & aliorum Iudicum Ecclesiasticorum hactenus dicta sunt, vel in futurum dicenda, submitto libenter correctioni S. M. Ecclesiæ, sacræ Congregationis Sancti Officij Vrbis, & cuiuslibet melius sentientis, sicuti & omnia alia.

CAPVT XXVIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem in criminibus adulterij, vel assassinij, per Clericum vel laïcum cōmissi. Item in blasphemiis & aliis Iudæorum delictis. Item in crimine Concubinatus, Sodomiæ, Sacrilegij, & inuasionis bonorum Ecclesiæ. Quid si inuasio committatur circa bona Clerico in titulum patrimonij assignata, vtrum detur præuentio hoc casu in fauorem iudicis sæcularis. Denique vtrum in delicto polygamiæ Iudex laïcus procedere & præuenire possit. Quid dicendum de eo, qui matrimonium secundum contraxit, viuente prima vxore, cuius matrimonium erat nullum. De præuentione in crimine Assasinij: & quæ ad id requirantur.

SVMMARIVM.

1 *In delictis mixti fori, locus est præuentioni inter Curiam Ecclesiasticam & sæcularem, quando agitur de laicis: non item regulariter quando Clerici delinquunt.*

2 *In crimine adulterij, vtraque Curia cognoscit per præuentionem.*

3 *Si tamen agatur ad separationem tori, non iudicat laicus.*

4 *Assassinij crimen, est mixti fori, & in eo locus est præuentioni.*

5 *Si Clericus committat assassinium, Iudex laicus de eo potest per præuentionem cognoscere, dummodo clarè constet de assassinio, & quomodo de hoc constare dicatur.*

In crimine assassinij requiritur homicidium factum fuisse mediante pecunia.

Affectus sine effectu vtrum puniatur in crimine assassinij.

6 *Blasphemia à Iudæis commissa, punitur per Iudicem laicum, si præuenerit, alioqui per Ecclesiasticum præuenientem.*

7 *Quoties Iudæi delinquunt in crimine mixti fori, locus est præuentioni: si verò in crimine Ecclesiastico solus Iudex Ecclesiasticus adeundus est.*

8 *Inquisitores Sanctæ fidei, in quibus casibus cognoscere debeant de delictis Hebræorum.*

9 *Concubinatus delictum est mixti fori.*

10 *Si Iudex Ecclesiasticus procedat in crimine Concubinatus, quæ sit forma procedendi.*

11 *In crimine Sodomiæ, potest præuenire Iudex laïcus.*

12 *In crimine Sacrilegij, procedit laicus præuentiuè, nisi reus opponens de præuentione fuisset contumax, aut opponeretur de præuentione affectatâ, & procuratâ in fraudem.*

13 *Quando Clerici sunt complices alicuius delicti, facilius excluditur Iudex laicus à præuentione. Sed vide dicta superius*, cap. 12. num. 34. & cap. 18. num. 45.

14 *Præuentio locum non habet quando secundus iudex inquirit de delicto cum aliquâ qualitate aggrauante.*

15 *Inuasionis rerum Ecclesiæ crimen est mixti fori, & in eo locus est præuentioni inter forum Ecclesiasticum & sæculare.*

16 *Quomodo formandus sit libellus coram iudice Ecclesiastico super inuasione bonorum Ecclesiæ.*

17 *Ecclesia intentare potest remedium restitutionis in integrum coram Iudice Ecclesiastico aduersus laïcum reum.*

18 *Bona assignata Clerico pro patrimonio ad sacros Ordines suscipiendos, gaudent eodem fori priuilegio, quo bona Ecclesiæ.*

19 *Iudicem laicum cognoscere posse de crimine polygamiæ, quando quis duas habet vxores viuentes, multi existimant: Alij distinctione vtuntur.*

20 *Crimen polygamiæ, ratione contemptus seu abusus Sacramenti matrimonij, ad solum Inquisitorem priuatiuè pertinere varius est.*

21 *Quando quis secundam superinduxit vxorem, ex eo quod matrimonium cum primâ contractum, erat nullum, non tamen adhuc nullitas declarata, vtrum subijciatur iurisdictioni Inquisitoris & incurrat pœnas polygamiæ.*

Gendvm nunc est de nonnullis aliis delictis, quæ sunt mixti fori. Talia autem nuncupantur: quia in illis tam Iudex laïcus quam Ecclesiasticus, procedere possunt: & præfertur ille, qui præuenit; prout regulare est, vt actor possit eligere Iudicem competentem, vnum ex pluribus qui in aliquâ causâ adiri possunt, vt notat Abb. *in cap. cum sit generale* 8. *n.* 1. *&* 2. *de foro compet.* Quod intelligendum est de delictis commissis per laïcos: nam si Clerici deliquissent, non posset Iudex laïcus contra eos procedere, non quidem ex naturâ delicti, sed ex naturâ priuilegij personalis, Clericatus ordini concessi; exceptis tamen nonnullis delictis extraordinariis, in quibus Clericus amittit priuilegium fori, vt de assassinio mox dicemus, & notat Guid. Pap. *decis.* 178. *num.* 4. *in fine.* 1

Incipiendo ab adulterio, certum est illud esse mixti fori, & ab vtraque Curia, Ecclesiastica nempè & laïcali posse cognosci, & meliorem esse præuenientis conditionem: Iul. Clar. *§. final. quæst.* 37. *n.* 3. Tusch. *littera A, concl.* 228. *& littera M, concl.* 293. *num.* 21. Ratio est, quia hoc delictum continet violationem Sacramenti matrimonij, Farinac. *quæst.* 8. *num.* 130. *& quæst.* 141. *num.* 47. † Si tamen de adulterio ageretur ad effectum separationis tori, non esset locus alicui præuentioni; sed solus Iudex Ecclesiasticus adeundus esset: Farinac. *locis citat.* Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 8. *n.* 16. *& seqq.* Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 140. *ff. solut. matrim.* 2 3

Assassinium quoque est mixti fori per text. *in c.* 1. *de homicid. in* 6. & *ibi* DD. Ergo si Ecclesiasticus præuenerit, non poterit Laïcus petere causam ad se remitti, quamuis delinquens esset laïcus. Anton. de Marin. *resol. cap.* 51. *n.* 10. Ricc. *ad decis. Vinceut. de Franch.* 176. *in fine.* † Sed hoc habet speciale istud delictum, vt non solum possit Iudex laïcus præuenire Ecclesiasticum quando agitur de laïco delinquente, sed etiam quando crimen commissum fuit per Clericum, quia propter enormitatem huius criminis 4 5

minis amisit priuilegium fori. Quod tamen sic iotelligendum est, vt non statim priuilegium illod amittat Clericus, sed ita demum si plenè de assassinij qualitate constiterit, quæ est fundamentum iotentionis super iurisdictione, vt per DD. communiter *in cap. 1. de homicid. in* 6. Carol. de Grass. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 710. Indicia autem iodubitata ex quibus qualitas assassinij, sufficienter ad effectum præuentionis contra Clericum apparere dicatur, suot, pecuoiæ solutio vel promissio, mandatum vel mandati acceptatio; quare vnumquodque istorum debet esse probatum per duos testes, vt deinde remaneat probata qualitas per indicia sufficientia. De Mario. *dicto cap.* 51. *num.* 6. Plura Barbos. *de iure Eccles. vniuers. lib.* 2. *cap.* 39. §. 2. *num.* 83. & de Grass. *loco citato.*

Est enim necessarium, ad hoc vt locus sit pœnæ assassioij, vt crimen commissom fuerit interueniente pecunia, aut promissione alicuius rei loco pecuniæ: vt probat Farinac. *de homicid. quæst.* 123. *num.* 19. *& sequent. & num.* 141. *&* 153. & diximus *in quæst. benefic. cap.* 27. *n.* 8.

Et præmissa locum habent, etiamsi non fuerit subsequutus effectus, si deuentum fuerit ad actum proximum, quia io isto delicto punitur affectus, etiam sine effectu, quando deuentum fuit ad actum proximom: ideo hoc casu Iudex laïcus præuenire potest iu hoc crimine, etiam contra Clericum, vt testatur de Grass. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 681. Idque etiam ad effectum imponeodi pœnam ordinariam, vt per Eundem, *num.* 683.

6 De blasphemiis autem hæreticalibus, vel non hæreticalibus licet actum sit, *cap. præcedenti, num.* 11. remanet tamen decidendum, an præuentioni locus sit in crimine huiusmodi quando commissum fuit à Iudæis. Blasphemiam quidem, quæ non est hæreticalis, esse mixti fori diximus; & tuetur Farinac. *quæst.* 20. *num.* 39. Poterit ergo Iudex Ecclesiasticus huius delicti cognitionem sibi occupare præueniendo, etiam ratione blasphemiarum per Hebræos commissarum; atque ita contra aliorum senteoriam concludit *ibi* Farinac. *num.* 41. † Hæc enim genera-
7 lis est regula, quod quando Hebræi committunt aliquod crimen Ecclesiasticum, cognitio illius spectat priuatiuè ad forum Ecclesiasticom, & è contra quando delictum est laïcale, Iudex laïcus priuatiuè cognoscit. Quando autem crimen tale est quod si committeretur à Christiano laïco, esset mixti fori, est etiam mixti fori quoad Hebræos, & ab vtroque Iudice præuentiuè puniri possunt, Ricciul. *de iure person. extr. grem. Ecclesiast. exist. lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 6. Vnde io periurio Iudæi locus est præueotioni, Farinac. *q.* 160. *num.* 253.

8 In quibus autem casibus, cognitio delictorum per Iudæos commissorum ad Tribunal Inqnisitioois pertineat; determinat Bulla Felic. record. Greg. XIII. qoæ est 70. Iucip. *Antiqua Iudæorum*, quæ inseritur apud Dian. *in suis resolut. moralibus, par.* 4. *in fine*, & iu fine *directorij Inquisit.* continetur alia bulla Inoocent. IV. prohibens vsum impiorum librorum apud Iudæos, quam renouauit Clemens VIII. in suâ constitutione incipiente, *cum Hebræorum.* Ratiooe cuius retentionis, & lecturæ librorum, Inquisitores procedere debet contra Hebræos, necnon propter blasphemias circa ea quæ nobis in Fide communia cum ipsis sont; dæmonum iouocationem, Cathecumenorum à fide auersionem, Christianæ fidei derisionem, & alia quæ copiosius in dictâ bullâ Gregorij XIII. declaraotur.

9 Concubinatus quoque delictum est mixti fori, Tusch. *littera M, concl.* 193. *num.* 30. Quia verius est, etiam secundum ius Ciuile, hoc crimen esse punibile, quâ de causâ in huius punitione, præuentioni locum esse inter Curiam Ecclesiasticam & sæcularem, testatur Farioac. *de delict. carn. quæst.* 138. *num.* 31. † Quando autem Episcopus in hoc delicto 10
vult procedere, duplici viâ vti potest. Primo procedendo per censuras præuiâ trinâ monitiòne, ioxta formam Concilij Tridentini. *sess.* 24. *cap.* 8. Secundo procedendo secundum formam iuris communia, nullis præuiis monitionibus ad declarationem pœnarum à sacris Canonibus, vel Synodalibus coostitutionibus impositarum, vt notat Diao. *resol. moral. parte* 1. *tract.* 2. *resol.* 87.

Nefandom Sodomiæ crimen mixti quoque est 11
fori, & io eo locus est præuentioni, Clar. §. *fin. q.* 37. *num.* 5. Farinac. *dicta quæst.* 8. *num.* 129. Tusch. *lit. M, concl.* 295. *num.* 31.

Similiter Sacrilegium, in quo præuentioni quo- 12
que locus est: Farinac. *dicta qu.* 8. *num.* 132. Quamuis iu casu speciali ex facti circuostantiis decisum fuerit apud Mat. Anton. *lib.* 3. *resol.* 38. quendam delioquentem remittendum esse ad Iudicem Ecclesiasticum, non obstante præuentione Iudicis temporalis, qui præuenerat per capturam persooæ delinquentis. Quod ideo factum est, qoia reus erat contumax Curiæ spiritualis, vnde opponendo præuentionem noo videbatur audiendus (de quo tamen postea suo loco agemus) Vestr. *in praxi lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 24. Farinac. *de Inquisit. quæst.* 7. *num.* 54. Mascard. *de probationib. conclus.* 1226. *num.* 13. Præterea iste delinquens, cum se videret Curiæ contumacem, sponte se præsentauit, & coostituit in carceribus Curiæ temporalis, & sic erat præuentio procurata & affectata, quæ non proderat, vt pluribus in locis diximus, & docet Boss. *de foro compet. num.* 98. Farinac. *quæst.* 7. *num.* 53. *versic. sublimita primo, & num.* 64.
† Et denique quia in illo delicto aderant duo Cle- 13
rici complices, & per consequens ratione connexitatis, ne continentia causæ diuideretur, iudicatum fuit, totam causam coram Iudice Ecclesiastico, non obstante iudicis sæcularis præuentione, tractandam, Osasc. *decis.* 105. *num.* 3. *&* 9. Couar. *pract. quæst.* 34. *num.* 1.

Sed hoc etiam, ad causam in Curia Ecclesiastica 14
retineodam, consideratum fuit, qood Iudex huius Curiæ procedebat ratione illius delicti cum qualitate magis aggrauante. Atqui de iure quando secundus Iudex procedit contra delinquentem cum grauiori qualitate, primus silere debet: Farinac. *dict. quæst.* 7. *num.* 65. per text. *in l.* 2. §. *fin. de adulter.* Vbi dicitur, quod etiam si socer, seu pater vxoris præuenerit maritum filiæ suæ ratione adulterij, per eius filiam commissi, tamen maritus præfertur patri in accusatiooe vxoris, & accusatio patris noo obstante præueotione reiicitur. Quia è propensiori iure & maiori dolore, maritum accusationem prosequuturum credendum est. Qui textus licet de accusatoribus loquatur, tamen & ad Iudices extendendus est, quoties secundus Iudex procedit cum grauiori qualitate, Coler. *decis.* 237. *num.* 9. Sicut quando inter duos iudices, vnus procedit super delicto grauiori, iste in dubio præferri debet, Clar. §. *fin. quæst.* 38. *numero* 28. Boss. *de foro compet. num.* 102. Vbi hoc explicat, exemplo primi Iudicis soper vulnere procedentis, & secundi inquirentis super occisione, aut si vnus simpliciter super vulnere, & alius super vulnere illato animo deliberato procederet. Et propter has rationes, causa fuit, in casu dictæ resolutionis, retenta iu Curiâ Ecclesiasticâ. Illis enim cir-

cunstantiis cessantibus locus fuisset fine dubio præuentioni, fauore Curiæ laicalis. De hac materia vide quæ dicta sunt *infr. hac par. 2. cap. 3 2. n. 21.*

15 Aliud proponitur delictum, nempè inuasionis bonorum & rerum Ecclesiæ per laicum factæ, quando videlicet bona Ecclesiæ indebitè & violenter occupantur, vel aliter fraus circa bona, & iura Ecclesiæ committitur. Hoc enim casu Iudex Ecclesiasticus contra huiusmodi delinquentes cognoscere potest, vt ostendimus *parte 1. cap. 22. num. 4.* Non tamen priuatiuè quoad laicum Iudicem, quia & hic, si præuenerit, huius delicti cognitionem sibi iure vendicat, vt ex doctrinâ omnium, *in cap. cum sit generale 8. de foro compet.* testatur Barbos. *in notis ad cap. 2. de priuileg. n. 14.* Abb. *in d. cap. cum sit generale, n. 6.* & Anchar. *num. 6. & 7.*

16 Quomodo autem formandus sit libellus hoc casu coram Iudice Ecclesiastico, docet *ibidem* Abb. & Anchar. nempè ad fundandam iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici in hoc crimine, necesse est allegare & deducere dolum, fraudem, inuasionem vel rapinam contra res & bona Ecclesiæ, quibus non allegatis, non erit fundata iurisdictio contra laicum reum. Imò si hæc deducantur in libello, & postea istæ qualitates & circunstantiæ non probentur, ipsum reum absoluendum esse ab obseruatione iudicij voluit *ibi* Anchar. *num. 6.*

17 Similiter quamuis in iudicio restitutionis in integrum Iudex rei conuenti adeundus sit (vt suo loco diximus) tamen quando Ecclesia hoc remedio vti desiderat, non impeditur adire Iudicem Ecclesiasticum ex speciali priuilegio Ecclesiæ concesso, vt per Abb. & Anchar. & alios DD. *in dicto cap. cum sit generale*, Cald. *in l. si curatorem habens in verb. Implorandum, num. 32.* Couar. *lib. 1. var. resolut. cap. 4. num. 2.*

18 Notandum etiam est, quod si ageretur de bonis, sub quorum titulo, patrimonij nomine Clericus factis ordinibus initiatus fuit, idem ratione talium bonorum competit priuilegium, vt si in illis fraus, rapina, dolus, vel inuasio commissa sit, de eo coram Iudice Ecclesiastico, sicut & de propriis ipsius Ecclesiæ bonis tractari possit, vt per *Gloss. fin. in cap. Episcopus, de prabend.* Et quamuis contrarium tenuerint Couat. *dicto lib. 1. cap. 4. num. 4.* Add. *ad practic. crim. Diaz, cap. 18. num. 14.* cum aliis per eos citatis; Non tamen videtur recedendum ab opinione dictæ Glos. stante dispositione Concilij Trident. *sess. 21. cap. 2.* vbi dicitur bona huiusmodi in titulum patrimonij Clerico ad sacros Ordines suscipiendos assignata, sine licentia Episcopi non posse alienari, & eâ ratione videntur ipsius iurisdictioni, & cognitioni ex eiusdem Concilij mente supposita. Et per hanc rationem, ita tenet Cordub. de Lara. *in leg. si quis à liberis, §. solent. n. 36. ff. de lib. agnoscend.* vbi alij huius sententiæ assertores allegantur.

19 Delictum quoque polygamiæ, quando quis eodem tempore duas habet vxores viuentes, mixti fori esse, nonnulli DD. existimant; quos refert & sequitur Vincent. de Franch. *decis. 36. num. 4.* Et Marc. Ant. Genuens. *in praxi Episcop. cap. 68. num. 13.* vbi apertè dicit, quod si Curia sæcularis præuenerit in hoc delicto, reus ad Curiam Ecclesiasticam remittendus est, vt inquoeatur super intentione, & abiuret si abiurationi locum esse iudicatum fit: deinde vero iterum remitti debet ad Iudicem sæcularem, qui hunc delinquentem secundum iuris sanctiones debitis pœnis puniri mandet; quando vero Curia Ecclesiastica præuenit, in totum debet procedi in illâ Curiâ, nec voquam reus ad Tribunal Iudicis sæcularis remittendus est: & in effectu ego alias quendam polygamum anno 1615. condemnaui tanquam Iudex Curiæ temporalis Sancti Petri huiusce ciuitatis, & sententia fuit publicè demandata exemplari executioni.

Alij vero hac distinctione vtuntur, quod si quis duas simul vxores duxerit, vel mulierem iam alteri coniugatam scienter sibi matrimonio copulauerit in contemptum Fidei, vel Sacramenti, causa ista ad Iudices Fidei priuatiuè pertineat, si vero ad solam libidinem explendam, causa ista fit mixti fori, & in illa locus fit præuentioni. Ita Farinac. *dicta quæst. 8. num. 127.*

20 Sed quidquid sit, verius est nollum esse præuentioni locum in hoc crimine, imò huius causæ cognitionem omnino, & priuatiuè ad Tribunal Sancti officij Inquisitionis pertinere: quia cum in tali delicto contineatur abusus Sacramenti matrimonij, sequitur punitionem ad solos Iudices pertinere, quorum de rebus fidei, & Sacramentorum contemptum tangentibus cognitio est. Rationem hanc reddit Farinac. *de delict. carn. quæst. 140. numer. 24.* Quia quicumque duas simul vxores ducit, siue clam siue palam id faciat, semper est de hæresi suspectus. Quod tamen temperat *in addit. ad dictum locum*, vt remittatur arbitrio Inquisitoris, vt videat vtrum sit suspectus, an non; & vtrum abjurare debeat vel de leui, vel de vehementi, & *in tractat. de heresi, quæst. 178. num. 71.* vbi hoc benè confirmat: & nouissimè tradit Cæs. Careo. *de offic. Inquisit. par. 2. tit. 5. §. 3.*

21 Sed dubitatum fuit, & nonc de hoc agitur in tribunali Sancti Officij huius ciuitatis, vtrum ille, cuius matrimonium cum primâ coniuge contractum, erat nullum, quia non fuerat factum coram proprio Parocho alterius ex coniugibus; prout requiritur per dispositionem sacri Concilij Tridentini, si secundam vxorem legitimè ducat, incurrat pœnas polygamiæ, aut aliquâ pœnâ puniendus sit. Duo casus in hac quæstione distinguuntur. Primus est, quando nullitas primi matrimonij non est patens, & secundum, contractum fuit sine declaratione præuia nullitatis, & tunc locus erit pœnæ Polygamiæ, & sic contrahens subditus erit iudicio Inquisitorum, Farinac. *dicta quæst. 178. num. 72. versic. sic & is qui primo matrimonium.* Secundus casus, cum nullitas est patens, & tunc causæ cognitio non spectabit ad Inquisitorem; sed ad Episcopum, & ex eo quod non sequuta declaratione nullitatis primi matrimonij, ad secundum connolauerit, & sic contrahens punietur per Episcopum pœnâ contentâ *in cap. cum in Apostolica*, vbi DD. *de sponsalib.* Farinac. *loco citato, versic. Quod si nullitas primi matrimonij.* Cæs. Caren. *loco cit. parte 2. tit. 5. §. 5. num. 31. & 32.* Qui similiter dicit subiici iudicio Inquisitoris, qui post primum matrimonium validum, contraxit secundum inualidum, nisi tamen nullitas procederet ex defectu consensus.

CAPVT XXIX.

ARGVMENTVM.

De variis aliis casibus in quibus locus est præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem. De incestu, raptu, stupro. De infractione pacis. De delictis com

commissis intra Ecclesiam,& offensis contra Clericos intra Ecclesiam illatis. Deniq; de delinquenribus circa obseruationem festorum ab Ecclesia indictorum. Quæ omnia an sint mixti fori, & præuentioni obnoxia, demonstratur; iunctis aliis casibus notaru dignioribus. De Clerico Apostata; & de committente crimen læsæ maiestatis. Quis in his causis sit iudex competens; & vtrum sit in his locus præuentioni.

SVMMARIVM.

1 *Incestus duplex est, vnus qui committitur cum personâ cum quâ non potest contrahere matrimonium propter impedimentum carnale, alius quando ob impedimentum spirituale.*

2 *Circumstantia cognationis spiritualis exprimenda est tam in foro pœnitentiali,quam in dispensationibus obtinendis.*

3 *Cognationis spiritualis gradus, quinam attendantur hodie.*

4 *Super incestu spirituali, solus iudex Ecclesiasticus priuatiuè cognoscit.*

5 *In incestu carnali, datur præuentio intra Curiam Ecclesiasticam, & temporalem.*

6 *Absolutus super adulterio, potest de incestu accusari.*

7 *Inter raptorem & raptam, vtrum contrahi possit matrimonium.*

8 *Causâ raptus præuentâ, suspenditur causa matrimonij.*

9 *Raptus potest per quemcunque iudicem loci, in quo delinquens reperitur, dummodo sit competens, & sic laicus per Iudicem sæcularem, Clericus per Ecclesiasticum, puniri.*

10 *Crimen stupri punibile est, tam de iure Ciuili quam Canonico.*

11 *Natus ex stupro, tanquam ex coitu punibili, non succedit patri.*

12 *Crimen stupri mixti fori esse, & dari in eo præuentionem inter Iudicem spiritualem & temporalem. Sed contra,* num.13.& 15.

14 *Stuprum cum moniali commissum ab vxorato, puniri posse per Iudicem laicum,fuit decisum in Senatu Pedemontano: quod tamen in dubium reuocatur.*

15 *Si cum stupro admixtum sit adulterium, crimen est mixti fori, & locus erit præuentioni, quando agitur contra laicum delinquentem: si vero contra Clericum, solus Iudex Ecclesiasticus procedit.*

16 *Puella stuprata,dos in foro interiori debetur,si aliquod interesse passa sit, sin minus non debetur:vide tamen infra,* num.22.

17 *In foro exteriori dos puellæ stupratæ secundùm aliquos debetur in pœnam. Contra,*num.18.

18 *Si puella stuprata moriatur antequam nubat,stuprator dotem illi assignare non tenetur.*

19 *Stuprator vltra dotem puellæ, tenetur fisco ad pœnam.*

20 *Dos non debetur puellæ, nisi sub conditione nuptiarum.*

21 *Stuprator dotem solutam repetit, si puella postea decodat antequam contrahat matrimonium.*

22 *Si maritus vxorem malè tractet propter stuprum præcedens, aut illa quodlibet damnum occasione defloratiônis patiatur, stuprator illud resarcire tenetur.*

23 *Stuprum commissum cum viduâ, si non interuenerit vlla violentia, aut alia qualitas aggrauans, non est punibile.*

24 *Stupri materia, apud quos DD. tractetur.*

25 *Stuprum si cum viduâ sit commissum, cum qualitatibus aggrauantibus, non solum punibile est, sed reus in carceribus detinendus est, neque fideiussoribus committendus.*

26 *Puella stuprata, potest in certis casibus praecisè petere, vt stuprator cum ipsâ contrahat matrimonium, & hoc casu causa priuatiuè spectat ad tribunal Ecclesiasticum.*

27 *Crimen fractæ pacis est mixti fori, & per consequens in eo locus est præuentioni, inter vtriusque fori iudices.*

28 *Vtrum Index laicus, contra concubinam Clerici procedere criminaliter possit. Distinguitur inter concubinam publicam seu notoriam, & secretam.*

29 *Vtrum locus sit præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem,quando delictum committitur intra Ecclesiam.*

30 *Clericus delinquens in Ecclesiâ, vel extra Ecclesiam, à solo Iudice Ecclesiastico puniendus est.*

31 *Quando laicus committit aliquod delictum intra Ecclesiam, cognitio huius delicti spectat ad Iudicem laicum, si in manibus habeat delinquentem.*

32 *Quando is qui deliquit intra Ecclesiam est contumax, si sit laicus, vterque Iudex, spiritualis videlicet & temporalis, delinquentem sub suâ cognitione habet, & procedit aduersus ipsum ad declarationem pœnarum, quas quilibet imponere potest.*

33 *Locus in quo delictum committitur, non tribuit nouam iurisdictionem Iudici Ecclesiastico.*

34 *Iudex Ecclesiasticus, ratione Sacrilegij procedere potest aduersus laicum intra Ecclesiam delinquentem.*

35 *Ratione violatæ immunitatis Ecclesiasticæ, delictum quod laicus committit intra Ecclesiam, esse mixti fori, & in eo locum esse præuentioni verius est.*

36 *Si laicus Clericum offenderit intra Ecclesiam, hoc crimen est mixti fori.*

37 *Ratione Sacrilegij, quando delictum commissum est intra Ecclesiam, Iudex Ecclesiasticus procedere potest ad impositionem censurarum & excommunicationis, si illi locus sit,laicus vero ad pœnas temporales.*

38 *Festorum violationis delictum,vtrum cognosci possit per præuentionem à Iudice laico.*

39 *Festorum violatio, concernit iurisdictionem Ecclesiasticam, propter contemptum præceptorum Ecclesiæ.*

40 *In crimine violationis festorum locus est præuentioni inter Tribunal Ecclesiasticum & sæculare, & super hoc affertur constitutio sancta mem. Pij V.*

41 *Si Episcopus laico concesserit licentiam laborandi diebus festiuis, non poterit aduersus eum Curia temporalis criminaliter procedere.*

42 *Si quis se fingat Clericum,quamuis sit laicus,huius delicti cognitio ad forum Ecclesiasticum & sæcularem quomodo spectet.*

43 *Si quis falsò se fingat Sacerdotem, subijcitur iurisdictioni Inquisitorum, si Sacramenta ministrauerit,*

uerit, & quibus pœnis ex summorum Pontificum constitutionibus supponatur.

44 *Si animalia, aut coloni Clericorum, damnum dederint alicui territorio laicorum, utrum iudex temporalis, an vero Episcopus cognoscere possit, aut sit locus præuentioni, & in quibus casibus, explicatur iuxta mentem sacræ Congregationis.*

45 *Clericus negotiationem illicitam exercens, conueniri potest coram Iudice laïco in concernentibus illam artem quam exercet.*

46 *Intellige dummodo fuerit anteà, ter monitus, ut desisteret; alias non perdit fori priuilegium.*

47 *Intellige secundo, ut hoc procedat durante negotiatione: nam illâ cessante vel finitâ, Clericus gaudet priuilegio fori.*

48 *Clericus repertus cum armis prohibitis, an & quando possit spoliari armis per Curiam laicalem.*

49 *Clericum, hoc casu secundum aliquos, posse ad aliquam pœnam per Iudicem laicum condemnari, quidam existimant, quod tamen in dubium reuocatur.*

50 *Clericus repertus in venatione, vel piscatione prohibitâ, potest per laicos officiales instrumentis & auibus spoliari, ad pœnam autem arbitrio tantum Episcopi condemnandus est.*

51 *Materia præuentionis Ecclesiasticæ apud quos plenè tractetur.*

52 *Clericum depositarium solus Iudex Ecclesiasticus ad restitutionem depositi cogere potest, ex veriori sententia.*

Clericus apostata potest præueniri coram Iudice laïco, siue sit apostata ab Ordine, siue à Religione.

Et utrum hoc locum habeat in crimine læsæ Maiestatis, aut adulterationis monetæ.

1 SVPEREST nunc vt de nonnullis aliis
delictis, & casibus agamus, in quibus
oriri potest inter Iudicem Ecclesiasti-
cum, & sæcularem, de præuentione con-
trouersia. † Et primo quidem quod ad incestum
attinet, cum ille duplex sit, vnus quidem est in-
cestus ob impedimentum carnale, quando com-
mittitur cum personâ cum quâ matrimonium con-
trahi prohibetur propter impedimentum proue-
niens ob consanguinitatem vel affinitatem. Alius
incestus est ille, qui cum personâ aliquâ committi-
tur, cum quâ matrimonium contrahi non poterat
occasione compaternitatis, seu cognationis spiritua-
lis, prout duas hasce species incestus distinguit
Dian. *resolut. moral. parte 3. tract. 4. resol. 140. versic.
non reticeam.* Menoch. *de arbitr. casu 502. num. 27.*
Vbi dicit incestum committi, non solum cum affi-
nibus vel consanguineis; sed etiam cum cognatis
2 cognatione spirituali. † Ideo circumstantia ista co-
gnationis spiritualis exprimenda omnino est tam in
foro pœnitentiali, quam in dispensationibus Apo-
stolicis, vt dicit Pyrr. Corrad. *in praxi dispens. lib. 8.*
3 *cap. 1. num. 10.* † Intelligendo tamen, vt hoc restrin-
gatur ad casus, & gradus per Concilium Trident.
determinatos, *sess. 24. de reformation. matrim. cap. 2.*
Nempe vt cognatio inducatur inter tenentem & ten-
tum, & illius patrem & matrem, necnon inter bap-
tizantem & baptizatum, baptizatique patrem &
matrem tantum. Ex Confirmatione vero inter con-
firmantem & confirmatum, illiúsque patrem & ma-
trem, & tenentem.

4 In hac spirituali cognatione si incestus fuerit
commissus, non potest vllo modo Iudex tempora-
lis procedere ad punitionem & cognitionem huius
delicti, sed priuatiuè spectabit ad Iudicem Ecclesia-
sticum, vt determinat Thesaur. *decis. 100. numer. 6.*
Ratio est; quia istud delictum de iure Ciuili non-
dum erat excogitatum, ideo non potest Iudex laï-
cus procedere ad pœnas temporales, quæ non sunt
à iure Ciuili statutæ, Bermund. Couet. *de public.
concubin. titul. de incestu, num. 32.* Farinac. *quæst. 149.
num. 48.*

In crimine vero incestus, si committatur cum per- 5
sonâ affini vel consanguineâ, per Clericum; solus
Iudex Ecclesiasticus priuatiuè cognoscit: si vero per
laïcum, procedit Iudex laïcus: ex Thesaur. *dicta de-
cis. 100.* Bermund. Couet. *loco citato, num. 33.* Sed
si laïcus delictum istud incestus committat, cogni-
tio videtur spectare ad Iudicem laïcum, vt fusè pro-
bat Osasc. *decis. 103. per totam*, vbi loquitur etiam
de incesto commisso cum moniali per laïcum etiam
vxoratum, de quo tamen agemus inferius, *num. 14.*
Quæ quidem vera sunt, non vt iudex sæcularis de
hoc crimine priuatiuè cognoscat; sed cumulatiuè
cum Iudice Ecclesiastico, & sit inter eos præuentio-
ni locus, Paul. Grilland. *in tract. de pœn. omnifar. coi-
tus, quæst. 3. num. 4.* post Abb. *in cap. Clerici, 4. de ex-
cessibus Prælat.*

Hoc etiam in hac materia aduertendum est, quod 6
si adulterium cum incestu admixtum fuerit, quam-
uis accusatio facta fuerit pro adulterio, & sequuta
sententia absolutoria, tamen potest illâ non obstan-
te accusari, & (si delictum probetur) condemnari
pro incestu, & è contra, *leg. de crimine 9. Cod. de ac-
cusation.* Bart. *in l. si adulterium, 38. num. 5. ff. ad l. Iul.
de adulter.*

Secundo loco occurrit crimen Raptus, de quo ali- 7
quid diximus *in nostris quæst. beneficial. lib. p. 1. cap. 117.*
vbi ostendimus, quia matrimonium non potest con-
trahi inter raptorem, & raptam nisi sub certis condi-
tionibus in Concilio Tridentino expressis, eâ de cau-
sâ, non posse causam matrimonij tractari quandiu
pendet causa raptus. † Ideo præuentionem super 8
raptu facere, vt causa matrimonij suspendatur, imò
etiam sine præuentione propter præiudicialitatem
huius causæ ad causam matrimonij. † Sed omissis 9
superfluis resoluẽdum est, quod licet raptores, quo-
cunque in loco reperti fuerint, ibi puniti possint,
leg. 1. §. siu autem, in fine, & *ibi* Gloss. *Cod. de raptu
virg.* Tamen hoc intelligendum est, dummodo Iu-
dex ille, qui punire vult, sit competens, ideo Cleri-
cus non respondebit in hoc crimine coram Iudice
laïco, nec laïcus coram Iudice Ecclesiastico, vt pro-
bat Farinac. *de delict. carn. quæst. 145. numer. 63, &
sequentib.*

Tertio agendum est de præuentione inter Iudi- 10
cem Ecclesiasticum & temporalem in causa stupri,
nam stuprum vtroque iure punibile esse, non est du-
bitandum. Iure quidem Canonico *in cap. 2. de adul-
ter. & stupr.* Iure vero Ciuili, *§. item lex Iulia Institut.
de public. iud. l. stuprum 34. in fine. ff. ad l. Iul. de adul-
ter.* Iul. Clar. *in §. stuprum.* Honded. *consil. 68. n. 12.
vol. 1.* † Et ideo natus ex stupro, prohibetur patri 11
succedere tanquam natus ex coïtu punibili, Gamma
decis. 321. num. 2. † Cum igitur hoc crimen vtroque 12
foro punibile sit, concludunt DD. illud esse mixti fo-
ri, Guaza. *de defens. reor. defens. 1. cap. 11. numer. 25.*
allegans Menoch. *de arbitr. casu 288. num. 21.* vbi di-
cit, quod Iudex Ecclesiasticus dotem arbitratur, quæ
per stupratorẽ puellæ stupratæ præstari debet quan-
do Clericus deliquit, sæcularis vero quando laïcus.
Sed hæc doctrina Menochij non probat id ad quod
allegatur. Imò videtur probare contrarium. Quia
si crimen esset mixti fori, quando laïcus stuprum
com

commisit, iudex Ecclesiasticus posset de crimine cognoscere, & dotem incidenter taxare. Et è contra; quamuis esset crimen mixti fori. Posset tamen solus Iudex Ecclesiasticus Clericum pro illo punire, cum superiùs demonstratum sit; etiam in criminibus mixti fori iudicem laicum non posse aduersus Clericum procedere, tanquam incapacem ratione per-
13 sonæ delinquentis. † Et propterea verius videtur Farinac. *quæst.* 8. *num.* 53. *vers. Et quid iuris de stupro.* dixisse crimen stupri ad solum Iudicem laicum pertinere quando delinquens est laicus, & sic non esse locum præuentioni inter ipsum, & Ecclesiasticum.
14 † Prout etiam tenet Osasc. *decis.* 103. vbi loquitur in fortiori casu, nempe de vxorato qui stuprum commisit cum moniali; quamuis hoc casu ratione loci & personæ verius existimem cognitionem huius criminis spectare ad iudicem Ecclesiasticum, prout ego alias vidi in facti contingentia non semel obseruari.
15 † Sed cessantibus qualitatibus aggrauantibus: solus Iudex Laicus procedere debet ex Farinac. *de delic. carn. quæst.* 148. *num.* 4. Quod limitatur, nisi cum stupro iunctum esset adulterium, tunc enim esset mixti fori, & locus esset præuentioni. Sed tamen Iudex Ecclesiasticus, iudicaret ad condemnandum reum in pœnis spiritualibus, sed Iudex laicus cognoscere super dote & super interesse puellæ stupratæ, Francisc. Marc. *decis.* 2. *n.* 3. *&* 4. *p.* 1. & (dicens Senatum illum sic semper iudicasse) Thesaur. *decis. Pedem.* 148. *num.* 4. quamuis *ibidem* Thesaur. filius *in addi.* dicat quod Iudex Ecclesiasticus posset etiam cognoscere per præuentionem, si Iudex laicus manum non apposuerit, tutius tamen esse si abstineat. Si tamen hoc casu cognoscat, & leuiter puniat, poterit Iudex laicus maiorem & condignam pœnam imponere: eandemque sententiam, quod solus Iudex laicus possit de stupro cognoscere, quando persona Clerici non est admixta, probat Bcimund. Couer. *de public. concubin. in tit. de stupro. n.* 41. Farinac. *de delict. carn. q.* 147. *n.* 53.

16 Hic tamen obiter quædam circa huius delicti punitionem notanda sunt, quæ etiam ad tractatum præuentionis inter Curiam Ecclesiasticam & temporalem adaptari possunt. Et primo quidem, quod longè diuersum est iudicium fori interioris in hac materiâ, & fori exterioris. Nam in foro conscientiæ, stuprator non tenetur ad dotem assignandam puellæ quam dotauit, si vel maritum sibi æqualem inuenerit, & sic nullum damnum passa sit, vel antequam nuberet mortua sit, Dos enim puellæ in foro interiori debetur tanquam interesse, non vti pœna, quæ solum forum iudiciale respicit: Couarr. *in reg. peccatum, parte* 2. §. 3. *n.* 8. *& in tract. de matrim. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 12. Vasquez *lib.* 4. *controuers. cap.* 7. *nu.* 23. Lop. *in tract. de illegitim. comment.* 1. §. 5. *n.* 125. *versic. In foro autem conscientiæ.* Bonacin. *de matrim. quæst.* 4. *punct.* 17. *n.* 10. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *n.* 29. *vers. Quarto.*

17 Quod iudicium vero fori exterioris variæ sunt DD. sententiæ: nam Thesaur. Iun. *in addit. ad decis.* 3. existimat dotis constitutionem deberi per stupratorem, in pœnam criminis, non autem ad resarciendum damnum stupratæ, ideo dicit dotem statim non expectatis nuptiis puellæ deberi: idem tenet Cancet. *lib.* 3. *cap.* 11. *de sponsalib. num.* 142. *& sequentib.* Gomes. *ad l.* 8. *Tauri, n.* 11. *&* 22. & Berlich. *lib.* 4. *comm. conclus. cap.* 38. *n.* 26. Lup. *loco mox citato, num.* 125.

18 Contrariam tamen sententiam alij veram existimant, & ideo volunt quod si puella moriatur innupta, nulla dos debeatur, cum dotis solutio non

Saulegerij de Præuent. Iudic. Pars II.

debeatur tanquam pœna, sed tanquam interesse. † Quod probatur ex eo quod stuprator vltra do- 19
tem, ad aliquam aliam pœnam erga fiscum est condemnandus: Ricc. *part.* 3. *decis.* 55. *num.* 16. Farinac. *de delict. carn. quæst.* 147. *n.* 63. 64. *&* 101. *&* 104. Abb. *in cap. peruenit* 2. *num.* 4. *de adult. & stupr.* Si igitur dos non in pœnam, sed ratione interesse, puellæ debetur, sequitur quod si puella decedat antequam nubat, nulla dos debetur, quia tunc ipsa nullum patitur interesse: vt bene deducit Caualc. *in Indice decis. ad primam partem, in verb.* Matrimonium sine denunciationibus, *n.* 7. † Aliam addens rationem, quia dos 20
puellæ debetur, sub conditione nuptiarum, ergo nuptiis cessantibus non debetur: ad tradita *in l. Titio centum,* §. *Titio genero, ff. de condit. & demonstr.* Et prædictam sententiam tuetur Claud. ad Bertszzol. *consil.* 96. *in vltima addit.* Farinac. *dicta qu.* 147. *num.* 123. Fontan. *de pactis nuptial. claus.* 5. *gloss.* 5. *p.* 1. *n.* 87. *& multis seqq.* Trentacinq. *lib.* 3. *var. resol. tit. de matrim. resol.* 1. *num.* 2. *versic. Dos ista non debetur.* Menoch. *de arbitr. d. casu* 188. *n.* 22. Diaz. *in pract. crimin. cap.* 33. *nu.* 7. & *ibi* Add. *littera D, in verbo à præstatione detis.*
† Immo plus voluit Trentacinq. *loco cit.* quod si dos, 21
per stupratorem soluta fuerit; & postea non sequatur puellæ matrimonium, ipsâ innuptâ moriente locus est repetitioni illius dotis, dicens sic in facti contingentiâ sæpius fuisse iudicatum. Et hanc sententiam bene probat Nouar. *p.* 1. *quæst. forens.* 27. *n.* 6. *&* 7. *& per totam,* vnde hæc posterior sententia magis communiter recepta videtur. † Ita tamen vt quamuis 22
puella stuprum passa, viro æqualis conditionis nupserit, nihilominus dos illi debeatur: Farinac. *dicta q.* 147. *nu.* 127. Immo ratione iniuriæ, quam mulier ex defloratione passa est, cum illa sit pecuniâ æstimabilis, stuprator semper tenetur ad restitutionem illius damni quod ea ratione passa est, Bonacio. *de matrim. dicta q.* 17. *punct.* 4. *nu.* 8. velut si maritus eâ de causâ malè tractaret vxorem, aut aliâ ratione ipsa damnum pateretur, Gutier. *Canonic. qu. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 23. *vers. Quod procedit primo.*

Secundo loco notandum est, quod quando agi- 23
tur de stupro commisso cum viduâ per laicum, si nulla interueniat violentia, non potest Iudex laicus, & multo minùs Ecclesiasticus ad aliquam cognitionem & punitionem procedere. Nam illa exceptio, quod factum non est punibile, impedit ingressum litis, Guazzin. *de defens. reor. defens.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. Stuprum autem simplex cum viduâ non est punibile. Clar. *in* §. *stuprum, num.* 4. Gomes. *ad l.* 80. *Tauri, num.* 14. Ioseph. Ludouic. *decis. Lucens.* 61. *n.* 1. *& seqq.* Rota, *decis.* 808. *num.* 11. *part.* 2. *diuers. per l. si vxor. ibi.* Impunè stuprum in eam committitur, *ff. ad l. Iul. de adulter.* Farin. *qu.* 147. *n.* 14. Tusch. *lit. S, concl.* 709. *n.* 12. *&* 13. Cod. Fabrian. *lib.* 9. *tit.* 7. *defin.* 5.

Cætera quæ materiam stupri concernunt, videri poterunt apud Farinac. *d. quæst.* 147. Addentes ad 24
Vincent. de Franch. *decis.* 333. Ceoed. *collectan.* 37. Menoch. *de arbitr. cas.* 288. Barbos. *ad cap.* 2. *de adult. & stupro.*

Supradicta vera sunt, quando stuprum cum viduâ 25
commissum, non est qualificatum per circumstantias aggrauantes: hoc enim casu, nempe quando interueniunt circumstantiæ aggrauantes, non solum locus esset actioni criminali, sed etiam reus veniret in carceribus, detinendus, nec esset committendus fideiussoribus, vt fuit decisum per Rotam Auen. D. à Laut. *dec.* 72. *per totam,* quia agebatur de viduâ honestæ conditionis, sub spe matrimonij per plures annos deceptâ, & alia concurrebant de quibus *in dicta decisione.*

B b Hoc

26 Hoc etiam notandum est, quod si puella stuprata ageret contra deflorantem, ad matrimonium, prout in certis casibus ad illud præcisè cogi potest, nec dotem dando liberatur, vt fuit decisum *in Calaguritana Matrimonij*, 13. *Martij* 1643. coram D. meo Meltio apud Dian. *post 7. partem resolut. moral.* aut aliàs ageretur pro parte puellæ ad matrimonium, dimissâ lite criminali, solus Iudex Ecclesiasticus in causâ matrimoniali competens esset, ex notatis per Barbos. *de Episcopis, alleg.* 84. *num.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 2. probatur *in cap. accedentibus, de excess. Prælat.* Guazzin. *de defens. reor. defens.* 1. *c.* 11. *n.* 16.

27 Quarto loco videndum est, de crimine fractæ pacis, in quo verum est dari præuentionem inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, vt concludit Abb. *in cap. super quibusdam* 16. *de verb. verb. signific. num.* 10. *& in cap. cum sit generale,* 8. *de foro compet. num.* 28. Felin. *ibid. num.* 19. Guazzin. *dicta defens.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. post Decian. *in tract. crimin. tom.* 7. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 43.

28 Quinto de concubinâ Clerici, an & quando puniri possit per Iudicem laicum, copiosè differit Farinac. *in addit. ad quæst.* 8. *num.* 131. Et in summâ, concludit illam puniri posse à Iudice Ecclesiastico. A laico vero non posse puniri si secreta sit, posse autem si sit publica.

29 Sexto cum quidam laicus, laico intra Ecclesiam, alapam impegisset, aut etiam vulnerasset, qui sic offensus coram Iudice laico querelam dedisset, causâque per præceptum arresti, vel carcerationem personæ coram Iudice Curiæ temporalis fuisset præuenta. Quæsitum fuit vtrum Iudex Ecclesiasticus in præiudicium præuentionis procedere posset, &
30 de huiusmodi delicto cognoscere. † Dixi de laico delinquente; nam si Clericus deliquisset, indubitatum est, actorem seu querelantem laicum, teneri se
31 qui forum Clerici rei & accusati. † Sed si Iudex laicus præuenerit inter laicos, non potest Iudex spiritualis prætendere cognitionem illius causæ, sub eo prætextu, quod delictum commissum fuerit intra
32 Ecclesiam. † Et hoc procedit quando delinquens non est in contumaciâ. Si enim esset contumax, vtpotè quod non compareat, seu aufugerit, aut aliâ ratione haberi non possit, vterque Iudex procedet, cum contumax non possit opponere de præuentione, ideo Iudex sæcularis imponet contumaci pœnas temporales, & Ecclesiasticus pœnas spirituales, & quilibet ipsorum respectiuè tales, quales de iure imponere potest: Farinac. *in appendice de Immunit. Eccl.*
33 *clef. cap.* 16. *num.* 236. † Quod autem locus, in quo delictum commissum est per laicum, non tribuat iurisdictionem Iudici Ecclesiastico, docet Menoch. *consil.* 1000. *num.* 57. vbi dicit, Iudicem Ecclesiasticum non posse de hoc delicto, quamuis intra Ecclesiam commisso, cognoscere. Quod comprobatur ex
34 notatis per Farinac. *quæst.* 28. *n.* 6 2. † Vbi tamen dicit, iudicem Ecclesiasticum posse procedere, ratione sacrilegij, quod etiam sentire videtur Tusch. *in verb. Immunitas, conclus.* 59. *num.* 8. *& multis sequentib.* Et
35 maximè *n.* 17. † Non est igitur ab opinione Farinacij recedendum, itavt ratione violatæ immunitatis Ecclesiæ, Iudex Ecclesiasticus procedere possit, vt ipse dicit *præcitato c.* 16. *num.* 236. Eâque de causâ, dicere iure possumus crimen hoc esse mixti fori, & in eo locum esse præuentioni, quod voluit Guazz.
36 *de defens. reor. d. defens.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. *&* 20. † Vbi etiam hoc declarat locum habere, quamuis laicus in Ecclesiâ Clericum offendisset, cum tunc eadem vigeat ratio, cum laicus hoc casu sit reus, & Clericus actor, qui per consequens tenetur sequi forum rei. † Sed ratione sacrilegij Iudicem Ecclesiasticum 37
posse etiam procedere ad impositionem censurarum, & pœnarum spiritualium, tenuit Car. de Graff. *in tract. de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 614. dicens, hoc casu delinquentem ab vtroque Iudice puniendum, nempe pœnis spiritualibus à Iudice spirituali, veluti censuris, & excommunicatione si illi locus sit, & pœnis temporalibus per Iudicem laicum. Idem *loco citato, num.* 620.

Septimo, iudex Curiæ temporalis præuenire potest spiritualem, in procedendo contra laicum in die festo laborantem. Quod tamen videtur dubium, 38
cum agatur de violatione præcepti Ecclesiæ. † Ergo ad solum Iudicem Ecclesiasticum cognitio spectare videtur, cum eius authoritas sit læsa. Sed tamen verius est vtrumque Iudicem procedere posse, & locum esse inter ipsos præuentioni, cum habeamus super hoc expressam constitutionem sanctæ mem. Pij V. in sua constitutione, quæ incipit, *Cum primum.* quam refert Quarant. *in summa bull. in verbo, Dies festus.* Cuius constitutionis Pontificiæ hæc 39
sunt verba. † Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, graues pœnas incurret, in Vrbe arbitrio nostro, seu Vicarij nostri, in aliis vero locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, *ita vt præuentioni locus sit.* Hæc sunt verba summi illius sanctique Pontificis, quæ etiam referuntur apud Vgolin. *de offic. Episcop. parte* 1. *cap.* 8. *numero* 8. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. par.* 3. *cap.* 105. *n.* 41. † Si tamen Episco- 40
pus alicui concessetit licentiam laborandi diebus festis, non poterunt Iudices laici contra talem sic laborantem procedere, vt determinauit sacra Congregatio referente Diana *resolut. moral. par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 94. 41

Octauo, si quis se fingat Clericum, licet reuera talis non sit, puniri potest, non solumà Iudice sæculari; sed etiam ab Episcopo. A sæculari quidem, 42
quia reuera laicus est qui deliquit: ab Episcopo vero, quia adulterando habitum, facit iniuriam Episcopo & ordini Ecclesiastico, & sic vterque punit secundùm suam iurisdictionem, quia vbi non sufficit vna pœna, imponuntur plures, *l.* 2. *C. de sport. & l. fin. C. arbitr. tut.* Ita docet Bald. *in cap. cum decorem, n.* 4. *de vita & honest. cleric.*

Quod autem attinet ad eos, qui ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promoti Missas celebrant, 43
& Pœnitentiæ sacramentum ministrant, certum est illos Inquisitorum iurisdictioni suppositos esse ex constitutione Gregor. XIII. quæ incipit, *Officij nostri* 6. Augusti 1574. Ita tamen vt præuiâ degradatione, tradantur Curiæ sæculari ex aliâ Clementis VIII. constitutione, quæ incipit, *Etsi alias.* Sub datum Romæ die 11. Decembris 1601. quas extendit Vrban. VIII. etiam ad minores 25. annis, dummodo vigesimum suæ ætatis annum compleuerint, ex aliâ constitutione, quæ incipit, *Apostolatus officium,* sub die 23. Februarij 1628.

Nono, si animalia Clericorum inuenta fuerint dānum dantia in territorio, dubitatum fuit, vtrum Iudex laicus possit procedere per detentionem, & capturam animalium tanquam suæ iurisdictioni suppositorum, & variæ sunt hac in re DD. sententiæ, aliis affirmatiuæ, aliis negatiuæ opinioni adhærentibus; sed paucis resoluendum est iuxta declarationem sacræ Cardinalium Congregationis, quod causæ damnorum datorum per Clericos & Ecclesiasticos, seu per eorum animalia, necnon per familiares, ministros & colonos Episcoporum & mensæ 44

Episco

Episcopalis,etiam laicos, seu illorum animalia,in bonis quibuscunque,tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum,quam etiam laicorum,spectat ad Curiam Episcopalem priuatiuè. Si verò laici,illorumve ministri, & animalia, damnificent bona Ecclesiarum,& personarum Ecclesiasticarum,locus est præuentioni, & curia Episcopalis procedere potest tanquam in causis mixti fori. At quando coloni,& ministri Ecclesiarum, Clericorum, & Ecclesiasticorum cum animalibus propriis, bona clericorum dānificant,cognitio,tam quoad personas quam quoad bona laicorum, & eorum animalia, spectat ad iudicem laicum priuatiuè. Sed si cum animalibus Ecclesiarum, aut personarum Ecclesiasticarum, quoad personas cognitio, & coërcitio spectat ad iudicem laicum,quoad vero animalia, ad curiam Ecclesiasticam.Quam declarationem refert Barb. *de Iure Eccl. vniuers.lib.1.c.39.§.2.n.223*.

45 Decimo in casibus in quibus Clerico interdicta est negotiatio,si tamen illicitæ incumbat negotiationi, poterit conueniri coram Iudicibus, seu Rectoribus, aut Consulibus illius artis, vel negotiationis quam exercet,non tamen quad personam,seu pœnam cor-
46 poralem,*c.fin.de vita & honest.cleric.* † Quod tamen verum est dummodo præcesserit trina monitio,alioqui non perdit fori priuilegium, nec coram laico potest conueniri,*d.cap.fin.cum ibi collectis per Barbos.*
47 † Item hoc intelligendum est, in iis quæ negotiationem concernunt. Nam durāte negotiatione tantum, clericus perdit priuilegium,quoad illam concernentia, sed si ab illa abstineat, gaudet priuilegio clericali:Cæs.de Graff. *de effect.cleric.effect.1.n.846. & 847.cum ibi citatis*.
48 Idem dicitur de clerico portante arma,reperto per officiales curiæ temporalis,qui potest armis spoliari,& arma illa spectant ad illam Curiam, neq; potest iudex Ecclesiasticus illa prætendere:Couar. *practic.*
49 *qq.c.31.n.7.* †Imo hoc casu posse Clericum criminaliter ad aliquam pœnam condemnari dicit de Graff. *d. effectu 1. n.862.* quod tamen ego non facerem si Iudex essem,neque id fieri consulerem, propter respectum Ordinis clericalis.
50 Eādem ratione,si Clericus illicitam & prohibitam exerceret venationem, vel piscationem, & repertus esset cum armis,seu instrumentis venationis aut piscationis, posset per ministros, & officiales curiæ temporalis suis armis,animis & venationis,aut piscationis instrumentis spoliari, Add. *ad pract. crimin.* Diaz. *cap.65. in fine.* Non tamen poterit per Iudicem laicum aliquā pœna puniri, sed à Iudice Ecclesiastico & secundum sacros canones,& si nulla sit ab ipsis pœna stabilita, puniendus erit Clericus sic delinquens,arbitrio iudicis Ecclesiastici,de Graff. *d.effect.1.n.863.*
51 Hæc sunt præcipua Præuentionis Ecclesiasticæ capita quæ copiosius cum aliis hic non decisis, & ex professo tractantur per Barbos. *de Iure Eccl.vniuers.lib.1. cap.39.§.2.* & per Carol. de Graff. *de ef-*
52 *fect.cleric.toto effectu primo.* † De clerico autem depositario agit *ibidem* Barbos. *num.124.* vbi concludit ex veriori sententia illum cogi non posse ad restitutionem depositi,nisi à solo Iudice Ecclesiastico, priuatiuè.

Potest etiam Iudex laicus procedere & præuenire contra Clericum apostatam ab Ordine,aut Religione: De Graff.*d.effectu,n.1040.*

In crimine læsæ maiestatis, non potest Iudex laicus cognoscere, etiam præueniendo, ob defectum iurisdictionis in Clericos; vt probat Farin. *de crim. læsæ maiest. q.112. num.233.* Simili nec in crimine

confsionis, vel adulterationis monetarum; non obstante constitutione bon. mem. Vrbani VIII. quæ solùm vult,vt Clerici eo modo delinquentes remittantur Brachio sæculari, non autem vt iudicentur per Curiam sæcularem; vt probat Anton. de Marin. *lib.1.cap.57.* Barbos. *de iur.Eccles.vniuers.lib.1.c.39. §.2.num.97*

CAPVT XXX.

ARGVMENTVM.

Si de præuentione doceri non possit propter amissum processum originalem, & ideo secundus Iudex procedat in causa: postea vero processus primi Iudicis deperditus reperiatur, vtrum præuentio reuiuiscat in fauorem primi Iudicis, an vero secundus Iudex processum suum continuare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Si processus primi Iudicis, qui credebatur deperditus, postea reperiatur, primus Iudex causa cognitionem reassumit, & ex suo actu repertus iudicare debet, maximè propter periculum subornationis.*

2 *Si tamen sententia ex actis secundi Iudicis, lata fuerit, & in iudicatum transacta, non reuocatur, quamuis acta primi Iudicis præuenientis postea reperiantur.*

3 *In Gallia Procuratores & Aduocati lapso certo tempore non possunt inquietari pro scripturis, & processibus, si non reperiantur, dummodo absit dolus & fraus.*

FABRICATVS fuerat quidam processus,seu Ciuilis,seu Criminalis contra aliquem,qui postea sine culpa Notarij, vel Procuratoris deperditus credebatur, veluti si dum domus Notarij propter suspicionem contagionis igne purgaretur, processum fuisse deperditum actor existimaret, quā de causā alium adiuit Iudicem & Notarium, apud quos noua lis instituta fuit, cum primus ille Iudex de sua præuentione fidem facere propter processus iacturam,non posset,factis igitur nouis probationibus lis continuata est, & sequuta sententia, & in rem iudicatam transacta. Tertius quidam conscientiā ductus,processum originalem restituit. Quæritur vtrum causa sit remittenda ad primum Iudicem, & vtrum probationes factæ coram secundo attendantur,si discordent cum primo processu. Denique quid agendum sit si sententia secundi Iudicis in iudicatum transierit.

Respondeo & dico primo, quod causa remittenda est ad primum Iudicem,qui præuenit;& per consequens, ad primum quoque Notarium. Quia ratio 1
propter quam secundus processus fuit fabricatus, est propter amissionem & iacturam primi. Ergo cessante causā, & primo processu reperto,cessare etiam debet effectus, *l.generaliter,Cod.de Episcop.& Cleric. cap.cum cessante,de appellat.* Item quia, si non iudicaretur super primo, periculum esset subornationis testium, & pars potuisset illorum vidisse depositiones, & datā operā procurasse iacturam illius processus, vt eosdem vel alios testes subornatos

Bb 2 faci

facilios producere posset. Ideo ad euitandum periculum illud subotnationis, iuxta *cap. fraternitatis de testibus, & attestat. & in authent. Qui semel, Cod. de probation.* iudicabitur super primo. Et hanc conclusionem tuentur Doctores mox citandi io sequenti conclusione.

2 Dico igitur secundo, prædicta quidem procedere, quando super nouo illo & secundo processo, nondum fuit lata sententia. Verum si super hoc secundo fuerit iudicatum, & ab hac sententiâ non fuerit appellatum; sed in rem iudicatam transitum fecerit, ipsa per huiusmodi acta de nouo reperta non reuocatur, & præuentio primi iudicis cum omnibus inde sequutis euanescit, & pro nihilo habetur, *leg. Imperatores, Digestis de re iudic. cap. suborta, eodem titulo in Decretal. leg. sub prætextu. Cod. de transactionibus.* Has duas conclusiones firmant Afflict. *in constit. Neapol. libro secundo Rubr. 5. de notific. Curia bannit. decimonono, pag.* 203. sequitur Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 93. *numero* 1. Guazzin. *de defens. reor. defens.* 35. *cap.* 10. *num.* 8.

3 Hoc tamen hic obiter circa iacturas processuum notandum est, quod in Galliâ Procuratores & Aduocati, illorúmque hæredes & viduæ, lapso decem annorum interuallo, quoad processus pendentes, vel lapso quinquennio quoad finitos per sententiam vel transactionem; imò in hæredibus ipsorum sufficit quiquennium, qoo elapso, molestari non possunt pro restituendis processibus, quibus per scripturam, vel matriculam obligati sunt, tam pendentibus, & indecisis, quam finitis per sententiam vel transactionem: vt tradit Loüet, & *ibi* Addit. *littera S, numero vigesimoprimo.*

CAPVT XXXI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudices diuersorum territoriorum, quando delictum aliquod commissum fuit in confinibus vtriusque territorij diuisi & limitati, vel quando confines non sunt certi, sed contentiosi. Aut quando delictum fuit inchoatum in vno territorio, aut ab vno sumit originem, & deinde fuit consummatum in alio.

SVMMARIVM.

1 *Si delictum fuerit commissum in confinibus diuersorum territoriorum, & confines sint certi, locus est præuentioni inter Iudices vtriusque territorij.*

2 *Si confines territoriorum sint contentiosi, & delictum in loco dubio sit commissum, vterque iudex procedet.*

3 *Quando duo iudices sub eodem Principe sunt, superior est adeundus qui causam vni committat, vel per euocationem aliáve ratione prouideat.*

4 *Quæstio confinium est præiudicialis causæ præuentionis & contentioni iurisdictionum, ideo prius terminanda.*

5 *Quilibet iudex de consuetudine suam tuetur iurisdictionem.*

6 *Quando quæstio est de præuentione inter diuersos iudices existentes sub diuersis Principibus, & locus est pœna corporali, præualet ille qui reum habet in suis carceribus.*

7 *Si ex delicto commisso per globum igneum, aut lapidem ab vno ad aliud territorium dimissum, vterque iudex procedit, & melior est conditio præuenientis per capturam, si pœna corporalis sit imponenda.*

8 *Si mandatum factum fuerit in vno territorio, & illinc executio fiat in alio, vtriusque loci iudex procedere potest.*

9 *Quando duo iudices subsunt eidem Principi, si de iurisdictione contendant, habentur pro priuatis, & ideo pendente huiusmodi contentione nihil innonare possunt.*

Hoc est verum si dubium super præuentione sit probabile; alioquin potest iudex procedere ad vlteriora, licet melius sit adire superiorem.

Vo diuersi casus in hac quæstione considerandi sunt: Primus est, quando non dubitatur de confinibus territoriorum; sed illorum limitatio & terminatio certa est, & per suos limites designata; sed delictum factum fuit in ipsis confinibus, itavt sciri non possit vtrum potius in vno quam in alio territorio fuerit commissum. Et hoc casu locum esse præuentioni inter iudices vtriusque territorij determinat Hieron. de Monte, *tractat. fin. regund. cap.* 25. *num.* 6. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 7. *num.* 51. Quia cum vtrumque territorium iniuriam recepisse prætendatur, nec determinatum sit vtrum delictum potius in vno quam in alio fuerit commissum, vterque iudex merito iniuriam suam, seu sui territorij vt prætendit, vindicare iure poterit, hoc enim casu prout diuersa sunt territoria, ita diuersæ offensiones, si in vtroque territorio, seu partim in vno partim in alio delictum fuisse commissum supponatur, eadémque ratione, si in vno quidem dumtaxat territorio delictum commissum fuerit, sed tamen reuocetur in dubium an potius in vnius iudicis, qoam alterius iurisdictione. Sed tamen Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 38. *numer.* 14. dicit hoc esse contra æquitatem naturalem, vt reus duobus in locis pro eodem delicto respondere cogatur, & ideo dicit duos illos Iudices inuicem debere concordare. Quod bonum esset si Iudices faciles se redderent, cum tamen quilibet causam ad suum tribunal spectare contendat. Non decidit igitur istam controuersiam doctrina Baiardi. Rem igitur nos post sequentem casum copiosius exponemus. 1

Secundus casus est, quando fines territoriorum sunt contentiosi, & quilibet ex Iudicibus concurrentibus prætendit delictum in loco suæ iorisdictioni supposito fuisse commissum, & hoc casu qoilibet iudex suam iurisdictionem tuebitur, & in causa procedet, vt dicit Hieron. de monte *dicto cap.* 25. *num.* 8. *& sequent.* Sord. *consil.* 429. *num.* 62. vbi dicit, quod si delictum fuerit commissom in viâ, quæ sit communis inter duo territoria, vterqne iodex procedit, & locus est præuentioni. Quod est verum, quando certum est viam esse commuoem, si enim quilibet prætenderet illam esse sub iurisdictione suâ, & de suo territorio, vterque iudex procederet, vt mox dictnm est. His igitot casibus ne iudicum inter se contendentium dissensio reis, aut etiam actoribus noceat, & negotij principalis expeditionem retardet. 2

Considerandum erit in primis vtrum Iudices subsint eidem principi vel superiori, & hoc casu superiot 3

ttor ipse adeundus est, qui controuersiam istam, vel componat vel alia ratione decidat, vel etiam causam ad se euocet, aut vni ex istis duobus Iudicibus committat, vt in ea nomine illius tribunalis procedat, ad quod causam de iure spectare declarabitur, prout factum fuit in quadam causa in tribunali huius ciuitatis introducta in qua agebatur de mandantibus & mandatariis, & de aliis complicibus, cum enim causa esset contra aliquos ex ipsis in vno tribunali præuenta, & contra alios coram aliis Iudicibus actum fuisset, tota causa præuia euocatione fuit Iudicibus Curiæ Auenionensis commissa: vt ostendit D. à Laurent. *decis. Auenionen.* 114. *numer.* 5. Et notat Socin. *in cap. postulasti, vers. circa septimum, de foro compet.*

4 Si vero duo isti Iudices contendentes sint in diuersis Monarchiis, & sub diuersis Principibus, videtur quidem de iure nihil esse innouandum, donec causa contentionis territoriorum non limitatorum, vel si limitata sint donec quæstio illa in cuius territorio delictum patratum sit, fuerit terminata; cum hæc sit quæstio præiudicialis, & per consequens prius terminanda, *c. si iudex laicus, in fin.* & ibi Gloss. *de sentent. excomm. in* 6. Cancet. *lib.* 3. *var. resol. c.* 10. *de content. iurisdict. num.* 59. *& sequentib. & num.* 66.

5 † De consuetudine tamen quilibet Iudex procedit, & suam quilibet tuetur iurisdictionem, non sine magno partium litigantium detrimento: vnde si bona delinquentis in vtroque territorio sita sint, vterque iudex condemnabit ad pœnam pecuniariam, si illi locus sit; pro quâ & pro litis expensis contra bo-

6 na sita in suo territorio executiones faciet. † Sed quando locus est pœnæ corporali, præualebit ille, qui delinquentem in suis carceribus detinet, cum alius suam sententiam contra personam, quam non habet, executioni mandare non possit. Atque ita intelligenda sunt quæ dicit Socin. *in d. cap. postulasti, versic. circa septimum. De foro compet.* Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap.* 16. *de mari, num.* 10. Farinac. *de Inquisit. quæst.* 7. *num.* 51. Clar. *in praxi, §. final. qu.* 38. *num.* 11.

7 Sicut vterque iudex procedit, quando lapide, sagittâ, vel catapultario globo ab vno ad aliud territorium dimisso, sequitur mors, aut vulnus: Farinac. *dicta quæst.* 7. *num.* 46. iuxta distinctiones & explicationes ibi per ipsum fusè deductas, quas hic repetere superfluum esset: Salgad. *de regia protect. p.* 1. *cap.* 2. §. 4. *num.* 14.

8 Eadémque ratione, si mandans & mandatarius sint puniendi, poterit Iudex loci mandati, necnon etiam Iudex loci, in quo mandati executio, & delicti consummatio facta fuit, procedere ad delicti punitionem; non quidem, vt mandans vel mandatarius puniri possint pœnâ ordinariâ delicti consummati per Iudicem territorij in quo mandatum factum & acceptatum est, sed pœnâ saltem extraordinariâ, ratione simplicis mandati & acceptationis eiusdem, nisi ageretur de delicto, in quo solus conatus & affectus punitur pœnâ ordinariâ, tunc enim etiam Iudicem loci mandati illam infligere posse existimat. Quanquam, & ipse pœnam ordinariam delicti à Iudice loci mandati imponi posse censeat, vt ibi per eum *in vers. Quod si sumus*, etiamsi non ageretur de delicto in quo pro solo conatu pœnæ ordinariæ locus est. Vnde cauti debent esse Iudices, qui in loco vbi mandatū factum est, pro homicidio aut alio graui delicto procedunt, vt non facilè, nec inconsulto Superiore reum remittant ad Iudicem delicti consummati, vt ibi dicit Farin. non obstante quod cognitionem spectare ad Iudicem loci delicti consummati multi DD. existiment, & nominatim D. à Laurent. *dicta decis.* 114. *num.* 6. cum aliis relatis per Farinac. *dicta quæst.* 7. *num.* 47.

Vtrum autem causæ mandantis, & mandatarij; item auxiliatoris & principalis delinquentis, tractandæ sint coram eisdem Iudicibus, quando sunt sub eodem Principe, & vna causa sit de continentiis alterius, satis explicauimus *in quæst. Ciuilib. par.* 2. *c.* 153. *num.* 6. *& seqq.*

9 Cæterum ex regulâ dicti *cap. si iudex laicus, in fin. de sentent. excomm. in* 6. notandum est, quod pendente inter duos Iudices contentione iurisdictionum, si ambo iudices sint sub eodem Principe, nihil est hinc inde innouandum, quia tunc Iudices habentur pro priuatis personis, cum inter se contendant de proprio interesse, ratione iurisdictionis, vt bene probat Cancer. *dicto lib.* 3. *cap.* 10. *de content. iurisdict. num.* 65.

Hoc est verum, si Iudex prætendens se præuenisse, haberet aliquod probabile fundamentum suæ præuentionis: si enim prætensio illius non esset probabilis, esset friuola; posset Iudex legitimus ad vlteriora procedere, nonobstante allegata præuentione: Et hoc casu consultius erit illi, qui videt alium procedere ad vlteriora, recurrere ad Superiorem: ex notatis per Cancer. *d. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 68. *& mult. seqq.* vbi explicat quod dicatur hoc casu dubium probabile.

CAPVT XXXII.

ARGVMENTVM.

Quando vnus ex pluribus Iudicibus concurrentibus, siue ambo laïci sint, siue vnus Ecclesiasticus & alter laïcus, præuenit per prolationem sententiæ, vtrum reus postea possit ab alio præuento puniri. Quid si reus in vtroque loco sit contumax, & ratione contumaciæ, aut alia de causa locus sit confiscationi bonorum. Et quid sit agendum, quando contumax purgatâ contumacia & refectis expensis coram altero comparuit, & vtrum statua, seu imago delinquentis in causa hæreseos sit duobus in locis comburenda & Curiæ sæculari tradenda. In complicibus etiam post alterius Iudicis sententiam captis, quomodo sit procedendum, aut si post alterius Iudicis sententiam constet de noua qualitate delicti, ipsum grauius reddente, aut delicti nomen, & naturam in grauius commutante.

SVMMARIVM.

1 *Si vnus ex pluribus iudicibus præuenerit in executione sententia capitalis, cessat alterius iurisdictio quoad pœnam delicti.*

2 *Quando duo Iudices diuersarum iurisdictionum simul concurrunt, ratione eiusdem delicti, quilibet bona sui territorij confiscat.*

3 *Si ex peculiari statuto vel consuetudine, bona vnius territorij confiscari debeant, illa confiscatio non*

poteſt trahi ad bona alterius territorij, in quo non viget talis conſuetudo vel ſtatutum.

4 *Si reus in vtroque Iudicum de præuentione, vel iuriſdictione contendentium, tribunali, contumax fuerit, ab vtroque pro delicto contumaciæ mulctabitur.*

5 *Contumax non purgatâ contumaciâ non eſt audiendus ſi opponat de alterius præuentione, quia ſic ambos Iudices poſſet deludere.*

6 *Duæ contumaciæ, duo ſunt delicta, & duplicem pœnam merentur.*

7 *Reus, purgando contumaciam coram ſecundo Iudice, vtrum poſſit deinde opponere, quod lis fuit præuenta coram primo.*

8 *Quando ex ſtatuto contumax habetur pro confeſſo, & quis citatur coram diuerſis iudicibus, cognitionem cauſæ ad ſe ſpectare contendentibus, ab vtroque iudice pro delicto principali, vti confeſſus condemnandus eſt.*

9 *Hæreticus, duobus in locis contumax, vtroque in loco condemnatur, & eius ſtatua vtroque in loco comburitur.*

10 *Vtrum ſit indiſtinctè verum, quod ſtatua hæretici, qui contumax eſt, comburenda ſit, & quomodo hoc ſit intelligendum.*

11 *Condemnatio & executio in effigiem duobus in locis fieri poteſt. Intellige ſi talis ſit vtriuſque loci conſuetudo.*

12 *Vtrum poſt condemnationem delinquentis adeo cauſa ſit præuenta, vt alius Iudex non poſſit procedere contra complices.*

13 *Reus, qui in prima tortura non fuit interrogatus de complicibus, vtrum illis repertis iterum torquendus ſit.*

14 *Superueniente nouâ probatione qualitatis aggrauantis delictum, vtrum poſt præuentionem factam per alium Iudicem per prolationem ſententiæ, ſecundus Iudex procedere poſſit.*

15 *Quomodo procedendum ſit, ſi qualitas ſuperueniens meretur pœnam corporalem, & reus fuit duntaxat condemnatus ad pœnam pecuniariam.*

16 *Quid ſi pro vtroque delicto tam principali quam aggrauante ſuperueniente, locus ſit pœnæ corporali quomodo ſit procedendum.*

17 *Quando pœna non eſt reiterabilis, ſi fuerit per vnum Iudicem impoſita, alius ad illam imponendum non procedit.*

18 *Secundus Iudex, poteſt pœnam grauiorem, etiam mortis, illi qui per Iudicem præuenientem punitus fuit imponere, ſi agatur de homine facinoroſo aut delicto enormi.*

19 *Si qualitas aggrauans ſuperueniat poſt ſententiam, poterit noua pœna imponi, ſi talis ſit qualitas quæ nouum titulum delicti producat.*

20 *Qualitas aggrauans, dat iuriſdictionem Iudici præuento, quando ſuperuenit ante litem conteſtatam, vel poſt, ſed ante ſententiæ prolationem, ſecus ſi poſt ſententiam.*

21 *Si qualitas aggrauans venerit ad notitiam Curiæ poſt ſententiam, diſtinguendum eſt vtrum producat nouum delictum necne.*

22 *Pœna & delictum delationis armorum, & vulnerum illatorum, an ſint duo delicta, & duæ pœnæ.*

23 *Simplex percuſſio, & ea quæ fit hominibus coadunatis, ſunt duo diuerſa delicta.*

24 *Qualitas aggrauans homicidij, poteſt facere vt ex ſimplici homicidio tranſeat in aſſaſſinium, vel parricidium.*

25 *Qualitas quæ non auget pœnam, principaliter & de per ſe, non facit vt ſit nouum delictum.*

26 *Quando actio legis Aquiliæ producit pœnam dupli, propter infitiationem, non eſt noua actio, nouúmque delictum, quod ex negatione proficiſcitur.*

27 *Præuentionis exceptio non obſtat, quando qualitas aggrauans producit nouum titulum delicti, obſtat vero ſi nouum titulum non producat.*

VIA ſuperius oſtendimus, multis in caſibus inter diuerſorum tribunalium Iudices præuentioni locum non eſſe, ſed quemlibet ex iudicibus procedere ſeparatim in cauſâ aduerſus delinquentes, nec teneri vnum tecos alteri remittere, quæritur nunc: vtrum delinquens in vno ex duobus illis, vel plurib. tribunalibus punitus, iterum coram alio puniendus ſit, & qua pœna. Sanè non videtur rationi conſentaneum, vt quis duplici pœna pro eodem facto condemnetur. Sed tamen pro integra huius quæſtionis reſolutione diuerſi caſus conſiderandi ſunt.

In primis enim ſi pœna capitalis, ab vno Iudice 1
impoſita fuerit & executioni demandata, clarum eſt, non poſſe per alium poſteriorem Iudicem eandem pœnam iterum imponi, cum hoc caſu executio, nec retractabilis ſit, nec reiterabilis.

Similiter ſi agatur de delicto, in quo locus eſt 2
pœnæ bonorum confiſcationis, quilibet ex iſtis iudicibus procedet ad bonorum ſub ſua iuriſdictione, & territorio poſitorum confiſcationem: intelligendo tamen hæc procedere ſecundum terminos propoſitos, nempe quando delictum tale eſt, vt in vtroque territorio confiſcationis pœnam mereatur. † Si 3
enim ex ſpeciali vnius ex pluribus tribunalis conſuetudine, vel ſtatuto, pœna confiſcationis inftaret, tunc in confiſcatione generali non comprehenderentur bona, ſita in alio territorio, & iuriſdictione: Addent. ad Angel. *in tract. de malefic. in verb. Et eius bona publicamus, num. 5. verſic. Tertia fuit opinio.* Boſſ. *in prax. tit. de bonor. publicat. num.* 62. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt.* 78. *num.* 27. Surd. *conſil.* 152. *num.* 28. Peregr. *de iure fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 137. Farinac. *in prax. quæſt.* 25. *num.* 99. Talis autem in multis Galliæ locis pœna confiſcationis imponi ſolet ex ſpeciali conſuetudine, quoties locus eſt confiſcationi corporis ſeu pœnæ mortis, *Qui confiſque le corps, confiſque le bien*, quæ propterea extendi non debet ad loca, vbi illa pœna non ſolet infligi: viget autem illa conſuetudo in locis omnibus Pariſienſi conſuetudini ſuppoſitis, Bacquet *des droits de Iuſtice, cap.* 5. *num.* 96. & in maiori parte reſortus Tholoſani, Maynard. *lib.* 8. *cap.* 85. *num.* 1. Et in Burgundia, Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.* 1. §. 5. *in verbo,* s'il n'a grace, *num.* 137. *verſic. Quidquid tamen,* quem refert Guazzin. *de confiſc. concluſ.* 13. *ampliat.* 78. *num.* 1. Non tamen habet locum illa conſuetudo apud Cœnomanenſes, Bituriges, nec in Aquitania, nec apud Andegauenſes & Turonenſes, nec in Prouinciis, quæ vtuntur iure ſcripto, Bacquet *dicto numero* 96. Boër. *deciſ.* 264. *num.* 15. Papon. *lib.* 24. *tit.* 13. *Arreſt.* 1.

Hæc quæſtio fuit aliàs tractata in Tribunali Rotæ Romanæ, ſiquidem cum creditores illius, cuius bona propter delictum confiſcata fuerant in ſtatu Ducis Florentiæ, curarent capi de pignore bona illius condemnati, ſita in ditione Eccleſiaſtica, obiiciebatur creditoribus quod per confiſcationem bonorum, extinctæ erant omnes obligationes illius debitoris; ita vt ipſe debitor moleſtari non poſſet, ſed omnes actiones actiuæ & paſſiuæ tranſlatæ eſſent in fiſcum, qui mediante confiſcatione ſucceſſerat in bonis illius debitoris. Tamen quia confiſcatio non

fuerat

fuerat facta vigore iuris communis, sed ex speciali constitutione Status Florentini, Decisum fuit in confiscatione non comprehendi bona in Statu Ecclesiastico existentia, super quibus Iudices illi nullam habebant iurisdictionem. Et propterea creditores agere posse contra bona existentia in Statu Ecclesiastico, etiam nullis factis diligentiis contra bona Status Florentiæ, iuxta facultatem à Iure datam creditoribus agendi contra bona debitoris sibi bene visa; & ita decisum fuit coram D. Pirouano, *dec. 565. par. 3. recentior.*

4 Rursus, si agatur de contumacia coram vtroque Iudice incursa, certum est contumaciam illam in vtroque tribunali purgandam esse, & vtrumque Iudicem ad pœnam annotationis, & deinde suo tempore, confiscationis bonorum, (lapso videlicet anno) procedere posse, seu ad alias pœnas contra contumaces introductas, Bart. *in l. sepulchri, num. 1. ff. de sepulchr. viol.* Marant. *in specul. p. 6. tit. de Inquisitione, n. 98. versic. Limita decimo.*

5 Et ratio est, quia contumax non debet audiri nisi purgatâ prius contumaciâ, cum refectione expensarum, *l. sancimus, Cod. de iudic.* Ergo si contumaciam non purgauerit, non potest opponere exceptionem præuentionis, & hoc siue causa tractetur coram eodem secundo Iudice, qui solus procedit, siue coram alio, coram quo etiam contumax fuit. Ratio enim eadem vtroque casu militat, videlicet, quia alioquin esset in potestate delinquentium dolosè pœnas sui reatus effugere. Nam coram secundo Iudice non possent conueniri: quia supponimus processum alibi cœptum esse. Coram primo vero nunquam comparerent, & eâ ratione vtramque deluderent Curiam & crimen inultum remaneret. Cum igitur contumax in vtroque tribunali pro suâ contumaciâ repellatur, in vtroque plectendus pro illâ est, non obstante exceptione præuentionis & litispendentiæ. Et hac ratione nititur Bart. *in dict. l. sepulchri, n. 2. ff. de*

6 *sepulch. viol.* † Nec alicui mirum videri debet si duæ pœnæ imponantur, cùm duæ sint contumaciæ & duo diuersa delicta. Neque potest reus dicere, Non debuisti me facere contumacem in secundo iudicio, ex quo semel fueram præuentus in primo: quia cùm lex ipsi præuentionis deneget exceptionem, aliásque præiudiciales; sequitur quod tenebatur comparere coram vtroque, & non comparendo offendit vtriusque iurisdictionem, & ab vtroque Iudice pœnis contumaciæ puniri potest.

7 Sed si reus compareat, & purget contumaciam & expensas contumaciales refundat coram secundo Iudice, & non fuerit contumax coram primo, tunc bene poterit opponere de præuentione factâ coram illo primo iudice, cum eius intersit coram diuersis iudicibus duplici processu diuexari dupliciqúe pœna coërceri, *leg. senatus, ff. de accusat. leg. penult. §. fin. ff. nauta caup. stabul.* Bart. *in d. l. sepulchri, num. 5.* Sed de his diffusius agemus infrà *cap. 39. n. 9. & cap. 40.* maximè *num. 15. & sequentib.*

Et præmissa vera sunt, si agamus de pluribus iudicibus inter quos locus esse potest præuentioni; Si enim duo illi Iudices procedere volentes tales essent qui sibi inuicem cedere nollent, quales sunt iudices diuersarum Monarchiarum, tunc frustra de præuentione, etiam purgatâ contumaciâ opponeretur, quilibet enim suam tuebetur iurisdictionem, & ad vlteriora procederet, tam contra contumaciam, quam contra delictum principale, in locis vbi contumax habetur pro confesso, vt supradictum fuit; quando videlicet statutum, aut consuetudo talis est,

vt ex contumacia ficta oriatur confessio delicti, † tunc enim duplex sit condemnatio, ratione contumaciæ fictæque confessionis, vna videlicet 10 quolibet tribunali, quia imputandum est reo quod non comparuerit: Bart. *in d. l. sepulchri, n. 7. & 8. ff. de sepulchro violat.* 8

Exemplum afferri potest in hæretico, quia pro hoc crimine contumax habetur pro confesso, & consta contumaciam subsequi potest effectualis condemnatio ad pœnas huiusce delicti, vt notat Farinac. *de hæresi. q. 185. n. 93.* Ideo si quis de hoc crimine accusatus, fuerit contumax, & tanquam talis ad pœnam huic crimini debitam vti fictè confessus, fuerit condemnatus, coram duobus diuersis iudicibus, Inquisitoribus videlicet vel Episcopis, eius statua poterit duobus in locis & tribunalibus publicè igne concremari: iuxta tradita per Farinac. *d. qu. 185. num. 96.* 9

Quanquam hæc praxis procedendi contra statuam seu imaginem absentis & contumacis in crimine hæresis, non ita simpliciter sit admittenda & practicanda, sed in illis dumtaxat locis vbi talis est consuetudo, vt aduertit Pegn. *in director. Inquisit. in 53. modo formandi processum, fol. mihi 346. col. 2.* cuius hæc sunt verba. 10

Cæterùm quæ de statuâ prodocendâ, & comburendâ, seu relaxandâ Curiæ sæculari, proximè diximus, nullo iure sunt cauta, neque videtur res admodum antiqua, vt differui, *schol. 69. huius tertia partis, propè finem,* Iure enim solum cauetur, vt defunctus exhumetur, eiúsque ossa sepultura Ecclesiastica priuentur, *cap. quicunque, de hæret. lib. 6.* Nihilominus, res est valdè apta ad defunctorum memoriam damnandam, & timorem incutiendum. Ideo in hoc prout in cœteris quæ lege definita non sunt, cuiuslibet prouinciæ laudabilis consuetudo seruanda erit. Nos enim legem non ponimus vbi legem nullam babemus, *Hactenus Pegna.*

In casibus igitur & locis vbi hæc combustio statuæ obseruari solet, si reus de hæresi in contumaciam damnatus fuerit, duobus in locis & diuersis prouinciis, combustio ista in effigiem exequi poterit. Idem dicendum de aliis criminibus pro quibus executiones in effigiem fieri soleat, stante tali consuetudine, vtrobique enim fiet executio ista in absentis imaginem, quod tamen iuri communi non esse conformem nos ostendimus *in 1. parte huius tractat. cap. 30. num. 65.* 11

Alius insuper datur casus, in quo sine dubio iudex alterius iurisdictionis post causam ab alio iudice separati territorij & Monarchiæ præuentam, procedere poterit aduersus delinquentem, videlicet, si ipse debitâ quidem pœnâ fuerit per Iudicem præuenientem punitus; sed contra eius complices reus tortus non fuerit, nec in torturâ de complicibus interrogatus, quamuis ex processu primo constaret per informationes de complicibus & sociis. Hoc enim casu poterit nouus iste, & secundus Iudex competens, reum torquere solum ad sciendum socios & complices, ne istorum delictum remaneat impunitum, & de proprio scelere glorientur, cum intersit reipublicæ ne delicta remaneant impunita: Baiard. ad Clar. *quæst. 57. num. 10. vers. Adde quod licet debita pœna.* † Si enim processum fuisset ad torturam & reus sustinuisset, valdè durum esset, si ipse iterum per alium Iudicem pro eâdem causa torturæ subiiceretur. Atque ita decisum testatur Sansel. *dec. 158. num. 5. versic. Limitatur etiam.* † Dico hoc procedente, quando in prima tortura de complicibus fuit interrogatus; nam si de illis interrogatus non fuisset, 12 13 14

posset

possset Præfet Prouinciæ, iteratam illi pro habendia complicibus decerneretorturam, cum non sit inconueniens reum semel tortum, iterum torturæ subijci, per text. *in l.vnius, §.reus, ff. de quæstion.* Et ita concludit Sanfelic. *in addit. ad dictam decisionem* 138. *in fine.*

15 Quod si ab vno Iudice præueniente, reo pœna imposita fuerit, & executioni demandata, deinde vero Iudex præuentus, pro eodem delicto principali pœnam imponere velit, quomodo fieri potest vt pro eodem facto duplex pœna imponatur.

Respondeo, quod si in nouo & secundo iudicio, nulla alia qualitas aggrauans fuerit probata, secundus iudex poterit ex causâ pœnam augere, si sit pe-
16 cuniaria, & ita expedire iudicauerit. † Si vero secundum iudicium meretur pœnam corporalem, & primus iudex solam indixerit pecuniariam, debebit reum ad pœnam corporalem condemnare, sed restituâ pecuniâ per eum exborsatâ pro mulctâ primi
17 iudicij. † Si vero pœna tam à Iudice præueniente, quam à præuento infligenda sit corporalis, distinguendum est. Aut enim pœna reiterabilis est, aut non. Si reiterabilis, veluti exilij ad tempus, vel ratione certi territorij, pœna reiterabitur, & bannietur ab vtroque territorio, vel ad longius tempus, si tali
18 pœnæ locus sit. † Si pœna non sit reiterabilis, veluti amputationis manus, tunc sufficiet pœna per primum Iudicem, qui præuenit, inflicta: vel etiam secundus iudex, si ita faciendum iudicauerit, poterit primæ pœnæ corporali per primum Iudicem illatæ addere pœnam pecuniariam, quæ supplebit defectum nimia leuiaa castigationis factæ per primum. Ita declarat Marant. *in specul. tit. de Inquisit. p.6. n.*100.
19 † Quod si agatur de viro facinoroso, aut aliqua adsit grauissima delicti circunstantia, secundus iudex pro suo arbitrio poterit vel pœnam mortis, vel aliam delicto condignam pœnam imponere, omnia enim hæc ex iudicis arbitrio dependent. Marant. *ibidem num.* 101.

20 Si vero coram Iudice præuento post sententiam per præuenientem latam, noua emergat, & ad notitiam Curiæ secundi iudicis deueniat, qualitas aggrauans, considerandum vtrum noua ista qualitas contineat nouam delicti speciem, & hoc casu noua pœna imponenda erit; quia nouum erit delictum. Si vero qualitas sit solum aggrauans, non tamen nouam delicti speciem producens, tunc non poterit super eodem crimine procedi, neque noua pœna, si prima sufficiens fuerit, à Iudice secundo imponi: Farinac. *de Inquisit. quæst.*4. *numer.*4. *in* 3. *ampliat.*

21 Quod autem superius diximus *cap.* 28. *num.* 14. Iudicem qui cognoscit cum qualitate delicti magis aggrauante, licet permiserit se ab alio præueniri, nihilominus præuenienti præferendum esse, locum habet quando secundus Iudex vult procedere post litem inchoatam, vel post litis contestationem, aut post latam sententiam, nondum tamen executioni demandatam, vt post Bart. *in dict. l. Senatus*, tenet Anton. Gomes. *lib.*3. *var. resol. c.*1. *de delict. num.*27.

22 † Nos autem hic loquimur quando non solum lis cœpta fuit, & contestata, ac etiam lata sententia, nondum tamen executioni demandata, hoc enim casu distinguendum est (prout mox dictum fuit) inter qualitatem aggrauantem, nouum delicti genus inferentem, vel non inferentem, de qua copiosius agit Farinac. *dicta quæst.*4. *in* 3. *ampliat.* & Sanfelic.
23 *d. decis.*138. *num.*6. † Exemplum afferri potest in delicto delationis armorum prohibitorum ex statuto, proclamate, aut alia constitutione, si enim ex tali delatione sequatur vulnus, & per consequens duo sint diuersa delicta, tamen confunduntur & pro vno reputantur, nisi ex statuto reputentur vti diuersa, vt contra quorundam sententiam tenuit Farinac. *q.*108. *n.*166. atque ita decisum testatur Capyc. Latr. *decis.* 78. *n.*7. *&* 8. Et ratio est; quia delictum delationis armorum est tantum præparatorium delicti principalis, ideo cum illo confundi debet. Angel. *in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict.* Dixi *nisi ex statuto pro diuersis reputentur*, propter dispositionem statuti Comitatus Venaissini, de quo nos egimus, *p.*1. *huius tract. c.*11. *n.*22. quo delictum vulneris, aut homicidij commissum turba coadunata, reputatur diuersum cum delicto coadunationis hominum armatorum; quia vnum punitur per Iudices vassallorum, aliud vero per maiorem Curiam, & propterea non esset, illo casu, locus dictæ decisioni Capyc. Latr. 78. Plura Farinac. *q.*22. *n.*20. & demum de punitionis diuersorum delictorum ad vnum effectum concurrentium, copiosè agit per totam illam quæstionem, & propterea dum casus occurret, adeundus erit.
† Aliud exemplum potest afferri de eo, qui ratione 24
simplicis percussionis (etiam semotis terminis dicti statuti, & considerato solum iure communi) accusatus, & condemnatus fuit, pro qua datur iniuriarum actio. Si vero percussio facta fuerit coadunata turba hominum, turbæ illa coadunatio nouum & distinctum est delictum, quod diuersa actione criminali cognoscitur: non enim pro coadunatione datur actio iniuriarum; sed actio legis Iuliæ de vi publica, cuius est alia pœna, vt dicit Sanfelic. *dicta dec.*138. *n.*7. *in fine.* Ideo quamuis statuto Comitatus, de quo mox fecimus mentionem, non esset agnitum tanquam nouum delictum, tamen ex dispositione sola iuris communis censendum est nouum, & diuersum à percussione: ex notatis per Sanfel. *dicto loco.* Quod intellige, quando coadunatio hominum non fuit facta ad effectum percutiendi vel vulnerandi; si enim ad illum effectum facta fuerit, minor pœna confunditur & absorbetur per maiorem. Et ita procedunt dicta superiùs ex Farinacio & Capycio citatis *num.* 13. Atque ita limitat ipse Farinacius *dict. quæst.*108. *num.*167. † Item alia pœna est simplicis homicidij, 25
alia vero si illud committatur in personam patris: quia noua qualitas aggrauans, nouum facit delictum nempe parricidium. Vel si mediante pecunia commissum fuerit, tunc enim vocatur Assassinium, & est nouum delictum, quod grauiorem pœnam meretur. † Item in actione legis Aquiliæ dum pro- 26
pter inficiationem datur pœna dupli: negatio illa non constituit nouum delictum; quia originem & fundamentum deducit à delicto principali, qualitas autem negationis est veluti quoddam accessorium illius. Ita exponit Bartol. *in l. denunciasse*, §. *quid tamen, n.*5. *ff. ad l. Iul. de adulter.* † Vnde concludit 27
quod si agatur de delicti qualitate aggrauante, quæ illud in nouam criminis speciem transformet; noua accusatio potest proponi, etiam post sententiam, nouaque pœna imponi: sin minus, nouam actionem proponenti obstabit exceptio præuentionis, & rei iudicatæ, nisi tamen etiam in primo iudicio noua illa qualitas quæ nunc proponitur, deducta fuisset; tunc enim iterum in secundo iudicio opponi non potest. Hæc omnia intelligenda sunt de Iudicibus eiusdem Monarchiæ: nam si essent Iudices sub diuersis Principibus constituti, quilibet procederet nulla habita ratione præuentionis factæ per alium, vt superiùs satis explicatum est.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione facta contra cedentem, vtrum afficiat cessionarium. Et vtrum perempta instantia contra vnum, peremptio noceat alteri ab eo cessionem iurium habenti. Quando directæ actiones efficaces vel inefficaces remaneant apud cedētem, vel transeant ad cessionarium, vel ex dispositione iuris, vel vigore clausulæ, *Ponens in locum suum, &c.* aliarúmve clausularum quæ in cessionum instrumentis apponi solent. Si habens vtiles præuenerit alium, apud quem sunt directæ actiones, vel è contra habens directas præuenerit habentem vtiles, vter ex duobus præferatur. Quid si non adsit præuentio, sed ambo vtróque tempore concurrant. Et quis sit effectus cessionis factæ ad commodum cedentis, vel cessionarij tantum, vel vtriusque, in hac præuentionis materia.

SVMMARIVM.

1 *Cedens non obstante cessione regulariter retinet directas actiones, quarum vigore agere potest contra debitorem cessum.*

2 *Actiones directæ quæ remanent penes cedentem, sunt inefficaces ni- interuenerit intimatio cessionis, vel solutio partis debiti, aut litis contestatio*

3 *Heres qui cedit actiones ex Senatusconsulto Trebelliano, retinet actiones directas, quæ tamen sunt inefficaces, quamuis vnum, ex illis tribus requisitis non interuenerit.*

4 *Lis mota ab herede grauato, post restitutam hereditatem, nullam inducit præuentionem; quia illi potest opponi*, Tu sine actione experiris.

5 *Requisita* in l. 3. C. de nouat. *procedunt in cessione inter viuos, non si facta sit in consequentiam vltimæ voluntatis.*

6 *Quamuis directa actiones sint infixa ossibus cedentis, & inseparabiles, tamen exercitium directarum transit in cessionarium, si in instrumento cessionis adsint clausula valde pregnantes, licet illa requisita, seu vnum ex ipsis non interuenerit.*

7 *Clausula*, Ponens in locum suum, *operatur translationem exercitij directarum actionum, in cessionarium; secundum aliquos.*

8 *Contrarium tenent aliqui. Sed prior opinio verior est*, vide infra n. 12. & 13.

9 *Si cedens cum clausula*, Ponens in locum suum, *transtulerit in cessionarium expresse, omnem spem & exercitium actionum, nihil sibi retinens, seu reseruans, etiam (& multò magis) in cessionarium transfertur exercitium actionum. Maximè si accedat iuramentum.*

10 *Quando quis exactè cedit actiones, transfert vtiles, nec non exercitium directarum, quæ remanent inutiles apud cedentem.*

11 *Procurator cedit Domino exercitium directarum actionum. Item & is qui per sententiam condemnatus est, ad cedendum.*

12 *Quando in instrumento cessionis adest sola clausula*, Ponens in locum suum, *non adiectis aliis clausulis pregnantibus, multi dubitant vtrum sufficiat ad transferendum exercitium directarum. Sed Index debet attendere mentem contrahentium, quæ ex verbis contractus colligitur.*

13 *Cedens iura sibi quomodocunque, & qualitercumque competentia, adiecto iuramento, censetur etiam exercitium directarum actionum cedere voluisse.*

14 *Quamuis cessio actionum facta fuerit ad commodum cessionary, & eius periculo, directa actiones remanent efficaces apud cedentem, nisi adsint in instrumento clausula pregnantes, vel interuenerit vnum ex tribus requisitis* in d. l. 3. C. de nouat.

15 *Quando cessio facta est ad commodum solius cedentis, omnes actiones apud eum remanent, cum nihil hoc casu intersit cessionarij.*

16 *Si cessio facta fuerit ad commodum cessionarij, quamuis cedens posset exigere in suis casibus, tamen teneretur quidquid exegisset restituere cessionario.*

17 *Præuentio cedentis est valida & efficax, quando cessio per eum facta fuit, ad suum commodum tantum. Sicut & preuentio per cessionarium cedentis nomine facta valebit.*

18 *In executione rei iudicatæ cessionarius prefertur cedenti.*

19 *Præuentio cedentis est valida in casibus, in quibus actiones directa apud eum remanent efficaces. In aliis cessionarius non ligabitur præuentione cedentis.*

20 *Actio cedentis consentiente cessionario, præuentionem dat.*

21 *Perempta instantia litis mota per cessionarium, cedens nihilominus agere non potest, quia semel directas amisit per litis contestationem, seu illarum exercitium.*

22 *Cessio quando dicatur facta ad commodum cedentis tantum.*

23 *Quando facta censeatur ad commodum cessionarij tantum.*

24 *Quando cessio dicitur facta ad commodum vtriusque nempè tam cedentis quam cessionarij.*

Si cessio facta fuerit ob certam causam, tunc cessante causa cessat effectus cessionis.

NTENTATA per eum, qui alteri oo meo debitoris cesserat, via executiua pro crediti consequutione in voo tribunali, superueniente cessionarius qui coram alio iudice pro eodem credito sibi cesso agere voloit, dicens cedentem agendo sibi præiudicare minimè potuisse; & quatenus potuisset, præueotionem ex alio capite locum oon habere, quia videlicet iostantia, per cedentem mota, perempta erat: ideo de præuentione inter cedentem, & cessionarium dubitatum fuit. Ad elucidationem huios dubij.

Notandum est in primis, quod etiam post 1 factam cessionem cedens potest agere contra debitorem cessum, & ab eo nominis cessi consequi solutionem, & solucos hoc modo plenam consequitur liberationem, idque vigore actionum directarum quas cedens retinet, non obstante cessione, cum infixæ siot ossibus ipsius, ita vt ab eo diuelli noo possint, *leg. 1. §. primo, ff. ad Trebell. leg. 3. in princip. ff. pro socio, l. quis ergo casus 17. ff. de pecul. & ibi Gloss. finalis, Osasc. decis. 61. n. 4. Afflict. decis. 339. n. 3.*

2 Quod tamen locum non habet in certis casibus, in quibus licet cedens retineat directas actiones quæ ab eius persona separari non possunt, illæ tamen actiones directæ sunt inutiles, & inefficaces. Inter quos casus ille est præcipuus, quando videlicet interuenit vnum ex tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouat.* quorum primum est, si cessionarius debitori suo intimauerit, & notificauerit suam cessionem. Secundum si debitor cessus partem debiti cessionario soluerit. Tertium si cessionarius agendo, contra debitorem cessum, litem cum eo contestatus fuerit: nam in quolibet ex istis tribus casibus, actiones illæ directæ, quæ à cedente separari non possunt, remanent quidem apud ipsum, sed sunt inutiles, & inefficaces, per text. expressum *in d. l. 3. C. de nouat.* Et benè explicat Olsfc. *dec. 6 2. per totam.*

3 Secundo, actiones directæ remanent inefficacea apud cedentem quando cessio facta fuit in executionem vltimæ voluntatis, ex Senatusconsulto Trebelliano. Nam postquàm hæres fideicommissario hæreditatem restituit, quamuis non interuenerit aliquod ex dictis tribus requisitis *in d. l. 3. C. de nouat.* Tamen hæres grauatus qui restituit hæreditatem, non potest actiones directas exercere, quia apud eum inutiles, & sine efficacia remanent.

4 † Vnde sequitur euidenter, quod in istis, & similibus casibus, præuentio cedentis nihil operatur, nec impedit quominus is cui cessio facta fuit agere volens, ex pluribus Iudicibus competentibus, eorúmve notariis, vnum sibi benè visum eligat, cum cedens, aut restituens hæreditatem possit à iudicij limine repelli per exceptionem, *Tua non interest.* Vnde cùm actione careat, non potest in præiudi-

5 cium illius cui illa competit, præuenire. † Sed si ageretur de cessione iurium factâ inter viuos, nisi interueniat aliquod ex dictis tribus requisitis, de quibus *in dict. l. 3.* actio regulariter remanet efficax apud cedentem, qui cum agere possit, eadem ratione ius habet præueniendi: Castrens. *in l. si pater, C. mandat.* Bertazzol. *de Clauf. clauf. 19. glof. 4. num. 6.* Crauet. *consil. 191. num. 3. versic. simile videmus.* Trentac. *lib. 3. var. resolut. tit. de foluienib. resolution. 14. num. 1. versic. Secunda conclusio*, Tusch. *Littera C, conclus. 185. num. 27. 30. & 47.*

6 Similiter si in instrumento adsint clausulæ prægnantes, per quas in cessionarium, non solum vtiles, sed etiam directæ actiones translatæ censeantur, non propterea actiones in cessionarium directæ transeunt, sed solum exercitium actionum, & directæ remanent apud cedentem, sed sunt inefficaces, quamvis non interuenerit aliquod ex dictis tribus requisitis *dicta l. 3.* vt tradit Surd. *consil. 12. num. 35.*

7 *& 36.* Rota *decis. 373. num. 32. p. 4. recentior.* † veluti, secundum aliquos si in instrumento cessionis adesset clausula: *Ponens cessionarium in locum suum, & illum constituens procuratorem in rem suam*, Bsrz. *dec. Bonon. 27. n. 7.*

8 Et licet contrarium teneat Afflict. *decis. 335. numero 23.* Et ob id de veritate huius sententiæ dubitet Bertazzol. *d. clauf. 19. glof. 4. num. 6. in 1. limitat.* dicens hoc præcipuè procedere, quando clausula illa, *Ponens in locum suum*, est destituta aliis clausulis prægnantibus.

9 Ab illâ tamen priori sententiâ, non esse recedendum existimat Trentac. *lib. 3. var. res. tit. de solutionib. resol. 14. n. 1. in secunda conclus.*

Et hæc sententia per Trentacinq. & alios approbata, maximè procedit, quando vltra clausulam, *Ponens in locum suum*, cedens in instrumento cessionis transtulit in cessionarium omnem spem & exercitium actionum, ita quod apud ipsum cedentem nullæ remaneant reliquiæ: Tusch. *dict. lit. C. conclus. 185. num. 41.* Aut si adsit illa clausula, *Nihil sibi reseruans*, Sans foy reseruer aucune chose, Merlin. *controuerf. forens. centur. 2. cap. 30. n. 16.* Multóque magis si vltra illas clausulas interuenerit iuramentum: Merlin. *d. c. 30. n. 7.*

Sed Rota Romana, *decis. 453. num. 4. parte 4. diuersor.* tenuit, quod etiamsi in cessione adesset clausula, *Ponens in locum suum*, tamen si cessio actionum fiat ex causâ necessariâ, transfertur in cessionarium omne exercitium directarum actionum, quæ apud cedentem remanent inefficaces, veluti cum restitutio fit in vim Senatusconsulti Trebelliani, (de quo mox 10

actum est.) † Vel quando cessio fit per procuratorem, qui stipulatus est pro suo principali, cui tenetur, & cogi potest restituere, & cedere omnia, & quæcumque iura, qualitercunque nomine principalis sui acquisita, nihil sibi reseruando. Aut si quis per sententiam condemnatus fuerit iura sua alteri cedere: cum his casibus cessio, & restitutio iurium, & actionum sit necessaria, adeò vt omne ius totúmque actionum exercitium in cessionarium transferatur, Anton. Monach. *decis. Lucens. 37. n. 26.* Sed si cessio iurium facta fuerit ex causâ voluntariâ, Rota *ibidem* tenuit, quod actiones directæ, & efficaces, remanent apud cedentem, non obstante dicta clausula, *Ponens in locum suum, &c.* Nisi interuenerit aliquod ex tribus requisitis *d. l. 3.* Cuius tamen contrarium multi DD. tenuere: nempè, quod sola illa clausula sit sufficiens ad transferendum exercitium actionum directarum in cessionarium, & per consequens quod directæ sint inefficaces apud cedentem, vt ostendit Costa, *de clauf. conuention. clauf. 14. num. 3.* Mastrill. *decis. 143. n. 11. & 11.* Cenf. *in tract. de censib. q. 67. n. 6. versic. Aut in instrumento*, Duard. *de censib. §. 3. q. 16. n. 12.* 11

Cum igitur videamus decisionem illius quæstionis super sola adiectione clausulæ, *Ponens in locum suum*, esse dubiam, & controuersam; hoc saltem concludendum est, quod quando in instrumento cessionis apponuntur alia verba magis prægnantia, veluti si cessum fuerit omne ius, vel cessionarius fuerit per cedentem constitutus actor, exactor, & receptor, aut alio modo colligi possit mens, & intentio contrahentium, vt etiam actionum exercitium remissum fuerit, tunc verum est, directas actiones remanere apud cedentem inefficaces, adeo vt post cessionem agere, aut exigere non possit, licet non interuenerit aliquod ex dictis requisitis *l. 3. C. de nouation.* Quia non est lex dicta verbis & clausulis, sed oportet ve Iudex mentem, & intentionem partium ex verbis colligat: Rota in voto inserto *decis. 373. n. 32. p. 4. recentior. tom. 1.* 12

Ideo, si cessio facta fuerit de omnibus iuribus, quibuscunque, quomodocunque, & qualitercunque competentibus, adhibito etiam iuramento, hoc casu etiam ius agendi, & actionum exercitium, & ipsa etiam instantia, cessa videtur, cum tamen alioqui specialem requisiuisset expressionem: Giurb. *decis. 107. num. 6. & 7.* Thesaur. *decis. 201. n. 7.* 13

Sed quando in contractu cessionis, non fuerint adhibitæ prædictæ clausulæ, aut aliæ prægnantes, locus est regulæ superius allatæ, quod cedens, propter directas actiones, quæ apud illum remanent, potest agere & exigere. Quæ etiam ampliatur, vt locum habeat, quamvis cessio facta fuisset ad commodum cessionarij, & eius periculo, vt decisum fuit apud Thes. *dict. decis. 201.* quem sequitur Trentac. *d. res. 34. de solut. n. 11. versic. Ego ab hac secunda opinione:* Merlin. 14

15 Merl. *controu. for. p. 1. c. 31. n. 39.* † Multóque magis, si cessio ad solius cedentis commodum facta fuerit, cum hoc casu nihil interfit cessionarij, si principalis de cuius interesse agitur, expectatur ipsemet aut exigat, cùm si exigeret, cedenti restituere exactum teneretur : Gait. *de credit. cap. 2. titul. 3. numero 435.* Quia quando cessio fuit facta ad meum commodum cedentis, censetur potius simplex mandatum ad exigendum, quàm vera cessio iurium ; & ideo non obstante illo mandato, cedens potest creditum exigere ; Castrens. *in leg. si eum emptore n. 4. circa med. vers. nunc est videndum, ff. de pact.*

Quod procedit, etiamsi interuenisset vnum ex tribus, de quibus *in leg. 3. Cod. de nouationibus*, vt determinauit Rot. apud Merlin. *decision. 25. numero 4. & 5.* vbi agebatur de cessione facta ad commodum vxoris cedentis, ad effectum vt ipsa posset consequi solutionem suæ dotis.

Et cum illa cessio facta esset ad certam causam, nempe vt dos promissa secundo viro solueretur, cessante causa, videlicet soluto matrimonio per obitum secundi viri, cessabat etiam cessio, & ad non causam redacta erat; ideo multò magis actio spectabat ad cedentem ac si cessio facta non fuisset vt post Crauet. *consil. 127.* & alios deciditur *in d. decis. 25. num. 8. & 9.*

16 Si tamen cedens in certis casibus, in quibus exigere potest vigore directarum actionum apud eum remanentium, aliquid exigeret, & cessio respiceret commodum cessionarij, teneretur sine dubio tale exactum restituere cessionario: vt dicunt omnes DD. & maximè Castrens. *in leg. facta, §. si hæres, ff. ad Trebell.* Treutac. *d. resol. 14. de solut. n. 2. in fine 4. conol. versic. Est bene verum.*

Ideo in executione iudicati, præfertur ille qui actiones habet vtiles, cedenti qui habet directas, etiam efficaces. Ratio est quia cum vtilitas & commoditas resultans ab executione, pertineat ad cessionarium, illi dari debet prælatio in executione rei iudicatæ, quæ tendit ad exactionem: Merlin. *dict. c. 31. n. 4. p. 1.*

17 Quibus ita suppositis, facilis erit resolutio dubiorum, quæ inter præuentionem cedentis vel cessionarij, secundùm casuum diuersitatem oriri possunt.

Primo enim, si cessio facta fuerit ad solum commodum cedentis, veluti dum quis constituit procuratorem ad agendum & exigendum, cedens non aufert à se agendi potestatem, & per consequens ipso agente, causa erit legitimè præuenta. Si vero procurator aut cessionarius, seu is, cui simpliciter actiones nomine cedentis demandatæ sunt, prius egerit, præuentio quoque efficax & valida erit iodu&ta, ex traditis supra numeris præcedentibus, cum nemo negauerit vnquã, quin habens actiones vtiles, si præuenerit, præferatur habenti directas, & notant omnes *in l. 3. per illum text. C. de nouat.* quia si cessionarius impedit cedentem per simplicem denunciationem, multo magis per citationem iudicialem: ex quã oritur effectus veræ præuentionis iudicij, vt sæpe diximus.

18 Secundo, si agatur de executione rei iudicatæ, quamvis cedens præueniret, sine dubio præferendus est ille, cui vtiles competunt actiones: ex supraditis, *num. 16, versic. Ideo.* Et in his terminis procedunt tradita per Monach. *decis. Lucens. 37. numero 29. & 30.*

19 Tertio, si cedens, & cessionarius, in agendo simul concurrant, cessionarius cedenti præferendus erit in omnibus illis casibus, in quibus superius dictum est actiones remanere inefficaces, & inutiles apud cedentem. Sed in casibus illis, in quibus diximus actiones efficaces & vtiles apud cedentem remanere, dubitari potest vtrum cedens præferatur; quando cessio facta est ad commodum cessionarij? Et cedentem præferri, censuit Merlin. *dicto lib. 2. cap. 31. num. 39.* Quod tamen apud me dubium videtur: quia si sola intimatio facta per cessionarium impedit cedentem ne agat, *vt in d. l. 3. Cod. de nouat.* Multò magis impediet citatio debitoris, sic oppositio formiter facta contra ipsum per cessionarium, sed cuius commodum facta est cessio. Nisi fortè dicamus imputandum esse cessionario, quod non fuerit diligens in præueniendo cedentem per denunciationem cessionis factam debitori cesso. Itaque propter tanti Viri auctoritatem cogitandum relinquo: nec video quod illud bene colligatur ex dictis Castrens. *in d. l. facta, §. si hæres, n. 4. ff. ad Trebell.*

Quarto, si habens vtiles actiones, consenserit vt 20 ille qui directas habet, actionem proponat, præualebit sine dubio Iudicium per hunc intentatum: & producetur effectus legitimæ præuentionis per actionem à cedente, nomine, & de consensu cuius suprà intentatam: Olasc. *decis. 6 2. n. 18.*

Quinto, etiamsi cessionarius, agendo præuenerit, 21 & passus fuerit perimi instantiam, non potest nihilominus actiones suas directas inuito cessionario exercere, etiam per viam præuentionis. Ratio est, quia denunciatio, & litis contestatio, facta in instantia illa quantumvis perempta, retinet saltem vim simplicis denunciationis, quæ sufficit ad reddendas inefficaces directas actiones cedentis, cum hoc sit vnum ex tribus requisitis *in dicta l. 3. C. de nouation.* Ita declarant Bald. *in l. 3. C. mand.* Bertaxxol. *d. clans. 29. gloss. 4. num. 6. versic. Septimo non potest.* Trentacinq. *lib. 3. variar. resolut. tit. de solut. resolut. 14. n. 2. in 6. conclusione.*

Pro complemento materiæ, quæritur quando, & 22 ex quibus cessio dicatur facta ad commodum cedentis, vel cessionarij, vel vtriusque.

Respondetur, tunc cessionem factam dici ad merum commodum cedentis, quando aliquod cessum vel demandatum est, eo modo, vt nudum exercitium actionum transferatur in cessionarium, tota autem vtilitas quæ orietur ex rei debitæ exactione pertineat ad cedentem. Et hoc casu dicuntur potius mandatæ actiones quàm cessæ: veluti, quando aliquis fuit constitutus procurator ad agendum, vel exigendum, nomine & ad vtilitatem cedentis, seu mandantis.

Ad commodum vero cessionarij facta dicitur cessio, quando cessis actionibus, seu per viam donationis, seu in solutum dationis, aut alio modo, cedens est omnino liberatus, & nulla remanet penes cedentem actio efficax, neque penes cessionarium regressus aliquis contra cedentem. 23

Ad commodum denique vtriusque, quando cedēs 24 non est plenè liberatus per cessionē, & si quando cessionarius exigit, talis exactio cedit ad vtilitatem cessionarij, quia recipit solutionem; & cedentis, quia si cessionarius non consequeretur solutionem, non esset cedens liberatus, cum non cesserit nomen periculo, & fortuna cessionarij: veluti, quando cessio fit potius per viam assignamenti, quam dationis in solutum. Ita tres supraditos casus explicat Dominic. Gait. *in tract. de cred. c. 2. t. 3. n. 244. & seqq.* Sfort. Odd. *ad l. 3. C. de nouat. q. 1. art. 17. in 2. inspectione.*

Ex ex supradictis apparet, quando locus sit præuentioni, aut concursui inter cedentem, & cessionarium, tam inter ipsos, quam respectu aliorum.

CAPVT XXXIV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter adiectum solutioni, & creditorem principalem. Quis dicatur adiectus, quis correus debendi. Vtrum ex actione per adiectum intentata oriatur præuentio? Quid de adiecto in rem suam. Vtrum maritus dicatur adiectus solutioni vel obligationi, quando promissio facta fuit vxori, & pro ea eius marito. Si creditor principalis præuenerit adiectum, intentando prius actionem, quomodo adjectus remaneat exclusus. Quid si adjectus fuerit effectus deterioris conditionis, & vtrum ille qui præsentat chirographum sine alio mandato, habeat potestatem præueniendi. Et de adjecto, qui literas Cambij præsentauit.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus solutioni, agere regulariter & per consequens præuenire non potest.*

2 *Adiectus solutioni dicitur, quando alternatiuè & non per copulam solutio illi cum alio principali creditore promissa est.*

3 *Correis omnibus, ius agendi acquiritur, sed adiectis ius tantum solutionem consequendi.*

4 *Quod mihi, aut Titio stipulatus sum, Titius exigere potest, sed pro eo actionem mouere non potest.*

5 *Adiectus non dicitur ratione obligationis quærendæ, sed solùm solutionis recipiendæ gratia.*

6 *Adiectus non potest recipere solutionem, nisi à sponte soluente.*

7 *Adiectus in rem suam, & agere potest, & exigere.*

8 *Facultas data adiecto, non expirat per mortem, quando proprio eius nomine promissio facta est, & tunc agere potest & excipere.*

Adiectus si literas Cambij præsentauerit, illaque acceptata fuerint, potest agere contra acceptantem.

9 *Si promissio dotis facta fuerit vxori, & pro ea marito illius, maritus agere potest, & exigere.*

10 *Quando creditor principalis præuenit, intentando prius actionem, statim expirat potestas adiecti.*

11 *Intellige, vt non sufficiat ad excludendum adiectum, simplex propositio actionis, sed vlterius requiratur litis contestatio.*

12 *Facultas soluendi adiecto, expirat si effectus fuerit non soluendo, aut alias deterioris conditionis.*

13 *Qui præsentat chirographum sine alio mandato, vtrum agere & præuenire possit.*

1 ON inutilis erit hæc præuentionis consideratio, respectu illius qui solutioni adjectus est. In quâ materiâ generalis regula constituenda est, eum qui solutioni adjectus est, agere non posse, & per consequens præuentionem ab eo factam inutilem esse, imò si agere velit, à iudicij limi-
ne repellendum esse. † Quod antequam pleniùs 2
comprobemus, supponendum est in primis, adie-
ctum illum dici, qui alternatiue, & non per copulam
obligationi iunctus est, veluti si dicatur, *mihi aut*
Titio dare spondes. Nam si obligationi iunctus esset
per copulam, tunc non adjectus, sed correus cre-
dendi diceretur: Strach. *in tract. de adiect. qu.1.n.25.*
† Correis credendi omnibus, ius acquiritur, & ideo 3
omnes agere possunt, & de præuentione inter ipsos
præcedentibus capitibus actum est, sed adjecto ius
non acquiritur, nisi quoad solutionem recipiendam,
& ad liberandum debitorem, non autem ad agen-
dum. Suid. *dec. 229. num. 29.* Griuell. *decis. Dolan 9.*
num. 15. † Vnde si adjectus agat, inutiliter, & nul- 4
liter agit, quia actione caret; quò fit, vt ex hac inuti-
li actione nullus oriatur præuentionis effectus.
Quod probatur per text. *in leg. quod stipulatus*, 10.
ff. de solutionib. vbi dicitur Titium petere non posse
illud quod ego mihi, vel Titio stipulatus sum: ei ta-
men rectè solui posse. Et in *l. cum qui ita, 56. §. qui*
sibi, ff. de verb. obligat. † vbi dicitur, quod si quis sibi 5
aut filio suo dari stipulatur, personam filij compre-
hendit, vt ei rectè soluatur, & non quidem acqui-
rendæ obligationis gratiâ; sed solutionis causâ per-
sonam filij apprehendisse intelligatur. Sed si soli
filio qui in potestate sit, dari stipulatus sit, tunc filij
persona, obligationi magis quam solutioni appli-
catur. Idem habetur *in lege finali, §. si ita stipulatus*
fuero cod. tit. de verborum obligat. Ergo hoc casu ad-
jectus non agit, nec præuenit, cum vti carens actio-
ne repelli debeat à iudicij limine, ex regula generali
l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. † Cum igitur, 6
adjectus non possit agere, non potest ab inuito so-
lutionem extorquere, sed dumtaxat à sponte sol-
uente solutionem recipere, Cancer. *lib. 2. cap. 6. de*
solut. num. 131. Ergo non potest agendo præuentio-
nem producere.

Sed hæc regula limitatur, vt locum non habeat 7
in adjecto in rem suam, cui non solum recipere so-
lutionem facultas competit, sed etiam ius agendi
datur: Castrens. *in l. liber homo, §. decem, ff. de verb.*
obligat. Cartar. *decis. 126. per totam,* & maximè *n. 5.*
Rota Genuens. *decis. 10. num. 4.* † Aut si adjecto fa- 8
cta fuerit promissio, etiam proprio & priuato eius
nomine, vt fuit decisum in Senatu Neapolitano
apud Sanfelic. *decis. 213. num. 13.* Tunc enim non
solum adjectus; sed etiam illius hæres agere potest,
nedum solutionem recipere, quamuis mors interue-
nerit, licet aliàs facultas data adjecto expiret morte
ipsius, nec transeat ad hæredes, *l. cum quis, ff. de verb.*
oblig. & leg. si stipulatus 3. ff. de solutionib. quia adje-
cto nullum ius quæritur, *l. Stichum, §. vsumfructum,*
ff. de solutionib. Cancer. *lib. 2. var. resol. cap. 6. de solu-*
tionb. num. 128. Quod si non essent adjecta verba
promissionis proprio & priuato nomine, tunc fa-
cultas recipiendi solutionem non transiret ad hæ-
redes: stantibus autem illis verbis, *proprio & priuato*
nomine, iam non est amplius adjectus; sed principa-
lis. Sicut & in alio casu quem ponit Strach. *in tract.*
de adiect. quæst. 11. num. 2. si quis promittat Mæuio
præsenti & Titio absenti & cuilibet eorum in so-
lidum, tunc enim Titius, non adjectus censebitur,
sed principalis: quia proprio eius nomine stipula-
tio facta dicitur, cum facta fuerit cuilibet in soli-
dum: quod sequitur Sanfelic. *dicta decis. 213. nu-*
mero 13.

Vnde si adjectus præsentauerit alicui literas cam-
bij per illum acceptatas, & is soluere recuset, poterit
actiones suas dirigere contra acceptantem; quia cùm
talis adjectus interesse habeat proprio suo nomine,
dici

dicitur adjectus in rem suam, qui non solum solutionem recipere, sed etiam actiones potest exercere: Castrens. *in l. liber homo, §. decem, ff. de verb. obligat.* Rota Genuens. *decis.* 10. *n.* 4. Gratian. *discept. c.* 49. *num.* 23. Cæsar Barz. *decis.* 21. Plures alios citat & sequitur Anton. de Marin. *lib.* 1. *capite* 4. *per totum.*

9 Hinc dicebam aliàs in facti contingentia, quod cum debitor dotis promisisset illam soluere vxori, & pro illa, eius marito, ius non solum recipiendi solutionem; sed etiam agendi marito competebat, tanquam habenti proprium interesse, ac veluti procuratori in rem suam: Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 6. *gloss.* 1. *parte* 1. *numero* 36. *fol. mihi* 250. *& numer.* 8. 9. 10. *&* 38. Barz. *decis. Bonon.* 26. *num.* 2. *& sequentib.* Costa *de ratione rata, quæst.* 20. *num.* 10. Cancer. *dicta parte* 2. *cap.* 6. *de solut. n.* 131. Coccin. *dec.* 402. *num.* 3. fusè Gratian. *discept. forens.* 49. *n.* 21. Quamuis fundus ita in solutum datus, admixta persona vxoris, efficiatur dotalis: vt ostendimus *in nostris quæstionib. ciuilib. q.* 52. *n.* 7. *vbi delenda est negatiua.* Quamuis etiam hoc casu sint attendenda verba promissionis restituendo dotem, vt *ibidem* diximus, *num.* 8. necnon aliæ clausulæ contractus matrimonij.

10 Inter ipsum autem principalem creditorem, & adjectum, locus est præuentioni, itavt si principalis creditor præuenerit adjectum in agendo, solutio ipsi amplius fieri non possit. Et licet non tractetur de præuentione inter ipsos quoad actionem, cum adjectus simplex agere nequeat, de eâ tamen tractatur quoad solutionem recipiendam, cum adjecti facultas expiret, non solum per expressam reuocationem ipsius factam à creditore, Cancer. *loco citato, num.* 127. Sed etiam tacitam, vt dicunt DD. *mox citandi.*

11 Quod tamen ita intelligendum est, vt non dicatur facta tacita ista reuocatio facultatis adjecto datæ, vt solutionem recipere possit, per solam & simplicem citationem factam ad instantiam creditoris, quæ tamen ex illâ induceretur in aliis casibus; sed præterea requiratur litis contestatio, quæ donec interuenerit, non expirat facultas soluendi adjecto, (quæ contestatio quando & ex quibus facta dicatur *sequenti capite* exponemus,) ita declarant Bart. & alij, *in l. si quis stipulatus* 57. *ff. de solutionib.* Rota Auenion. *decis.* 149. *num.* 3. Ias. *in l. eum qui ita* 56. *§. si quis sibi aut filio, n.* 12. *ff. de verb. obligat.* Castrens. *in l. liber homo. §. decem* 2. *n.* 3. *ff. eodem tit.* Cancer. *dicta p.* 2. *c.* 6. *de solut. num.* 125.

12 Idem dicendum est, si adjectus factus fuerit non soluendo, aut deterioris conditionis, hoc enim casu expirat etiam facultas illi data, vt solutionem recipere possit, *l. cum quis, ff. de solutionib.* Cancer. *ibid. num.* 126. Rota Auenion. D. à Laurent. *d. decis.* 149. *num.* 3.

13 Quæ autem de adjecto dicta sunt, eâdem ratione locum sibi vendicant in eo, qui chirographum repræsentat, iuncto mandato creditoris de soluendo sibi, vel illi qui chirographum exhibebit, *Au porteur des presentes*, Is enim cui tale mandatum factum est, comparendo cum chirographo, & agere potest & solutionem recipere, ideo propter mandatum, ampliorem etiam habet quam simplex adjectus facultatem, & est veluti cessionarius ad commodum proprium, etsi nulla alia clausula dationis in solutum, aut similis interueniat: Strach. *de adiect. parte* 3. *quæst.* 8. *num.* 8. *& sequentib.* cum aliis de quibus Cost. *in tract. de re integr. distinct.* 82. *num.* 4. *& seqq.* Adeo vt talis exhibitor chirographi, quamuis veniens ex longinquis regionibus, non teneatur personæ suæ identitatem probare, quæ per solam chirographi exhibitionem satis iustificatur: Costa *ibidem num.* 7.

CAPVT XXXV.

ARGVMENTVM.

Quando & quibus in casibus, præuentio inducatur ex actibus iudicialibus, vltra citationem, veluti per litis contestationem; & ex quibus actibus facta dicatur contestatio. Quando per solam libelli oblationem, & quando per sententiæ prolationem. Et in quibus casibus in præuentione iudiciali attendatur, quis causam habeat tempore antiquiorem. Præuentio quando inducatur inter plures correos credendi. Quando præueniens possit exigere iudicatum data cautione de restituendo, præuento. Inter creditores hypothecarios cui præuentioni locus sit si vnus prior egerit. Vtrum ex duobus creditoribus hypothecariis concurrentibus in eadem data obligationis, itavt quis sit anterior ignoretur, vtriusque æquali priuilegio existente, ille qui fuit diligentior agendo, excludat alium, an vero quilibet eorum pro rata admittatur.

Quæ sit differentia, quoad præuentionem inter actionem de peculio & tributoriam. In obligationibus alternatiuè conceptis, quando oriatur præuentio per litis contestationem Præuentioni, quando locus sit inter plures procuratores ad lites, vel ad negotia constitutos, vel etiam inter eos qui mandatum habent ad præsentandum ad aliquod beneficium. Procurator, post præuentionem causæ, an & quando reuocari possit. Procurator aut Curator Discussionis vtrum reuocari possit postquam deputatus fuit. Per posterius mandatum eidem aut alteri personæ factum, vtrum mandatum primo loco factum censeatur reuocatum.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio non fit, nisi per affirmationem actoris & responsionem negatiuam rei.*

2 *Non qualibet assertio rei sufficit, vt facta dicatur litis contestatio, sed præterea requiritur quod fiat animo litem contestandi.*

3 *Quando quis condemnatur ad fructus perceptos à die litis contestatæ, à quo tempore computari debeant.*

4 *Præuentio exercitij iurisdictionis, fit per solam citationem.*

5 *Præuentio quoad ordinem procedendi, vt sciatur quis prior admittatur ad formandum suum processum;*

 orient.

oritur ex libelli obligatione, dum de reconuentione agitur.

6 *Si reus proponat exceptiones legitimas aduersus libellum actoris, prius admittendæ sunt & discutiendæ si tales sint quæ impediant litis ingressum.*

7 *Præuentio solum oritur per sententiam, quando duo de eadem re, eâdemque causâ contendunt.*

8 *Qui prius sententiam obtinuit, exequitur contra possessorem, datâ illi cautione de ipsum reuelando in casum futuræ succumbentiæ, si adsit alius concurrens in petitione.*

9 *Præuenisse is dicitur, qui causam habet antiquiorem, quando duo prætendunt eandem rem, ex duabus causis, quæ non sunt inter se incompatibiles.*

10 *Quod si causæ illæ originem habuerunt eodem tempore, ille præuentionem habet, qui prius deuenit ad litis contestationem.*

11 *Inter plures legatarios, quibus eadem res legata est, & vnus rem, alter æstimationem consequi debet, electio rei vel pretij datur illi qui præuenit per litis contestationem.*

12 *Quando testator eandem rem in solidum duobus legauit, quilibet virilem habet portionem, & non est inter eos locus præuentioni, & quilibet in tribunali separato agere potest.*

13 *Si ex pluribus reis credendi, vnus præuenerit litem contestando, solutio alteri correo fieri non potest.*

14 *Idem locum habet, si vnus ex correis iuramentum detulerit debitori, quia hæc delatio iuramenti, vim habet contestationis.*

15 *Præuentio non datur, quando non agitur de eâdem re, sed diuersa.*

16 *Præuentio non oritur per litis contestationem, sed sententia expectanda est, quando plures eandem rem petunt ex diuersis causis seu prætensionibus.*

17 *Præuenientis in actione noxali melior est conditio, si prius sententiam reportauerit, non tamen ex eo præiudicatur iuribus alterius simile interesse habentis.*

18 *In actione de peculio, præuentio oportet vt fiat per sententiam, nec sufficit quod per litis contestationem.*

19 *In actione tributoriâ non est locus petitioni solidi, nisi aliis tacentibus, ideo qui præuenit cauere debet de restituendo si alij petant.*

20 *Inter creditores hypothecarios, præfertur ille qui prior est tempore, etiam quoad horam & momentum.*

21 *In dubio autem præfertur causa onerosa, & causa dotis, quæ fisco fauorabilior est.*

22 *Si creditores hypothecarij sint omnino pares in tempore & priuilegio, præfertur ille, etiam ad totalem alterius exclusionem, qui fuit diligentior in adipiscenda possessione rei hypothecatæ; reprobatâ Thesauri iunioris sententiâ.*

23 *In alternatiuâ rerum, debitor amittit ius eligendi, si passus fuerit se præueniri per litis contestationem.*

24 *Facultas eligendi in debito alternatiuo, non amittitur per simplicem litis contestationem, sed tantùm per sententiam, quando oritur à lege, vel procedit ex vltimâ voluntate.*

25 *Inter plures procuratores ad lites constitutos, præuentio non oritur per citationem, sed per litis contestationem.*

26 *In procuratoribus ad negotia, ille dicitur præuenisse qui prius negotium aggressus est, nec attendenda est hoc casu litis contestatio.*

27 *Etiam si litis contestatio nullitate laboret, nec eo minus procurator censetur præuenisse, ad exclusionem aliorum procuratorum.*

28 *Si plures fuerint constituti procuratores ad præsentandum nomine Patroni ad beneficium, vno ex illis præsentante, alij sunt exclusi, quamvis huius præsentatio non sit sortita effectum.*

29 *Poterit tamen hoc casu procurator præuentus, aliam & secundam præsentationem facere, cumulatiuè.*

30 *Nisi tamen primus procurator, secundum præuenerit, faciendo posteriorem cumulatiuam præsentationem antequam secundus illam faceret.*

31 *Inter procuratores plures constitutos in solidum, non est locus præuentioni, quando adiecta fuit clausula,* Ita quod non sit melior conditio occupantis.

32 *Præuentioni locus non est inter plures procuratores sine clausula solidi constitutos, quia vnus sine alio exercere non potest: vnde si agat, non præuenitur causa.*

33 *Procurator per contestationem efficitur dominus illius litis & instantiæ, sed non diuersæ.*

34 *Procurator qui litem occupauit per contestationem, non potest sine iusta causa reuocari.*

Procurator dominus litis effectus, potest se opponere constitutioni secundi procuratoris.

Idem dicendum est de curatore discussionis, qui si præuenerit, non potest mutari sine causa legitima.

Per secundum mandatum factum eidem person[æ] vtrùm censeatur reuocatum primum.

SÆPIUS diximus ex citatione solâ præuentionẽ oriri. Quod verum est, quando contentio est de sola præuentione inter Iudices. Sed quia quæstio præuentionis aliis etiam de causis agitari solet, quæ quotidie in praxi occurrere solent, ideo materia ista ampliorem desiderat explanationem.

Supponendum itaque in primis est, litis contesta- 1
tionem non prius fieri, quam proposito per actorem libello, subsequatur responsio rei, siue confitendo, siue negando, siue dubitando: DD. *in cap. venerabilis,* & maximè Abb. *n.* 13. Dec. *num.* 80. *de except.* Nicol. Caluol. *in praxi.* §. *litis contestatio, conclus.* 1. *num.* 5. *& sequentibus.* † Adeò vt non sufficiat talis qualis re- 2
sponsio, sed illa fieri debeat, animo litem contestandi: Innocent. *in cap. vnic. num.* 1. *de litis cont.* Bart. *in leg. si domus.* §. *in pecuniâ, num.* 12. *ff. de legat.* 1. *& in l. vnic. num.* 14. & *ibi* Angel. *num.* 4. *Cod. de litis contest.*
† Vnde cum nuper quædam causa à multis annis 3
penderet in Rotâ, in qua datus fuerat libellus, & super admissione illius fuerat diutius litigatũ: deinde longo pòst tempore lata sententia, per quam possessor condẽnatus fuerat ad omnes fructus per eũ perceptos à die litis contestatæ restituẽdos, quia respõsio ad articulos, seu petitionẽ actoris, facta fuerat per reum modico tempore ante latam sententiam; fructus non fuerunt liquidati à die litis motæ, sed à die illarum responsionum factarum per possessorem reum conuentum, & actor, qui multos fructus prætendebat, sua spe delusus remansit: ex traditis per Marant. *in specul. p.* 6. *memb.* 10. *de litis contest. num.* 3. Gaill. *lib.* 1. *obseru.* 73.

Hoc ita supposito, Prima proponitur conclusio. 4
Quotiescunque tractatur de præuentione exercitij iurisdictionis inter plures habentes iurisdictionem cumulatiuè, præuentio causæ per solam citationem fit, per text. *in l. vbi accept. ff. de iud. leg. si quis posteaquam* 7. *ff. eod. tit.* † Vbi dicitur, eum qui post citationem

nem factus est miles, forum postea in præiudicium causæ præuentæ mutare non posse, quod nos alio in loco abundè explicauimus.

5 Secunda conclusio. Quando tractatur de præuentione quoad ordinem procedendi, videlicet si tractetur inter duos litigantes quorum vnos vult audiri in suis rationibus ante alium; ille dicitur præuenisse, qui prius libellum propoſuit, *l. qui prior. 19. ff. de Iudic. l. in tribus, 13. ff. eodem tit.* & explicat Bar-
6 tol. *in d. l. qui prior, num. 3.* † Si tamen reus post datam ab actore petitionem, producat exceptiones impeditiuas litis ingressus, articuli rei continentes huiusmodi exceptiones, debent prius ad probandum admitti: Rota Auenion. *decis. 94. num. 1.* In terminis vero reconuentionis, procedunt quæ ex ista *leg. qui prior*, dicta sunt, videlicet vt prius admittendi sint illi articuli, qui porrecti sunt pro parte eius, qui diligentior fuit in proponendo actionem suam. Barb. *in d. l. qui prior.* vbi fusè totam materiam reconuentionis examinat, & nos aliquid postea dicemus, *cap. 58. infrà.*

7 Tertia conclusio. Quando duo contendunt inuicem de eadem re, & ex eadem causa, ille dicitur præuenisse quoad suæ petitionis consequendum effectum, qui prius sententiam obtinuit. Quia cum impossibile sit vtrumque fouere bonum ius, sequitur omnino expectandam esse sententiam, vt saltem præsumptiuè sciatur, quis vtatur meliori iure: quia ex parte eius qui sententiam fauorabilem obtinuit, militat præsumptio boni iuris, *l. cum idem 37. ff. de pe-*
8 *tit. heredit. at. l. a à quo 57. de rei vendicat.* † Vbi si duo eandem rem petant, possessor cogitur rem illi restituere, qui prius sententiam pro se obtinuit, data tamen cautione de rem illam restituendo alteri, si illam in futurum euinci contingeret; cum ea ratione, & possessori per cautionem consultum sit, & alteri petitori, cuius res salua sit aduersus eum à quo se præuenitu passus est.

9 Quarta conclusio. Quando duo prætenduot eandem rem ex duabus causis & prætensionibus, quæ non sunt ad inuicem incompatibiles; sed ambæ possunt esse veræ, & causæ illæ originem habuerunt diuersis temporibus, ille dicitur præuenisse, qui causam habet tempore antiquiorem. Probatur in *leg. in operis 26. ff. locat.* vbi si quis operas suas duobus locauerit, ille qui prius operas conduxit, secundo conductori præferendus est, quia tempore prior est & præuenit.

10 Quinta conclusio. Retento eodem themate præcedentis conclusionis, nempè quando duo prætendunt eandem rem ex duabus causis quæ simul subsistere possunt, sed illæ causæ originem habuerunt eodem tempore, tunc illi suffragatur præuentio, qui priùs deuenit ad litis contestationem, *l. si plurib. 33. ff.*
11 *de leg. 1.* † Vbi si eadem res duobus legetur, & testator ex scriptura manifestè declarauerit, vtrumque eorum, solidum accipere voluisse, tunc vni pretium, alteri res ipsa assignatur; electione rei, vel pretij seruanda ei, qui prior de legato siue fideicommisso litem contestatus est: quem text. bene explicat Ioan. Anton. Bellon. *in tractat. de iure accrescendi, cap. 5. quæst. 13. num. 30. 31. & 45.*

12 Si vero manifestum non sit, testatorem solidum vnicuique legare voluisse, tunc quilibet virilem obtinebit portionem, neque locus erit præuentioni, imò quamuis ambo diuersis agant actionibus, vnus videlicet actione ex testamento, alter vero rei vendicatione, aut etiam quilibet actionem suam personalem, vel singuli rei vendicatoriam proponant, quælibet actio separatim procedet, & curret marte suo, nulla inter ipsos inducta præuentione, vt probatur euidenter per textum *in d. leg. si pluribus 33. in principio*, & tradita per Ioann. Anton. Bellon. *dicto cap. 5. q. 13. num. 15.*

Eadem ratione, si vnus ex duobus reis credendi 13
debitorem in ius vocauerit, & litem cum eo contestatus fuerit, ex eo oritur præuentio, & præoccupatio, adeo vt promissor post litem cum isto contestatam, nō possit alteri correo credendi, seu stipulandi, soluere, vel soluti onem offerre, *l. ex duobus 16. ff. de duob. reu.* Bart. *in l. duob. 28. n. 1. ff. de iureiur.* † Vbi dicit 14
hoc etiam locum habere in iureiurando ab vno ex correis delato, quod scilicet noceat aliis correis credendi, siue socij sint, siue non, quia iuramentum habet vim litis cōtestationis, ergo sicut correus credēdi præuenisse dicitur litem contestando, ita & iuramētum deferendo. Quod etiam confirmatur per text. *in l. fideicom. 1 1. §. plerumque, ff. de leg. 3.* vbi dicitur quod si testator eandem rem pluribus reliquerit, & de omnibus senserit, omnes fideicommissum relictum petere quidem poterunt, (quia omnium interest,) sed tamen si vnus præueniat (intellige per litis contestationem) totum consequetur, ita tamen vt caueat in fauorem soluentis, pro eius indemnitate erga collegatarios, casu quo in futurum idem petere velint, ne bis idem soluere cogatur, & hoc siue dicti collegatatij sint socij, siue non. Quæ tamen sunt intelligenda iuxta distinctionem per nos superius allatam *cap. 13. num. 18. 19. & 20.*

Sexta conclusio, Quando duo non petunt eandem rem, sed agunt ad res diuersas, tunc nulla datur 15
præuentio, quæ non est attendenda quando agitur de duabus rebus & petitionibus diuersis & separatis, & tunc quælibet causa currit Marte suo: Gratian. *discept. forens. 394. num. 14.* & diximus *par. 1. huius, & tract. cap. 10. num. 17.*

Septima conclusio. Quando duo petunt eandem 16
rem ex diuersis causis, & diuersis prætensionibus, non datur aliqua præuentio per litis contestationem, multóque minus per simplicem in ius vocationem seu citationem; sed expectanda est sententia, quę est causa immediata executionis, & ille qui prius sententiam obtinuerit, dicetur præuenisse, & in executione præoccupasse, sed Iudicis officium erit, vt iste præueniens in executione, caueat de euictione ex suo facto proueniente. † Exemplum habetur, *in* 17
l. si quis à multis 14. ff. de noxalibus actionib. vbi dicitur, quod si quis ob noxam eiusdem serui, à pluribus conueniatur, melior est præuenientis conditio, quia idem seruus omnibus tradi non potest, sed seruus ei debetur, qui prior ad sententiam peruenit, & ei qui postea vicerit, & per sententiam ab alio se præueniri passus fuerit, actio denegabitur iudicati. Reseruabitur tamen præuento, ius agendi aduersus eum qui prior sententiam obtinuit, & executioni demandari fecit: vt colligitur ex Gloss. *in dict. leg. si quis à multis. in verbo, meliorem.* & probat text. *in leg. 2. ff. si ex noxali cauſ. agat.* Quamuis enim Ofilius I.C. existimasset, noxæ vni facta deditione, cæteris noxalem actionem perimi, reiecta tamen illius sententia, decisum fuit *in dict. leg. 2.* noxæ deditum, ex præcedentibus causis minimè liberari; sed noxam caput sequi, etiamsi in fauorem alterius deditio facta fuerit: Quod & *in eadem l. 2.* aduertit Fulgosius.

Item, & in actione de peculio, melior est occu- 18
pātis conditio, non quidem eius qui per litis contestationem; sed dumtaxat qui per sententiam præuenerit, adeo vt quamuis vnus ex creditoribus prius litem contestatus fuerit, si tamen alius in litis contestatione

testatione præuentus, sententiam prius obtinuerit, meliorem suam fecerit conditionem, nulla habita ratione anterioris contestationis, *l. si vero* 10. *ff. de peculio.*

19 Attamen in actione tributoria secus est, quia in hac non singulis ius totale, quoad executionem competit, imò tributio fit pro rata eius, quod cuique debetur. Ideo si vnus creditor in Iudicio comparuerit desiderans sibi integram adiudicari portionem, solidum quidem nullo alio concurrente assequetur. Sed quoniam fieri potest, vt alius quoque, vel alij compareant in futurum rei peculiaris creditores, cauere debet creditor iste præueniens, pro rata se refusurum, si fortè alij emerserint creditores, vt probatur per text. *in l. procuratoris* 5. §. *fin. Digest. de tributor.*

20 Verum supradicta, quæ de tributoria dicta sunt, non ita simpliciter procedunt, quando agitur de duobus, aut pluribus creditoribus hypothecariis, quia licet vera, & generalis sit regula, inter plures ex ipsis concurrentes præferendum esse illum, qui tempore prior est, quando de anterioritate constat, adeo vt sufficiat creditori, quod eius hypotheca aliam per horam, imò & per momentum præcedat, quamvis anterioritas illa per solam testium depositionem comprobata fuerit; Pacif. *de Salu. interdict. Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 45 I. Et in dubio præfertur illa hypotheca, cuius instrumentum prius reperitur ordine scripturæ in libro notarij, quando videlicet vtrumque ab eodem notario rogatum fuit: Negus. *de pignorib.* 2. *memb.* 5. *partis, n.* 51. *& multis seqq. & secunda partis memb.* 4. *n.* 109. *&* 110. Pacif. *de saluian. in-*

21 *terd. loco cit. n.* 432. *& seqq.* † Et causa lucratiua in dubio causæ onerosæ postponatur, Capyc. *decis.* 78. *n.* 7. Afinius *de execut.* §. 7. *cap.* 47. super quo tamen videndus est Gabriel. *consil.* 82. *num.* 1. *& sequentib.* & maximè *num.* 6. *lib.* 1. Dominic. Gait. *in tract. de credito cap.* 4. *num.* 1235. *& multis sequentib.* similiter & quando res versatur in dubio, dos sit alias creditis præferenda, vt notatur per Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *n.* 35. & in specie tradit Negusant. *de pignorib.* 4. *membro secunda partis num.* 108. vbi amplius dicit, nempè quod in dubio dos, ipsi fisco quantumvis alioqui priuilegiato præferenda est, quod etiam affirmat Barbos. *in leg.* 1. *p.* 7. *maximè n.* 16. *in secunda concl. ff. solut. matrim.*

22 Hoc tamen verissimum est, quod ex duobus creditoribus hypothecariis qui sunt in tempore æquales, adeo vt nesciatur quis præueniens, hypothecam contrahendo, seu acquirendo, potior sit, & præferatur ille, qui prænenit, non quidem in citatione, litis contestatione, vel sententia, sed in sententiæ executione, & possessionis adeptione. Ideo cum nuper creditor quidam hypothecarius, de cuius hypothecæ anterioritate quoad tempus dubitabatur, ad me recurrisset, consului, vt quia facti erant incantus, seu subhastationes, & res hypothecata sibi in auctione publica vti plus offerenti liberata, illius rei quanto citiùs, auctore Prætore possessionem acciperet, & quod si deinde ab alio concurrente creditore conueniretur illum repelleret, illique stante dubio anterioritatis suæ hypothecæ, innixâ possessionis adeptione præfertetur. Hæc est doctrina Bartoli, Salycet. & aliorum in *l. & qua nondum*, aliàs *l. si fundus*, §. *si duo, ff. de pignorib.* Qui volunt quod quando non apparet cui primò, & secundò res fuit obligata, tunc illa res cuilibet creditori obligata manet in solidum, & quilibet poterit agere pro suo credito in solidum, contra extraneum possessorem, si diuersis momentis, & diuersis verborum conceptionibus duæ obligationes factæ sint, licet de prioritate non constet. Nam si eodem tempore & sub eadem verborum conceptione, non duo, sed vnum tantum esset creditum; sed tamen si vnus ex ipsis contra alium concreditorem agere velit, melior erit præuenientis conditio, & ille qui præuenit in acquirenda rei hypothecatæ possessione, stante dubio anterioritatis hypothecæ, alium exceptione repelleret. Negusant. *de pignorib. in* 5. *memb. parte* 2. *num.* 31. *in fine.* Et probatur *in l. si debitor. ff. eod. tit.* Vnde non possum assentiri eruditissimo Thesauro Iuniori, qui hoc in casu creditum pro dimidia, inter vtrumque creditorem censuit esse diuidendum quoad executionem, stante dubietate vtriusque hypothecæ, *lib.* 3. *quæst. forens. quæst.* 106. cum contra ipsum valdè vrgeant iura prædicta, imò & rationes quas ipse in contrarium deduxit, quibus satisfecisse non videtur, & potius ex quadam æquitate quam de rigore iuris negotium illud terminare voluisse.

Septima Conclusio. Quando debitor alternatiuè vnum ex duobus soluere obligatur, & sic summus non in alternatiua personarum, sed rerum, aut quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione, seu facultate soluendi, si creditor præuenerit per litis contestationem, debitor amittit facultatem alterum membrum ex alternatiuis eligendi. Exemplum: Si quis stipulatus fuerit decem in melle, & sic non in quantitate certâ, & taxatâ, solui quidem potest per debitorem mel creditori loco pecuniæ, sed si creditor præueniat debitorem, petendo ab ipso pecuniã, & facta fuerit litis cõtestatio, vel aliquis alius actus qui sit loco litis contestationis, debitor amittit electionem soluendi mel loco pecuniæ promissæ, text. est in *l. si quis stipul. fuerit decem in melle* 57. *ff. de solutionib.* quem textum explicat Cancer. *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 6. *de solutionibus, n.* 85. *& multis sequentib.* Surd. *consil.* 125. *n.* 5. *&* 6. ad quos, & ad dicta communiter *in d. l. si quis stipulatus* 57. semper recurrendum erit, cum hæc non sit propriè materia nostra. 23

† Sed tamen regula generalis illius legis limitanda est, vt non procedat, quando alicui ius eligendi alteram alternatiuæ partem, competeret ex dispositione legis, vel ex vltimâ voluntate, tunc enim facultas eligendi non amitteretur per litis contestationem, sed duraret vsque ad sententiam: vt docet Cancer. *d. c.* 6. *de solut. n.* 92. 24

Octaua Conclusio. Quando plures ab aliquo constituti fuerunt procuratores, inter ipsos præuentioni locus est, & melior est occupantis conditio, non quidem per simplicem citationem, etiam executioni demandatam, sed per litis contestationem. In hoc enim differunt procuratores à iudicibus, quod indices præueniunt, per quemcunque actum iudicialem, inter quos primum locum obtinet citatio executioni demandata, & effectum sortita, Gloss. *in cap. cum plures, in verbo, incheantes, de offic. iud. deleg.* Mascard. *de probat. concl.* 1232. Præuentio *n.* 6. & diximus *p.* 1. *in cap. de citatione, & alibi sæpius.* Sed inter procuratores non sufficit ad præuentionem citatio, nisi etiam litis contestatio subsequatur, *cap. si duo de procurat. in* 6. Et ita intelligo tradita per Hering. *de fideiussor. cap.* 20. §. 36. *n.* 5. 6. *&* 7. vbi dicit, vno ex pluribus procuratoribus præueniente, seu præoccupante causam, alium censeri reuocatum, vt locum habeat si præuentio facta fuerit per litis contestationem, & non antea: Mascard. *de probation. d. conclus.* 1232. *n.* 15. 25

Sed hæc cum moderamine intelligenda sunt, Primo enim locum habent dum agitur de procuratoribus 26

tibus ad lites, secùs si agatur de procuratoribus ad negotia: in his enim cum nulla interueniente possit litis contestatio, præuenisse sufficienter illum procuratorem dicimus, qui actum aliquem fecerit circa negotium sibi commissum, statim enim res desinit esse integra, perinde ac si alter procurator reuocatus fuisset: Franc. *in cap. si quem 8. in princ. num. 3. de procurat. in 6.* per text. *in leg. 1. §. cœpisse, ff. de pollicitation.*

27 Secundo. Quod diximus procuratorem præuenisse per litis contestationem, ampliatur vt procedat, quamuis contestatio nulliter facta fuisset quia licet respectu iudicum, non oriatur præuentio iurisdictionis ex actu nullo, *cap. penult. de foro compet.* Franc. *in dicto cap. si duo, in princip. colum. 1. circa med. de procurat. in 6,* tamen inter plures procuratores, præuentio ad exclusionem aliorum ab executione mandati ad lites oritur ex actu etiam inualido, vt *ibidem* Francus

28 notat. † Vnde si quis plures constituerit procuratores ad præsentandum in beneficio, cuius sibi ius patronatus quæsitum est, vnus autem ex procuratoribus aliquem præsentet; sed præuentio non sortiatur effectum, forsan ex eo, quod talis præsentatus renonciauerit præsentationi, vel alias illam acceptare noluerit, non tamen alius comprocurator poterit actum præsentationis exercere, cum à primo præuentus fuerit, licet per præsentationem effectum non sortitam: Viuian. *in tract. de iurepatr. lib. 5. c. 6. n. 18.*

29 Verum est tamen, quod si adhuc duraret tempus patrono assignatum ad præsentandum, secundus procurator, non obstante præuentione primi, posset aliam præsentationem facere, illam cum primâ iam facta cumulando, dummodo ageretur de iurepatronatus laïcali in quo licita est variatio cumulatiua, in qua collator potest alterum ex præsentatis eligere, *cap. quod autem, de iure patronat.* quod per nos fuit expositum, *in quæst. benefic. parte 1. cap. 118. num. 21.* Viuian. *num. 8. loco citato, nempe, lib. 5. cap. 6. de iure patron.*

30 Ideo cautela est, vt procurator qui prænenit, si velit euitare præsentationem secundi, faciat duas præsentationes, vnam post aliam, & vnam alteri cumulando, hâc enim ratione excludet cumulatiuam secundi procuratoris præsentationem, quia factâ semel variatione, licita non est noua in patronis laïcis etiam cumulatiua variatio, Viuian. *de iurepatr. lib. 12. cap. 9. num. 46.*

31 Tertio inter procuratores præuentio locum habet, quando in mandato adest clausula, *in solidum,* vel alia similis, veluti si quis duos constituerit procuratores, *& quemlibet ipsorum.* Gratian. *discept. forens. cap. 201. num. 15. & multis sequentib.* Nisi tamen esset adjecta illa clausula, *Ita quod melior non sit conditio occupantis.* Stante enim hac clausulâ in mandato appositâ, non erit locus præuentioni inter plures procuratores constitutos etiam in solidum, Gratian. *ibid. num. 58.*

32 Quarto, non erit locus præuentioni inter plures procuratores simpliciter constitutos sine clausula solidi, aut alia illi æquiualenti: nam quando tales clausulæ non fuerunt appositæ in mandato, vnus sine alio exercere non poterit: vt *ibidem* exponit Gratian. *num. 1. 2. & 3.* Ideo in illis casibus, in quibus vnus ex procuratoribus, sine alio agere non potest, si tamen agat, nulliter agit, & per consequens, ex huiusmodi actione, causa quoad tribunalia non dicitur legitimè præuenta, cum ex actu nullo non oriri præuentionem quoad Iudices, superius & multis aliis in locis fuit tractatus dictum sit.

33 Quinto per litis contestationem à procuratore fa-

ctam adeo dicitur facta præuentio, & præoccupatio, vt ipse fuerit effectus dominus litis, quoad illam causam & instantiam, non tamen quoad diuersam causam, nec quoad aliam instantiam. Vnde si procurator in primâ instantiâ comparuerit & præuenerit, cessat effectus præuentionis regulariter in secunda, nisi illi clausulæ prægnantes mandati suffragentur, Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 62. n. 7.* Cum limitatione tamen prædictâ, nisi videlicet clausulæ mandati prægnantes assistant præuentioni etiam in aliâ instantiâ, veluti si mandato adsit clausula *Releuans, &c.* Quia illa clausula operatur satisdationem iudicio sisti, & iudicatum solui, ideo hoc casu procurator efficitur Dominus litis quoad omnes instantias, si per litis contestationem præuenerit in vnâ: Add. ad Ludouis. *decis. 548. num. 12.*

Alius prætetea ex procuratoris præoccupatione 3 resultat effectus, nempe quod procurator, qui per litis, contestationem fuit effectus Dominus litis non potest sine iustâ causâ reuocari, *cap. 2. de procurat. in 6.* Tenet tamen reuocatio, si nihil opponatur in contrarium, Seraphin. *decis. 195. num. 1.* Quod fusius explicat dicta Addit. *ad Ludouis. decis. 548. num. 13. & 14.* Quando autem procurator reuocatur lite pendente, talis reuocatio debet intimari parti, & ipsi procuratori in causâ constituto, alias si tanquam talis citetur, sustinebitur citatio, & omnis processuta inde dependens in præiudicium eius qui procuratorem illum constituerat: Rota, *decis. 233. n. 7. & 8. par. 7. recentior.* Gratian. *discept. 18. num. 37.* Quando autem per secundi procuratoris constitutionem primus censeatur reuocatus? fusè exponit Add. ad Butar. *decis. 723. num. 7.* vbi aduertit non censeri reuocatum, si in secundo mandato adsit clausula, *citra reuocationem*: subdens quod per constitutionem secundi in causâ speciali, non censetur reuocatus primus, qui fuerat constitutus in causâ generali, nec è contra. Et quod intimatio non est necessariò facienda procuratori reuocato si reuocatio, siue expressa siue tacita per constitutionem secundi, deuenerit ad eius notitiam, vt *ibi* per eum *n. 15.* Sed hæc non tangunt materiam nostram, ideo ad illum locum lectorem remittimus.

Non tamen abs re erit, duo circa hanc materiam notabilia subiungere. *Primum* est, quod constituto secundo procuratore, primus qui est effectus dominus litis, potest se opponere pro interesse sui honoris: vt probat Addit. ad Ludouis. *dicta dec. 548. n. 14. in fine,* quia quoad hoc res non est integra, postquam procurator fuit effectus dominus litis: Gaitus *de credito, cap. 2. tit. 7. n. 2425.* Costa *de re integr. dist. 66. num. 5.* Ideo in facti contingentia, cùm communis multorum debitor fecisset mandatum cuidam procuratori, qui litem fuerat contestatus, & adueniente concursu creditorum, fuerat per Iudicem consentientibus creditoribus deputatus curator ad litem illam; Dixi iure prædictum curatorem impedire ne alius deputaretur curator, nonobstante mandato alteri recenter facto per communem debitorem, in præiudicium primi qui præuenerat, & fuerat effectus dominus litis; maximè quia debitor ille erat decoctus, & sic habebatur pro mortuo, & circa res suas nullum contractum facere poterat: Seraphin. *decis. 794. numero 17.* Salgad. *in labyr. creditor. cap. 28. numero 3.* Et qui semel ad munus curatoris in concursu creditorum deputatus est, non debet ab illo munere sine legitima causa per alterius deputationem amoueri: Salgado *in eodem tract. p. 1. cap. 15. n. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 767. n. 28.* Atque ita fuit iudicatum.

Secundum est, quod regula hic proposita, per secundi procuratoris constitutionem, oriri tacitam reuocationem primi, quando in secundo mandato non adest clausula, *Citra reuocationem aliorum procuratorum*: quæ vltra hic tradita probantur ex traditis per Bartol. & Alexand. *in l. cum procurator*, §. 1. *ff. de noui oper. nunciat.* Gratian. *discept. cap.* 904. *num.* 14. locum multò magis habet, etiam si primum mandatum sit generale, secundum verò speciale: per text. & Gloss. *in l. si quis cum procuratorio* 31. *ff. de procuratorib.* Alexand. *consil.* 83. *n.* 6. *lib.* 7. Et non solum procedit in terminis supradictis, sed etiam quando secundum mandatum diuersum à primo factum fuit eidem personæ, cui primum mandatum factum fuerat, vt est Glossa *in dicta l. si cum procuratorio*, §. *final. in verbo, procuratores duos*: Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 36. *num.* 14. *versic. Rursus procedit hæc coniectura.* Maximè si in secundo mandato adsit noua forma, quæ non erat in primo: Menoch. *ibid. n.* 16. Boër. *dec.* 347. *n.* 3. Paris. *consil.* 88. *n.* 25. *vol.* 4. Et sine dubio illud obtinet, quando secundum mandatum fuit executioni demandatum: Alexand. *dict. consil.* 83. *num.* 6. *versic. sed posito etiam*: *lib.* 7. Et per has rationes ego nuper consului, vnionem factam de Congregatione Doctrinæ Christianæ, cum Religione Patrum de Somascha, nullam esse, quia facta fuerat per R. P. Vigerium, cui factum fuerat primum mandatum de faciendo vnionem cum PP. Barnabitis: ideo cùm primum mandatum generale esset reuocatum per secundum speciale, non poterat vnionem facere cum Somaschis, vigore illius primi mandati, quod fuerat reuocatum; sed solùm potuisset facere cum Barnabitis.

CAPVT XXXVI.

ARGVMENTVM.

Inter plures Notarios in diuersis causis scribentes, cum non detur præuentio, si tamen Superior præuiâ illarum euocatione, illas vniuerit, & vni Iudici commiserit, quis ex pluribus Notariis debeat in illa causa sic vnita, scribere; vtrum videlicet, qui prior est, & antiquior in causa sua, an vero ille quem Superior elegerit. Euocatio causæ per quem, & quibus concurrentibus fieri debeat. Et quomodo intelligi debeat clausula, quæ sæpè in euocationibus ponitur, *Dummodo causa non sit instructa.* Quando possit adiri Superior per viam simplicis querelæ, ita vt euocatione opus non sit. Et quis Notarius in illis causis scribere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Notarius illius curiæ ad quam fit euocatio, scribere debet in causâ per superiorem euocatâ.*
2 *Superior causas vniens, & euocans, vtrum possit ex pluribus Notariis scribentibus in diuersis causis vnitis, deputare, vt in illis scribat, vnum ex illis sibi bene visum.*
3 *Euocatio generalis causarum omnium in genere, non debet fieri, sed solum in certis causis particularibus concedenda est.*
4 *Quænam sint iustæ causæ, ob quas euocatio concedenda est.*
5 *Causa euocationis in rescripto euocatorio exprimi debeat.*
6 *Post causam instructam, & approbatam Iudicis personam, difficilius conceditur euocatio causæ.*
7 *Quando causa dicatur instructa, ad hoc vt recusetur euocatio.*
8 *Ratione connexitatis causarum, & diuersorum illius articulorum, facilè concedi solet euocatio.*
9 *Non tamen vnius dumtaxat articuli, sed totius negotij debet fieri euocatio, quando illi locus est.*
10 *Ad hoc vt sciatur an causa sit instructa, vel non, (quando euocatio concessa est cum clausula,* Dummodo causa non sit instructa) *vtrum attendatur tempus datæ rescripti, an vero tempus præsentationis ipsius.*
11 *Auocatio causarum, ad solum superiorem pertinet.*
12 *Qui iudicem per se solus non constituit, causas ab eo euocare non potest.*
13 *Episcopus causas ab Archidiac. euocare non potest.*
14 *Archiepiscopus causas à suo suffraganeo euocare nequit.*
15 *Supremus Princeps à quibuscunque iudicibus causas euocat; veluti Rex à Parlamento, committendo illas suo magno Consilio: & Imperator à Camerâ Imperiali ad suam supremam Aulam.*
16 *Archiepiscopus non potest adiri per viam querelæ, vel nullitatis, pro causis coram Episcopis suffraganeis, sed dumtaxat per viam appellationis.*
17 *Iudex primarum appellationum ciuitatis Carpentoracti aut alius similis, non potest adiri per viam querelæ.*
18 *Notarius semel electus, vt scribat in causa, non potest mutari, nisi aliquid sufficiens ad eum remouendum de nouo superuenerit.*
19 *Qualibet Principalis concessio intelligitur facta, sine præiudicio iuris tertij.*
20 *Inter plures notarios scribentes in causis vnitis, & euocatis, scribit ille qui prius scribere cœpit in aliquâ ex causis euocatis.*

PLVRES, & diuersas causas, aliquam tamen inuicem habentes connexitatem, Viceleg. à pluribus diuersisque Curiis & Iudicibus euocauerat, & vni dumtaxat ex illis iudicibus præuiâ vnione, & euocatione illarum commiserat, ita quod procederetur scribente vno ex illis pluribus notariis, qui in aliqua illarum causarum scribere cœperat. Dubitatum fuit inter notarios, quis ipsorum scribere deberet, & vtrum Superior potuerit vnum ex ipsis eligere in præiudicium illius, qui præuenerat, prius quam omnes alij procedendo.

Respondi, si causa in eadem ciuitate post euocationem remaneat, notarium illum qui præuenit, causam suam continuare posse, & debere, iuxta notata superius *parte* 1. *huius tractatus cap.* 7. *num.* 8. *& sequentibus*, vbi generaliter definitum est, notarium illius Curiæ ad quam fit euocatio, scribere debere in causa euocatâ: sed non fuit ibidem decisa præsens quæstio, in qua tractandum est, siue in eadem, siue in diuersis ciuitatibus, & locis pendeerent causæ euocatæ; & in loco vbi causa euocata committitur, plures sint notarij, qui ante euocationem scribebant, quis ipsorum in hac causa euocata scribere debeat, & vtrum superior euocans, possit mandare, vt notarius inter ipsos ab eodem superiore electus scribere debeat

debeat, veluti si diuersæ causæ executiuæ diuersis temporibus apud diuersos Notarios intentatæ ventantur, & euocentur.

1 Pro totali resolutione huius quæstionis supponendum est in primis (quod etiam obiter *in d.cap.7.* notatum est,) non posse superiorem, causas in genere euocare, sed dumtaxat in certis negotiis particularibus; nec in certis etiam causis, & negotiis, nisi magna, & iusta de causa, vt vltra citatos *dicto c.7. num.7.* tradit Lancellot *de attent.part.2.cap.10.n.56.* Couar. *pract.quæst.cap.9. sub n.1. versic. Principaliter.*

2 † Iustæ autem causæ propter quas ad euocationem procedi potest, sunt, vtilitas publica, grauitas, & magnitudo negotij, vel Iudicis suspicio: Rebuff. *in constitut. Reg.tom.1.tit.de euocation.in præfat.n.57.*

3 *& 66.* † Et causa euocationis exprimi debet in rescripto, ad hoc vt facilius pars euocata illud de obreptione, vel subreptione impugnare possit si impugnationi locus sit: Rebuff. *ibid.art.2. n.8. & in præ-*

4 *fat.n.29.* † Difficilius autem conceditur euocatio, quando res non est integra, veluti quando confessum fuit in iudicem, qui postea suspectus post eius personæ approbationem allegetur: Cyriac. *controu. 515.n.6.& 7.*

5 Aut si agatur de negotio iam deciso, & super quo iam fuit cognitum, Cyriac. *ibidem num. 11.* Aut si causa iam coram aliquo iudice fuerit instructa; Lancell. *de attent.part.2.cap.10. n.24.* Vnde sæpius in rescriptis euocatoriis appozitur clausula, *Quatenus causa non sit instructa*; de qua plenè Marchesf. *de commission.p.2.tit. de euocat. causar.§.1. n.102.fol.285.*

6 Causa autem dicitur instructa, quando coram iudice causæ euocatæ facta fuit productio iurium, & termini (quamuis malè & nulliter) fuerunt seruati, vel quando coram iudice appellationis, processus primæ instantiæ productus fuit; maximè autem si negotium sit in statu ferendæ sententiæ, Marchesf. *loco cit.n.102.& 106.* Rota *diuers. decis.779. num.7. & 8.part.1.*

7 Potest etiam fieri euocatio, quando diuersi articuli eiusdem causæ, aut etiam quando diuersæ causæ insimul sint conneaæ, seu quarum decisio aliquam habeat connexitatem, fuerunt introductæ coram diuersis iudicibus, quod superior videns ne partes variis expensis fatigentur, & per diuersa tribunalia trahantur, causas omnes præuiâ illarum euocatione, vni dumtaxat Iudici decidendas committit, prout factum fuit, in quadam causa falsæ monetæ, de qua per Rotam Auenionensem D. à Laurentiis, *dec.114.* quæ agebatur de pluribus delinquentibus, quorum aliqui fabricauerant, alij vero scienter, & dolosè falsam monetam expenderant, alij mandatum dederant ad delinquendum, & contra ipsos in diuersis curiis, & tribunalibus non sine causæ confusione procedebatur tam in ciuitate Carpentoractensi, quâ in hac ciuitate Auenionensi. Ideo Aduocatus fiscalis ne causæ continentia diuideretur, & vt veritas delicti detegeretur, obtinuit rescriptum vnionis, & euocationis omnium causarum, cum commissione datâ iudicibus ordinariis huiusce ciuitatis, assumptique fuerunt per Vigueriom duo Rotæ Auditores, qui huic Iudicio assisterent, vt copiosius explicatur *in d.decis.114.*

8 Debet autem non vnius dumtaxat articuli, sed totius causæ fieri euocatio, quando Superior illi locum esse credit, vt præter dicta superius tradit Rebuff. *dicto tit. de euocation. tom.1. art.1.n.95.* Cyriac. *contr.515.n.11.*

9 Sed circa clausulam de qua supra, *Dummodo causa non sit instructa*, dubitari potest vtrum ad hoc vt causa dicatur instructa, vel non, attendendum sit tempus datæ rescripti, vel tempus præsentationis ipsius. Et in hoc articulo fuit alias per Rotam Romanam resolutum, non esse attendendum tempus datæ, sed tempus dumtaxat præsentationis rescripti euocatorij, & inhibitionis factæ in eiusdem rescripti executionem, & propterea omnia gesta non solum tempore, quo intimatur inhibitio, sunt valida, sed etiam post intimatam inhibitionem, si dum illa fuit intimata iam causa reperiebatur instructa, quia inhibitio continet in se conditionem, quâ non verificatâ, non impedit quin Iudex in causâ, procedat, Mohedan. *dec.1.vt lite pendent.* Barbos. *de clausf. c.46.n.5.*

Secundo notandum est, quod auctoritas causas 1
euocandi ad solum superiorem pertinet, illum videlicet, cui ius est inferiores Iudices instituendi, & destituendi: Bald. *in l.1.C.quomodo & quando Iudex num.19.* aliàs *num.25.versic.& si ab alio.* Et *in l.1.ff. de offic.consf.n.10.sub finem, vers.nisi inferior habuerit.* Castrensf. *in l.nemo 4.C.de iurisdict.omn.iudic.num.2. versf.Ideo præses.* † Inferiorem autem hic dicimus illum qui destitui potest ab alio, & qui illi subest in 1
eadem specie iurisdictionis. Generaliter enim is qui alium non constituit Iudicem solus, causas ab alio euocare non potest: Bald. *in l.iudicium soluitur 58.ff. de iudic.num.2.in primâ lecturâ.* Couarr. *practic.quæst. cap.9.num.1. versic.hoc ius euocandi: & num.4. versic. quod si dux.*

Vnde cum Archidiaconus, non ab Episcopo, sed 12
à summo Pontifice iurisdictionem (si quam habet) agnoscat, non potest Episcopus ab Archidiacono causas euocare, potest tamen à Vicario, quem ipse constituit: Castrensf. *d. l.iudicium 58.nu.6.& 7.ff.de iudic.versic.nec Episcopus posset.* Bald. *ibid.in 1.lectura n.2.* † Nec etiam Archiepiscopus Metropolitanus 13
à suo suffraganeo causas euocandi ius habet, Rip. *in cap.cum M.Ferrariensis n.195.de constitut.* Couarr. *d.c.9.n.2.*

De supremo Principe, non est dubitandum, quin 14
causas euocare possit à quibuscunque iudicibus, imo & in illo iusta causa euocationis præsumitur, quamvis in rescripto euocatorio non exprimatur; Iasf. *consil.144. in primo dubio, vol.2.* vbi agit de euocationibus causarum in supremo Parisiensi Senatu pendentium quæ fiunt per Regem ad magnum Consilium Regium. Idem dicendum est de euocationibus, quæ fiunt per Imperatorem, causarum in Camerâ imperiali illarum partium introductarum, quas euocari posse ad magnam Ipsius Aulam testatur Berlich. *decisf.158.per totam.*

Et ex prædictis infertur, quòd nec Archiepiscopus in causis suorum Suffraganeorum aditi potest 15
per viam simplicis querelæ, aut propositionis nullitatis sententiæ latæ in ipsorum tribunali, quinimo ad illum recurri tantum potest per viam appellationis, vt per Couarr. *dicto cap. 9. num.2.* † Et 16
eâdem ratione, in locis in quibus constitutus est Iudex primarum appellationum, talis Iudex non potest adiri per viam simplicis querelæ, sed dumtaxat per viâ appellationis & si in causâ simplicis querelæ, vel simplicis nullitatis procedat, tota eius processura corruit ex euidenti defectu iurisdictionis, vt de iudice primarum appellationum in ciuitate Carpentoractensi constituto testatur Stephan. Bertrand. *consil.248.n.2.vol.6.* videnda sunt quæ diximus *supra c.24.*

Tertio supponendum est, quod notarios semel 17
electus ad scribendum in causâ, non potest post præ-

uentionem

uentionem mutari, aut ab eo causa aoferri, nisi iusta suspicionis causa de nouo interuenerit, vt vltra citatos superius, *parte 1. cap. 1. num. 15.* tradunt Bald. *in l. 1. num. 10. Cod. quomodo, & quando Iudex:* Felio. *in cap. quoniam contra 11. de probation. in 2. notabili col. 3.* & *ibi* Dec. *num. 43.* Paciao. *de probationib. lib. 1. c. 65. num. 38.*

18 His ita suppositis, facilis resultat propositæ difficultatis solutio. Nam cum Superior concedens rescriptum euocationis nec velit, nec debeat præiudicare iuribus tertij, & in quolibet rescripto semper censeatur apposita illa clausula *sine præiudicio iuris tertio quæsiti: leg. 1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. leg. nec auus, Cod. de emancip. liber. cap. quamuis, cap. si propter. de rescript. in 6.* Et nota est omnibus regula, *de iure quæsito non tollendo.* Sicuti & clausula *Dummodo alteri ius non sit quæsitum*, quæ censetur adhibita in quolibet rescripto, Barbos. *in tract. claus.*

19 *cap. 44. n. 2.* † Cum ergo ius fuerit Notario quæsitum per præuentionem, ex eo quod inter omnes eiusdem Curiæ Notarios ipse prior fuit in scribendo, sequitur, Superiorem per suum rescriptum de potestate ordinaria, non potuisse causam ab illo auferre, quæ iure præuentionis ipsi fuerat acquisita, & per consequens illum in causa euocata solum, exclusis aliis, scribere debere. Et ita nuper fuit iudicatum & obseruatum, non obstante quod per rescriptum euocatorium fuisset de alio Notario præuento prouisum.

CAPVT XXXVII.

ARGVMENTVM.

Vtrum Notarius deputatus ad scribendum in omnibus subhastationibus, & locationibus redituum Principis, possit opponere de præuentione, si postea Commissarij pro illorum redituum exactione deputati assumant secum alios Notarios ad scribendum & sumendum acta illius executionis. Et vtrùm Notarius scribens coram aliquo Iudice ordinario, possit, non obstante præuentione mutari, quando eadem causa tractatur coram Iudice delegato.

SVMMARIVM.

1 *Notarius scribens in vnâ causâ, debet etiam scribere in causis ab eâ dependentibus, quæ coram eodem Iudice ratione connexitatis tractantur.*

2 *Executiones quæ fiunt pro exactione redituum fiscalium coram commissariis à Senatu deputatis, non debent de necessitate fieri scribente Notario subhastationum illorum redituum.*

3 *Notarius deputatus ad acta alicuius causæ, continuare debet, quamuis eadem causa alteri delegetur.*

4 *Quando supremus Senatus causas alicui committit, Notarius subhastationis redituum, non est de necessitate assumendus.*

5 *Quando alicui iudici ordinario datur commissio ad excitandam dumtaxat illius iurisdictionem, tunc Graffarius Curiæ ordinariæ, & non alius scribere debet in causâ.*

Venditum fuerat à Principe supremo, officium Tabellionis seu Notarij redituum fiscalium, seu Regalium qui omnia acta locationum, & subhastationum dictorum redituum reciperet. Verum adueniente solutionis tempore, dum in executionum instrumentorum per illius officij possessorem receptorum, cogendi essent debitores ad soluendas summas per eos debitas, Senatus Commissarium deputauit, seu collectorem aut exactorem qui pecunias illas colligeret, & debitores illarum ad solutionem compelleret: iste Commissarius assumpsit Notarium sibi bene visum reclamante generali illo redituum Regiorum Notario; vnde dubitatum fuit vtrum in eius præiudicium, Notarius alius per Commissarium à Senatu deputatum assumi potuerit, vt scriberet in dictis executionibus.

Regius iste Notarius prætendebat non posse alium scribere, cum ipse officium haberet circa omnes Regios reditus, & cum instrumenta locationum ex officij sui necessitate rogasset, non posse alium scribere in exactione, quæ est connexa officio, & eius consequutiua: connexorum autem eadem debet esse ratio, eademque dispositio, *l. si quis, §. rationem, C. de eden. l. sed si plures 10. §. 1. ff. de vulgari.* 1

Sed tamen fuit decisum in contrarium, nempe Commissarium Senatus, assumere sibi posse Notarium quemlibet arbitrio suo: quia licet non sine fundamento Notarius prætendere possit ad se spectare ius scribendi in istis executionibus, tanquam ab eius officio dependentibus illique annexis, cum ad ipsum pertineat custodia actorum, & scripturarum ad istos reditus spectantium, tamen si supremus Senatus mittat aliquos executores, ille Notarius scribere debet, quem secum ducet Commissarius per Senatum deputatus, idque ex sequentibus rationibus. 2

Primo, quia qui allegat aliquid ad se pertinere tanquam dependens à sua concessione illique annexum, tenetur illud probare. Secundo, quia executio non potest dici connexa, cum habeat diuersam causam proximam. Alioquin sequeretur omnes Notarios, qui aliquod instrumentum recipiunt, debere scribere in illius executione: quod est falsum. Tertiò, quia casus iste deputationis Commissarij factæ per Senatum ad exigendos reditus Cameræ inueteratos, qui secum ducat alium Notarium, non videtur verisimiliter in concessione officij comprehensus. Quarto, quia commissio data à Senatu, tanquam dignior, & potentior est, præferenda. 3

Neque obstat, quod Notarius deputatus ad scribendum coram vno Iudice, debet etiam assumi ad scribendum, quando eadem causa fuit alteri delegata: Bald. & Castrens. *in l. 1. C. vbi & apud quem restit. in integr. postul.* Gratian. *discept. forens. 157. n. 56.* Boër. *decis. 158. in princip.* 4

Quia respondetur, hoc esse verum si ipsi Vrbium Prætores coram quibus Notarij scribere debent, deputarent aliquos Locumtenentes, coram quibus isti Notarij redituum Regiorum scribere deberent. Sed hic agitur de Commissariis deputatis à supremo Senatu, & sic ab alia distincta & diuersa Curia & separata iurisdictione, ideóque non debet Notarius ille scribere, qui habet officium respiciens negotia quæ coram Vrbium Præfectis tractantur, non quæ ex Senatus commissione dantur. Atque ita decisum contra Notarium illum Regiorum redituum testatur Lattrea Granatensis *in suis allegationibus fiscalibus parte 2. allegat. 72. per totam.* † Quæ tamen intelligenda 5 6

genda esse dicit, vt locum non habeant, quando commissio datur à Senatu Prætoribus Vrbium, potius illorum iurisdictionem excitando quàm causam illis delegando; tunc enim existimat, Notarium Curiæ illius Iudicis, pro redditibus Regiis deputatum, solum scribere debere: quod conforme hoc in capite videtur distinctioni per nos allatæ, *parte 1. huius tractat. cap. 7. num. 13. & 14.* quæ distinctio inter commissionem excitatiuam, & illam quæ fit tanquam Delegato, bene confirmatur per Larr. *dicta alleg. 72. num. 20. & 21.* Verum ista Senatus Granatensis decisio tunc demum admittenda est, quando deputationis litteræ non habent tales, & tam amplas clausulas, quæ casum processuratum, Senatus authoritate faciendarum comprehendant. Ideo semper ad litteras commissionis, seu facultatis Notario concessæ recurrendum est.

CAPVT XXXVIII.

ARGVMENTVM.

De appellatione à decreto Iudicis recusantis admittere exceptionem præuentionis, illámque tacitè vel expressè per processum ad vlteriora reiicientis, aut declarantis se esse competentem vel incompetentem. Et quid statuendum sit quando agitur de possessorio, vel alio iudicio, in quo non licet appellare suspensiuè. Et vtrum à remissione causæ ad vnum ex pluribus Iudicibus de præuentione contendentibus, quando partes nullum habent interesse, licita sit appellatio. Quid statuendum sit in criminibus mixti fori, quando vni ex duobus tribunalibus & iurisdictionibus causa adiudicatur, vtrum tunc licita sit appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Si Iudex qui præuenit, nullam funditus habeat iurisdictionem in causâ præuentâ, quamuis expressè vel tacitè se iudicem competentem pronunciauerit, eius pronunciatio nunquam transit in iudicatum, etiamsi ab ea non appelletur.*

2 *Quando Iudex præueniens non habet iurisdictionem in illa causa, sed tamen eius iurisdictio est prorogabilis, pronunciando expressè vel tacitè causam ad se spectare, si non appelletur, talis declaratio transit in iudicatum.*

3 *Si Iudex habet iurisdictionem elidibilem, sufficit pro validitate processuratum, quod expressè vel tacitè nempe procedendo ad vlteriora, se competentem esse declaret, si ab hac declaratione non fuerit appellatum.*

4 *A reiectione exceptionis causa præuenta, siue expressâ siue tacitâ, licita est appellatio.*

5 *Etiam in possessorio, & aliis causis in quibus non licet appellare, tamen ab ea expressâ vel tacitâ iudicis competentis declaratione datur appellatio.*

6 *In decreto Iudicis, se competentem vel incompetentem declarantis, ita datur appellatio, vt post ipsam Iudex sine vitio attentatorum non possit ad vlteriora procedere.*

7 *Consultius est, vt ad superiorem recurratur quando Iudices qui eidem superiori suppositi sunt, de præuentione causæ contendunt.*

8 *Si inter solos Iudices contentio sit de præuentione, & superior vni eorum causam adiudicet, non licebit appellare, partibus litigantibus.*

9 *Ampliatur hoc vt procedat, tam in iudicibus ordinariis quam Delegatis, & siue adiudicatio causa facta fuerit per Superiorem, siue per Arbitros iuris.*

10 *Fiscus non potest appellare à remissione causæ, ad Iudicem domicilij.*

11 *Datur appellatio à declaratione superioris super causa remissione vel præuentione, quando non solùm inter duos Iudices contenditur, sed etiam inter duas diuersas iurisdictiones, veluti si agatur de Episcopo vel Barone pro interesse eorum tribunalis.*

QVÆRITVR vtrum à sententiâ, vel decreto facto super remissione concessâ, vel denegatâ, ad iudicem præoenientem detur appellatio. Vel si Iudex aliquis non obstante opposita præuentionis exceptione, se pronunciet expressè competentem, vel tacitè per processum ad vlteriora. Cui quæstioni satisfit per sequentes conclusiones.

1 Prima Conclusio. Quando Iudex, qui coram se procedendum esse declarauit, nullam funditus habet iurisdictionem ne quidem prorogabilem in illa causa, eius sententia, vel decretum, nunquam transit in rem iudicatam, etiamsi ab eo non appelletur, & processus per eum factus est ipso iure nullus, siue expressè siue tacitè fiat talis pronunciatio, procedendo videlicet ad vlteriora; per quam processuram exceptio tacitè reiicitur: Innocent. *in cap. super litteris 20. num. 2. versic. forsan. in fine, de rescript.* Vbi ponit casum in iudice delegato qui processit in vim rescripti falsi, quia cum nullam ex tali rescripto potuerit consequi iurisdictionem, tota eius processura corruit, ex defectu iurisdictionis, qui insanabilis est, Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 52.* Salgad. *de Reg. protect. p. 1. c. 18. num. 21.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 186.*

2 Secunda Conclusio. Quando Iudex habet iurisdictionem prorogabilem, non tamen eius iurisdictio se extendit ad illam causam, tunc si se pronunciauerit competentem, aut coram se procedendum esse ad vlteriora ratione præuentionis, aut aliâ de causâ declarauerit, datur ab hac pronunciatione appellatio, & si non fuerit appellatum, decretum illud transit in rem iudicatam: Scacc. *dict. quæst. 17. limit. 6. num. 54.* Quod & in tacita pronunciatione per processum ad vlteriora verum esse existimat *ibidem, num. 57. iuncto num. 51.* Salgad. *de Reg. protect. dicta par. 2. cap. 18. num. 23. & 24.*

3 † Idem quoque dicendum est, si Iudex in illâ quidem causâ iurisdictionem habet, sed elidibilem, quia tunc nec etiam expressa competentiæ declaratione opus erit, sed sufficiet tacita per processum ad vlteriora, ad hoc vt processuræ coram hoc iudice factæ declarentur validæ: Franc. *in cap. si duobus, n. 30 de appellat.* ibi. *In secundo casu principali,* Scacc. *vbi supra, num. 65.* Salgad. *n. 16.* Intelligendo tamen supradicta iuxta ampliationes, & restrictiones allatas per Scacc. *loco cit.* quas hic non repetimus.

4 Tertio, quando Iudex reiicit exceptionem præoentionis expressè, declarando se Iudicem compe-

 tentem

CAPVT XXXIV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter adiectum solutioni, & creditorem principalem. Quis dicatur adiectus, quis correus debendi. Vtrum ex actione per adiectum intentata oriatur præuentio? Quid de adiecto in rem suam. Vtrum maritus dicatur adiectus solutioni vel obligationi, quando promissio facta fuit vxori, & pro ea eius marito. Si creditor principalis præuenerit adiectum, intentando prius actionem, quomodo adjectus remaneat exclusus. Quid si adjectus fuerit effectus deterioris conditionis, & vtrum ille qui præsentat chirographum sine alio mandato, habeat potestatem præueniendi. Et de adjecto, qui literas Cambij præsentauit.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus solutioni, agere regulariter & per consequens præuenire non potest.*

2 *Adiectus solutioni dicitur, quando alternatiuè & non per copulam solutio illi cum alio principali creditore promissa est.*

3 *Correis omnibus. ius agendi acquiritur, sed adiectis ius tantum solutionem consequendi.*

4 *Quod mihi, aut Titio stipulatus sum, Titius exigere potest, sed pro eo actionem mouere non potest.*

5 *Adiectus non dicitur ratione obligationis quærenda, sed solùm solutionis recipiendæ gratia.*

6 *Adiectus non potest recipere solutionem, nisi à sponte soluente.*

7 *Adiectus in rem suam, & agere potest, & exigere.*

8 *Facultas data adiecto, non expirat per mortem, quando proprio eius nomine promissio facta est, & tunc agere potest & excipere.*

Adiectus si literas Cambij præsentauerit, illæque acceptata fuerint, potest agere contra acceptantem.

9 *Si promissio dotis facta fuerit vxori, & pro ea marito illius, maritus agere potest, & exigere.*

10 *Quando creditor principalis præuenit, intentando prius actionem, statim expirat potestas adiecti.*

11 *Intellige, vt non sufficiat ad excludendum adiectum, simplex propositio actionis, sed vlterius requiratur litis contestatio.*

12 *Facultas soluendi adiecto, expirat si effectus fuerit non soluendo, aut alias deterioris conditionis.*

13 *Qui præsentat chirographum sine alio mandato, vtrum agere & præuenire possit.*

1 ON inutilis erit hæc præuentionis consideratio, respectu illius qui solutioni adjectus est. In quâ materiâ generalis regula constituenda est, cum qui solutioni adjectus est, agere non posse, & per consequens præuentionem ab eo factam inutilem esse, imò si agere velit, à iudicij limine repellendum esse. † Quod antequam planius 2
comprobemus, supponendum est in primis, adiectum illum dici, qui alternatiuè, & non per copulam
obligationi iunctus est, veluti si dicatur, *mihi aut Titio dare spondes.* Nam si obligationi iunctus esset
per copulam, tunc non adjectus, sed correus credendi diceretur: Strach. *in tract. de adiect. qu. 1. n. 25.*
† Correis credendi omnibus, ius acquiritur, & ideo 3
omnes agere possunt, & de præuentione inter ipsos
præcedentibus capitibus actum est, sed adjecto ius
non acquiritur, nisi quoad solutionem recipiendam,
& ad liberandum debitorem, non autem ad agendum. Surd. *dec. 229. num. 29.* Griuell. *decis. Dolan 9.*
num. 15. † Vnde si adjectus agat, inutiliter, & nul- 4
liter agit, quia actione caret; quò fit, vt ex hac inutili actione nullus oriatur præuentionis effectus.
Quod probatur per text. *in leg. quod stipulatus, 10.*
ff. de solutionib. vbi dicitur Titium petere non posse
illud quod ego mihi, vel Titio stipulatus sum: ei tamen rectè solui posse. Et in *l. eum qui ita, 56. §. qui*
sibi, ff. de verb. obligat. † vbi dicitur, quod si quis sibi 5
aut filio suo dari stipulatur, personam filij comprehendit, vt ei rectè soluatur, & non quidem acquirendæ obligationis gratiâ; sed solutionis causâ personam filij apprehendisse intelligatur. Sed si soli
filio qui in potestate sit, dari stipulatus sit, tunc filij
persona, obligationi magis quam solutioni applicatur. Idem habetur *in lege finali, §. si ita stipulatus*
fuero eod. tit. de verborum obligat. Ergo hoc casu adjectus non agit, nec præuenit, cum vti carens actione repelli debeat à iudicij limine, ex regula generali
l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. † Cum igitur, 6
adjectus non possit agere, non potest ab inuito solutionem extorquere, sed dumtaxat à sponte soluente solutionem recipere, Cancer. *lib. 2. cap. 6. de*
solut. num. 131. Ergo non potest agendo præuentionem producere.

Sed hæc regula limitatur, vt locum non habeat 7
in adjecto in rem suam, cui non solum recipere solutionem facultas competit, sed etiam ius agendi
datur: Castrens. *in l. liber homo, §. decem, ff. de verb.*
obligat. Cârtat. *decis. 126. per totam,* & maximè *n. 5.*
Rota Genuens. *decis. 10. num. 4.* † Aut si adjecto fa- 8
cta fuerit promissio, etiam proprio & priuato eius
nomine, vt fuit decisum in Senatu Neapolitano
apud Sanfelic. *decis. 213. num. 13.* Tunc enim non
solum adjectus; sed etiam illius hæres agere potest,
nedum solutionem recipere, quamuis mors interuenerit, licet aliàs facultas data adjecto expiret morte
ipsius, nec transeat ad hæredes, *l. cum quis. ff. de verb.*
oblig. & leg. si stipulatus 3. ff. de solutionib. quia adjecto nullum ius quæritur, *l. Stichum, §. vsumfructum,*
ff. de solutionib. Cancer. *lib. 2. var. resol. cap. 6. de solutionib. num. 128.* Quod si non essent adjecta verba
promissionis proprio & priuato nomine, tunc facultas recipiendi solutionem non transiret ad hæredes: stantibus autem illis verbis, *proprio & priuato*
nomine, iam non est amplius adjectus; sed principalis. Sicut & in alio casu quem ponit Strach. *in tract.*
de adiect. quæst. 11. num. 2. si quis promittat Mæuio
præsenti & Titio absenti & cuilibet eorum in solidum, tunc enim Titius, non adjectus censebitur,
sed principalis: quia proprio eius nomine stipulatio facta dicitur, cum facta fuerit cuilibet in solidum: quod sequitur Sanfelic. *dicta decis. 213. numero 13.*

Vnde si adjectus præsentauerit alicui literas cambij per illum acceptatas, & is soluere recuset, poterit actiones suas dirigere contra acceptantem; quia cùm talis adjectus interesse habeat proprio suo nomine,

dici

dicitur adjectus in rem suam, qui non solum solutionem recipere, sed etiam actiones potest exercere: Castrens. *in l.liber homo,§.decem, ff. de verb. obligat.* Rota Genuens. *decis.*10.*n.*4. Gratian. *discept.c.*49. *num.*23. Cæsar Barz. *decis.*21. Plures alios citat & sequitur Anton. de Marin. *lib.* 1. *capite* 4. *per totum.*

9 Hinc dicebam aliàs in facti contingentia, quod cum debitor dotis promisisset illam soluere vxori, & pro illa, eius marito, ius non solum recipiendi solutionem; sed etiam agendi marito competebat, tanquam habenti proprium interesse, ac veluti procuratori in rem suam: Fontanell. *de pactis nuptial. claus.*6.*gloss.*1.*parte* 1.*numero* 36.*fol.mihi* 250.*& numer.*8.9.10.*&* 38. Barz. *decis. Bonon.* 26.*num.*2.*& sequentib.* Costa *de ratione rata, quæst.* 20. *num.*10. Cancer. *dicta parte* 2.*cap.*6. *de solut.n.*131. Coccin. *dec.*402.*num.*3.fusè Gratian.*discept.forens.*49.*n.*21. Quamuis fundus ita in solutum datus, admixta persona vxoris, efficiatur dotalis: vt ostendimus *in nostris quæstionib. ciuilib.q.*58.*n.*7.*vbi delenda est negatiua.* Quamuis etiam hoc casu sint attendenda verba promissionis restituendo dotem, vt *ibidem* diximus, *num.*8. necnon aliæ clausulæ contractus matrimonij.

10 Inter ipsum autem principalem creditorem, & adjectum, locus est præuentioni, itavt si principalis creditor præuenerit adjectum in agendo, solutio ipsi amplius fieri non possit. Et licet non tractetur de præuentione inter ipsos quoàd actionem, cum adjectus simplex agere nequeat, de eâ tamen tractatur quoad solutionem recipiendam, cum adjecti facultas expiret, non solum per expressam reuocationem ipsius factam à creditore, Cancer. *loco citato, num.*127. Sed etiam tacitam, vt dicunt DD. *mox citandi.*

11 Quod tamen ita intelligendum est, vt non dicatur facta tacita ista reuocatio facultatis adjecto datæ, vt solutionem recipere possit, per solam & simplicem citationem factam ad instantiam creditoris, quæ tamen ex illâ induceretur in aliis casibus; sed præterea requiratur litis contestatio, quæ donec interuenerit, non expirat facultas soluendi adjecto, (quæ contestatio quando & ex quibus facta dicatur *sequenti capite* exponemus,) ita declarant Bart. & alij, *in l. si quis stipulatus* 57. *ff. de solutionib.* Rota Auenion. *decis.*149. *num.*3. Ias. *in.l. eum qui ita* 56. *§.si quis sibi aut filio,n.*12. *ff.de verb.obligat.* Castrens. *in l.liber homo.§.decem* 2.*n.*3.*ff.eodem tit.* Cancer. *dicta p.*2.*c.*6.*de solut.num.*125.

12 Idem dicendum est, si adjectus factus fuerit non soluendo, aut deterioris conditionis, hoc enim casu expirat etiam facultas illi data, vt solutionem recipere possit, *l.cum quis, ff.de solutionib* Cancer.*ibid. num.*126. Rota Auenion. D.à Laurent. *d. decis.*149. *num.* 3.

13. Quæ autem de adjecto dicta sunt, eâdem ratione locum sibi vendicant in eo, qui chirographum repræsentat, iuncto mandato creditoris de soluendo sibi, vel illi qui chirographum exhibebit, *Au porteur des presentes*, Is enim cui tale mandatum factum est, comparendo cum chirographo, & agere potest & solutionem recipere, ideo propter mandatum, ampliorem etiam habet quam simplex adjectus facultatem, & est veluti cessionarius ad commodum proprium, etsi nulla alia clausula dationis in solutum, aut similis interueniat: Strach. *de adiect. parte* 3.*quæst.*8.*num.*8.*& sequentib.* cum aliis de quibus Cost. *in tract. de re integr. distinct.*82. *num.*4.*& seqq.* Adeo vt talis exhibitor chirographi, quamuis veniens ex longinquis regionibus, non teneatur personæ suæ identitatem probare, quæ per solam chirographi exhibitionem satis iustificatur: Costa *ibidem num.*7.

CAPVT XXXV.

ARGVMENTVM.

Quando & quibus in casibus, præuentio inducatur ex actibus iudicialibus, vltra citationem, veluti per litis contestationem; & ex quibus actibus facta dicatur contestatio. Quando per solam libelli oblationem, & quando per sententiæ prolationem. Et in quibus casibus in præuentione iudiciali attendatur, quis causam habeat tempore antiquiorem. Præuentio quando inducatur inter plures correos credendi. Quando præueniens possit exigere iudicatum data cautione de restituendo, præuento. Inter creditores hypothecarios cui præuentioni locus sit si vnus prior egerit. Vtrum ex duobus creditoribus hypothecariis concurrentibus in eadem data obligationis, itavt quis sit anterior ignoretur, vtriusque æquali priuilegio existente, ille qui fuit diligentiur agendo, excludat alium, an vero quilibet eorum pro rata admittatur.

Quæ sit differentia, quoad præuentionem inter actionem de peculio & tributoriam. In obligationibus alternatiuè conceptis, quando oriatur præuentio per litis contestationem Præuentioni, quando locus sit inter plures procuratores ad lites, vel ad negotia constitutos, vel etiam inter eos qui mandatum habent ad præsentandum ad aliquod beneficium. Procurator, post præuentionem causæ, an & quando reuocari possit. Procurator aut Curator Discussionis vtrum reuocari possit postquam deputatus fuit. Per posterius mandatum eidem aut alteri personæ factum, vtrum mandatum primo loco factum censeatur reuocatum.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio non fit, nisi per affirmationem actoris & responsionem negatiuam rei.*

2 *Non qualibet assertio rei sufficit, vt facta dicatur litis contestatio, sed præterea requiritur quod fiat animo litem contestandi.*

3 *Quando quis condemnatur ad fructus perceptos à die litis contestatæ, à quo tempore computari debeant.*

4 *Præuentio exercitij iurisdictionis, fit per solam citationem.*

5 *Præuentio quoad ordinem procedendi, vt sciatur quis prior admittatur ad formandum suum processum,*

oritur ex libelli obligatione, dum de reconuentione agitur.

6 *Si reus proponat exceptiones legitimas aduersus libellum actoris, prius admittenda sunt & discutienda si tales sint quæ impediant litis ingressum.*

7 *Præuentio solum oritur per sententiam, quando duo de eadem re, eâdemque causâ contendunt.*

8 *Qui prius sententiam obtinuit, exequitur contra possessorem, datâ illi cautione de ipsum reuelando in casum futuræ succumbentiæ, si adsit alius concurrens in petitione.*

9 *Præuenisse is dicitur, qui causam habet antiquiorem, quando duo prætendunt eandem rem, ex duabus causis, quæ non sunt inter se incompatibiles.*

10 *Quod si causa illæ originem habuerunt eodem tempore, ille præuentionem habet, qui prius deuenit ad litis contestationem.*

11 *Inter plures legatarios, quibus eadem res legata est, & unus rem, alter æstimationem consequi debet, electio rei vel pretij datur illi qui præuenit per litis contestationem.*

12 *Quando testator eandem rem in solidum duobus legauit, quilibet virilem habet portionem, & non est inter eos locus præuentioni, & quilibet in tribunali separato agere potest.*

13 *Si ex pluribus reis credendi, unus præuenerit litem contestando, solutio alteri correo fieri non potest.*

14 *Idem locum habet, si unus ex correis iuramentum detulerit debitori, quia hæc delatio iuramenti, vim habet contestationis.*

15 *Præuentio non datur, quando non agitur de eadem re, sed diuersa.*

16 *Præuentio non oritur per litis contestationem, sed sententia expectanda est, quando plures eandem rem petunt ex diuersis causis sine prætensionibus.*

17 *Præuenientis in actione noxali melior est conditio, si prius sententiam reportauerit, non tamen ex eo præiudicatur iuribus alterius simile interesse habentis.*

18 *In actione de peculio, præuentio oportet ut fiat per sententiam, nec sufficit quod per litis contestationem.*

19 *In actione tributoriâ non est locus petitioni solidi, nisi aliis tacentibus, ideo qui præuenit cauere debet de restituendo si alij petant.*

20 *Inter creditores hypothecarios, præfertur ille qui prior est tempore, etiam quoad horam & momentum.*

21 *In dubio autem præfertur causa onerosa, & causa dotis, quæ fisco fauorabilior est.*

22 *Si creditores hypothecarij sint omnino pares in tempore & priuilegio, præfertur ille, etiam ad totalem alterius exclusionem, qui fuit diligentior in adipiscenda possessione rei hypothecatæ; reprobatâ Thesauri iunioris sententiâ.*

23 *In alternatiuâ rerum, debitor amittit ius eligendi, si passus fuerit se præueniri per litis contestationem.*

24 *Facultas eligendi in debito alternatiuo, non amittitur per simplicem litis contestationem, sed tantùm per sententiam, quando oritur à lege, vel procedit ex vltimâ voluntate.*

25 *Inter plures procuratores ad lites constitutos, præuentio non oritur per citationem, sed per litis contestationem.*

26 *In procuratoribus ad negotia, ille dicitur præuenisse qui prius negotium aggressus est, nec attendenda est hoc casu litis contestatio.*

27 *Etiam si litis contestatio nullitate laboret, nec eo minus procurator censetur præuenisse, ad exclusionem aliorum procuratorum.*

28 *Si plures fuerint constituti procuratores ad præsentandum nomine Patroni ad beneficium, uno ex illis præsentante, alij sunt exclusi, quamvis huius præsentatio non sit sortita effectum.*

29 *Poterit tamen hoc casu procurator præuentus, aliam & secundam præsentationem facere, cumulatiuè.*

30 *Nisi tamen primus procurator, secundum præuenerit, faciendo posteriorem cumulatiuam præsentationem antequam secundus illam faceret.*

31 *Inter procuratores plures constitutos in solidum, non est locus præuentioni, quando adiecta fuit clausula,* Ita quod non sit melior conditio occupantis.

32 *Præuentioni locus non est inter plures procuratores sine clausula solidi constitutos, quia vnus sine alio exercere non potest: vnde si agat, non præuenitur causa.*

33 *Procurator per contestationem efficitur dominus illius litis & instantiæ, sed non diuersæ.*

34 *Procurator qui litem occupauit per contestationem, non potest sine iusta causa reuocari.*

Procurator dominus litis effectus, potest se opponere constitutioni secundi procuratoris.

Idem dicendum est de curatore discussionis, qui si præuenerit, non potest mutari sine causa legitima.

Per secundum mandatum factum eidem personæ vtrum censeatur reuocatum primum.

SÆPIUS diximus ex citatione solâ præuentionē oriri. Quod verum est, quando contentio est de sola præuentione inter Iudices. Sed quia quæstio præuentionis aliis etiam de causis agitari solet, quæ quotidie in praxi occurrere solent, ideo materia ista ampliorem desiderat explanationem.

1 Supponendum itaque in primis est, litis contestationem non prius fieri, quam proposito per actorem libello, subsequatur responsio rei, siue confitendo, siue negando, siue dubitando: DD. *in cap. venerabilis,* & maximè Abb. *n.* 13. Dec. *num.* 80. *de except.* Nicol. Calool. *in praxi.* §. *litis contestatio, conclus.* 1. *num.* 5. *& sequentibus.* † Adeò vt non sufficiat talis qualis responsio, sed illa fieri debeat, animo litem contestandi: Innocent. *in cap. vnic. num.* 1. *de litis cont.* Bart. *in l. leg. si domus.* §. *in pecuniâ, num.* 12. *ff. de legat.* 1. *& in l. vnic. num.* 14. & ibi Angel. *num.* 4. *Cod. de litis contest.* 2

3 † Vnde cum nuper quædam causa à moltis annis penderet in Rotâ, in qua datus fuerat libellus, & superet admissione illius fuerat diutius litigatū: deinde longo pòst tempore lata sententia, per quam possessor condēnatus fuerat ad omnes fructus perceptos à die litis contestatæ restituēdos, quia responsio ad articulos, seu petitionē actoris, facta fuerat per reum modico tempore ante latam sententiam; fructus non fuerunt liquidati à die litis motæ, sed à die illarum responsionum factarum per possessorem reum conuentum, & actor, qui multos fructus prætendebat, sua spe delusus remansit: ex traditis per Marant. *in specul. p.* 6. *memb.* 10. *de litis contest. num.* 3. Gaill. *lib.* 1. *obseru.* 73.

4 Hoc ita supposito, Prima proponitur conclusio. Quotiescunque tractatur de præuentione exercitij iurisdictionis inter plures habentes iurisdictionem cumulatiuè, præuentio causæ per solam citationem fit, per text. *in l. vbi acceptum ff. de iud. leg. si quis posteaquam* 7. *ff. eod. tit.* † Vbi dicitur, eum qui post citationem

nem factus est miles, forum postea in præiudicium
causæ præuentæ mutare non posse, quod nos alio
in loco abundè explicauimus.

5 Secunda conclusio. Quando tractatur de præ-
uentione quoad ordinem procedendi, videlicet si
tractetur inter duos litigantes quorum vnus vult
audiri in suis rationibus ante alium; ille dicitur præ-
uenisse, qui prius libellum proposuit, *l. qui prior. 29.*
ff. de Iudic. l. in tribus, 13. ff. eodem tit. & explicat Bar-
6 bos. *in d. l. qui prior, num. 3.* † Si tamen reus post da-
tam ab actore petitionem, producat exceptiones im-
peditiuas litis ingressus, articuli rei continentes hu-
iusmodi exceptiones, debent prius ad probandum
admitti: Rota Auenion. *decis. 94. num. 1.* In terminis
vero reconuentionis, procedunt quæ ex illa *leg. qui*
prior, dicta sunt, videlicet vt prius admittendi sint
illi articuli, qui porrecti sunt pro parte eius, qui di-
ligentior fuit in proponendo actionem suam. Barb.
in d. l. qui prior. vbi fusè totam materiam reconuen-
tionis examinat, & nos aliquid postea dicemus,
cap. 58. infrà.

7 Tertia conclusio. Quando duo contendunt in-
uicem de eadem re, & ex eadem causa, ille dicitur
præuenisse quoad suæ petitionis consequendum ef-
fectum, qui prius sententiam obtinuit. Quia cum
impossibile sit vtrumque fouere bonum ius, sequitur
omnino expectandam esse sententiam, vt saltem præ-
sumptiuè sciatur, quis vtatur meliori iure: quia ex
parte eius qui sententiam fauorabilem obtinuit, mi-
litat præsumptio boni iuris, *l. cum idem 57. ff. de pe-*
8 *tit. hæredit. & l. is à quo 57. de rei vendicat.* † Vbi si duo
eandem rem petant, possessor cogitur rem illi resti-
tuere, qui prius sententiam pro se obtinuit, data ta-
men cautione de rem illam restituendo alteri, si illam
in futurum euinci contingeret; cum ea ratione, &
possessori per cautionem consultum sit, & alteri pe-
titori, cuius res saluâ sit aduersus eum à quo se præ-
uentum passus est.

9 Quarta conclusio. Quando duo prætendunt ean-
dem rem ex duabus causis & prætensionibus, quæ
non sunt ad inuicem incompatibiles; sed ambæ pos-
sunt esse veræ, & causæ illæ originem habuerunt di-
uersis temporibus, ille dicitur præuenisse, qui cau-
sam habet tempore antiquiorem. Probatur in *leg. in*
operis 26. ff. locat. vbi si quis operas suas duobus lo-
cauerit, ille qui prius operas conduxit, secundo con-
ductori præferendus est, quia tempore prior est &
præuenit.

10 Quinta conclusio. Retento eodem themate præ-
cedentis conclusionis, nempè quando duo prætendunt
eandem rem ex duabus causis quæ simul sub-
sistere possunt, sed illæ causæ originem habuerunt
eodem tempore, tunc illi suffragatur præuentio, qui
priùs deuenit ad litis contestationem, *l. si plurib. 33. ff.*
11 *de leg. 1.* † Vbi si eadem res duobus legetur, & testator
ex scriptura manifestè declarauerit, vtrumq; eorum,
solidum accipere voluisse, tunc vni pretium, alteri
res ipsa assignatur; electione rei, vel pretij seruanda
ei, qui prior de legato siue fideicommisso litem con-
testatus est: quem text. bene explicat Ioan. Anton.
Bellon. *in tractat. de iure accrescendi, cap. 5. quæst. 13.*
num. 30. 31. & 45.

12 Si vero manifestum non sit, testatorem solidum
vnicuique legare voluisse, tunc quilibet virilem ob-
tinebit portionem, neque locus erit præuentioni,
imò quamuis ambo diuersis agant actionibus, vnus
videlicet actione ex testamento, alter vero rei vendi-
catione, aut etiam quilibet actionem suam persona-
lem, vel singuli rei vendicatoriam proponant, quæ-
libet actio separatim procedet, & curret marte suo,
nulla inter ipsos inductâ præuentione, vt proba-
tur euidenter per text. *in d. leg. si pluribus 33. in prin-*
cipio, & tradita per Ioan. Anton. Bellon. *dicto cap. 5.*
q. 32. num. 15.

Eâdem ratione, si vnus ex duobus reis credendi 13
debitorem in ius vocauerit, & litem cum eo conte-
status fuerit, ex eo oritur præuentio, & præoccupa-
tio, adeo vt promissor post litem cum isto contesta-
tam, nō possit alteri correo credendi, seu stipulandi,
soluere, vel solutionem offerre, *l. ex duobus 16. ff. de*
duob. reis. Bart. *in l. duob. 28. n. 1. ff. de iureiur.* † Vbi dicit 14
hoc etiam locum habere in iureiurando ab vno ex
correis delato, quod scilicet noceat aliis correis cre-
dendi, siue socij sint, siue non, quia iuramentum ha-
bet vim litis cōtestationis, ergo sicut correus credēdi
præuenisse dicitur litem contestando, ita & iuramē-
tum deferendo. Quod etiam confirmatur per text. *in*
l. fideicom. 11. §. plerumque, ff. de leg. 3. vbi dicitur quod
si testator eandem rem pluribus reliquerit, & de om-
nibus senserit, omnes fideicommissum relictum pe-
tere quidem poterunt, (quia omnium interest,) sed
tamen si vnus præueniat (intellige per litis contesta-
tionem) totum consequetur, ita tamen vt caueat in
fauorem soluentis, pro eius indemnitate erga colle-
gatarios, casu quo in futurum idem petere velint, ne
bis idem soluere cogatur, & hoc siue dicti collegata-
rij sint socij, siue non. Quæ tamen sunt intelligenda
iuxta distinctionem per nos superius allatam *cap. 13.*
num. 18. 19. & 20.

Sexta conclusio, Quando duo non petunt ean- 15
dem rem, sed agunt ad res diuersas, tunc nulla datur
præuentio, quæ non est attendenda quando agitur
de duabus rebus & petitionibus diuersis & separatis,
& tunc quælibet causa currit Marte suo: Gratian. *di-*
scept. forens. 394. num. 14. & diximus *par. 1. huius, &*
tract. cap. 10. num. 17.

Septima conclusio. Quando duo petunt eandem 16
rem ex diuersis causis, & diuersis prætentionibus,
non datur aliqua præuentio per litis contestatio-
nem, multóque minus per simplicem in ius vocatio-
nem seu citationem; sed expectanda est sententia,
quæ est causa immediata executionis, & ille qui prius
sententiam obtinuerit, dicetur præuenisse, & in exe-
cutione præoccupasse, sed Iudicis officium erit, vt
iste præueniens in executione, caueat de coictione
ex suo facto prouenientе. † Exemplum habetur, *in* 17
l. si quis à multis 14. ff. de noxalibus actionib. vbi dici-
tur, quod si quis ob noxam eiusdem serui, à pluri-
bus conueniatur, melior est præuenientis conditio,
quia idem seruus omnibus tradi non potest, sed ser-
uus ei debetur, qui prior ad sententiam peruenit, &
ei qui postea vicerit, & per sententiam ab alio se
præuenírí passus fuerit, actio denegabitur iudicati.
Reseruabitur tamen præuento, ius agendi aduersus
eum qui prior sententiam obtinuit, & executioni
demandari fecit: vt colligitur ex Gloss. *in dict. leg. si*
quis à multis. in verbo, meliorem. & probat text. *in*
leg. 2. ff. si ex noxali caus. agat. Quamuis enim Ofi-
lius I.C. existimasset, noxæ vni facta deditione, cæ-
teris noxalem actionem perimi, reiecta tamen illius
sententia, decisum fuit *in dict. leg. 2.* noxæ deditum,
ex præcedentibus causis minimè liberari; sed noxam
caput sequi, etiamsi in fauorem alterius deditio
facta fuerit: Quod & *in eadem l. 2.* aduertit Ful-
gosios.

Item, & in actione de peculio, melior est occu- 18
pātis conditio, non quidem eius qui per litis conte-
stationem; sed dumtaxat qui per sententiam præue-
nerit, adeo vt quamuis vnus ex creditoribus prius
litem contestatus fuerit; si tamen alius in litis con-
testatione

testatione præuentus, sententiam prius obtinuerit, meliorem suam fecerit conditionem, nulla habita ratione anterioris contestationis, *l. si vero 10. ff. de peculio.*

19 Attamen in actione tributoria secus est, quia in hac non singulis ius totale, quoad executionem competit, imò tributio fit pro rata eius, quod cuique debetur. Ideo si vnus creditor in Iudicio compareat desiderans sibi integram adiudicari portionem, solidum quidem nullo alio concurrente assequetur. Sed quoniam fieri potest, vt alius quoque, vel alij compareant in futurum rei peculiaris creditores, cauere debet creditor iste præueniens, pro rata se refusurum, si forte alij emerserint creditores, vt probatur per text. *in l. procuratoris 5. §. fin. Digest. de tributor.*

20 Verum supradicta, quæ de tributoria dicta sunt, non ita simpliciter procedunt, quando agitur de duobus, aut pluribus creditorib⁹ hypothecariis, quia licet vera, & generalis sit regula, inter plures ex ipsis concurrentes præferendum esse illum, qui tempore prior est, quando de anterioritate constat, adeo vt sufficiat creditori, quod eius hypotheca aliam per horam, imò & per momentum præcedat, quamvis anterioritas illa per solam testium depositionem comprobata fuerit; Pacif. *de Salu. interdict. Inspect. 3. cap. 2. num. 451.* Et in dubio præfertur illa hypotheca, cuius instrumentum prius reperitur ordine scripturæ in libro notarij, quando videlicet vtrumque ab eodem notario rogatum fuit: Neguſ. *de pignorib. 2. memb. 5. partis, n. 31. & multis seqq. & secunda partis memb. 4. n. 109. & 110.* Pacif. *de saluian. in-*

21 *terd. loco cit. n. 432. & seqq.* † Et causa lucratiua in dubio causæ onerosæ postponatur, Capyc. *decis. 78. n. 7.* Afinius *de execut. §. 7. cap. 47.* super quo tamen videndus est Gabriel. *consil. 8 à num. 1. & sequentib.* & maximè *num. 6. lib. 1.* Dominic. Gait. *in tract. de credito cap. 4. num. 1235. & multis sequentib.* similiter & quando res versatur in dubio, dos sit alijs creditis præferenda, vt notatur per Menoch. *de arbitr. cas. 48. n. 35.* & in specie tradit Negusant. *de pignorib. 4. membro secunda partis num. 108.* vbi amplius dicit, nempè quod in dubio dos, ipsi fisco quantumvis alioqui priuilegiato præferenda est, quod etiam affirmat Barbos. *in leg. 1. p. 7. maximè n. 16. in secunda concl. ff. solut. matrim.*

22 Hoc tamen verissimum est, quod ex duobus creditoribus hypothecariis qui sunt in tempore æquales, adeo vt nesciatur quis præu. nerit, hypothecam contrahendo, seu acquirendo, potior sit, & præferatur ille, qui præuenit, non quidem in citatione, litis contestatione, vel sententia, sed in sententiæ executione, & possessionis adeptione. Ideo cum nuper creditor quidam hypothecarius, de cuius hypothecæ anterioritate quoad tempus dubitabatur, ad me recurrisset, consului, vt quia facti erant incantus, seu subhastationes, & res hypothecata sibi in auctione publica vti plus offerenti liberata, illius rei quanto citiùs, auctore Prætore possessionem acciperet, & quod si deinde ab alio concurrente creditore conueniretur illum repelleret, illique stante dubio anterioritatis suæ hypothecæ, iunctâ possessionis adeptione præferretur. Hæc est doctrina Bartoli, Salycet. & aliorum in *l. & quæ nondum, aliàs l. si fundus, §. si duo, ff. de pignorib.* Qui volunt quod quando non apparet cui primò, & secundò res fuit obligata, tunc illa res cuilibet creditori obligata manet in solidum, & quilibet poterit agere pro suo credito in solidum, contra extraneum possessorem, si diuersis momentis, & diuersis verborum conceptionibus duæ obligationes factæ sint, licet de prioritate non constet. Nam si eodem tempore & sub eadem verborum conceptione, non duo, sed vnum tantum esset creditum; sed tamen si vnus ex ipsis contra alium concreditorem agere velit, melior erit præuenientis conditio, & ille qui præuenit in acquirenda rei hypothecatæ possessione, stante dubio anterioritatis hypothecæ, alium exceptione repelleret. Negusant. *de pignorib. in 5. memb. parte 2. num. 31. in fine.* Et probatur in *l. si debitor. ff. eod. tit.* Vnde non possum assentiri eruditissimo Thesauro Iuniori, qui hoc in casu creditum pro dimidia, inter vtrumque creditorem censuit esse diuidendum quoad executionem, stante dubietate vtriusque hypothecæ, *lib. 3. quæst. forens. quæst. 106.* enim contra ipsum valdè vrgeant iura prædicta, imò & rationes quas ipse in contrarium deduxit, quibus satisfecisse non videtur, & potius ex quadam æquitate quam de rigore iuris negotium illud terminare voluisse.

Septima Conclusio. Quando debitor alternatiuè vnum ex duobus soluere obligatur, & sic sumus, non in alternatiua personarum, sed rerum, aut quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione, seu facultate soluendi, si creditor præuenerit per litis contestationem, debitor amittit facultatem alterum membrum ex alternatiuis eligendi. Exemplum: Si quis stipulatus fuerit decem in melle, & sic non in quantitate certâ, & taxatâ, solui quidem potest per debitorem mel creditori loco pecuniæ, sed si creditor præueniat debitorem, petendo ab ipso pecuniâ, & facta fuerit litis cõtestatio, vel aliquis alius actus qui sit loco litis contestationis, debitor amittet electionem soluendi mel loco pecuniæ promissæ, text. est *in l. si quis stipul. fuerit decem in melle 57. ff. de solutionib.* quem textum explicat Cancer. *lib. 2. var. resolut. cap. 6. de solutionibus, n. 85. & multis sequentib.* Surd. *consil. 225. n. 5. & 6.* ad quos, & ad dicta communiter *in d. l. si quis stipulatus 57.* semper recurrendum erit, cum hæc non sit propriè materia nostra. 23

† Sed tamen regula generalis illius legis limitanda est, vt non procedat, quando alicui ius eligendi alteram alternatiuæ partem, competeret ex dispositione legis, vel ex vltimâ voluntate, tunc enim facultas eligendi non amitteretur per litis contestationem, sed duraret vsque ad sententiam: vt docet Cancer. *d. c. 6. de solut. n. 92.* 24

Octaua Conclusio. Quando plures ab aliquo constituti fuerunt procuratores, inter ipsos præuentioni locus est, & melior est occupantis condicio, non quidem per simplicem citationem, etiam executioni demandatam, sed per litis contestationem. In hoc enim differunt procuratores à iudicibus, quod indices præueniuot, per quemcunque actum iudicialem, inter quos primum locum obtinet citatio executioni demandata, & effectum sortita, Gloss. *in cap. cum plures, in verbo, inchoantes, de offic. iud. deleg.* Mascard. *de probat. concl. 1232.* Præuentio *n. 6.* & diximus *p. 1. in cap. de citatione, & alibi sæpius.* Sed inter procuratores non sufficit ad præuentionem citatio, nisi etiam litis contestatio subsequatur, *cap. si duo de procurat. in 6.* Ex ita intelligo tradita per Hering. *de fideiussor. cap. 20. §. 36. n. 5. 6. & 7.* vbi dicit, vno ex pluribus procuratoribus præueniente, seu præoccupante causam, alium censeri reuocatum, vt locum habeat si præuentio facta fuerit per litis contestationem, & non antea: Mascard. *de probation. d. conclus. 1232. n. 15.* 25

Sed hæc cum moderamine intelligenda sunt, Primo enim locum habent dum agitur de procurato- 26

tibus

tibus ad lites, secus si agatur de procuratoribus ad negotia: in his enim cum nulla interuenire possit litis contestatio, præuenisse sufficienter illum procuratorem dicimus, qui actum aliquem fecerit circa negotium sibi commissum, statim enim res desinit esse integra, perinde ac si alter procurator reuocatus fuisset: Franc. *in cap. si quem 8. in princ. num. 3. de procurat. in 6.* per text. *in leg. 1. §. cœpisse, ff. de pollicitation.*

27 Secundo. Quod diximus procuratorem præuenisse per litis contestationem, ampliatur vt procedat, quamuis contestatio nulliter facta fuisset quia licet respectu iudicum, non oriatur præuentio iurisdictionis ex actu nullo, *cap. penult. de foro compet.* Franc. *in dicto cap. si duo, in princip. colum. 1. circa med. de procur. in 6,* tamen inter plures procuratores, præuentio ad exclusionem aliorum ab executione mandati ad lites oritur ex actu etiam inualido, vt *ibidem* Francus

28 notat. † Vnde si quis plures constituerit procuratores ad præsentandum in beneficio, cuius sibi ius patronatus quæsitum est, vnus autem ex procuratoribus aliquem præsentet; sed præueotio non sortiatur effectum, forsan ex eo, quod talis præsentatus renouciauerit præsentationi, vel alias illam acceptare noluerit, non tamen alius comprocurator poterit actum præsentationis exercere, cum à primo præuentos fuerit, licet per præsentationem effectum non sortitam: Viuian. *in tract. de iurepatr. lib. 5. c. 6. n. 18.*

29 Verum est tamen, quod si adhuc duraret tempus patrono assignatum ad præsentandum, secundos procurator, non obstante præuentione primi, posset aliam præsentationem facere, illam cum primâ iam facta cumulando, dummodo ageretur de iurepatronatus laïcali in quo licita est variatio cumulatiua, in qua collator potest alterum ex præsentatis eligere, *cap. quod autem, de iure patronat.* quod per nos fuit expositum, *in quæst. benefic. parte 1. cap. 118. num. 21.* Viuiao. *num. 8. loco citato, nempe, lib. 5. cap. 6. de iure patron.*

30 Ideo cautela est, vt procurator qui præuenit, si velit euitare præsentationem secundi, faciat duas præsentationes, vnam post aliam, & vnam alteri cumulando, hâc enim ratione excludet cumulatiuam secundi procuratoris præsentationem, quia factâ semel variatione, licita non est noua in patronis laïcis etiam cumulatiua variatio, Viuian. *de iurepatr. lib. 12. cap. 9. num. 46.*

31 Tertio inter procuratores præuentio locum habet, quando in mandato adest claosula, *in solidum*, vel alia similis, veluti si quis duoa constituerit procuratores, *& quemlibet ipsorum.* Gratian. *discept. forens. cap. 201. num. 15. & multis sequentib.* Nisi tameo esset adjecta illa clausula, *Ita quod melior non sit conditio occupantis.* Stante enim hac clausulâ in mandato appositâ, non erit locus præuentioni inter plures procuratores constitutos etiam io solidum, Gratian. *ibid. num. 58.*

32 Quarto, non erit locus prænentioni inter plures procuratores simpliciter constitutos sine clausula solidi, aut alia illi æquiualenti: nam quando tales clausulæ non fuerunt appositæ in mandato, vnus sine alio exercere non poterit: vt *ibidem* exponit Gratian. *num. 1. 2. & 3.* Ideo in illis casibus, in quibus vnus ex procuratoribus, sine alio alio agere non potest, si tamen agat, nulliter agit, & per consequens, ex huiusmodi actione, causa quoad tribunalia non dicitur legitimè præuenta, cum ex actu nollo non oriri præuentionem quoad Iudices, superius & multis aliis in locis huius tractatus dictum sit.

33 Quinto per litis contestationem à procuratore factam adeo dicitur facta præuentio, & præoccupatio, vt ipse fuerit effectus dominus litis, quoad illam causam & instantiam, non tamen quoad diuersam causam, nec quoad aliam instantiam. Vnde si procurator in primâ instantiâ comparuerit & præuenerit, cessat effectus præuentionis regulariter io secunda, nisi illi clausulæ prægoantes mandati suffragentur, Marescot. *lib. 2. var. resol. c. 62. n. 7.* Cum limitatione tamen prædictâ, nisi videlicet clausulæ mandati prægnantes assistant præuentioni etiam io aliâ instantiâ, veluti si mandato adsit clausula *Releuans, &c.* Quia illa clausula operatur satisdationem iudicio sisti, & iudicatum solui, ideo hoc casu procurator efficitur Dominus litis quoad omoea instantias, si per litis coorestatiooem præuenerit in vnâ: Add. ad Ludouis. *decis. 548. num. 12.*

Alius præterea ex procuratoris præoccupatione 3
resultat effectus, oempe quod procurator, qui per litis, contestationem fuit effectus Dominus litis non potest sine iustâ caosâ reuocari, *cap. 2. de procurat. in 6.* Tenet tamen reuocatio, si nihil opponatur io contrarium, Seraphin. *decis. 195. num. 1.* Quod fusius explicat dicta Addit. *ad Ludouis. decis. 548. num. 13. & 14.* Quando autem procurator reuocatur lite pendente, talis reuocatio debet intimari parti, & ipsi procuratori in causâ constituto, alias si tanquam talis citetur, sustinebitur citatio, & omnia processura inde dependens in præiudicium eius qui procuratorem illum constituerat: Rota, *decis. 233. n. 7. & 8. par. 7. recentior.* Gratian. *discept. 18. num. 37.* Quando autem per secundi procuratoris constitutionem primus censeatur reuocatus? fusè exponit Add. ad Butar. *decis. 723. num. 7.* vbi aduertit non censeri reuocatum, si in secundo mandato adsit clausula, *citra reuocationem*: subdens quod per constitutionem secundi in causâ speciali, non censetur reuocatus primus, qui fuerat constitutus in causâ generali, nec è cootra. Et quod intimatio non est oecessariò facienda procuratori reuocato si reuocatio, siue expressa siue tacita per constitutionem secundi, deuenerit ad eius notitiam, vt *ibi* per eum *n. 15.* Sed hæc non tangunt materiam nostram, ideo ad illum locum lectorem remittimus.

Non tamen abs re erit, duo circa hanc materiam notabilia subiungere. *Primum* est, quod coostituto secundo procuratore, primus qui est effectus dominus litis, potest se oppooere pro interesse sui honoris: vt probat Addit. ad Ludouis. *dicta dec. 548. n. 14. in fine*, quia quoad hoc res non est integra, postquam procurator fuit effectus dominus litis: Gairus *de credito, cap. 2. tit. 7. n. 2425.* Costa *de re integr. dist. 66. num. 5.* Ideo in facti contingentia, cùm communis multorum debitor fecisset mandatum cuidam procuratori, qui litem fuerat contestatus, & adueniente concursu creditorum, fuerat per Iudicem consentientibus creditoribus deputatus curator ad litem illam; Dixi iure prædictum curatorem impedire oe alius deputaretur curator, nonobstante mandato alteri recenter facto per communem debitorem, in præiudicium primi qui præuenerat, & fuerat effectus dominus litis; maximè quia debitor ille erat decoctus, & sic habebatur pro mortuo, & circa res suas nullum contractum facere poterat: Seraphin. *decis. 794. numero 17.* Salgad. *in labyr. creditor. cap. 28. numero 3.* Et qui semel ad munus curatoris io concursu creditorum deputatus est, non debet ab illo munere sine legitima causa per alterius deputationem amoueri: Salgado *in eodem tract. p. 1. cap. 15. n. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 167. n. 28.* Atque ita fuit iudicatum.

Secundum est, quod regula hic proposita, per secundi procuratoris constitutionem, oriri tacitam reuocationem primi, quando in secundo mandato non adest clausula, *Cum reuocationem aliorum procuratorum*: quæ vltra hîc tradita probantur ex traditis per Bartol. & Alexand. *in l. cum procurator, §. 1. ff. de noui oper. nunciat.* Gratian. *discept. cap. 904. num. 14.* locum multò magis habet, etiam si primum mandatum sit generale, secundum verò speciale: per text. & Gloss. *in l. si quis cum procuratorio 31. ff. de procuratorib.* Alexand. *consil. 83. n. 6. lib. 7.* Et non solum procedit in terminis supradictis, sed etiam quando secundum mandatum diuersum à primo factum fuit eidem personæ, cui primum mandatum factum fuerat, vt est Glossa *in dicta l. si cum procuratorio, §. final. in verbo, procuratores duos*: Menoch. *lib. 2. præsumpt. 36. num. 14. versic. Rursus procedit hæc coniectura.* Maximè si in secundo mandato adsit noua forma, quæ non erat in primo: Menoch. *ibid. n. 16.* Boër. *dec. 347. n. 3.* Paris. *consil. 88. n. 25. vol. 4.* Et sine dubio illud obtinet, quando secundum mandatum fuit executioni demandatum: Alexand. *dict. consil. 83. num. 6. versic. sed posito etiam: lib. 7.* Et per has rationes ego nuper consului, vnionem factam de Congregatione Doctrinæ Christianæ, cum Religione Patrum de Somascha, nullam esse, quia facta fuerat per R. P. Vigerium, cui factum fuerat primum mandatum de faciendo vnionem cum PP. Barnabitis: ideo cùm primum mandatum generale esset reuocatum per secundum speciale, non poterat vnionem facere cum Somaschis, vigore illius primi mandati, quod fuerat reuocatum; sed solùm potuisset facere cum Barnabitis.

CAPVT XXXVI.

ARGVMENTVM.

Inter plures Notarios in diuersis causis scribentes, cum non detur præuentio, si tamen Superior præuiâ illarum euocatione, illas vnuerit, & vni Iudici commiserit, quis ex pluribus Notariis debeat in illa causa sic vnita, scribere; vtrum videlicet, qui prior est, & antiquior in causa sua, an vero ille quem Superior elegerit. Euocatio causæ per quem, & quibus concurrentibus fieri debeat. Et quomodo intelligi debeat clausula, quæ sæpè in euocationibus ponitur, *Dummodo causa non sit instructa.* Quando possit adiri Superior per viam simplicis querelæ, ita vt euocatione opus non sit. Et quis Notarius in illis causis scribere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Notarius illius curiæ ad quam fit euocatio, scribere debet in causâ per superiorem euocatâ.*
2 *Superior causas vniens, & euocans, vtrum possit ex pluribus Notarijs scribentibus in diuersis causis vnitis, deputare, vt in illis scribat, vnum ex illis sibi bene visum.*
3 *Euocatio generalis causarum omnium in genere, non debet fieri, sed solum in certis causis particularibus concedenda est.*
4 *Quenam sint iusta causa, ob quas euocatio concedenda est.*
5 *Causa euocationis in rescripto euocatorio exprimi debent.*
6 *Post causam instructam, & approbatam Iudicis personam, difficilius conceditur euocatio causa.*
7 *Quando causa dicatur instructa, ad hoc vt recusetur euocatio.*
8 *Ratione connexitatis causarum, & diuersorum illius articulorum, facilè concedi solet euocatio.*
9 *Non tamen vnius dumtaxat articuli, sed totius negotij debet fieri euocatio, quando illi locus est.*
10 *Ad hoc vt sciatur an causa sit instructa, vel non, (quando euocatio concessa est cum clausula,* Dummodo causa non sit instructa) *vtrum attendatur tempus data rescripti, an vero tempus præsentationis ipsius.*
11 *Euocatio causarum, ad solum superiorem pertinet.*
12 *Qui iudicem per se solus non constituit, causas ab eo euocare non potest.*
13 *Episcopus causas ab Archidiac. euocare non potest.*
14 *Archiepiscopus causas à suo suffraganeo euocare nequit.*
15 *Supremus Princeps à quibuscunque iudicibus causas euocat; veluti Rex à Parlamento, committendo illas suo magno Consilio: & Imperator à Camerâ Imperiali ad suam supremam Aulam.*
16 *Archiepiscopus non potest adiri per viam querelæ, vel nullitatis, pro causis coram Episcopis suffraganeis, sed dumtaxat per viam appellationis.*
17 *Iudex primarum appellationum ciuitatis Carpentoractis aut alius similis, non potest adiri per viam querelæ.*
18 *Notarius semel electus, vt scribat in causa, non potest mutari, nisi aliquid sufficiens ad eum remouendum de nouo superuenerit.*
19 *Qualibet Principalis concessio intelligitur facta, sine præiudicio iuris tertij.*
20 *Inter plures notarios scribentes in causis vnitis, & euocatis, scribit ille qui prius scribere cœpit in aliquâ ex causis euocatis.*

PLVRES, & diuersas causas, aliquam tamen inuicem habentes connexitatem, Viceleg. à pluribus diuersisque Curiis & Iudicibus euocauerat, & vni dumtaxat ex illis iudicibus præuiâ vnione, & euocatione illarum commiserat, ita quod procederetur scribente vno ex illis pluribus notariis, qui in aliqua illarum causarum scribere cœperat. Dubitatum fuit inter notarios, quis ipsorum scribere deberet, & vtrum Superior potuerit vnum ex ipsis eligere in præiudicium illius, qui præuenerat, prius quam omnes alij procederent.

Respondi, si causa in eadem ciuitate post euocationem remaneat, notarium illum qui præuenit, causam suam continuare posse, & debere, iuxta notata superius *parte 1. huius tractatus cap. 7. num. 8. & sequentibus*, vbi generaliter definitum est, notarium illius Curiæ ad quam fit euocatio, scribere debere in causa euocatâ: sed non fuit ibidem decisa præsens quæstio, in qua tractandum est, siue in eadem, siue in diuersis ciuitatibus, & locis penderent causæ euocatæ; & in loco vbi causa euocata committitur, plures sint notarij, qui ante euocationem scribebant, quis ipsorum in hac causa euocata scribere debeat, & vtrum superior euocans, possit mandare, vt notarius inter ipsos ab eodem superiore electus scribere

debeat

debeat, veluti si diuersæ causæ executiuæ diuersis
tempo.ibus apud diuersos Notarios intentatæ
vniantur,& euocentur.

1 Pro totali resolutione huius quæstionis suppo-
nendum est in primis (quod etiam obiter *in d.cap.7.*
notatum est,) non posse superiorem, causas in ge-
nere euocare, sed dumtaxat in certis negotiis parti-
cularibus; nec in certis etiam causis,& negotiis, nisi
magna,& iustâ de causâ, vt vltra citatos *dicto c.7.*
num.7. tradit Lancellot *de attent.part.2.cap.10.n.56.*
Couar. *pract.quæst.cap.9. sub n.1. versic. Princeps igi-*
2 *tur.* † Iustæ autem causæ propter quas ad euocatio-
nem procedi potest, sunt, vtilitas publica, grauitas,
& magnitudo negotij, vel Iudicis suspicio: Rebuff.
in constitut. Reg.tom.1.tit.de euocation.in præfat.n.57.
3 *& 66.* † Et causa euocationis exprimi debet in re-
scripto, ad hoc vt facilius pars euocata illud de ob-
reptione, vel subreptione impugnare possit si impu-
gnationi locus sit: Rebuff. *ibid.art.2. n.8. & in præ-*
4 *fat.n.29.* † Difficilius autem conceditur euocatio,
quando res non est integra, veluti quando consen-
sum fuit in iudicem, qui postea suspectus post eius
personæ approbationem allegetur: Cyriac. *controu.*
515.n.6.& 7.

5 Aut si agatur de negorio iam deciso, & super
quo iam fuit cognitum, Cyriac. *ibidem num. 11.*
Aut si causa iam coram aliquo iudice fuerit instru-
cta; Lancell. *de attent.part.2.cap.10.n.24.* Vnde sæ-
pius in rescriptis auocatoriis apponitur clausula,
Quatenus causa non sit instructa; de qua plenè
Marches. *de commission.p.2.tit. de euocat.causar.§.1.*
n.102.fol.285.

6 Causa autem dicitur instructa, quando coram iu-
dice causæ euocatæ facta fuit productio iurium, &
termini (quamvis malè & nulliter) fuerunt seruati,
vel quando coram iudice appellationis, processus
primæ instantiæ productus fuit; maximè autem si
negotium sit in statu ferendæ sententiæ, Marches.
loco cit.n.102.& 106. Rota *diuers. decis.779.num.7.*
& 8.part.1.

7 Potest etiam fieri euocatio, quando diuersi articu-
li eiusdem causæ, aut etiam quando diuersæ causæ
inuicem connexæ, seu quarum decisio aliquam ha-
beat connexitatem, fuerunt introductæ coram di-
uersis iudicibus, quod superior videns ne partes va-
riis expensis fatigentur,& per diuersa tribunalia tra-
hantur, causas omnes præuiâ illarum euocatione,
vni dumtaxat Iudici decidendas committit, prout
factum fuit, in quadam causa falsæ monetæ, de qua
per Rotam Auenionensem D. à Laurentiis, *dec.114.*
quæ agebatur de pluribus delinquentibus, quorum
rum aliqui fabricauerant, alij vero scienter,& dolosè
falsam monetam expenderant, alij mandatum dede-
rant ad delinquendum, & contra ipsos in diuersis
curiis, & tribunalibus non sine causæ confusione
procedebatur tam in ciuitate Carpentoractensi, quã
in hac ciuitate Auenionensi. Ideo Aduocatus fis-
calis ne causæ continentia diuideretur, & vt veri-
tas delicti detegeretur, obtinuit rescriptum vnio-
nis, & euocationis omnium causarum, cum com-
missione datâ iudicibus ordinariis huiusce ciuita-
tis, assumptique fuerunt per Vignetinm duo Rotæ
Auditores, qui huic Iudicio assisterent, vt copiosius
explicatur *in d.decis.114.*

8 Debet autem non vnius dumtaxat articuli, sed
totius causæ fieri euocatio, quando Superior illi lo-
cum esse credit, vt præter dicta superius tradit Re-
buff. *dicto tit. de euocation.tom.1.art.1.n.95.* Cyriac.
contr.515.n.11.

9 Sed circa clausulam de qua supra, *Dummodo cau-*
sa non sit instructa, dubitari potest vtrum ad hoc vt
causa dicatur instructa, vel non, attendendum sit
tempus datæ rescripti, vel tempus præsentationis
ipsius. Et in hoc articulo fuit alias per Rotam Ro-
manam resolutum, non esse attendendum tempus
datæ, sed tempus dumtaxat præsentationis rescrip-
ti euocatorij, & inhibitionis factæ in eiusdem re-
scripti executionem, & propterea omnia gesta non
solum tempore, quo intimatur inhibitio, sunt vali-
da, sed etiam post intimatam inhibitionem, si dum
illa fuit intimata iam causa reperiebatur instructa,
quia inhibitio continet in se conditionem, quâ non
verificatâ, non impedit quin Iudex in causâ, proce-
dat, Mohedan. *dec.1.vt lite pendent.* Barbos. *de claus.*
c.46.n.5.

Secundo notandum est, quod auctoritas causas 1
euocandi ad solum superiorem pertinet, illum vi-
delicet, cui ius est inferiores Iudices instituendi, &
destituendi: Bald. *in l.1.C.quomodo & quando Iudex*
num.19. aliàs *num.25.versic.& si ab alio.* Et *in l.1.ff.*
de offic.cons.n.10.sub finem, vers.nisi inferior habuerit.
Castrens. *in l.nemo 4.C.de iurisdict.omn.iudic.num.2.*
vers.Ideo præses. † Inferiorem autem hic dicimus il- 1
lum qui destitui potest ab alio, & qui illi subest in
eadem specie iurisdictionis. Generaliter enim is qui
alium non constituit Iudicem solus, causas ab alio
euocare non potest: Bald. *in l.iudicium soluitur 58. ff.*
de iudic.num.2.in primâ lecturâ. Couarr. *practic.quæst.*
cap.9.num.1. versic.hoc ius auocandi: & num.4. versic.
quod si dux.

Vnde cum Archidiaconus, non ab Episcopo, sed 12
à summo Pontifice iurisdictionem (si quam habet)
agnoscat, non potest Episcopus ab Archidiacono
causas euocare, potest tamen à Vicario, quem ipse
constituit: Castrens. *d. l.iudicium 58.nu.6.& 7.ff.de*
iudic.versic.nec Episcopus posset. Bald. *ibid.in 1.lectu-*
ra n.2. † Nec etiam Archiepiscopus Metropolitanus 13
à suo suffraganeo causas euocandi ius habet, Rip. *in*
cap.cum M.Ferrariensis n.193.de constitut. Couarr.
d.c.9.n.2.

De supremo Principe, non est dubitandum, quin 14
causas euocare possit à quibuscunque iudicibus,
imo & in illo iusta causa euocationis præsumitur,
quamvis in rescripto euocatorio non exprimatur;
Ias. *consil.144.in primo dubio, vol.2.* vbi agit de euo-
cationibus causarum in supremo Parisiensi Senatu
pendentium quæ fiunt per Regem ad magnum Con-
silium Regium. Idem dicendum est de euocationi-
bus, quæ fiunt per Imperatorem, causarum in Came-
râ imperiali illatum partium introductarum, quas
euocari posse ad magnam ipsius Aulam testatur Ber-
lich. *decis.158.per totam.*

Et ex prædictis infertur, quòd nec Archiepisco- 15
pus in causis suorum Suffraganeorum adiri potest
per viam simplicis querelæ, aut propositionis nul-
litatis sententiæ latæ in ipsorum tribunali, quin-
imo ad illum recurri tantum potest per viam ap-
pellationis, vt per Couarr. *dicto cap. 9. num.2.* † Et 16
eâdem ratione, in locis in quibus constitutus est
Iudex primarum appellationum, talis Iudex non
potest adiri per viam simplicis querelæ, sed dumta-
xat per viã appellationis & si in causâ simplicis que-
relæ, vel simplicis nullitatis procedat, tota eius pro-
cessura corruit ex euidenti defectu iurisdictionis,
vt de iudice primarum appellationum in ciuitate
Carpentoractensi constituto testatur Stephan. Ber-
trand. *consil.248.n.2.vol.6.* videnda sunt quæ dixi-
mus *supra c.24.*

Tertio supponendum est, quod notarius semel 17
electus ad scribendum in causâ, non potest post præ-

uentionem motari, aut ab eo causa auferri, nisi iusta suspicionis causa de nouo interuenerit, vt vltra citatos superius, *parte 1. cap. 1. num. 15.* traduct Bald. *in l. 2. num. 10. Cod. quomodo, & quando Index*: Felin. *in cap. quoniam contra 11. de probation. in 2. notabili col. 3.* & *ibi* Dec. *num. 43.* Paciau. *de probationib. lib. 1. c. 65. num. 38.*

18 His ita suppositis, facilis resultat propositæ difficultatis solutio. Nam cum Superior concedens rescriptum euocationis nec velit, nec debeat præiudicare iuribus tertij, & in quolibet rescripto semper censeatur apposita illa clausula *sine praeiudicio iuris tertio quaesiti: leg. 1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. leg. nec auus, Cod. de emancip. liber. cap. quamuis, cap. si propter. de rescript. in 6.* Et nota est omnibus regula, *de iure quaesito non tollendo*. Sicuti & clausulas *Dummodo alteri ius non sit quaesitum*, quæ censetur adhibita in quolibet rescripto, Barbos. *in tract. declarans.*

19 *cap. 44. n. 2.* † Cum ergo ius fuerit Notario quæsitum per præuentionem, ex eo quod inter omnes eiusdem Curiæ Notarios ipse prior fuit in scribendo, sequitur, Superiorem per suum rescriptum de potestate ordinaria, non potuisse causam ab illo auferre, quæ iure præuentionis ipsi fuerat acquisita, & per consequens illum in causa euocata solum, exclusis aliis, scribere debere. Et ita nuper fuit iudicatum & obseruatum, non obstante quod per rescriptum euocatorium fuisset de alio Notario præuento prouisum.

CAPVT XXXVII.

ARGVMENTVM.

Vtrum Notarius deputatus ad scribendum in omnibus subhastationibus, & locationibus redituum Principis, possit opponere de præuentione, si postea Commissarij pro illorum redituum exactione deputati assumant secum alios Notarios ad scribendum & sumendum acta illius executionis. Et verùm Notarius scribens coram aliquo Iudice ordinario, possit, non obstante præuentione mutari, quando eadem causa tractatur coram Iudice delegato.

SVMMARIVM.

1 *Notarius scribens in vnâ causâ, debet etiam scribere in causis ab eâ dependentibus, quæ coram eodem Iudice ratione connexitatis tractantur.*

2 *Executiones quæ fiunt pro exactione redituum fiscalium coram commissariis à Senatu deputatis, non debent de necessitate fieri scribente Notario subhastationum illorum redituum.*

3 *Notarius deputatus ad acta alicuius causa, continuare debet, quamuis eadem causa alteri delegetur.*

4 *Quando supremus Senatus causas alicui committit, Notarius subhastationis redituum, non est de necessitate assumendus.*

5 *Quando alicui iudici ordinario datur commissio ad excitandam dumtaxat illius iurisdictionem, tunc Graffarius Curia ordinaria, & non alius scribere debet in causâ.*

Venditum fuerat à Principe supremo, officium Tabellionis seu Notarij redituum fiscalium, seu Regalium qui omnia acta locationum, & subhastationum dictorum redituum reciperet. Verum adueniente solutionia tempore, dum in executionum instrumentorum per illius officij possessorem receptorum, cogendi essent debitores ad soluendas summas per eos debitas, Senatus Commissarium deputauit, seu collectorem aut exactorem qui pecunias illas colligeret, & debitores illarum ad solutionem compelleret: iste Commissarius assumpsit Notarium sibi bene visum reclamante generali illo redituum Regiorum Notario; vnde dubitatum fuit vtrum in eius præiudicium, Notarius alius per Commissarium à Senatu deputatum assumi potuerit, vt scriberet in dictis executionibus.

Regius iste Notarius prætendebat non posse alium scribere, cum ipse officium haberet circa omnes Regios reditus, & cum instrumenta locationum ex officij sui necessitate rogasset, non posse alium scribere in exactione, quæ est connexa officio, & eius consequutiua: connexorum autem eadem debet esse ratio, eadémque dispositio, *l. si quis, §. rationem, C. de eden. l. sed si plures 10. §. 1. ff. de vulgari.* 1

Sed tamen fuit decisum in contrarium, nempe Commissarium Senatus, assumere sibi posse Notarium quemlibet arbitrio suo: quia licet non sine fundamento Notarius prætendere possit ad se spectare ius scribendi in istis executionibus, tanquam ab eius officio dependentibus illique annexis, cum ad ipsum pertineat custodia actorum, & scripturarum ad istos reditus spectantium, tamen si supremus Senatus mittat aliquos executores, ille Notarius scribere debet, quem secum ducet Commissarios per Senatum deputatus, idque ex sequentibus rationibus. 2

Primo, quia qui allegat aliquid ad se pertinere tanquam dependens à sua concessione illique annexum, tenetur illud probare. Secundo, quia executio non potest dici connexa, cum habeat diuersam causam proximam. Alioquin sequeretur omnes Notarios, qui aliquod instrumentum recipiunt, debere scribere in illius executione: quod est falsum. Tertiò, quia casus iste deputationis Commissarij factæ per Senatum ad exigendos reditus Cameræ inueteratos, qui secum ducat alium Notarium, non videtur verisimiliter in concessione officij comprehensus. Quarto, quia commissio data à Senatu, tanquam dignior, & potentior est, præferenda. 3

Neque obstat, quod Notarius deputatus ad scribendum coram vno Iudice, debet etiam assumi ad scribendum, quando eadem causa fuit alteri delegata: Bald. & Castrens. *in l. 1. C. vbi & apud quem restit. in integr. postul.* Gratian. *discept. forens. 157. n. 56.* Boër. *decis. 158. in princip.* 4

Quia responderetur, hoc esse verum si ipsi Vrbium Prætores coràm quibus Notarij scribere debent, deputarent aliquos Locumtenentes, coram quibus isti Notarij redituum Regiorum scribere deberent. Sed hic agitur de Commissariis deputatis à supremo Senatu, & sic ab alia distincta & diuersa Curia & separata iurisdictione, ideóque non debet Notarius ille scribere, qui habet officium respiciens negotia quæ coram Vrbium Præfectis tractantur, non quæ ex Senatus commissione dantur. Atque ita decisum contra Notarium illum Regiorum redituum testatur Larrea Granateosia *in suis allegationibus fiscalibus parte 2. allegat. 71. per totam.* † Quæ tamen intelligenda 5 6

genda esse dicit, vt locum non habeant, quando commissio datur à Senatu Prætoribus Vrbium, potius illorum iurisdictionem excitando quàm causam illis delegando; tunc enim existimat, Notarium Curiæ illius Iudicis, pro redditibus Regiis deputatum, solum scribere debere: quod conforme hoc in capite videtur distinctioni per nos allatæ, *parte 1. huius tractat. cap. 7. num. 13. & 14.* quæ distinctio inter commissionem excitatiuam, & illam quæ fit tanquam Delegato, bene confirmatur per Larr. *dicta alleg. 72. num. 20. & 21.* Verum ista Senatus Granatensis decisio tunc demum admittenda est, quando deputationis litteræ non habent tales, & tam amplas clausulas, quæ casum processuratum, Senatus authoritate fiendarum comprehendant. Ideo semper ad litteras commissionis, seu facultatis Notario concessæ recurrendum est.

CAPVT XXXVIII.

ARGVMENTVM.

De appellatione à decreto Iudicis recusantis admittere exceptionem præuentionis, illámque tacitè vel expressè per processum ad vlteriora reiicientis, aut declarantis se esse competentem vel incompetentem. Et quid statuendum sit quando agitur de possessorio, vel alio iudicio, in quo non licet appellare suspensiuè. Et vtrum à remissione causæ ad vnum ex pluribus Iudicibus de præuentione contendentibus, quando partes nullum habent interesse, licita sit appellatio. Quid statuendum sit in criminibus mixti fori, quando vni ex duobus tribunalibus & iurisdictionibus causa adiudicatur, vtrum tunc licita sit appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Si Iudex qui præuenit, nullam funditus habeat iurisdictionem in causâ præuentâ, quamuis expressè vel tacitè se iudicem competentem pronunciauerit, eius pronunciatio nunquam transit in iudicatum, etiamsi ab ea non appelletur.*

2 *Quando Iudex præueniens non habet iurisdictionem in illa causa, sed tamen eius iurisdictio est prorogabilis, pronunciando expressè vel tacitè causam ad se spectare, si non appelletur, talis declaratio transit in iudicatum.*

3 *Si Iudex habet iurisdictionem elidibilem, sufficit pro validitate processurarum, quod expressè vel tacitè nempe procedendo ad vlteriora, se competentem esse declaret, si ab hac declaratione non fuerit appellatum.*

4 *A reiectione exceptionis causa præuenta, siue expressâ siue tacitâ, licita est appellatio.*

5 *Etiam in possessorio, & aliis causis in quibus non licet appellare, tamen ab ea expressâ vel tacitâ iudicis competentis declaratione datur appellatio.*

6 *In decreto Iudicis, se competentem vel incompetentem declarantis, ita datur appellatio, vt post ipsam Iudex sine vitio attentatorum non possit ad vlteriora procedere.*

7 *Consultius est, vt ad superiorem recurratur quando Iudices qui eidem superiori suppositi sunt, de præuentione causa contendunt.*

8 *Si inter solos Iudices contentio sit de præuentione, & superior vni eorum causam adiudicet, non licebit appellare, partibus litigantibus.*

9 *Ampliatur hoc vt procedat, tam in iudicibus ordinariis quam Delegatis, & siue adiudicatio causa facta fuerit per Superiorem, siue per Arbitros iuris.*

10 *Fiscus non potest appellare à remissione causa, ad Iudicem domicilij.*

11 *Datur appellatio à declaratione superioris super causa remissione vel præuentione, quando non solùm inter duos Iudices contenditur, sed etiam inter duas diuersas iurisdictiones, veluti si agatur de Episcopo vel Barone pro interesse eorum tribunalis.*

VÆRITVR vtrum à sententiâ, vel decreto facto super remissione concessâ, vel denegatâ, ad iudicem præuenientem detur appellatio. Vel si Iudex aliquis non obstante opposita præuentionis exceptione, se pronunciet expressè competentem, vel tacitè per processum ad vlteriora. Cui quæstioni satisfit per sequentes conclusiones.

1 Prima Conclusio. Quando Iudex, qui coram se procedendum esse declarauit, nullam funditus habet iurisdictionem ne quidem prorogabilem in illa causa, eius sententia, vel decretum, nunquam transit in rem iudicatam, etiamsi ab eo non appelletur, & processus per eum factus est ipso iure nullus, siue expressè siue tacitè fiat talis pronunciatio, procedendo videlicet ad vlteriora; per quam processuram exceptio tacitè reiicitur: Innocent. *in cap. super litteris 20. num. 2. versic. forsan. in fine, de rescript.* Vbi ponit casum in iudice delegato qui processit in vim rescripti falsi, quia cum nullam ex tali rescripto potuerit consequi iurisdictionem, tota eius processura corruit, ex defectu iurisdictionis, qui insanabilis est, Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 52.* Salgad. *de Reg. protect. p. 2. c. 18. num. 21.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 186.*

2 Secunda Conclusio. Quando Iudex habet iurisdictionem prorogabilem, non tamen eius iurisdictio se extendit ad illam causam, tunc si se pronunciauerit competentem, aut coram se procedendum esse ad vlteriora ratione præuentionis, aut aliâ de causâ declarauerit, datur ab hac pronunciatione appellatio, & si non fuerit appellatum, decretum illud transit in rem iudicatam: Scacc. *dict. quæst. 17. limit. 6. num. 54.* Quod & in tacita pronunciatione per processum ad vlteriora verum esse existimat *ibidem, num. 57. iuncto num. 51.* Salgad. *de Reg. protect. dicta*
3 *par. 2. cap. 18. num. 23. & 24.* † Idem quoque dicendum est, si Iudex in illâ quidem causâ iurisdictionem habet, sed elidibilem, quia tunc nec etiam expressa competentiæ declaratione opus erit, sed sufficiet tacita per processum ad vlteriora, ad hoc vt processuræ coram hoc iudice factæ declarentur validæ; Franc. *in cap. si duobus, n. 30. de appellat.* ibi. *In secundo casu principali,* Scacc. *vbi supra, num. 65.* Salgad. *n. 16.* Intelligendo tamen supradicta iuxta ampliationes, & restrictiones allatas per Scacc. *loco cit.* quas hic non reperimus.

4 Tertio, quando Iudex reiicit exceptionem præuentionis expressè, declarando se Iudicem compe-

tentem, vel ordinando coram se ad vlteriora procedi, vel si nihil declaret; sed spreta opposita exceptione ad vlteriora procedat, illam exceptionem tacitè reiiciendo, à tali declaratione tam expressâ quam tacitâ, datur appellatio. Probatur, quia huiusmodi decreta, quibus Iudex se competentem, aut alium iudicem incompetentem esse declarat, habent vim sententiæ definitiuæ, Bart. *in l. quod iussit, num. 9. versic. Quædam est interloquutoria, ff. de re iudic.* Marant. *in specul. par. 8. in tit. de sententia, n. 43.* Mynsinger. *centur. 3. obseruat. 35.* Quia per talia decreta finitur officium iudicis.

5 Quod procedit, etiam si talis interloquutoria, facta esset in negotio, in quo super materiâ principali appellatio non esset admissibilis, veluti si ageretur de causa possessorij, in qua regulariter non licet appellare quoad effectum suspensiuum, & tamen in illa causa, licita erit appellatio quoad vtrumque effectum, si Iudex se competentem pronunciauerit cum non deberet: Gratian. *discept. forens. 74. num. 12. & 15.*

6 Vnde qui sententiam super competentia, aut incompetentia tulit, & ab ea fuit appellatum, non potest in præiudicium appellationis ad vlteriora procedere absque vitio attentatorum, Rebuff. *in constit. Reg. tit. de sentent. executor. artic. 3. gloss. 2. numer. 1. & artic. 9. gloss. 6. in fine, versic. fallit tamen.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. membr. 6. num. 47.* qui tamen, *n. 48.* dicit hoc procedere, quando Iudex se pronunciat incompetentem & sic negatiuè, sed dubitat verum hoc sit verum, quando Iudex affirmatiuè declarat se competentem, fatetur nihilominus communem hanc esse Doctorum sententiam, vt conclusio procedat tam in affirmatiua, quam negatiua pronunciatione: vnde non est à communi opinione recedendum.

7 Quarta conclusio. Quia quando duo Iudices præuentione oriuntur, & de ea contendunt, & quilibet causam propter præuentionem, aut alia ratione ad se pertinere prætendit, melius & consultius est ad Superiorem pro huius quæstionis resolutione recurrere, quando vterque est sub eodem Principe vel Superiore, vt diximus suprà, *parte 1. cap. 12. num. 7.* Boss. *de foro compet. num. 104.* & Rota *dec. 289. n. 15. part. 6. recentior.*

8 Ideò si Superior ad quem habitus fuit recursus, existente inter istos duos Iudices contentione, propter mutuam præuentionis prætensionem pronuntiet causam ad alterum ex istis duobus iudicibus pertinere, non licebit partibus ab huiusmodi declaratione appellare, cùm illarum non intersit, siue vno siue alio iudice iudicante causa tractetur, vtpotè quia à quolibet ipsorum sperate possit se iustitiam consequuturum, Angel. *in leg. 2. num. 8. versic. Tu da vnam fallentiam singularem, ff. si quis in ius vocat. non ierit.* quem sequitur Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 3. num. 188.*

9 Et hoc locum habet, siue agatur de pluribus iudicibus ordinariis siue delegatis, & siue adiudicatio causæ facta fuerit vni ipsorum per Superiorem, siue per Arbitros iuris hinc inde nominatos. Vt tradit Paul. Anton. Delbene, *sing. 13.* Nam & arbitrorum electioni hoc casu locum esse posse ostendimus, *d. cap. 12. num. 7.* sequitur Sanfelic. *decis. 5. num. 6.* Qui prius *decisione 4.* declarauerat locum esse appellationi. Sed bene legenti, & consideranti patebit nullam ibi adesse contrarietatem, quia *decis. 4.* procedit in terminis nostræ tertiæ conclusionis, in qua diximus locum esse appellationi quando contenditur inter partes, sed *in decis. 5.* loquitur in terminis quartæ nostræ conclusionis, quando videlicet contentio super præuentione, vel competentia est inter ipsos Iudices, in qua non tractatur de interesse partium.

10 Quinta conclusio, si iudicatum fuerit causam criminalem remittendam esse ad Iudicem domicilij rei conuenti, aut quid simile, fiscus non poterit appellare. Ita docet Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 49. num. 5.* Carauit. *super ritib. magn. cur. Ritu 258. sub num. 2.* dicens ita obseruari.

11 Sexta conclusio. Si non sit contentio inter duos iudices, sed inter diuersas iurisdictiones, veluti si Episcopus petat aliquam causam ad se remitti, quia prætendit se præuenisse in cognitione alicuius delicti quod est mixti fori, seu etiam ratione iurisdictionis ordinariæ. Aut si Baro aliquis causam ad suos Officiales remitti petierit, hoc casu si remissio causæ fuerit denegata, & Superior talis fuerit, vt ab eius sententiis possit appellari, dabitur Episcopo, vel Baroni, aut alteri de iurisdictione suâ contendenti appellatio, etiam suspensiua, quia agitur de grauamine quod in sententia definitiua reparari non potest. Carauit. *ritu 259. num. 19. versic. Intellige tamen.* Sanfelic. *dict. decis. 4. num. 91.*

CAPVT XXXIX.

ARGVMENTVM.

De formâ & praxi opponendi exceptionem præuentionis, vel causæ coram diuersis iudicibus non tractandæ. Quo tempore istæ exceptiones opponi possint, & quæ sit differentia inter exceptionem præuentionis, & incompetentiæ iudicis. Et de eo qui fuit contumax coram primo Iudice, quod non possit opponere de præuentione in secundo iudicio præuento.

SVMMARIVM.

1 *Si non opponatur de præuentione, processus secundi Iudicis præuenti validus est, si aliunde sit competens.*

2 *Explicatur locus obscurus Baldi* in l. nulli, Cod. de iudic.

3 *De præuentione opponi debet ante litem contestatam alias non potest amplius allegari*, & numero 7.

4 *Quando præuentio non est clara, sub quâ verborum formulâ pars illam opponere debeat*, & numero 6.

5 *Si Iudex non admittat exceptionem præuentionis, datur appellatio.*

8 *Præuentio causa non tollit competentiam iudicis, sed illam tantum elidit.*

9 *Exceptio præuentionis debet opponi coram Iudice præuento, ita tamen vt illam proponens non fuerit contumax coram iudice præueniente.*

1 QVÆSTIO ista respicit formam & praxim opponendi exceptionem præuentionis coram Iudice: Hac in re Bald. *in l. nulli, num. 3. C. de iudic. in versic. Quæro hic, duo iudices.* videtur satis obscurè loqui, dum dicit, quod si duo iudices de eodem deli

delicto inquirunt, vnus debet remittere cognitionem ad alium, quando non constat de præuentione, nam tunc ille qui præuenit est potior. Deinde subiungit Bald. Bñ euiter dico quod sic. Alias se impediūt. Vnde debet esse cautus, quod non opponat exceptionem præuentionis, sed opponat exceptionem apud eundem iudicem faciendæ remissionis. Quod si non opponit, sibi imputet, quia processus tenet: & hoc dicit colligi ex notatis per Innocent. *inc. cum M. Ferrariensis de constit.* Hæc dicta Baldi in hunc sensum capienda existimo post Felin. *in dicto c. cum M. Ferrariensis, num. 25 versic. Et de praedictis verbis Innocentij.*
2 † Videlicet, quod quando reos coram alio iudice pro eadem causa citatus, ignorat, vel dubitat quis ex duobus iudicibus præuenerit, non debet opponere de præuentione, quia forsan illam probate non posset, & ita frustra iudicem offenderet, cuius iurisdictionem inutiliter declinaret. Sed non negat Baldus, quin si constaret de præuentione, possit illius exceptio ante litem contestatam proponi, vt tenet idem Bald. *in Authent. sed nouo iure C. de seruis fugit. num. 9. vers. Sed pone quod in ciuitate Perusij:*
3 † dicens quod si non opponatur de præuentione ante litem contestatam, tenebit processus vtriusque iudicis. Quod etiam idem tradit *in l. peremptorias, in fine, C. sententiam rescindi non posse.* † Quando igitur
4 non constat de præuentione, reus non debet de illa excipere, sed debet vti his vel similibus verbis. Causa ista super eadem re, pendet coram alio iudice coram quo fui vocatus. Ego non debeo pro eadem re
5 litigare coram diuersis iudicibus, hoc enim mihi damnosum, & laboriosum esset. † Et si quis hac de causa appellaret à iudice hanc exceptionem non admittente, legitima esset appellatio, *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. eatur.* Et probatur per text. *in l. si pater. 9. ff. de liber. caus.* Ita docet Innocent. *in dicto cap. cum M. Ferrariensis, num. 12. de constitutionib.*
6 † Ex quibus, quatuor illationes colligit Felin. *loco citato.* Prima est, quod nihil debet dici de præuentione, de eâ non constet, sed solum opponendum est, quod citatus non tenetur pro eadem re, coram duobus iudicibus diuersis litigare. Quia non debet ostendere inclinationem ad vnum potius iudicem quam ad alium, si non sit omnino certus de præ-
7 uentione. † Secunda, quod reus debet esse cautus, vt opponat hanc exceptionem, siue præuentionis, siue remissionis causæ ante litem contestatam. Nam
8 postea non admitteretur illam opponens. † Tertia illatio est. Vt non debeat exceptio incompetentiæ iudicis hoc casu proponi, male enim opponeretur, cum ambo iudices sint competentes. Præuentio siquidem non tollit impotentiam, sed illam dumtaxat elidit: secundum Angel. *in l. si quis postea quam 7. ff. de iudic. num. 1.* Vbi dicit quod Aduocatus debet esse cautus in formâ excipiendi, vt non excipiat de incompetentiâ iudicis, quia exciperet ineptè, cum sit competens; nec debet petere se remitti ad primum iudicem, quia exciperet ineptè hoc etiam casu, cum non habeat priuilegium fori, vnde succumberet propter ineptitudinem; sed debet simpliciter obiicere contra processum secundi iudicis, allegando quod eius iurisdictio est præuenta propter iurisdictionem alterius præambulam. Quod intellige, vt verum sit, quando certa est præuentio, si enim illa dubia est, debet solum dicere se non teneri coram diuersis iudicibus pro eadem re litigare, cum duplici expensa & incommodo, vt dictum est.
9 Quarta illatio est, quod sicut non sufficit de præuentione tractare coram Iudice præueniente; sed præuentionis exceptio debet omnino opponi coram secundo Iudice seu præuento, alioquin secundus iste Iudex quantumuis præuentus, in contumaciam citati & non comparentis, seu ipso comparente & præuentionis exceptionem non opponente, procederet ad vlteriora in causa, & eius processus esset validus & legitimus, vt alias sæpè diximus; Ita & è conuerso, si citatus non compareat coram primo Iudice præueniente; sed fuerit contumax in iudicio iam cœpto & præuento, & postea conueniatur coram secundo iudice, non potent coram isto secundo dicere & opponere quod causa est præuenta coram primo: quod est notandum, ex Bartol. *in l. sepulchri. versic. circa primum est videndum, ff. de sepulch. violato.* Felin. *in cap. ex tenore 16. num. 15. de rescript.*

Sed vtrum saltem purgatâ contumaciâ coram primo, citatus possit audiri excipiens de præuentione coram secundo Iudice, maior est dubitatio quæ sequenti capite resoluenda erit.

CAPVT XL.

ARGVMENTVM.

Quando reus in ius vocatus fuit contumax coram primo iudice, vtrum purgata contumacia, & refectis expensis, possit opponere exceptionem præuentionis coram secundo. Et quæ sit hac in re differentia inter citationem executioni demandatam, vel solum decretum de citando factum per iudicem ordinarium, vel delegatum. Vtrum per monitorium Iudicis, oriatur præuentio, & quæ hoc casu ad effectum præuentionis interuenire debeant. Relatio nuncij citantis, vel monitorium exequentis quomodo concipienda sit. Et vtrum post obtentum monitorium, non tamen executioni demandatum, possit alius Iudex adiri, & quid in actore.

SVMMARIVM.

1 *Reum, purgata contumacia primi Iudicij, audiendum esse coram secundo Iudice in exceptione præuentionis, ex multorum sententia: sed aly distinctione vtuntur: vide resolutionem,* num. 15. *& sequentibus,* & num. 20.
2 *Exceptio præuentionis, non oritur nisi citatio fuerit in actis reprodueta, & accusata contumacia.*
3 *Ad effectum perpetuanda iurisdictionis, sufficit decretum de citando, non tamen ad effectum præuentionis, & qua sit in hoc differentia.*
4 *In actibus voluntaria iurisdictionis sufficit sola interpellatio, etiam extraiudicialis, ad inducendam præuentionem.*
5 *Gratiani locus* discept. Foreos. cap. 639. n. 1. *explicatur.*
6 *Quando actor est contumax, & citatio fuit circunducta, nulla est præuentio, nec litis pendentia,* & num. 9.
7 *Reus citatus, si non compareat in termino, debet à iudice aliquantulum expectari, sed non actor.*

8 *Quando*

8 *Quando reus est contumax, & accusata illius contumacia, & reproducta citatio, statim causa est praeuenta, nec quaerendum est, quoad effectum praeuentionis, utrum possit purgare moram.*

9 *Actoris maior est contumacia, quam rei.*

10 *Quando actor est contumax, reus iure potest petere se à citatione eximi, & relaxari.*

11 *Actor contumax utrum possit purgare contumaciam sicut reus pugare illam potest.*

12 *Iusta causa non comparendi, excusat quidem à contumacia; sed non à termini circunductione.*

13 *Quando neutra partium comparuit in termino citationis, perinde est, ac si nulla citatio emanasset.*

14 *Reus contumax audiri debet ex persona Iudicis purgatâ contumaciâ, & allegare praeuentionem.*

15 *Vtrum reus ex se solo, absque interesse Iudicis qui praeuenit, possit audiri purgatâ contumaciâ ad opponendam praeuentionis exceptionem.*

16 *Per aditionem Iudicis praeuenientis, ius illi quaesitum est, ideo in eius praeiudicium alius Iudex adiri non potest.*

17 *Bartoli contrarietas notatur in hac materiâ admittendi purgationem contumaciae, ad effectum opponendi praeuentionem.*

18 *Qui impetrat duo diuersa rescripta pro eadem causa ad duos diuersos Iudices, amittit commodum utriusque.*

19 *Limitatur, nisi citatus vigore secundi rescripti, fuerit contumax.*

20 *Contumacem reum purgatâ contumaciâ audiendum esse si coram secundo Iudice opponat de praeuentione, ex veriori sententia.*

21 *Multo facilius admittendus est reus ad allegandam coram secundo Iudice praeuentionem purgatâ contumaciâ coram primo, coram quo non comparuerat, si ex tali contumacia ius partis non est factum deterius.*

22 *Omnes contumaciae effectus cessant, postquam illa fuit purgata.*

23 *Qui comparuit coram Iudice cum protestatione de non prorogando eius iurisdictionē, & citra consensum indebitum, similis est contumaci, ad effectum ut non possit opponere de praeuentione illius Iudicis, coram alio secundo Iudice.*

24 *Si quis cum illa protestatione coram primo Iudice comparuit renunciet suae oppositioni, & in illius iurisdictionem consentiat re integrâ, potest deinde opponere de praeuentione facta ab illo Iudice, si alius Iudex praeuentus procedere velit.*

25 *Quamuis in certis casibus pars repellatur ab oppositione praeuentionis, tamen Iudex pro suo interesse petere potest causam, ad suum tribunal remitti.*

26 *Ampliatur etiam ad Notarios, ut pro suo interesse, praeuentionis iure in Iudicio uti possint.*

27 *Monitorium Iudiciale differt à monitorio concesso pro rerum occultarum reuelatione, & citationis loco est.*

28 *Monitorium non afficit nisi fuerit seruatâ formâ in eo contentâ, executioni demandatum.*

29 *Nuncius curiae, referens se executioni litteras, vel monitorium demandasse, cum clausula,* vt supra, *nulliter procedit, nisi formam suae commissionis obseruauerit.*

30 *Non inducitur praeuentio causa ex monitorio, nisi illud fuerit iudicialiter in termino reproductum.*

31 *Monitoria debent continere clausulam iustificatinam, Etsi senseris te grauatum, & resoluuntur in simplicem citationem.*

32 *Monitorium, quando non inducat praeuentionem.*

33 *In quaestione attentatorum, lis dicitur introducta quoad actorem, ut nihil attentare possit in praeiudicium litis, ex monitorio, quamvis nondum executioni demandato.*

34 *Ad effectum praeuentionis requiritur executio monitorij. Et quae sit ratio differentiae inter attentata & praeuentionem.*

35 *Actor non attentat si post obtentum monitorium, & antequam ad alios actus procedat, re integrâ monitorio renunciauerit.*

EX iis quae dicta sunt capite praecedenti, non leue resultat dubium; vtrum, & quibus in casibus reus qui fuit contumax coram primo Iudice, & eius contumacia fuit legitimè accusata, possit deinde opponere coram Iudice, coram quo citatur, exceptionem causae in alio tribunali praeuentae, quando paratus est purgare contumaciam, & expensas reficere. Et quid dicendum sit in actore qui alium citari curauit, & in termino citationis minimè comparuit.

Quaestionem istam tractant DD. *in l. quamuis. ff. de damn. inf.* vbi varij varias abeunt in sententias. Quidam enim duos casus constituunt. Primus est, quando per contumaciam rei citati, ius actoris non fuit factum deterius, & hoc casu dicunt reum posse purgare contumaciam refectis expensis, & illâ purgatâ, posse opponere de praeuentione. Secundus casus est, quando per contumaciam citati, ius actoris fuit effectum deterius, & hoc casu dicunt reum non posse opponere exceptionem praeuentionis, etiam purgata contumacia. Alij indistinctè reum quouis contumacem admittendum existimant, opponentem hanc praeuentionis exceptionem. Alij totum contrarium verius esse existimant, nempè reum contumacem, etiam purgata contumacia ab huius exceptionis propositione remouendum, vt videre est apud Bartol. & DD. Angel. Imol. Castrens. & Alexandr. *in d. l. Quamvis,* quam aliqui reponunt, *subl. hoc amplius, §. Celsus, eod. tit.* Et apud Felio. *in c. ex tenore 16. n. 15. de rescript.* & ibi Abb. *n.* 8. a

Sed negotium ad praxim reducendo. Considerari in primis posse videtur diuersitas casuum, qui diuersimodè euenire possunt. Et primò quidem quando Iudex commisit citationem, & illam fieri mandauit, sed citatio non fuit executioni demandata, aut si executioni demandata fuerit, non fuit per actorem reproducta, quia actor non comparuit in termino citationis, & rei contumaciam non accusauit, & hoc casu perinde est, ac si nulla citatio emanasset, & per consequens neque fuit orta praeuentio, quae saltem exigit, vt interuenerit citatio effectum sortita, & quod non fuerit circunducta, per text. *in l. & post edict. 7. §. circunducto, ff. de ind.*† Quia licet ad effectum perpetuationis sufficiat commissio, seu mādatum de citando, tamen quando agitur de praeuentione inducendā, citatio debet esse executioni demādata, & plenom effectū sortita, cum accusatione contumaciae rei, prout solēt facere boni Procuratores, qui semper rei contumaciam in principio Iudicij allegant: argumento text. *in l. Properandum, §. 1. ibi, contumaciam accusante, C. de iudic.* Soc. Senior. *consf. 41. n. 3. lib. 1.* Farinac. *de Inquisit. q. 7. q. 60.* Rota *part. 6. recentior. decis. 289. n. 11.* 2 3

Quod

4 Quod verum est in actibus contentiosæ iurisdictionis; nam in iurisdictione voluntariâ datur præuentio inter iudices per solam interpellationem extraiudicialem: Iaf. in *l. si pluribus, ff. de legat. 1. num.* 26. Mascard. *de probat. conclus.* 1132. *num.* 14. Guazzin. *de defension. reor. defens.* 1. *cap.* 59. *num.* 28. † Et

5 ita intelligendus est Gratian. *discept. forens. cap.* 639. *num.* 1. *& sequentibus.* Vbi videtur concludere, non esse necessitatem reproductionem citationis: loquitur enim de perpetuatione iurisdictionis, videlicet ad hoc vt iudex delegatus possit in causâ procedere, sed non de præuentione quæ fit in præiudicium alterius tribunalis, de quâ nos agimus. Atq; ita locum illum Gratiani intelligendum esse monet Rota *dicta dec.* 189. *n.* 9. *&* 10. nec non dicta per Castrens. *in l. si quis posteaquam,* 7. *num.* 4. *ff. de iud. verf. non tamen requiritur.* † Et idem Gratian. in hac sententiâ

6 residet, *discept. forens. cap.* 535. *n.* 13. *&* 14. Adeo vt stante huiusmodi actoris in termino non comparentis contumaciâ, nulla sit pendere dicatur: Gratian.

7 *ibid. num.* 17. *&* 18. † Et tantus est defectus actoris contumacis, & non comparentis in termino, vt iudex non debeat expectare actorem non venientem hora citationis, & tamen reus non comparens, sit per aliquod tempus per iudicem expectandus vtrum venturus sit necne, quia cùm actor termino in citatione præfixo consenserit, sibi imputare debet. Reus autem termino non consensit: Tiraquell. *de retract. consanguin.* §. 8. *gloss.* 1. *num.* 10. Bald. *consil.* 268. Factum tale *post med. libro* 1. *num.* 2.

8 Secunda consideratio est, quando reus fuit contumax, & in termino citationis actor comparuit, & illius contumaciam legitimè accusauit, & hoc casu non est quærendum vtrum possit purgare moram ad impediendam præuentionem, cum per citationem reproductam, quamuis reus fuerit contumax, inducatur præuentio, vt dicunt Soc. & Rota, aliique mox allegati. Posset tamen tractari de purgatione contumaciæ, si reos aliquas haberet exceptiones declinatorias, veluti exceptionem exclusiuam præuentionis ex illâ citatione inductæ, vt de iudicis incompetentiâ, aut aliam similem, aut etiam, si vellet opponere de aliâ anteriori præuentione factâ in alio tribunali, ad effectum tales exceptiones opponendi. Loquitur etenim de reo contumace, qui vult dicere non fuisse inductam præuentionem per actionem illius citationis in qua fuit contumax. Si enim prætenderet quod antequam citaretur coram illo iudice iam causa erat præuenta coram alio, esset casus diuersus & decidendus iuxta ea quæ mox dicemus, *numero* 15. *& sequentibus.*

9 Tertia consideratio est. Quando actor fuit contumax, & reus petiit se ab illa citatione relaxari, & in effectu iudex ipsum relaxauit vsque ad primam citationem, & hoc casu, cum illa citatio remaneat sine effectu & periode habeatur, ac si facta non fuisset, certissimum est, nullam inde posse oriri præuentionem, vt tradit Afflict. *decis.* 366. *num.* 14. Grauat. ad Vest. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. Menoch. *consilio* 53. *num.* 5. *& sequentibus.* Dum autem *ibidem* Menoch. *num.* 9. dicit idem locum habere quando reus non comparuit, hoc debet intelligi si actor non secusasset illius contumaciam eo modo quo mox dictum est. Nam ten contumace, & illius contumacia legitimè accusata, perinde est ac si comparuisset, quoad effe-

10 ctum præuentionis. † Et ratio huius conclusionis est, quia maior est contumacia actoris quam rei, Gl. *in cap. causam quæ, in verbo, ad domum, de dolo & contumac.* Si igitur reus videat actorem in termino citationis non comparere, potest iure petere se relaxari à citatione, & citatio tunc habebitur pro circunducta, & pro non facta: per text. *in d. l. & post editum,* §. *quod si* 11. *ff. de iudic.* Abb. *in d. cap. causam quæ, num.* 17. *de dolo & contumac.*

Neque hoc casu audietur actor si dicat se fuisse 11 impeditum & paratum esse purgare contumaciam. Quia aut interim reus coram alio iudice causam per posteriorem citationem validam, legitimè præuenit, (quod aliquando euenire potest) & tunc frustra petitur restitutio aduersus contumaciam, postquam reus fuit per primum iudicem relaxatus, & ius illi fuit deinde quæsitum, causaque iam ante petitam purgationem moræ præuenta in alio tribunali, vel apud acta alterius Notarij. Aut vero reus post obtentam ab illa citatione relaxationem nihil fecit, nec actorem in casibus licitis præuenit, sed res est adhuc integra, & hoc caso frustra recurreret actor ad remedium extraordinarium restitutionis in integrum, & purgationis contumaciæ, cum illi competat remedium ordinarium: iuxta *l. in causæ,* 17. *ff. de minorib.* Potest enim si velit cum res adhuc sit integra quoad præuentionem, procedere ad nouam citationem coram eodem, vel alio iudice sibi beneuiso, competente tamen, & eo modo causam præuenire. Circunducto itaque citationis termino, res hæc eodem modo iudicanda est quoad præuentionem perinde ac si nulla vnquam citatio facta fuisset, cum iudicia non debeant esse in pendenti, *l.* 1. §. 1. *ff. de vsur. leg. non quemadmodum. ff. de iudic.* † Et licet iusta 12 causa excuset à contumacia, *l. contumacia. ff. de re iudicata,* non tamen excusat à circunductione termini: Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 59. *num.* 2. Præterea super declaratione impedimenti, vel repositionis aduersus contumaciam, necessaria est citatio rei: vt igitur inutilem circuitum euitentur, consultius est vt actor præuenire volens, nouæ citationis remedium, cum res adhuc integra sit, vtatur. † Remanet igitur firma conclusio, 13 quod si in termino citationis reus fuerit in contumaciam actoris, relaxatus, citatio pro non facta haberi debet. Quod etiam locum obtinet, etiamsi nec actor nec reus compareant, neutro enim comparente, pro non factâ citatio haberi debet: Mynsinger. *centur.* 5. *obseruat.* 87. *n.* 3. *&* 4.

Quarta consideratio, seu quartus casus est, sopposito quod reus fuerit citatus coram vno iudice, & non comparuerit in termino citationis, accusatáque fuerit contumacia illius per actorem, sed deinde reus ipse petat se admitti purgatâ contumaciâ dum vult opponere de præuentione illius causæ quæ iam erat firmata antea coram alio Iudice præcedenti. Aut si actor eum trahere velit (supposita eiusdem casus remanente) in præiudicium præuentionis ad eius instantiam factæ ad aliud diuersum Tribunal, vel apud acta alterius Notarij. Reus autem opponit vtroque casu, seu altero ipsorum non posse causam agitari, nisi coram Iudice coram quo instante actore fuit firmata præuentio.

† Actor replicat verum esse, quod respectu rei citatio fuit circunducta, cum ipse non comparuerit & eâ ratione tacitè consenserit, quod citatio habeatur pro non factâ, & per consequens nulla fuerit quoad reum præuentio *d. l. post editum* 73. §. *circunducto, ff. de iudic.* Bart. *in l. sepulchri, in princ. n.* 2. *ff. de sepulch. viol.* Alexand. *consil.* 23. *n.* 5. *lib.* 4. & ibi Addit. dicens Ita seruari in regno Franciæ, Rip. *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de re iudicat.* Marsil. *singul.* 239. Idem Alex. *in l. de die,* §. *finali, n.* 8. *ff. qui satisd. cogant.* Lancell. *de attentat. p.* 2. *cap.* 4. *limit.* 18. *n.* 1. vnde dubitatur vtrum hoc casu purgata contumacia reus possit opponere coram 14

Iudice coram quo fuit contumax, de præuentione anteriori coram alio Indice præoccupaote facta, aut etiam de eiusdem Iodicis coram quo eius contumamacia fuir accusata præuentione, coram alio, & secundo Iudice, quando actor declararet se tecedete ab illa præuentione, & illa nolle vti.

Sane si ieus opponeret de præuentione de consensu illius Iudicis, qni causam præoccupasse prætendit, res videretur carere difficultate, quia eriam posito, qood propter suam contumaciam esset exelusus, nec ad illins purgationem admittendus ad effectum opponendi de prænentione alterius Iudicis, vel eiusdem coram quo foit contumax (de quo tamen moa agemus) ramen propter interesse illius Iudicis, qui causam ad suum tribunal pertinere contendit, audiendus est, & hac de causâ admittendus, ad purgationem contumaciæ: Bart. *in d.l. vbi acceptum, num.* 3. & ibi Additio, *ff. de indic. littera E, in fine in versic. Item aduerte.* Et sequi videtur Tusch. *littera C, conclus.* 1026. *n.* 3. *volum.* 2. Ex se enim solo noo posse reum opponere de præuentione illius Iudicis cuius iurisdictionem contempsit, testatur Bart. *in d.l. quamvis, num.* 8. *ff. de damn. infect.*

15 Sed contia Bartolum insurgit Ang. *in d.l. quamvis num.* 1. *ff. de damn. infect.* quia non piodest hoc casu reo contumacia, qui in ea non ponit suum fundamenium, sed in electione Iudicis, & tribunalis factâ per actorem, quæ irreuocabilis videtur, cum per eum accusara fuerit contumacia rei, & Iudici quæsira iurisdictio, quem ipsemet actor elegit, dicens se non videre quâ ratione reo etiam ea proprio capite ad allegandam præuentionem compatenti, interdicatur facoltas purgandi contumaciam, sen moram, ex qno paratus est eapensas contumaciales reficere, *l. scimus, C. de indic. l. etsi post tres, ff. si*
16 *quis cautionib.* † Acquisita enim est iurisdictio Iudici quem actor adiuit, contumaciam rei eoram eo allegando, *l. si quis posteaquàm,* 7. *ff. de indic.* Ideo videtur, quod actor non potest alium adire Iudicem, nisi tenunciauerit instantiæ (de qoa renunciatione, *parte* 1. actum est, *in cap.* 6.) Imò ipsemet Bart. sibi
17 contrarius est. † Quia *in d.l. sepulchri, ff. de sepulchr. viol. num.* 5. Fatetur quod si reus in primo Iudicio compareret, & moram ac contumaciam purgaret tunc eaceptionem istam opponere posset, & petere qnod causa remitteretor ad Iudicem præuenientem, quia cessarent omnes ratiooes petitæ ea contumaciâ. Interest enim rei, qui iam in alio tribunali citatus est, per alia, & diuersa tribunalia non trahi. Quam Bartoli contrarietatẽ notanit Additio ad eundem, *in l. quamvis, num.* 8. *ff. de damn. infect. in verbo. Primo iudice.* Vnde Abb. *in cap. ex tenore, num.* 8. *de rescriptis*, adhærendo hoic secundæ opinioni, videlicet quod purgatâ contomaciâ, reus possit opponere de præuentione alterius tribunalis, dicit, qund si reus fuit contumaa in primo Iudicin, & non purgaoit contumaciam, non potest opponere in secũdo de litispendentia, quia non potest vti beneficio illius instantiæ, ea quo illam non approbauit, non comparendo. Vult ergo id sibi licere purgatâ con-
18 tumaciâ. † Ex quo infert notatu dignam limitationem ad text. *in dict. cap. ex tenore*, vbi dicitur quod ille, qui cootra vnum eundémque aduersarium duo diuersa impetrat rescripta, & illis vti-
19 tur, perdit commodum vtriusque, † videlicet, vt non proecdat, quando citatus vigore vnius rescripti, fuit contumax, tunc eoim non potest eacipere aduersos citatiooem sibi datam vigore alterius rescripti, cum eoim non comparuerit, non potest
20 se fuodare in illo actu qoem non approbauit. † Sed tamen hoc intelligendum ex eins mente, vt locum habeat tantum, quando citatus contumaciam non purgauit.

Vnde relictis omnibus disputationibus concludendom est, vt supra, veriorem esse Bartoli sententiam *in dicta leg. sepulchri*, quod scilicet reus præuentionem alterios Iudicis possit coram Iudice præuento opponere, quamvis fuerit contumax dũmodo suam contumaciam legitimè purgauerit, quam sequitur Lancellot. *de attent. parte secunda capite quarto limit.* 18. *numero quinto*, Gabriel. *lib.* 2. *tit. de indic.*
conclus. 2. *num.* 24. & 26. † Idque multo fortius 21
procedere asserit, & bene, quando ex tali contumacia rei, ius actoris non fuit effectum deterius, post Castrens. *in d.l. quamvis, ff. de damn. infect.* quam legit, *cum dicto* §. *Celsus.* Et videtur etiam *ibidem* sequi Alexand. nec non Felin. *in dict. cap. ex tenore, de rescript.* Hanc eandem senteotiam tuentur Decius *in d. cap. ex tenore, n.* 34. Felin. *n.* 16. Angel. *in l. quamvis, num.* 1. *ff. de damn. infect.* Barbos. *in l. si quis posteaquam, num.* 186. & *seqq. ff. de indic.* Farinac. *de Inquisit. quæst.* 7. *num.* 55. *vers. sublimita*, Carleual. *de indic.*
tom. 1. *disput.* 3. *quæst.* 7. *n.* 902. † Et huius rei ratio 22
est euidens, qnia purgatâ contumaciâ, cessant omnes illius effectus, vt post Aleaand. Felin. & Alciatum, tenet Rota, coram Seraphin. *dec.* 354. *num.* 13. Poterit ergo reus purgatâ, & eo modo cessante contumaciâ, eaceptionem præuentionis alterios Iudicis etiam ea proprio capite allegare. Sed si ageretur de duobus Iudicibus diuersarum Monarchiarnm concludendum erit provt supra, *c.* 32. *n.* 7. *versic.* & *præmissa.*

Præmissis accedit non absimilis controuersia de 23
eo qui citatus comparuit quidem coram Iudice citari mandante; sed cum protestatione de non coosentiendo in illius iorisdictionem, vel vsus est solitâ illa clausulâ, quod comparebat citra consensum indebitum, & iurisdictionis aliquam prorogationem, nisi si & in quantum de iure ad id teneretur. Quia cum iste sit qnodammodo contumax, seu similis contumaci, noo potest opponere ex persooa sua actori, de præoentione primi Iudicis, cuius iurisdictionem impngnaoit, nec ex sua colpa vtilitatem consequi, vt fuit determinatum in Rota, *part.* 6.
recent. dec. 102. *n.* 2. † Quod sanè verum est si iste reus 24
re integra non reounciauerit suæ protestationi super incompetentientia Iudicis citantis. Si enim antequam citatus esset coram secuodo Iodice, coosensisset in iurisdictionem primi, res esset expedita; qoia firmata esset iurisdictio ipsius per consensum vtriusq; partis, *l. si conuenerit, cum ibi not. ff. de iurisd. omn. iud.*

Præterea supradicta procedunt respecto partis, 25
qnæ fuit contumax, & non paruit citationi, ideo nisi purgauerit contumaciam secundom veriorem sententiam non potest exceptione præuentionis vti, seens est respectu Iudicis cui ius fuit quæsitum per citationem effectum sortitam, & non circunductam, hic enim pro interesse soi tribunalis suæque iurisdictionis potest petere causam ad se remitti, aut etiam pro eo pars de eios consensu, ita tamen vt si nomine suo compareat, audiri nollo modo possit nisi purgatarâ contumaciâ; ea notatis per Addit. ad Bartol. *in dict. leg. vbi acceptum, num.* 3. *versic.*
Item aduerte, ff. de indic. † Idem dicendum est de no- 26
tario qui pro suo interesse potest instare ad remissionem causæ, scribente ipso, & in suo tabulatu præuentæ, cui ius fuit quæsitum per præuentionem, vt diximus *parte* 1. *huius tractatus, cap.* 2. *num.* 3. Ergo illi per rei contumaciam (legitimè tamen accusatam) vel per protestationem de comparendo citra iurisdictionis approbationem, cum tamen reuera

Iudex

Iudex illam haberet, præiudicari non potest quin scribat in causa per eum præuenta.

27 Quæcunque autem de citatione diximus, eodem modo procedunt in monitorio, (non loquor de illo Monitorio quod Iudex Ecclesiasticus concedit ad obtinendam depositionem contra testes, aut alios pro rebus occultis, de cuius materia eruditissimum nuper tractatum edidit admodum R. P. Theophilus Raynaud Societatis Iesv Theologus, Vir mulsciens & irreprehensibilis vitæ, amicus meus singularis: sed de eo per quod Iudex monet reum, vt aliquid soluat, faciat, vel à faciendo desistat) de quo Mandosi. integrum composuit tractatum, & illud citationi æquiualere testatur *in eodem tractatu, quæ-*

28 *stion.* 17. *num.* 4. † Ideo præuentionem inducit dummodo forma in eo præscripta, seruata fuerit in illius executione. Vnde si in Monitorio detur ordo illud significandi primo perso naliter si persona apprehendi possit, secundo per dimissionem copiæ ipsius in domo solitæ habitationis, factis prius debitis diligentiis de reperiendo personam, executio illius etiamsi reproductum fuerit cum relatione Nuncij, seu cursoris, non erit valida, nec ex ea producetur effectus præuentionis, aut litispendentiæ, si illa forma non fuerit seruata: vt per Farinac. *consil.* 89. *n.* 3.

29 Gratian. *discept. forens. c.* 531. *num.* 75. † Quod procedit, quamuis post relationem Nuncij dicentis se citasse domi dimissa copia, addatur clausula, *vt supra*, quæ non alterat expressam nullitatem relationis factæ non seruata Monitorij forma, Seraph. *dec.* 972. *num.* 7. Quia illa clausula, videtur potius referenda ad materias in Monitorio contentas, quam ad formam executionis in eo designatam. Et ex huiusmodi Monitoriis non induci præuentionem nec litispendentiam, quamuis fuerit facta reproductio ipsorum & executionis illorum, nec litem dici inchoatam nisi forma executionis seruata fuerit, verum

30 est, ex *dicta decis.* 972. † Si vero forma illius seruata sit, non sufficit sola executio; sed vlterius requiritur reproductio in actis, ad hoc vt Iudex de sua iurisdictione certus sit: Gratian. *discept. forens.* 639. *n.* 1. *&* 531. *num.* 75. *&* 535. *num.* 15. Et quod constet de legitimo mandato procuratoris, & quod forma decreti interpositi, *nisi infratres*, fuerit obseruata, alias non dicitur lis cœpta: Gratian. *dicta discept.* 531. *numero* 76. Caualer. *decis.* 483. *num.* 4. Rota apud Postium *de manutent. decis.* 644. *n.* 10. De quibus etiam Monitoriis aliquid tractat idem, *obseruat.* 78. *dicti*

31 *tractatus de manuten.* † Et quod monitoria vim habeant citationis, & in eam resoluantur propter clausulam iustificatiuam, quæ in ipsis apponi debet, tradit Ias. *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, num.* 6. *ff. de offic. procons.* Fiunt enim semper iuxta formam consuetam per Alternatiuam, nempè quod reus illi obediat, aut compareat ad allegandas causas cur parere

32 non debeat. † Et si ita Monitorium esset conceptum, vt reus citaretur ad comparendum post factam executionem præcepti, non esset validum, neque lis is præuentionem causaret Ludouis. *decis.* 105. *num.* 8. 4. *&* 9. Quia ex tali Monitorio minus legitimo, aut non vt decet executioni demandato, non oritur præuentio: Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *numero* 77.

33 Et quamuis in materia attentatorum lis sufficienter dicatur introducta quoad actorem per solam petitionem Monitorij nondum executioni demandati, ad hoc vt nihil attentare possit, quia quoad ipsum lis ad hunc effectum pendere dicitur, Duran. *decis. Rota* 374. *num.* 7. 392. *num.* 3. & Burat. *decis.* 833. *num.* 1. *&* 262. *num.* 2.

Tamen quoad præuentionem, requiritur executio 34 Monitorij, vt supra dictum est. Et ratio differentiæ est, quia quoad attentata, inspicitur dumtaxat actus per ipsum actorem factus, qui posteaquam Iudicem adiuit, non potest esse ignarus quod ipse Iudex manum causæ apposuerit quando citationem decreuit, quod tamen reus ignorat donec citatio ad eius notitiam deuenerit. Sed dum præuentionis quæstio ventilatur, agitur de communi interesse tam actoris quam rei, imò & ipsius Iudicis ac Notarij in locis vbi adest officiorum & tabularium multitudo, prout in præsenti ciuitate Auenionensi, vnde non sufficit ad præuentionem sola obtentio monitorij; sed præterea requiritur actualis illius executio. † Imò nec actor ligatur vlla litispendentia si ante executionem Monitorij declarauerit se ab illius petitione & obtentione recedere: Lancellot, *de attent. parte secunda cap.* 4. *num.* 45. *& sequentibus.*

CAPVT XLI.

ARGVMENTVM.

De pœnis à iure introductis contra eos, qui post causam coram vno Iudice præuentam, aduersarium trahunt ad alias diuersas Curias, vel Iudices, siue de Iudicibus Delegatis, siue de Ordinariis agatur. De pœnâ amissionis causæ aduersus eum qui aduersarium trahit ad vetitum examen. Quod dicatur examen vetitum. Quid si re integra illum pœniteat, & quando res dicatur integra ad hunc effectum. Cœpto iudicio executiuo in Curiis Pontificiis vtrum possit relicto hoc iudicio fieri noua executio in Curiis Regiis absque incursu pœnæ. Et quid statuendum sit, si quis elegerit domicilium per contractum in ditione Regia. Vtrum electio domicilij facta per contractum, possit suffragari tertio qui in illo non est nominatus si agat vti creditor contra debitorem sui debitoris. Quæ sit differentia inter actus merè ciuiles, & non merè ciuiles; qualis est electio domicilij. Statutum Auenionis *lib.* 1. *rubr.* 20. *art.* 6. quando locum habeat. Qui pendente iurisdictionum contentione vnum ex duobus Iudicibus adire mavult, verum incidat in pœnas contra trahentes ad diuersos iudices, seu ad vetitum examen, aut etiam ratione turbatæ iurisdictionis introductas.

SVMMARIVM.

1 *Qui nouum obtinet delegationis causa rescriptum in præiudicium præuentionis primi Delegati, caret omni commodo rescripti, & processus est nullus, ipseque in expensis condemnandus est.*

2 *Ampliatur hoc vt procedat, tam in actore quam in reo, nouum delegationis rescriptum impetrante.*

3 *Item ampliatur, vt condemnandus sit ad damna partis.*

4 *Text.* in cap. dispendia, de rescriptis in 6. *non corrigit text.* in cap. fin. eod. tit. *in Decretalibus, sed ampliat.*

5 *Trahens aduersarium ad vetitum examen, causam amittit. Laicus trahens Clericum ad Iudicia secularia, iure suo cadit.* Ibidem.

6 *Iudex punitur si eum qui sub alterius iurisdictione est, coram se compariturum citauerit.*

7 *Ad hoc vt quis causà cadat propter prouocationem sui aduersarij ad vetitum examen, requiritur perseuerantia saltem vsque ad litis contestationem.*

8 *Qui probabili errore ductus est, excusatur de indebità sui aduersarij ad vetitum examen prouocatione.*

9 *Contraueniens præuentioni simpliciter, non cadit à causà, sed tamen ad expensas & damna condemnandus est.*

10 *Fallit si agatur de causâ libertatis, tunc enim etiam pœna amissionis ex speciali fauore libertatis incurritur.*

11 *Debitor curiis Pontificiis, & Regiis in debitâ formâ si fuerit obligatus, potest creditor contra debitorem sic obligatum executiones facere coram Iudicibus Regiis quamvis præuentio facta sit per executionem in bonis sub Monarchià Pontificià constitutis, neque hoc casu aliquam pœnam incurrit, nisi adsit contrauentio inhibitionum.*

12 *Duo creditori aduersus debitorem curiis diuersis debitè submissum competunt remedia ad eius electionem, nempè vel litterarum requisitoriarum, vel noua executionis.*

13 *Quando debitor elegit domicilium in alienâ Monarchià, potest ibi absque incursu pœna conueniri.*

14 *Debitor debitoris submissus vel condemnatus potest executiuè conueniri.*

15 *Domicilij electio inter aliquos facta, non prodest tertio.*

16 *Intellige vt procedat in electione domicilij pro litis prosequutione, secus si facta fuerit per contractum ad faciliorem illius executionem, tunc enim prodest illis qui possunt vti contractu.*

17 *Electio domicilij ad effectum litis, est actus ciuilis.*

18 *Interruptio præscriptionis quæ fit per actus ciuiles operatur duntaxat inter personas, inter quas facta est.*

19 *Interruptio præscriptionis contra principalem, fideiussori non nocet, quando facta est per actus ciuiles.*

20 *Interruptio facta respectu totius summa debita, contra vnum ex correis, nocet alteri. Et quæ sit ratio.*

21 *Actus qui non sunt merè ciuiles, vt pote qui fiunt per contractum, veluti electio domicilij contractualis, prodest omnibus, quibus contractus prodesse potest:* & num. 22.

23 *Si quis cessionem iurium obtinuerit, multo fortius potest exequi in domicilio per debitorem in contractu electo.*

24 *In Galliâ intimatio facta in domicilio debitoris ad instantiam cessionarij, valida declaratur.*

25 *Ex Statuto Auenionensi, potest notarius obligare bona subditorum extra Monarchiam existentium, non tamen personas, nisi in casum mutationis domicilij.*

26 *Pœna introducta aduersus recurrentes ad aliud tribunal in præiudicium præuentionis, cessant si dolus absit.*

27 *Pendente lite super possessione summarissima, dum suam quisque tuetur possessionem, non est locus actioni criminali.*

28 *Pendente contentione iurisdictionis omnia debent conquiescere.*

29 *Qui non est subditus alicuius Principis, non potest ab eius Officialibus diuexari, quamvis suum aduersarium in ius vocauerit in curia illius Principis, vel Monarchia cui subditus est.*

30 *Rhodanum totum esse sub ditione Regia contendunt Officiarij Regis Christianissimi.*

31 *Quæ defensiones proponi possint per eum qui de turbata iurisdictione accusatur. Remissiuè.*

IDENDVM nunc est quibus pœnis subiiciantur illi, qui post præuentam causam, & litem coram vno Iudice cœptam, aduersarium distrahunt, & fatigãt per diuersa tribunalia, aut iurisdictionem Iudicis præuenientis turbant, vel etiam cogunt, seu cogere volunt ad vetitum examen. Pro cuius rei elucidatione, sit

Prima Conclusio. Quando tractatur de Iudice 1
delegato, si quis post causam ab ipso præuentam litem moueat coram alio Iudice delegato, nouamque impetret commissionem, aut alias quoties ad alium recurrit in casibus, in quibus ad eundem commissarium recurrere deberet, talis sic procedens, caret omni commodo sui rescripti, seu huius secundæ commissionis, & non solum processus omnis in vim illius fabricatus corruit, & nullus est, sed etiam ille impetrans condemnandus est in expensis, Text. est expressus, *in c. dispend. 3. de rescr. in 6.*
† Quod non solum procedit in actore suum aduersa- 2
riũ sic fatigante, sed etiam in reo, qui actorẽ in præiudicium litis super eâdem re coram diuerso Iudice delegato conuenit, aut reconuenit, vt dicitur *in d. c. dispendia 3. versic. Reus quoque.* † Nec solum in ex- 3
pensis, sed etiam in damnis passis per aduersarium condemnari debet is, qui suum aduersarium indebitè per diuersas commissiones, seu rescripta ad diuersos iudices delegatos traxerit atque diuexauerit, vt expresè disponitur per text. *in cap. finali,*
De rescrips. in Decret. † Qui textus *in d. cap. fin.* con- 4
tinens Gregorij IX. legem, & constitutionem, non corrigitur per textum *in dict. cap. dispendia*, qui posteriùs emanauit, sed potius explicatur, & ampliatur. Et ideo incorrecta manet dispositio *dicti cap. finalis,* volens etiam damnorum condemnationi hoc casu locum esse.

Secunda Conclusio, respicit Iudicia ordinariæ 5
iurisdictionis, in qua dicendum est, quod quamvis regulariter trahens suum aduersarium ad vetitum examen puniatur pœna amissionis causæ, *cap. si diligenti* 12. & ibi Gloss. *in verb. causam perdant. de foro competent.* Gratian. *discep. forens. c.* 157. *n.* 27. veluti si quis siue laicus, siue clericus, ad Iudicium sæculare Clericum trahere velit, tunc enim dicitur illum trahere ad vetitum examen. Et habetur *in l. in crimina-*
li 5. C. de iurisdict. omn. iudic. † Immo Iudex ipse pu- 6
nitur, si eum qui alienæ iurisdictioni suppositus est, coram se citari mandauerit, quamvis in effectu iurisdictio alterius Iudicis non fuerit impedita, Bald. *in dict. l. in criminali, in princ. n.* 1. & Castrens. *num.* 2. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 26. num.* 94. Gratian. *discept. forens. cap.* 154. *n.* 1.

Sed quod de amissione causæ dictum est, debet 7
intelligi vt locum habeat, dummodo sic trahens aduersarium ad vetitum examen, perseueret vsque ad sententiam: Caualcan. *decis. 3. n. 26. & 27. part. 1.* Lanfranc. Balb. *decis.* 229. & 230. Quamvis alij velint

lint ad incurrendam pœnam prædictam amissionis causæ, sufficere perseuerantiam vsque ad litis contestationem, quod verius esse censeo ex notatis per
8 Farinac. *de crimin. læsæ maiest. q.* 114. *n.* 134 †Excusatur quoque ab hac amissionis causæ pœnâ, is qui iuris errore ductus aduersarium indebitè ad alias trahit Curias, qui error in dubio præsumẽdus est ad exclusionem illius pœnæ, Grat. *discept. for. c.* 154. *n.* 5. Super quo videndus est Farinac. *d. quæst.* 124. *num.* 115. *&* 116. Dummodo talis error fundatus sit in causâ iustâ, & probabili, & absit mala fides, alioquin à pœna non excusaretur sub prætextu erroris: Farinac. *dicta quæst.* 114. *de crimine læsæ maiest. n.* 116. *in fin.* in illis verbis, *Nisi appareat de aliqua iusta causa in*
9 *contrarium.* † Potest enim fieri, vt impetratio diuersorum commissariorum, aut citatio procedendi coram diuersis Iudicibus ordinariis in præiudicium præuentionis fiat bona fide, vel ad maiorem cautelam iurisque tuitionem, vt per Gloss. *in dicto cap. ex tenore, de rescript.* quam ibi DD. communiter sequuntur, quo casu non solum non est locus pœnæ amissionis causæ, sed nec etiam condemnationis damnorum, aut expensarum; Menoch. *consil.* 230. *n.* 2. 3. *&* 4. Gabriel. *consil.* 166. *num.* 2. *lib.* 2. Honded. *cons.* 95. *num.* 1. *& seqq. & num.* 50. *&* 51. *lib.* 2. Farinac. *d. q.* 114. *de crim. læsæ maiest. num.* 110.

Sed ad hoc vt illi pœnæ amissionis causæ locus sit, necesse est, vt interueniat citatio ad vetitum examen, si enim simplex adsit processus coram alio Iudice prohibito in præiudicium præuentionis facta, non est locus illi pœnæ amissionis causæ, vt probatur per textum *in d. cap. dispendia, de rescript. in* 6. *& d. cap. fin. eod. tit. in Decretalib.* Sed dumtaxat hoc casu ille qui aduersarium coram diuersis Iudicibus fatigauit, condemnandus est ad damna, & expensas erga partem, vt notat Felin. *in dicto cap. ex tenore, num.* 23. *de rescript.* dicens hanc veriorem esse sententiam post Gloss. *ibidem, in verbo Careat,* quam dicit communiter approbari Abbas, *in cap. dilecti, colum. penult. de rescript.* Salycet. Folgos. & Alexand. *in l. nulli, C. de iudic.*

10 Neque obstat *l.* 2. *§. fin. C. de assertione tollend.* quia ibi casus est specialis fauore libertatis; ideo non est mirum si in illo casu locus sit pœnæ amissionis causæ: qui casus cum sit specialis non est ad alias causas extendendos: atque ita textum illum intelligunt DD. communiter.

11 Tertia Conclusio. Qui debitorem curiis Pontificiis, & Regiis legitimè submissum, & obligatum, per executionem coram Iudicibus Pontificiis illorum auctoritate factam, præuenit, poterit non obstante Iudicum Pontificiorum præuentione coram Iudicibus Regiis exequi, aduersus bona in Monarchia Regia sita, nec propterea aliquam incurret pœnam. Hæc conclusio multos à vano timore translatæ iurisdictionis liberat, & verissima est (nisi tamen adesset inhibitio, vel decretũ de nihil innouando factum per Officiales summi Pontificis præuenientes.) Et probatur ex traditis per nos supra *parte* 1. *huius tractatus cap.* 18. *&* 19. & per Cyriac. *controuers.* 318. *num.* 41. *& sequentibus.* vbi defendit eum qui obtinuerat sententiam in Senatu Mantuano, coram quo eiusdem sententiæ executionem petierat: postmodum autem cum aliqua bona mobilia debitoris condemnati reperisset in ditione Principis Bozzuli, curauerat bona illa auctoritate Magistratuum loci illius in quo reperiebantur sequestrari: quod eâ ratione comprobat, quia Iudex illius loci erat competens, cum bona in eius territorio reperta fuissent, & ageretur de executione obligationis Cameralis, in qua licita est variatio de Iudice ad Iudicem. † Subdens tritam esse practicam permittentem actori, qui fauorabilem reportauit sententiam, 12
illius executionem petere super bonis alieni territorij per litteras subsidiales, & requisitorias si velit, aut si malit facere nouum iudicium coram Iudice loci vbi bona sita sunt, producendo coram ipso sententiam, & processum primi iudicis: vt per eundem *loco citato, num.* 42. *&* 43.

Ampliatur etiam in executiuis, vt possit procedi 13
contra debitorem in alienâ Monarchiâ, si in illâ domicilium pro faciliori contractus executione elegerit per contractum. Reus enim potest in loco domicilij electi conueniri etiamsi ibi non reperiatur: Cyriac. Nig. *dicta controuers.* 318. *numero* 27. Gaill. *libro* 2. *obseruat.* 36. *num.* 11. Riminal. Iun. *cons.* 353. *num.* 53.

Dubitatum tamen aliquando fuit in facti con- 14
tingentiâ, vtrum sicut creditor ipse executiones intimare, & citationes facere potest in domicilio contractuali per debitorem electo, auctoritate illius Iudicis, qui cessante huiusmodi domicilij electione fuisset incompetens, ita & creditor creditoris agens contra debitorem sui debitoris, in eodem domicilio electo executiones facere validè queat. Certum quidem est, aduersus debitorem debitoris condemnatum, aut aliâs executiuè obligatum, licitum esse executiuè etiam procedere: Zach. *de obligatione Camer. quæst.* 5. *num.* 30. Gratian. *discept. forens. cap.* 507. *num.* 1. *& sequentib.* Burat. *decis.* 793. *n.* 4. *& sequentibus.*

Sed dubium in eo consistit, vtrum electio domi- 15
cilij facta per debitorem debitoris suffragetur primo creditori agenti, & exequenti coram Iudice illius domicilij inter alios electi, & in fauorem illius qui in instrumento nominatus non est. Sanè electionem domicilij tertio non prodesse tenuit Imbert. *in suis Institution. Forensibus Gallico sermone conscriptis, lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 34. *versicul. Toutesfois.* Vbi dicit, quod si electio domicilij facta fuerit in aliquâ materiâ, non solum, non prodest tertio, sed nec ipsi quidem parti cuius fauore facta est, si inchoëtur alia instantia, veluti in causâ appellationis.

Illa tamen doctrina, casui nostro non applica- 16
tur, tum quia non agit ibi Imbertus de electione domicilij facta per contractum, & pro faciliori contractus implemento, & executione, sed de aliâ electione domicilij factâ in Iudicio, & pro validitate, aut facilitate Iudicij. Tum quia idem Auctor fatetur, quod si in eadem ciuitate, vel loco, tractaretur tam prima quam secunda instantia, electio domicilij facta in prima causæ instantia, suffragaretur etiam in causâ appellationis.

Et ratio est, quia electio domicilij facta in Iudi- 17
cio, & ad effectum litis, est actus mere ciuilis. Actus autem ciuiles prosunt illis tantum inter quos facti sunt, vt tradunt DD. & maximè Bart. & Castrens. *in l. naturaliter, ff. de vsucapion.* Et præcipuè Ioannes Hannibalius *ibidem, num.* 27. *versic. nec obstat, si diceres. in* 5. *volum. Repetent. fol.* 344. *verso.* † Vnde vide- 17
mus, quod interruptio quæ fit per actus ciuiles aduersus vsucapionem, veluti per litis contestationem, suum dumtaxat effectum producit quoad illas personas cum quibus tales actus gesti sunt, *l.* 1. & ibi Gloss. *Cod. de præscript. longi temp.* Seraph. *decis.* 916. *num.* 2 Balb. *de præscript.* 3. *part.* 6. *princ. quæst.* 4. *n.* 47.
† vbi propterea concludit interruptionem præs- 18
criptionis, seu vsucapionis factam contra principalem, non nocere fideiussori: Gratian. *disceptat. forens.* 310. *numero* 37. Quia mala fides

voius

vnius, non est mala fides alterius, Put. *lib. 2. dec.* 500.
20 † Quamuis secus sit in duobus reis: quia vnica est vtriusque obligatio, ideo interruptio contra vnum, operatur quoad omnes correos debendi. Quod verum est, si interruptio facta fuerit per petitionem totius summæ debitæ. Aliud enim esset si petitio per quam fit interruptio facta fuisset dumtaxat de portione vnum ex correis tangente, vt explicat Thesaur. *decis.* 203.

21 Sed quando agitur de actu, qui non est merè Ciuilis, qualis est electio domicilij facta pro executione contractus in contractu ipso, prout sæpius fieri solet, cum contractus sint de iure gentium, nec propriè descendant à iure Ciuili quoad originem, & ideo non sint actus merè ciuiles sicut litis contestatio, & similes qui à iure Ciuili introducti sunt, *l. le-*
22 *gitima, l. ius gentium, ff. de pactis.* † Talis actus non solum producit effectum inter ipsos contrahentes inter quos factus est; sed etiam in fauorem eorum omnium, qui vigore contractus ius agendi habent: vt explicat Barbos. *in l. cum notissimi, §. Imò, num.* 16. *Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, Balb. *de præs-*
23 *cript.* 3. *parte* 6. *partis principalis, quæst.* 4. *num.* 17. † Et hoc potissimum locum habet si creditor creditoris, cessionem iurium obtinuerit à secundo creditore: quia cum hoc casu agat actione sibi cessa, quæ eadem est cum actione secundi creditoris cedentis, electio domicilij per huiua secundi creditoris debitorem facta iuuaret istum cessionarium, vt in illo domicilio intimationes, & alia facere posset quæ cedens ipse facere potuisset, quamuis electio alio modo quam per contractum facta fuisset, & domicilium etiam per actus iudiciales & merè Ciuiles electum: DD. *in l. naturaliter*, & præsertim, *Imol. num.* 4. *ff. de vsucapionibus.*

24 Vnde in praxi intimationes ad instantiam cessionarij in domicilio per debitorem electo factæ, validæ & legitimæ iudicantur in Galliâ: vt testatur Add. ad Louet. *littera D, num.* 49. *pag. mihi* 251. *colum.* 1. *in princip.* Quod potissimum procedit quando nihil interest debitoris siue hic, siue illic soluat. Gratian. *discept. forens. cap.* 507. *numero* 18. Surd. *decis.* 44. *numero* 8.

25 Aduertendum tamen est ea, quæ superius de variatione in executiuis dicta sunt, locum habere quando agitur de executione factâ contra bona, si verò agatur de capturâ personæ, aliter prouisum est apud nos ex statuti municipalis dispositione, *lib.* 1. *rub.* 20. *artic.* 6. Quo cauetur, posse quidem Notarios subditorum bona extra terras Ecclesiæ posita obligare, sed non personas subditorum Sanctissimi, nisi debitores tempore executionis reperiantur habitare in alienâ Monarchiâ.

26 Addendum quoque est pro maiori eorum quæ superius dicta sunt, intelligentiâ, pœnas omnes aduersus eos introducta, qui in præiudicium litis coram aliquo Iudice præuentæ, ad aliud tribunal trahunt, cessare si dolus absit: Farinac. *cons.* 49. *numer.* 4. Menoch fusè, *consil* 230. maximè, *num.* 21. *& sequentib.* Gabriel. *consil.* 166 *num.* 9. *& seqq. Et consil.* 167. *num.* 2. *& sequentibus, lib.* 2. vbi fusè materiam turbatæ iurisdictionis explicat ad excusationem eius, qui de eâ accusatur. Et hac de causâ his annis elapsis ego consulueram pro defensione cuiusdam mulieris Nobilis, ad eximendam illam, prout exempta fuit, ab iniusta turbatæ iurisdictionis accusatione. Quia cum inter Pontificios & Regios ministros, magna esset contentio super iurisdictione loci cuiusdam in vtriusque Monarchiæ confinibus constituti, & quilibet locum illum de suo territorio & iurisdictione esse contenderet, imò se esse in quasi possessione ibidem exercendi iurisdictionem assereret, ostendendo actus iurisdictionales in illo loco factos.
† donec finita esset contentio super possessorio, non 27
poterat contra ipsam procedi per viam iudicij criminalis, siquidem causa illa, quasi possessionis exercendi in illo loco actus iurisdictionales, tanquam præiudicialis, & Ciuilis, prius erat terminanda, *l.* 1. *C. de appellat.* Crauet. *consil.* 280. *num.* 3. *versic. Ex quibus fundamentis*, Farinac. *de var. & diuers. q.* 100. *num.* 62. † Imò omnia conquiescere debent penden- 28
te quæstione illa super iurisdictione, *cap. si iudex laicus in fin.* & *ibi* Gloss. *in verb. Interim de sentent. excommunic. in* 6. Cancer. *lib.* 3. *var. resol. cap.* 10. *n.* 59. *de content. iurisdict.*

Quibus additur, quod mulier ista non erat subdi- 29
ta summi Pontificis in temporalibus, vnde sub prætextu turbatæ iurisdictionis non poterat accusari coram Officiatis, seu Magistratibus eiusdem: Menoch. *dicto consil.* 230. *n.* 80. Et sanè iustam habebat causam credendi se coram Regis iudicibus agere potuisse, quia agebatur de aluco intra flumen Rhodani,
† quod quidem flumen Magistratus & Officiales Re- 30
gis prætendunt ad Regem in solidum spectare, Regiæque iurisdictioni subjacere, adeo vt non admittant præuentionem Magistratuum Pontificiorum in iis, quæ ad Rhodanum pertinent, aut in eo geruntur, Guid. Pap. *decis.* 577. *n.* 3. & *ibi Addentes.* Quod tamen ad me, decidere non spectat, cum sim Vassallus & subditus fidelissimus suæ Sanctitatis. Et ex his rationibus mulier ista fuit à lite liberata, nec amplius contra illam processum. † Si quis autem plura vide- 31
re desideret, dum se offeret occasio defendendi reum de turbata iurisdictione accusatum, adire poterit Farinac. Hondedeum, & Gabrielum *in locis superius allegatis.*

CAPVT XLII.

ARGVMENTVM.

De actione Saluiani interdicti intentata per Generum pro consequutione dotis sibi promissæ, & contra tertios bonorum Soceri possessores in vno tribunali præuenta, vtrum ea pendente possit socer in alio tribunali per viam actionis proponere beneficium competentiæ, seu deducto ne egeat: Et quibus in casibus cesset tale beneficium ad fauorem soceri. De beneficio cessionis bonorum, vtrum idem hoc casu iudicandum sit, quod de beneficio competentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pater filia dotem constituens, non potest conueniri, nisi in quantum facere potest.*
2 *Pater mariti, vel pater vxoris, habent beneficium competentiæ.*
3 *Socer habet beneficium competentiæ, tam constante quam soluto matrimonio.*
4 *Affinitas dissoluitur inter socerum & generum, si vxor moriatur.*
5 *Insta subsistente causa etiam soluto matrimonio datur socero beneficium competentiæ secundum nonnullos.*

6 Sed

6 *Sed tamen verius est generaliter etiam soluto matrimonio competere.*
7 *Ampliatur etiamsi agatur de contractu facto per socerum, soluto iam matrimonio.*
8 *Exceptio competentiæ iuuat socerum, tam contra maritum, quam contra eius cessionarium.*
9 *Mutatione actoris non mutatur ius rei excipientis.*
10 *Exceptio competentiæ potest opponi post præuentionem per viam exceptionis coram Iudice præueniente.*
11 *Electio iudicis & Notarij spectat ad creditorem, si exceptio competentiæ fuerit proposita per viam actionis.*
12 *Dum beneficium competentiæ intentatur præuentiuè, qui illud intentat, non est actor, sed reus originarius*, & num. 13.
14 *Qui sint illi senes qui fruuntur beneficio miserabilium personarum.*
15 *Quando quis comparet in lite tanquam tertius, non habet priuilegium fori miserabilibus personis concessum.*
16 *Præuentio non obstat intentanti beneficium cessionis bonorum.*
17 *Exceptio competentiæ, in quo differat quoad præuentionem à beneficio cessionis bonorum.*
18 *Qui prætendit beneficium competentiæ tenetur illud proponere coram Iudice præueniente in executione.*
Et quibus in casibus hoc procedat.
19 *Causæ nunquam sunt sibi inuicem præiudiciales, quando sunt diuersæ & separatæ.*

INTENTATA contra tertium possessorem causâ actionis hypothecariæ, vel Saluiani interdicti, ratione crediti, cum hypotheca, illâque in Curia Rectoriatus ciuitatis Carpentoracti introductâ, & præuentâ, debitor principalis, à tertio bonorum possessore cui prædium impeditum vendiderat, in euictionem vocatus, vt condemnationem effugeret, intentauit in hac ciuitate Aueniomensi beneficium com-
1 petentiæ, † dicens tractati de credito originem habente ex dotis constitutione per ipsum facta filiæ suæ, & per consequens pro illo credito conueniri non posse nisi deducto, ne egeat, & in quantum facere potest: iuxta *l. rei iudicata, §. Socero quoque, ff. so-*
2 *lut. matrim.* † Cum exceptio ista competentiæ locum habeat tam in patre mariti, quam in patre vxoris, *l. ex diuerso ff. solut. matrim.* Fontanell. *de pactis nuptia. lib. claus. 7. gloss. 3. parte 11. num. 95.* Pascal. *de patria potest. parte 2. cap. 9. num. 21.* Brun. *de cess. bonor. quarta*
3 *quæstionis princip. quæst. 22.* † Et non solum durat hæc exceptio constante matrimonio, sed etiam ex veriori sententia, illo soluto: Caroc. *de except. cap. 25. num. 43.* Et ita pro socero fuit iudicatum apud Thesaur. *decis. 119. in additione.* Quidquid alias fuerit in contrarium iudicatum in Senatu Neapolitano apud Vincent. de Franch. *decis. 366.* & sequatur Mauson. *de causis execut. limit. 16. num. 7.*
4 Verum quidem est, quod si rationibus, & non authoritatibus pugnandum esset, conclusio illa non sinisset sine difficultate in fauorem decisionis Neapolitanæ propter verba textus, *in l. sicut autem, 21. & ibi Gloss. in verb. vtemur, ff. de re iudic.* vbi exprimitur, quod si dos petatur à socero soluto matrimonio, conueniri potest in solidum, & cessat priuilegium illud, ne conueniatur vltra quam facere potest, quia non amplius durat affinitas, quæ per mortem vxoris dissoluta est, per text. & Gloss. *in l. sed hoc ita, 22. ff. de re iudic.* Et propterea Barbos. *in l. ma-* 5 *ritum, 13. ff. solut. matrim. num. 59.* Sed maximè, *num. 63. & 64.* adhæret huic opinioni, vt priuilegium istud competentiæ locum non habeat in fauorem soceri, respectu generi agentis ad solutionem dotis soluto matrimonio, & finitâ per obitum vxoris affinitate: conatur tamen *ibidem, num. 65.* duo iura sibi contraria inuicem concordare, videlicet *dictam l. sed hoc ita, 22. ff. de re iudic.* cum *l. penultima, ff. de iure dot.* varias afferens illarum conciliationes: sed tandem aduersus socerum concludit, vt soluto matrimonio beneficio competentiæ contra generum vti non possit, nisi iustâ subsistente causâ; quia tunc etiam soluto matrimonio, socero aduersus generum agentem, succurrendum esse existimat, *numero 67.*

Contra ipsum tamen communis pugnat sententia, volens socero etiam soluto matrimonij vinculo per mortem vxoris, dari beneficium competentiæ, aduersus generum; vt ostendit Ioan. Baptist. Castag. *in tract. de benefic. compet. seu deducto ne egeat: qu. 7. n. 20.* idque propter reuerentiam & memoriam anteacti matrimonij, vt *ibidem* per eum *n. 28.* 6

Quod ampliatur, vt procedat, etiamsi contractus fieret soluto matrimonio, dummodo tamen fieret ex causa dotis: Aleand. *in l. non tantum, num. 8. ff. de re iudic.* Castagn. *in dicto tract. quæst. 1. ampliat. 3. num. 1.* 7

Rursus ad propositum ampliatur, vt exceptio competentiæ, non solum repellat maritum, sed etiam illius cessionarium: Castagn. *ibidem quæstion. 1. ampliat. 6. num. 1. & sequentibus.* † Quia mutatione actoris, non mutatur ius rei excipientis: Aretin. *in §. appellantur autem. Instit. de exceptionib.* 8 9

Ergo deueniendo ad materiam nostræ quæstionis, cum socero beneficium competentiæ competere, non posset in dubium reuocari, prætendebat ipse licere sibi non obstante præuentione facta per remedium Saluiani interdicti, proponere in alio diuerso tribunali beneficium istud per modum actionis. Quia quoties alicui ius aliquod competit, aut exceptio, potest experiri coram Iudice competenti, vt dicatur, & declaretur exceptionem illam aut ius sibi competere; ea *l. si contendat, ff. de fideiuss.* ante etiam ea *l. diffamari, C. de ingen. manum.* Fuit nihilominus, (me consulente) iudicatum, causam interdicti Saluiani in ciuitate Carpentoractensi, & tribunali Rectoris Comitatus præuentam, ad illud tribunal remittendam esse, in quo socer excipiendo posset de beneficio competentiæ disceptare, cum beneficium illud per viam actionis deduci non possit; sed per viam dumtaxat exceptionis, cum reuera non sit hæc actio, sed exceptio. † Cum igitur gener actor sit, socer vero reus, licitum fuit genero eligere Tribunal & Iudicem sibi bene visum inter plures Iudices competentes huius causæ, sicut explicatum est *in nostris quæstionib. beneficialib. part. 1. cap. 120. num. 8.* Et tradit Gratian. *discept. forens. cap. 85. per totum.* Socin. Sen. *consil. 94. vol. 3.* Couarr. *variar. resol. lib. 1. cap. 18. num. 6.* † Quod enim beneficium competentiæ deduci non possit per viam actionis; sed tantum exceptionis, docet Barbos. *in l. maritum 13. numero 29. & 30 ff. solut. matrim.* 10 11 12

Præsertim, quia in casu proposito; Saluianum erat intentatum contra tertium possessorem, non contra socerum, qui non possidebat prædium impetitum: vnde non poterat vti retentione, ideoque exclusus erat ab allegatione beneficij competentiæ, quod non datur nisi per viam retentionis, vt *ibid.* Barbosa testatur *d. n. 29. & 30.* 13

His

14 His rationibus se victum socer agnoscens confugiebat ad aliud remedium, nempe ad priuilegium *l. vnic. C. quando Imper.* prætendens ex capite senectutis causam ad maius Legationis tribunal euocare. Verum decipiebatur; quia priuilegium *dict. l. vnica.* Non omni senum generi indistinctè competit, sed illis tantum senibus, qui adeo senio confecti sunt, vt ob ætatem repuerascant, non illis qui sunt prudentes & sagaces, rebúsque suis superesse possunt, qualis erat iste socer, ideo à priuilegio fori excludebatur: Franc. *decis.* 608. *num.* 6. Gratian. *discept.* 506. *num.* 20. & 21.

15 Et cum socer non veniret in causa tanquam principalis sed vti tertius, quia lis erat principaliter inter generum & tertium bonorum possessorem, cessabat ex hoc quoque capite priuilegium *dicta l. vnica*, quod non competit illi qui in causa interuenit tanquam tertius: Nouar. *de elect. fori, parte* 2. *qu.* 18. *per totam.*

16 Obiiciebatur etiam, quod beneficium illud competentiæ simile erat beneficio cessionis bonorum, quod potest intentari coram quocunque Iudice, non obstante causæ præuentione coram alio factâ, ex notatis suprà, *parte* 1. *huius tractat. cap.* 10. *num.* 37.

17 Sed hæc obiectio non fuit visa facere ad rem, quia verum est cessionem bonorum coram quocunque Iudice intentari posse, imò sufficere quod fiat extraiudicialiter, & per epistolam, *l. fin. ff. de cessio. bonor.* Et sufficere solam debitoris declarationem probaui *ibidem, num.* 38. Sed beneficium competentiæ non per viam actionis, sed exceptionis intentari debet, vt iam dictum est, & qui illud proponit non
18 est verè actor, imò reus est originarius. † Ideo non spectat ad eum Iudicis electio, sed omnino tenetur comparere coram illo Iudice coram quo causa præuenta est ad instantiam actoris: Ioan. Bapt. Castag. *in tract. deducto ne egeat, in proœm.* 1. *partis, n.* 40. vbi dicit, eum, qui non potest conuentus de hoc beneficio excipere, non posse etiam agendo illud proponere, ad effectum præuentionis; quando agitur de obligatione pro reditu annuo iuxta formam Bullæ constituto; quia continet pactum de non opponendo: secus est in aliis casibus, quia potest debitor præueniendo petere sibi ius dici super ista exceptione, *deducto ne egeat*, intentando remedium *leg. si contendat, ff. de fideiussor.* vel remedium *leg. diffamari, Cod. de ingen. manumiss.* Sed si debitor fuerit præuentus, non potest hanc prætentionem intentare per viam actionis, sed tantùm per viam exceptionis, vt mox probatum est.

19 In omnem euentum, posito quod socer causam super hoc beneficio agendo proponere potuisset, (quod tamen non est) excluderetur à sua prætensione electionis Tribunalis quoad iudicium Saluiani interdicti contra tertium possessorem intentati, quia cum vna causa sit diuersa ab alia, non potest prætendi quod vna fuerit alteri præiudicialis, cum consideratio præiudicialitatis locum non habeat in causis diuersis & separatis: vt probatur per text. expressum *in l. fin. Cod. de petit. hered.* Bart. *in leg. non distinguendum, §. si is faciat, ff. de recept. qui arbitr. receper.* Butarus, *decis.* 257. *num.* 2. Et ex his causa fuit remissa ad Tribunal ciuitatis Carpentoractensis in quo erat præuenta.

CAPVT XLIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione factâ per præceptum carcerum. Quæ requirantur ad illius validitatem, & vt ex eo præuentio facta censeatur. Ex præcepto carcerum alicui facto in causa criminali vtrum propter inobedientiam contrahatur nouum delictum, & ex eo Iudex aut Notarius sit fundatus, dum se ea de causa præuenisse prætendit. In ciuilibus causis dari præuentionem ex præcepto carcerum ostenditur. Quod si is cui præcepti fuêre carceres non obediat, & eius contumacia non fuerit accusata, cum citatione ad videndum sibi declarari pœnas, intra annum, illo, vtrum cesset effectus præuentionis ex illo præcepto introductæ. Et quæ sint necessaria ad validitatem relationis factæ per apparitorem super præcepto carcerum.

SVMMARIVM.

1 *Facto alicui præcepto carcerum in causa criminali, si non obtemperet, nullam pœnam meretur.*

2 *Præceptum carcerum alicui factum in causa criminali, nullum est, & non dat præuentionem.*

3 *Si tamen is cui præceptum factum est, illi obedierit, oritur ex eo præuentio.*

4 *Præceptum carcerum factum in causa Ciuili, dat præuentionem.*

5 *Facto præcepto carcerum alicui in causa Ciuili, cui non obtemperauerit, debet intra annum citari ad videndum sibi declarari pœnas, alias cessat præuentio.*

6 *Qui præcepto carcerum non obediuit, non potest mulctari nisi præcedat illius citatio ad videndum sibi declarari pœnas.*

7 *Is cui factum est præceptum carcerum, plures allegare potest causas quare non obtemperauerit.*

8 *Citationem ad videndum sibi declarari pœnas aduersus præcepto carcerum non obedientes, non esse necessariam, quando in litteris adest comminatio, nonnulli volunt.*

9 *Iudex pœnam in litteris aduersus inobedientes comminatam minuere potest.*

10 *Verius est citationem requiri pro declaratione pœnarum, quando in litteris adest comminatio quod alias pœna declarabitur.*

11 *Ex edicto si quis ius dicenti non obtemperauerit, nulla datur actio parti, sed tantum fisco.*

12 *Quando pœna fisco applicanda est, dicitur actio criminalis.*

13 *Pœna contra inobedientes præcepto carcerum, in causa Ciuili peti potest in consequentiam causa Ciuilis, & coram eodem Iudice & Notario Ciuili.*

14 *Pœna aduersus inobedientes præcepto finitur intra annum si petita non fuerit.*

15 *Remedia pœnalia ex edicto prætoris descendentia, non dantur post annum, neque aduersus hæredes.*

16 *Remedia prætoria pœnalia, quamuis fuerint approbata à iure ciuili, tamen approbata fuere cum sua causa.*

17 *Finito anno remanet actio ciuilis, aduersus inobedientem, qui præceptum carcerum contempsit.*

18 *Quando actio est pœnalis ex parte eius à quo petitur pœna, si tamen ex parte recipientis solum continet præstationem quanti eius interest, semper dicitur actio pœnalis.*

19 *Præuentio per pignorationem durat decennio, sed per præceptum carcerum, si nihil postea actum sit, durat anno.*

20 *Lis non dicitur deserta per annum in prima instantiâ.*

21 *Differunt inter se litem esse desertam, & executionem fuisse neglectam.*

22 *Aliud est instantiam esse desertam, aliud causam principalem.*

23 *Cessante præcepto carcerum post annum, non cessat ius partis, cessat tamen præuentio si non fuerit inobediens citatus intra annum ad videndum sibi declarari pœnas.*

24 *Notario relationem nuncij in propria causa scribenti credendum non est.*

25 *Relatio in dorso cartelli, seu litterarum executorialium scripta non dat præuentionem, nisi cartelline reperiatur penes acta productus.*

26 *Relatio nuncij est actus extraiudicialis, ideo in actis causa producenda est.*

27 *Relatio nuncij non facit ex se fidem sine testibus, nisi quatenus per productionem in actis efficitur actus iudicialis.*

28 *Si apparitor habeat commissionem ducendi aliquem ad carceres, verum possit illi tantum facere præceptum carcerum.*

29 *Nuncius cum sit merus executor, non potest ampliare, vel restringere suam commissionem.*

30 *Verius videtur quod seruiens Curiæ, qui habet in mandatis vt aliquem ducat ad carceres, possit illi facere simplex præceptum carcerum.*

NONNVNQVAM dubitari contingit
vtrum causa dicatur per relationem
nuncij, vel apparitoris, seu seruientis
Curiæ præuenta, quádo relatio aut non
legitimè facta est, aut non apud acta
producta. Et quando ex præcepto carcerum oriatur
præuentio. Denique quanto tempore duret huius
præcepti, & præuentionis effectus. Cuius dubij resolutio
patebit *sequentibus conclusionibus.*

1 Prima igitur conclusio est, de relatione præcepti
carcerum in causa & lite criminali. Facto igitur in
iudicio criminali ad instantiam fisci, carcerum
præcepto, reus contumax nullam incurrit inobedientiæ
suæ pœnam: quia non tenetur se ipsum
prodere, & in carceribus constituere. Et quamuis
capi posset & in carceres detrudi, non tamen illi fieri
potest præceptum, vt sibi ipsi noceat, & vitam
aut famam personámve suam in magnum forsan
discrimen adducat. Itaque præceptum alicui factum
in iudicio criminali de personaliter comparendo,
vt se in carceribus reponat, alias mulctetur, nullum
esse nec obligatorium, asserit Albert. Brun. *consil.* 87.
num. 47. *lib.* 1. & post ipsum Bertaxxol. *consil.* 417.
num. 23. & 24. *lib.* 2. Cyriac. *controuers.* 101. *num.* 65.
2 † Vnde rectè inferri potest, quod cum præceptum
illud sit nullum, non inducitur ex eo præuentio
ex regula generali sæpius firmata; quod ea quæ nulliter
gesta sunt, non dant originem præuentioni: de
qua etiam Mascard. *de probationib. concl.* 1232. *n.* 17.
Tusch. *littera P, conclus.* 646. *num.* 30. † Intellige vt 3
hoc non procedat, quando ille cui factum fuit præceptum
carcerum, illi paruit, & seipsum intra carceres
constituit, tunc enim sanatur præcepti nullitas,
sicut per comparitionem illius, qui nulliter
citatus est, sanatur nullitas citationis, etiam ad
effectum, vt inde resultet præuentio causæ: vt dixi
parte 1. *huius tractatus, cap.* 9. *num.* 57.

Secunda conclusio. Præceptum carcerum in causa 4
ciuili, secundum Statutum Aueniouense, validum
& licitum est; cum in eodem statuto numeretur inter
vias executiuas, dum fit mentio præceptorum
pœnalium, *lib.* 2. *rubr.* 9. *artic.* 43. Et expressius, *eodem
lib.* 2. *rubric.* 17. *artic.* 4. vbi dicitur, quod si alicui fuerit
factum præceptum carcerum, teneatur obedire
intra diem, sub pœna arbitrio Iudicis statuenda.
Quæ carcerum præcepta, quotidiè practicari videmus,
tam in præsenti ciuitate Aueniouensi, quam
in Comitatu Venaissino. Et ideo non est dubitandum,
quin per præceptum carcerum legitimè executum
oriatur præuentio in causis ciuilibus, cum
illa oriri possit per quodcumque remedium executiuum,
vt cauetur in eodem Statuto, *lib.* 2. *rub.* 34.
artic. 5. *in fine.*

Tertia conclusio. Si alicui factum fuerit præce- 5
ptum carcerum in causa ciuili, qui non comparuit,
neque fuit intra annum citatus ad videndum sibi
declarari pœnas in præcepto contentas, ex tali præ-
cepto nulla induci potest præuentio causæ. † Pro- 6
batur quia ille qui contumax est & inobediens Iudicis
præcepto, non potest cogi ad instantiam fisci
ad solutionem pœnæ in præcepto contentæ, aut
alterius mulctæ, nisi præcedente citatione illius, ad
videndum sibi declarari pœnas aut mulctam prædictam:
vt tenet Plot. *in consil. crimin. diuers. tom.* 2.
consil. 3. *num.* 16. † Potest enim is cui præceptum 7
factum est, plures causas impedimenti, & excusationis
proponere, propter quas ab inobedientia & contumacia
excusandus erit: ideo antequam ad pœnam,
aut mulctam condemnetur, in primis citandus, &
audiendus est: Bart. *in l.* 1. *in princip. n.* 13. & Cagnol.
in §. is non videtur, n. 23. *ff. si quis ius dicenti non obtemp.*
Plures allegat Farinac. *de accusat. qu.* 18. *numer.* 44.
apud quem hæc materia per totam illam quæstionem
plenè & accuratè tractatur, Angel. *in dicta l.* 1.
§. is non videtur, num. 3.

Quod tamen limitare voluit Ias. *in dicta leg. vni- 8
ca in princip. ff. si quis ius dic. non obtemper. num.* 30.
vt non procedat quando in præcepto adiuncta est
clausula comminationis, quod nisi illi obediatur
Iudex ad pœnæ declarationem procedet. Ideóque
videmus, quod solent Notarij in huiusmodi præceptis
adiicere clausulam illam, *auec deue commination.*
† Dicit tamen *ibidem*, Ias. *num.* 13. quod pœnam 9
comminatam Iudex potest pro suo arbitrio augere,
vel minuere propter illius, qui non obtemperauit,
paupertatem.

Sed quidquid dicat Iason, verius est semper eum, 10
cui præceptum factum est, prius citari debere, antequam
ad pœnarum declarationem contra ipsum Iudex
procedat, quamuis illa comminatio præcepto
adjecta fuerit, non enim ex ea tollitur defectus citationis
qui naturæ conuenit, vt nemo indefensus
condemnetur. Illæsa quippè manet iam allegata ratio,
quod ei cui præceptum factum est multæ rationes
excusationis competere possunt, quæ ipsum eximant
ab incursu pœnæ quantumuis comminatæ:
Castr. *in d. §. is videtur, n.* 3. *ff. si quis ius dic. non obtemp.*
Farin. *dicta quest.* 18. *n.* 44. Exemplum afferri posset
de iis, qui non obtemperát, sine contemptu Iudicis:

quia habent causam non obtemperandi, text. est & Gloss. *in l. Satisque pœna, ff. de in ius vocan.* & Gloss. magna in *d. l. vnic. ff. si quis ius dic. non obtem. in verbo, hoc iudicium, in fine.* Et ibi notat Bart. *in colum. fin. fin. versic. Adprimum*, veluti si Iudex esset Delegatus & citaret, vel præciperet non data copia suæ commissionis, Plot. *dicto consil. 3. num. 8.* Aut si cartellus, seu litteræ executoriales non essent debitè subscriptæ ac sigillatæ, *Ibidem num. 10. & 11.* vel si non continerent annum diem & mensem, *vt in d. consil. 3. num. 12. 13. 14. & 15.* Quod procedit etiam in aliis causis in eodem consilio latius deductis, cum qualibet causa etiam bestialis & fatua, excuses à pœna, dolo & delicto, *l. 1. & ibi Gloss. ff. de Abig. l. igitur, §. fin. ff. de liber. caus.*

11 Cum igitur inobediens præcepto carcerum, molestari non possit ad instantiam fisci nisi præcedente citatione, & auditis eius defensionibus si quas habiturus sit, non potest excluso per tempus fisco considerari aliquod partis interesse propter hanc inobedientiam in hac præcepti carcerum materia. Quia quidquid aliqui in contrarium dixerint, solum parti aduersus inobedientem datur remedium denegationis audientiæ, vt scilicet non audiatur inobediens & contumax, nisi prius refusis expensis & purgatâ contumaciâ: iuxta *l. sancimus & 3. C. de iudic.* vt notat Cagnol. *in dict. l. 1. §. fin. num. 26. versic. Aduertendum tamen est ff. si quis ius dicen. non obtemp.* cu-

12 ius sententia verissima est. † Quia pœna ex *d. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp.* infligenda, non parti, sed fisco applicatur, & per consequens, cum procedat à delicto contumaciæ & inobedientiæ, dicitur criminalis. Et quamuis ea de causa adiri possit, imò & (secundum aliquos) debeat Iudex Criminalis, tamen, & coram Iudice Ciuili in consequentiam suæ causæ Ciuilis (cum eius authoritas contempta fuerit) intentanda est huius pœnæ, seu mulctæ prose-

13 quutio. † Quia Iudex Ciuilis incidenter de causa Criminali cognoscit, & Notarius Ciuilis eodem modo in causa Criminali, quæ in Ciuilem incidit scribere potest, vt aliàs diximus, & quotidiè ita apud nos practicatur, & tradit Cagnol. *in dict. l. 1. §. fin. versic. extra gloss.* super quo videri poterunt tradita per nos *parte prima huius tractatus, cap. 23. num. 10. & 12.*

14 Illa autem pœna, seu molesta aduersus eum qui præcepto non paruit, & actio ad ipsam petendam, durat tantum per spatium vnius anni, adeo vt si intra annum petitum nihil fuerit, non amplius intentari possit, *dicta l. 1. §. finali.* Bald. *ibidem in §. hoc iudicium, num. 3. versic. In glossa* ibi *Nec potest annum: in 2. lectura.* Iason *ibidem in dicto §. finali, num. 38.* Guid. Papæ *decis. 359. versic. sed est aduertendum*, vbi dicit, quod si non obtemperans non inquestetur, vel mulctetur infra annum, non poterit elapso anno inquestari, vel mulctari. Et licet Gloss. *in dict. §. finali* contrarium teneat, nempè hanc actionem ad pœnam, durare etiam post annum, tamen communiter reprobatur, vt per Iasonem *in dicto §. fin. n. 38. versic. In eadem glossa* ibi, *videtur dari post annum.*

15 † Et huius sententiæ communis ratio est, quia remedia merè pœnalia ex edicto prætoris descendentia, non dantur post annum, neque in hæredem, vt *in d. §. finali*, cui concordat text. *in l. pen. & in l. 1. ad finem ff. de eo per quem factum erit, l. in honorariis, ff. de*

16 *actionib. & oblig.* † Quamuis enim remedia prætoria approbata fuerint à iure Ciuili, tamē approbata fuerunt cum sua causa & qualitate, ideo remanserunt annalia sicut prius: Castr. *in l. si filius, qui patri, in vlt. col. ff. de vulg. & pup. substit.* DD. *in rubr. C. qui admitti.*

Nec est quod opponatur, supradicta procedere 17
quoad fiscum, non autem quoad partem, cui etiam competit actio ex hoc edicto, Si quis ius dicenti non obtemperauerit, ad consequendas expensas, & interesse, vt dicit text. & Gloss. & DD. omnes *in eadem l. vnica, C. si quis ius dicen. non obtemper.*

Quia respondetur, quod quando actio est pœna- 18
lis ex parte rei, quamuis non sit pœnalis ex parte illius qui pœnam recipit, & cui pœna applicatur, vtpotè quod solum contineat damna & interesse ipsius recipientis; tamen quia nihil ex parte rei continet nisi pœnam, ideo est annalis, & vltra annum non datur, vt probat text. *in leg. 1. in fine, ff. de eo per quem factum erit, quominus quis in iud. se sistat, leg. non solum, §. fin. cum legibus sequentibus, Digest. de alienat. mutand. iudic. caus. facta.* Alberic. *in d. l. vnic. ff. si quis ius dicenti, §. hoc iudicium, num. 8. vers. Item reprobantur.*

Vnde sequitur non obstare supradictæ conclu- 19
sioni ea quæ nos diximus, *par. 1. cap. 10. n. 54.* nempè quod præuentio facta per pignorationem non amittit vires nisi lapsum fuerit decennium, quo tempore durante producit effectum præuentionis. Quia illud procedit & verum est, quando agitur de pignoratione: quia virtus primi decreti non expirat, nisi spatio decem annorum, vt *ibid.* explicatum est. Sed quando agitur de præcepto carcerum, in quo necessario procedi debet per viam citationis ad videndum inobedienti declarari pœnas, & declaratio pœnatum habet tempus vnius anni limitatum, quo semper elapso finitur virtus præcepti pœnalis, ideo finito anno sicut præceptum euanescit, ita & virtus præcepti cessat, & propterea post annum non potest producere præuentionis effectum si intra annum pœnæ declaratio petita non fuerit.

Non obstat etiam si dicatur, quod lis non cen- 20
setur deserta per lapsum anni in prima instantia, sed requiritur tempus decem annorum, & præterea, quod constet de bono iure illius, qui dicit causam fuisse desertam, Rota *decis. 166. num. 5. & 6. par. 4. recentior.* vbi aliæ decisiones afferuntur. *Et decis. 418. num. 3. parte 3. recentior.*

Quia fatemur litem non fuisse desertam, sed 21
dicimus vim executionis expirasse: magna enim est differentia inter desertionem litis, & executionis, teste Afflicto *decis. 346. num. 5. & sequentibus, & num. 8.* vbi dicit, quod si nihil contra executionem fuerit oppositum, non est dare instantiam in causa executiua.

Et sic differant inter se desertio instantiæ negotij 22
principalis, & desertio causæ executionis præcepti carcerum pœnalis, pro qua sufficit lapsu anni in causis ciuilibus vt mox fuit expositum, nisi intra annum interruptio facta sit.

Non enim negamus, quin cessante post annum 23
actione pœnali propter inobedientiam illius, cui factum fuit præceptum carcerum introductâ, remaneat illæsum actori ius suum in negotio principali, vt dicunt DD. & maximè Castrens. *in dicta l. vnica*, sed dicimus, cessante causa criminali cessare quoque præuentionem ratione ciuilis causæ, quia actio ciuilis est diuersa ab actione pœnali ex causa contumaciæ & inobedientiæ prodeunte; igitur cessabit quoque præuentio quæ non datur, quando tractatur de causis diuersis & separatis, Gratian. *discep. forens. cap. 394. numero 14.* & ita alias in casu occurrenti concludebam.

Præmissa verò ex alio capite confirmabantur, 24
quia de carcerum præcepto non constabat, nisi per relationē nuncij in dorso litterarum executorialium

descri-

descriptam, & in officio eiusdem Notarij de cuius interesse agebatur, subscriptam, cum ad illius instantiam proprio priuatóque nomine fieret executio; vnde Notario sine iudicis subscriptione credendum non erat: Papon. *lib.6.tit.6.arrest0 6.* Bertrand. *cons.4.n.1.vol.2.priorum*, & *cons.250.n.11.eodem volum.* Afflict. *decis.317.n.3.* Et bene Salicet. *in l.iurisiurandi, n.7.C.de test.& in l.si quis decurio, n.4.C.ad l.Cornel.de fals.in 1.& 2.casu.* Boër. *decis.258.n.4.* Alexand. & *ibi* Addent. *cons.213.n.6. vol.2.* cessabat igitur præuentio de qua non constabat.

25 Præterea, relatio nuncij, asserentis se debitori carceres præcepisse, scripta quidem erat in dorso literarum pro executione concessarum, sed litteræ ipsæ, seu cartellus nunquam fuerat in actis productus, ex qua tamen productione robor assumit; cū si illa facta non sit, non possit esse de actis iudicij: ex notatis per Vantium *in tit. de nullit. ex defectu citat.n.146.* Tusch. *littera R, concl.122.n.2.* Ruin. *cons.102.n.8. versic. Et quia de citatione, vol.5.* Anton. Niger. *in tract.de iudiciali pign.cap.28.num.8.*

26 Et ratio est, quia cum relatio ista cursoris seu nuncij, sit actus mere extraiudicialis, cum non fiat in præsentia iudicis, ideo necesse est, vt obtineat efficaciam quod apud acta causæ producatur: Abbas *consil.112.lib.2.*

27 Et certum est, quod si pars curauerit, literas seu cartellum executioni demandari, fierique in dorso cartelli seu literarum scripturam relationis dictæ executionis; sed tamen cartellum apud se retinuerit, & apud acta causæ non produxerit seu remiserit, talis scriptura non habet vim actus iudicialis, & per consequens sine testium præsentia fidem non facit, quia hoc speciale est in actis iudicialibus, vt sine testibus fidem faciant, quod extraiudicialibus non conceditur, Cancer. *lib.2.var.resol.tit.2.de iurisd.n.239.* Gaill. *lib.1.obseruat.134.n.13.*

28 Dicebatur etiam quod seruiens Curiæ, seu nuncius qui literas executioni demandauerat, habebat restrictam commissionem, debitorem ad carceres deducendi, & sic excedendo formā suæ commissionis, non poterat illi præcipere, vt se intra carceres exponeret. Quia forma commissionis strictè erat obseruanda, Rota, *decis.685.num.3. parte 2.*

29 *recentior.* † Quia cum nuncius aut seruiens Curiæ sit merus executor, non potest suæ commissionis formam ampliare aut restringere: Veral. *decis.333.n.2.parte.1.* & in terminis nostris tradit Bald. *in cap.fin. de restitut.spoliat. num.6. versic. Item cum in relatione nuncij*, vbi loquitur de nuncio exequente, & formam suæ commissionis excedente.

30 Sed apud me attentius cogitantem, ratio hæc valde dubia apparet propter communem iudiciorum obseruantiam in his partibus. Videmus enim sæpissimè apparitores & nuncios ad executionem præcepti carcerum deuenire, quamuis in cartello sola illis detur commissio debitorem personaliter obligatum ad carceres trahendi, nec vnquam illud in dubium antea videram reuocari. Ex supradictis autem rationibus, causa fuit per sententiam retenta in ciuitate Auenionensi, in qua præuenta fuerat per executionem, non obstante asserto carcerum præcepto anteriùs, vt prætendebatur, facto, de quo legitimè non constabat; & si constitisset, euanuerat per lapsum anni à die præcepti, intra quem nulla facta fuerat diligentia pro obtinenda contra inobedientem debitorem declaratione pœnarum coram Iudice Carpentoractensi, de cuius mandato laxata prius fuerat executio.

Sanlegerij de Præuent. Iudic. Pars II.

CAPVT XLIV.

ARGVMENTVM.

Vtrum per susceptionem voluntariam condemnationis ad soluendum, seu mandati iudicialis, causa coram illo Iudice quamuis incompetenti præuenta censeatur. Vtrum Iudex qui præuenit in cognitione causæ, dicatur etiam præuenisse in executione. Laïcus suscipiens condemnationem coram Iudice Ecclesiastico, vtrum det illi causæ præuentionem ex ista voluntaria condemnatione. An vero Iudex laïcus priuatiuè, vel cumulatiuè exequi debeat. De differentia implorati Officij iudicis vel actionis in factum pro executione sententiæ, & quod vtrumque remedium sit executiuum. Mandata iudicialia de iure sine testibus fidem non facere. Et quæ sit illorum solemnitas ex stylo Curiarum Auenionensium.

SVMMARIVM.

1 *Qui est Iudex competens, & præuenit in cognitione causa, censetur etiam competens, & præuenisse in executione.*

2 *Quod procedit quando ageretur de duobus iudicibus qui essent ambo competentes, secus si vnus eorum esset Iudex prorogatus, quia prorogatio facta quoad causa cognitionem, non se extendit ad sententia executionem.*

3 *Sublimita nisi Iudex prorogatus, esset ordinarius qui per se sententias exequi potest, hic enim prorogatus quoad cognitionem censetur etiam prorogatus quoad executionem.*

4 *Derogatio iurisdictionis ordinaria est odiosa, sicut è contra illius conseruatio, fauorabilis.*

5 *Compromissarij quibus data est facultas de negotio cognoscendi, suam sententiam executioni demandare non possunt.*

6 *Susceptio mandati iudicialis facta per laïcum coram Episcopo valida est, etiamsi de causa profana agatur, & non spirituali.*

7 *Executio mandati iudicialis, suscepti coram Episcopo, potest eius authoritate contra laïcum fieri.*

8 *Ius & facultas sententias executioni demandari faciendi spectat ad Episcopos.*

9 *In vim mandati iudicialis per laïcum coram Episcopo suscepti, datur electio exequendi in Curia Episcopali, vel temporali, & locus est præuentioni.*

10 *Quando petitur executio mandati iudicialis suscepti coram Episcopo, si petatur coram ipso, imploratur Iudicis officium. Quod locum habet, quando idem Iudex qui tulit sententiam illam exequi mandat.*

11 *Quomodo differant officium Iudicis pro executione sententia, & actio in factum.*

12 *Latâ sententiâ vtilius est intentare actionem iudicati, quàm agere primaua actione. Et qua sit ratio.*

13 *Actionem in factum pro sententia executione, coram*

 alio

alio Iudice quam illo qui sententiam tulit, intentari etiam posse executiuè, ex veriori sententia demonstratur.

14 *Quando sententia non est liquida, vel eius instrumentum est deperditum, non habet paratam executionem.*

15 *Quando proceditur per actionem in factum in vim sententiæ transactæ in iudicatum, si sequatur alia condemnatio non licet appellare suspensiuè.*

16 *Mandata iudicialia, seu voluntaria debiti confessiones, quamuis sint de actis, non tamen fidem faciunt nisi testibus adhibitis.*

17 *Quod dicitur acta Iudicialia fidem facere sine testibus, de quibus actis intelligi debeat.*

18 *Quæ sit adhibenda formalitas in mandatis Iudicialibus sponte susceptis secundum formam in ciuitate Aueniononensi seruari solitam.*

19 *Concluditur ex veriori sententia, nullam ex mandatis Iudicialibus, seu obligationibus voluntariis apud acta, oriri præuentionem.*

DEBITOR quidam bonam fidem agnoscens, qui præsentem non habebat pecuniam, vt creditori satisfaceret obtenta ad soluendum dilatione, sponte suscepit condemnationem coram Iudice de soluendo summam debitam suo creditori. Nonnulli alij creditores fuerunt diligentiores in exequendo vigore suorum instrumentorum coram alio Iudice. Dubitatum fuit primo vtrum per susceptionem condemnationis, seu mandati Iudicialis causa fuerit præuenta coram illo Iudice etiam forsan prorogato. Item vtrum susceptio mandati facta coram Iudice incompetente fuerit valida. Denique vtrum ius exequendi competat huic Iudici siue competens sit ex se, siue per prorogationem, & vtrum priuatiuè, ita vt locus sit præuentioni.

1 Supponendum est primo, regulam generalem esse, quod qui Iudex competens est in negotij cognitione, competens quoque est in executione: Sebast. Sapia *in repet. l. cum quadam puella, n. 18. ff. de iurisd. omn. iudic.* Surd. *consil.* 405. *n.* 31.

2 Secundo supponendum est, illam quidem regulam locum habere in Iudice præueniente cognitionem, qui censetur etiam præocupasse executionem, quando tractatur de duobus Iudicibus, qui ambo sunt competentes, nec indigent partium prorogatione, quorum vnus præuenit, (resetuata distinctione officij Iudicis, & actionis in factum, de qua nos egimus, *parte 1. cap. 5. num. 10. &* paulo post fusius exponemus) secus autem est si agatur de Iudice prorogato, tunc enim illa prorogatio iurisdictionis reddet quidem Iudicem competentem quoad cognitionem, sed non quoad executionem, vt notant DD. *in dict. l. cum quedam puella ff. de iurisd. omn. iudic.* & nominatim Claud. de Seycello *n. 10. in vltimo notabili,* Sapia *dicto n. 19.* Iason. *num. 5.*

3 Quod melius explicat *ibidem* Sapia, necnon Cagnol. nempè quod quando is cuius iurisdictio fuit prorogata, est Iudex ordinarius, tunc vera est regula, quod sicut præuenit in cognitione, & præuenisse censendus est in executione, quia Iudex ordinarius talis est, qui ius habet ex sua iurisdictione sententias executioni demandari faciendi. Aliud autem est, si ille cuius fuit prorogata iurisdictio fit talis, qui ex sua facultate non habeat auctoritatem sententias exequendi, tunc enim procedit regula generalis text. *in leg. nec Episcopali, C. de Episcop. audient.* Vt scilicet prorogatio sortiatur effectum quoad causæ cognitionem; sed non quoad sententiæ executionem. † Ratio differentiæ est: quia dum agitur de iurisdictione ordinaria, agitur de causa fauorabili ideo extendenda, & amplianda quantum fieri potest. At vero quando agitur de alio Iudice, tractatur de causa odiosa nempè de derogatione iurisdictionis ordinariæ, ideo stricta debet fieri interpretatio: Marant. *in spec. p. 4. dist. 1. a. n. 19.* licet hanc rationem non alleget. 4

Vnde infertur, quod licet per compromissum data fuerit arbitris iudicandi potestas, ipsique ad sententiam processerint, non propterea sequitur eorum authoritate sententiam huiusmodi posse executioni demandari: quinimo executio spectat de iure ad Iudices ordinarios partium: vt aduertit Cancer. *lib. 3. var. resol. tit. 17. de sent. execut. n. 542.* Gratian. *discept. forens. cap. 66. n. 4. & 5.* 5

Infertur præterea, quod si laicos coram Iudice Ecclesiastico debiti condemnationem, & mandatum iudiciale susceperit de soluendo infrà certum terminum, valida est Iudicis Ecclesiastici sententia propter expressam partium prorogationem: Iaf. *in l. si conuenerit, num. 12. ff. de iurisd. omn. iudicum.* Bald. *in cap. cum. P. & G. de offic. iud. Delegati, num. 7. versicul. Quaro pone,* Scacc. *de re iudic. gloss. 7. quæst. 3. limit. 4. num. 97.* Soc. *in cap. significasti, de foro compet. in vltimo articulo, colum. penult. versic. Et aduerte quod dixi de præuentione.* 6

Infertur tertio, quod cum Episcopus habeat iurisdictionem ordinariam, vt notorium est, executio huius mandati iudicialis coram illo suscepti, fieri poterit arbitrio creditoris, authoritate Iudicis Ecclesiastici, vel laici, videlicet præcedente præcepto de soluendo, vel satisfaciendo condemnationi, seu mandato iudiciali (iuxta notata per nos, *parte 1. cap. 25. num. 13. & sequentib.* & iuxta Statutum Aueniononense, *lib. 2. rub. 16. art. 3.*) Quia quidquid nonnulli in contrarium dicere voluerint, † verissimum est Episcopum habere ius, & potestatem suas sententias exequendi, vt benè probat Barbos. *in tract. de offic. Episc. parte 3. allegat. 107. num. 4. & de iure Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. §. 4. num. 49. & multis sequentibus.* † Quod autem possit etiam fieri executio authoritate iudicis sæcularis, & sic inter ambas iurisdictiones sit hoc casu locus præuentioni, probatur; quia ex quacunque debiti iudiciali confessione oritur via executiua contra eum qui confitetur, idque per viam præcepti: vt ostensum fuit, *parte 1. cap. 25. num. 13. & num. 28. in fine, vers. in quo etiam,* Intentando videlicet coram Iudice sæculari, coram quo non fuit facta confessio, non quidem Iudicis officium pro executione sententiæ, seu voluntariæ condemnationis, sed actionem in factum. † Quia officium Iudicis pro executione sententiæ, debet intentari coram eodem Iudice coram quo condemnatio facta est, vel qui tulit sententiam; sed actio in factum quæ oritur ex condemnatione intentari potest coram quocunque Iudice competenti: iuxta notata *part. 1. cap. 5. num. 10.* Gratian. *discept. forens. cap. 40. num. 56.* 7 8 9 10

Notandum quoque est pro maiori explicatione eorum, quæ *dicto cap. 5. numero 10.* à nobis dicta sunt, quod ex sententia in rem iudicatam transacta, duo oriuntur remedia siue actiones, videlicet officium Iudicis nobile, & actio in factum, seu ex iudicato. Quæ duo remedia multum inter se differunt, quia officium Iudicis est remedium executiuum, & ex se summarium est, actio vero in factum, seu ex iudicato, est quidem ex omnium sententia remedium in quo summariè proceditur; sed non apud omnes 11

omnes conueoit vtrum ſit remedium executiuum. Plurimi enim DD. id negant, aſſerentes in eo dandum eſſe libellum, & procedendum ad litis conteſtationem, inter quos eſt Specul. *in titul. de ſentent. execut. §. Breuiter: per totum.* Caſtrenſ. *in l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudic.* Vbi etiam oſtendit, quomodo ſit vtilius intentare potius actionem iudicati, quam agere primæuâ actione ſuper qua fuit ſubſequuta
12 ſententia.† Quia ſcilicet exceptiones peremptoriæ, quæ non fuerunt oppoſitæ in primo iudicio, non poſſunt opponi in hoc ſecundo, quæ tamen opponi poſſent ſi ageretur primæuâ actione. Immo vult *ibi* Caſtrenſ. quod ſi agatur actione in factum ex iudicato, talis actio non ſolum non ſit executiua, ſed ne quidem ſummaria. Eandémque inter officium iudicis, & actionem in factum differentiam notat Bartol. *in leg. intra dies, ff. de re iudic.* Angel. *in repetit. l. 1. ff. de iudic. num. 26. & ſequentibus.* Maiant. *in ſpecul. titul. de executione, numero* 8. Abb. *in cap. cum aliquibus, num. 12. de ſent. & re iudic.* Coler. *de proceſſ. execut. parte 1. cap. 2. num. 3. & 4.* Veſt. *in praxi libro 8. cap. vltimo, num. 2. 3. & 4.* Et dubitatiuè Vbert. de Bonacurſ. *in pract. titul. de Impedim. execut. num. 8. & ibi* Additio Bapt. à Sancto Blaſio, *in tractatu de actionibus, num. 71.* Caranit. *ſuper ritibus M. C. ritu 262. num. 10.* Sigiſm. Scaccia, *de re iudicata gloſſ. 14. quæſtio. 11. num. 39. & 47.* Salgado, *de Regia protect. parte 4. cap. 1. num. 39.*

13 Verius tamen exiſtimo, quod ſi in vim huius voluntariæ condemnationis procedatur coram Iudice Eccleſiaſtico actione in factum, relicto iudicis officij remedio, aut etiam ſi procedatur ad executionem illius condemnationis, iudicis laïci authoritate, cum tunc actioni in factum tantum locus ſit (cum agatur de ſententiâ per alium iudicem latâ) procedi poteſt viâ executiuâ; neque dandus eſt libellus, aut litis conteſtatio facienda: quam ſententiam tenet Iaſon *in dicta leg. intra dies, n. 6. ff. de re iudic.* Atque ita in Camera Imperiali obſeruari teſtatur Gaill. *libr. 1. obſeru. 113. n. 9.* Eiuſdem ſententiæ eſt Surd. *conſil. 204. num. 6. & 8.* Marius Anton. *libro 1. variar. reſolut. cap. 57. num. 18.* poſt Bald. *in l. 2. Cod. de execut. rei iudic. num. 2.* Afflict. *deciſ. 346. num. 10. & ibidem* Viſil. *num. 2.* Rebuff. *in conſtit. Reg. titul. de ſent. execut. artic. 7. gloſſ. 9. num. 10.* vbi dicit, quod poſtquam producta fuit ſententia, ad nullam amplius defenſionem admittitur reus: Fel. poſt Soc. *in cap. 1. de libelli oblat. num. 7.* Alexandr. *in dicta l. intra dies, num. 5. & 6. de re iudic.* Et fusè Valerius Vallaur. *inter deciſ. diuerſ. Rotæ Lucenſis, deciſio. 14. per totam.* Et ratio quæ me potiſſimum mouet ad hanc ſequendam ſententiam eſt: quia dum agitur de ſententia in iudicatum traoſ[illegible]â, is qui condemnatus eſt, non poteſt quidqu[illegible] contra illam opponere, & partes iudicis non ſunt niſi in exequendo; ergo quocunque modo ſe res habeat, ſententia quacunque via agatur, executionem mereri debet.

14 Quod tamen non procederet ſi inſtrumentum ſententiæ eſſet deperditum, vel ſententia non eſſet liquida: Coſta *de remed. ſubſid. prælud. 4. num. 8.* Amat. *deciſ. Ferrar. 11.*

15 Et ex præmiſſis ſequitur, quod ſi agatur ad executionem ſententiæ, etiam coram alio Iudice, qui illam non tulit, & ſic per actionem in factum, non eſt locus alicui appellationi ſuſpenſiuæ: vt tradit Anton. de Canar. *in tractat. de execut. quæſtion. 46. num. 84.* Scacc. *de appellat. cap. 2. quæſt. 17. limit. 10. numero 15.*

16 Porro notandum eſt, quod attinet ad mandata iſta iudicialia & confeſſiones ac condemnationes voluntarias, licet ſint de actis, non tamen fidem facere niſi teſtibus adhibitis. Verum eſt enim acta iudicialia ſine teſtibus probare, *cap. quoniam contra, de probation.* † Sed hoc intelligitur de actis 17
quæ propriè iudicialia ſunt, non autem de iſtis quæ potius accedunt ad naturam contractus, in his enim requiruntur teſtes, alias non probant: Cancer. *libro 2. variarum reſolutionum, cap. 2. de iuriſdiction. num. 240. & ſequentibus.* † Sed apud nos ex 18
regulamento Eminentiſſ. quondam Cardinalis de Aquauiua, tunc Legati, anno 1596. edito, mandatum iudiciale ſuſceptum per debitores, nullius momenti eſſe declaratur, niſi per partem, quæ illud ſumpſit, fuerit ſubſcriptum, & ſi neſciat ſcribere, per Iudicem gratis ſubſcribendum eſt, aliàs non valet. Et ex prædictis apparet ex iſtis mandatis iudicialibus nullam induci præuentionem, adeo vt ſi poſt mandatum iudiciale ab aliquo ſuſceptum, alij creditores exequantur in vim ſuorum inſtrumentorum, præualeat iſtorum præuentio. Et ſimiliter quod ſi Iudex aliquis ſubſcripſerit, aut decreuerit illud mandatum iudiciale, non acquirit talem præuentionem cauſæ, quæ impediat creditorem agere, & exequi coram alio Iudice competenti per eum eligendo.

Non ignoro, Socinum, *in dict. cap. propoſuiſti, columm. penult. in verſic. Et aduerte quia quæ dixi de præuentione*, exiſtimaſſe ex huiuſmodi obligationibus apud acta, & mandati ſusceptione oriri præuentionem, adeo vt ſi agatur de illius executione non poſſit alius Iudex adiri, quaſi cauſa fuerit apud eundem præuenta: quod etiam voluit Ricciul. *ad deciſ. Vincent. de Franch. 656.* Sed tamen contrarium verius eſt, vt ſuprà demonſtrauimus, & tradunt Imol. Iaſ. Bald. & Alexand. *in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1.* Zabarel. *in Clement. 1. de cenſibus.* Vincent. de Franch. *dicta deciſion. 656.* Carleual. *de iudic. libro 1. titul 1. diſput. 2. numero 913.* Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 128.* Vbi dicit, quod ſi clericus ſe obligauerit aliquid ſoluere, & poſtea factus fuerit laicus, poteſt iudex Eccleſiaſticus procedere ad executionem ſi præuenerit tempore clericatus. Quos citat & ſequitur Merlin. *libro 2. controuerſ. forenſ. cap. 66. n. 3. & ſequentibus.* Quia præuentio, aut inducitur per actualem executionem, aut per citationem, quorum neutrum hic interuenit, & (vt dictum eſt) iſtæ obligationes non ſunt propriè acta iudicij, & antequam ad executionem procedatur, neceſſario debet de iure præcedere citatio, & apud nos, præceptum de parendo. Ergo ante citationem vel præceptum, neque perſona neque cauſa præuenta eſt. Vt egregiè explicat Merlin. *dicto cap. 66.*

CAPVT XLV.

ARGVMENTVM.

Præuentioni inter plures Iudices locum eſſe, quãdo illis iuriſdictio cumulatiuè cõceſſa fuit, ſecus ſi cõceſſa fuerit priuatiuè: quod pluribus exemplis explicatur. Quid dicẽdum ſit, ſi iuriſdictio cum dictionibus taxatiuis data fuerit. Quando detur præuẽtio inter Epiſcopum & Capitulum, cui ex conſuetudine, vel priuilegio competit

iurisdictio. Vtrum data facultate visitandi Prælatis inferioribus, censeatur adempta Episcopo. Et qua ratione inter ipsos procedi possit ad visitationem cumulatiuam in casibus in quibus illi locus est.

SVMMARIVM.

1 *Quando iurisdictio competit alicui priuatiuè, non potest alius Iudex cognoscere, sed quando competit cumulatiuè tunc iurisdictio dicitur præuentiua, & qui causa cognitionem præuenit, de ea cognoscere, & iudicare debet alio excluso.*

2 *Iurisdictio potest pluribus in solidum competere.*

3 *Mediolani Prætor & Capitaneus habent ambo iurisdictionem cumulatiuam.*

4 *Per specialem alicuius deputationem ad generalitatem causarum certi generis, non derogatur iurisdictioni ordinariæ, sed locus est præuentioni.*

5 *Curiales suppositi iurisdictioni Referendariorum, adhuc tamen sunt sub iurisdictione præuentiua suorum Ordinariorum in Sabaudia.*

6 *Quamuis alicui concessa fuerit iurisdictio certi generis causarum, non ideo iurisdictio eius priuatiua est in præiudicium iudicum ordinariorum, licet cum dictionibus taxatiuis.*

7 *Iurisdictio concessa iudicibus annonæ non derogat iurisdictioni iudicum ordinariorum.*

8 *Sed tamen si in concessione iurisdictionis adsint dictiones taxatiuæ, verius est iurisdictionem esse priuatiuam.*

9 *Præsertim si adiecta fuerit inhibitio, ne alius Index de illis causis se immisceat.*

10 *Iurisdictio concessa Decano & Capitulo Ecclesiæ Valentinensis, est priuatiua etiam quoad Episcopum.*

11 *Quando statutum duos deputat alternatiuè qui de aliqua causa cognoscant, iurisdictio cumulatiuè, seu præuentiuè concessa censetur.*

12 *Iurisdictio concessa in fauorem personarum ad certum genus causarum, intelligitur concessa cumulatiuè si id fiat motu proprio concedentis.*

13 *Iurisdictio vero concessa, non motu proprio; sed ad partis petitionem, intelligitur priuatiuè concessa.*

14 *Si Priori data fuerit potestas visitandi, hoc intelligitur vt procedere possit cumulatiuè cum Episcopo.*

15 *Visitatio, est præcipuus iurisdictionis actus.*

16 *Vtrum quando inferior ius habet visitandi, possit etiam Episcopus visitare? Respondetur affirmatiuè.*

17 *Quando duobus competit cumulatiuè ius visitandi, si quis ab vno punitus fuerit, non potest iterum à secundo visitatore puniri, & quod hoc caput locus est præuentioni.*

18 *Materia iurisdictionis priuatiua & cumulatiua apud quos Doctores copiosè tractata reperiatur.*

1 GENERALIS hæc est regula, quod præuentioni inter plures Iudices locus est, quando illis concessa est cumulatiua iurisdictio, & è contra si concessa fuerit iurisdictio priuatiua alicui ipsorum, non est locus præuentioni; sed ille solus procedit in causa cui priuatiua data est; quam regulam tradit Roland. à Vall. *consil.* 48. *num.* 10. *volum.* 2. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 37. Sola *in constit. Sabaud. gloss. vltima De edictis Annon. n.* 6. Iul. Clar. *in praxi,* §. *fin. qu.* 38. Surd. *consil.* 56. *n.* 20. Couar. *in cap. Alma mater. parte* 1. §. 12. *n.* 3. *De sentent. excom. in* 6. Fontanell. alios
allegans, *decis.* 391. *num.* 2. & *decis.* 464. *num.* 20.
† Cuius ter ratio est, quia pluribus in solidum iuris- 2
dictio competere potest, ergo necesse est, vt locus
sit inter eos præuentioni: Bart. *in l. finali num.* 4. *ff.*
vti possid. Surd. *dicto consil.* 56. *num.* 11. Tusch *littera*
I, conclus. 557. † Vnde in ciuitate Mediolanensi Præ- 3
tor & Capitaneus concurrunt in cognitione causarum criminalium, & inter eos locus est præuentioni,
Boss. *in praxi in tit. de foro competent. num.* 79. † Simi- 4
liter in patriâ Montis Ferrati, cum Dux prohibuisset
exportationem annonæ, & pro obseruantia illius
prohibitionis, duos Consiliarios deputasset, eueniente autem casu cuiusdam contrauentionis,
Capitaneus iustitiæ cognitionem sibi assumere voluisset, & vtilitatem confiscationis in vim proclamatis iudici applicandæ, percepisset, Consiliarij
vero deputati, causæ cognitionem & per consequens emolumentum, ad se priuatiuè pertinere
contenderent; concludit Surd. *dicto consil.* 56. locum
fuisse præuentioni, & ideo Capitaneum rectè processisse, ex eo quod Capitaneus ille ex sui officij
facultatibus cognitionem habeant omnium causarum criminalium, in quibus fundatam habebat iurisdictionem, non obstante delegatione dictorum
consiliariorum. Quia per specialem delegationem
alicuius, non fit præiudicium ordinariæ iurisdictioni, *l.* 1. & *ibi* Bart. *ff. de offic. præfecti vrbis.* Roman.
consil. 343. Vnde concludit *ibi* Surdus inter duos
iudices hoc casu locum esse præuentioni.

Eadem ratione, quamuis Curialium causæ ex 5
decreto Superioris in patriâ Sabaudiæ spectent ad
cognitionem Referendariorum, tamen per hanc
iurisdictionem demandatam, non censetur aliquâ
ratione derogatum iurisdictioni ordinariæ ipsorum
Curialium, quin ibi conuenire & conueniri possint, & propterea locus sit præuentioni, ita vt
inter illos iudices ille præferatur qui cognitionem
præoccupauerit, Sola *in constitut. Sabaud. titul. de*
edict. annon. gloss. vltima, num. 5. † Quod ipse asserit 6
procedere, quamuis alicui commissum sit certum
genus causarum, vt ipse solus cognoscat, quia eo
non obstante iurisdictio censebatur cumulatiuè
concessa, & locus erit præuentioni, *l. viros,* & *ibi*
Bart. *C. de offic. diuers. iudic. lib.* 12. Angel. *in l.* 1. *C. vbi*
& apud quem, Dec. *consil.* 3. Menoch. *de arbitr. quæst.*
40. *num.* 8. Burat. *decis.* 912. *num.* 5. † Exemplum po- 7
test afferri, si aliqui deputati fuerint eo modo iudices annonæ, quia per talem deputationem non
erit derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij, qui
poterit præuentiuè procedere: Surd. *dicto consil.* 56.
num. 38.

Hoc tamen non procedit sine difficultate, quan- 8
do videlicet ali[illegible] iudici concessa fuit iurisdictio
cum clausulis ta[illegible]is, veluti si dictum sit, *quod*
ipse solus cognoscat, quia per similes clausulas & dictiones taxatiuas excluditur omnis aliorum iurisdictio & authoritas, adeo vt potius priuatiuè quoad alios concessa videatur iurisdictio, ideo non fit
præuentioni locus, vt benè comprobat Menoch.
lib. 2. *præsumpt.* 18. *num.* 13. & Trentacinq. *lib.* 1. *tit.*
de iurisdictione, resolut. 1. *num.* 2. *versic. Hæc secunda*
opinio.

Ideo duas istas opiniones ad concordiam dupli- 9
ci modo reducere voluit Barbos. *in leg.* 1. *ff. de indic. artic.* 4. *num.* 103. & *sequentibus.* Primo quidem,
vt stante dictione illa taxatiua *Solus,* superiores iudices speciales non sint exclusi, excludantur tamen
iudices pares seu æquales. Secundo quod aut simpliciter adiecta fuit dictio *Solus*, & tunc iurisdictio
est cumulatiua, aut verò adiecta fuit clausula, *Quod*
nullus

nullus alius iudex de illis causis se possit intromittere, &
tunc iurisdictio est priuatiua, nec locus est præuen-
tioni. Cuius distinctionis author fuit Menoch. *de
arbitr. quæst.* 40. *num.* 8. quem citat & sequitur *ibidem*
Barbos. *num.* 106. & ratio est, quia superioris inhi-
bitio, ne quis alius de his causis delegatis cognos-
cat, vim habet euocationis, & manus quorumcun-
que aliorum iudicum ligat, vt ostendimus superius
dum de euocatione tractauimus.

10 Hoc etiam ad huius capitis materiam conuenit,
quod in causa graui consuluit alias Bertrand. circa
iurisdictionem Decani & Capituli Ecclesiæ Valen-
tinensis in Delphinatu, cuius Episcopatus subest
Archiepiscopo Viennensi, de qua Capituli iurisdi-
ctione generaliter tractauimus in *nostris quæstionib.
beneficialib. parte* 1. *cap.* 61. nempe iurisdictionem
Decano & Capitulo illius Ecclesiæ competentem
esse priuatiuam, seu exclusiuam Episcopi & iurisdi-
ctionis illius, non autem cumulatiuam; adeo vt ne-
quidem ius præueniendi Episcopo competat (quod
ego intelligo nisi noua iura Episcopi producantur,
cum non intendam alicuius iuribus præiudicare:
sed refero dumtaxat ea quæ per celebrem illum Do-
ctorem dicta sunt) Dicens huius rei rationem ex eo
petendam esse, quod Decanus & Capitulum à tem-
pore immemoriali, tam per se, quam per Officiarios
ab illo deputatos pro tempore, iurisdictionem exer-
cuerant contra Decanum, & Decanus contra Cano-
nicos, Clericos, & Beneficiatos ac incorporatos dictæ
Ecclesiæ, absque eo quòd eo tempore Valentinenses
Episcopi, seu illorum Officiales de causis huiusmodi
personarum quomodolibet se intromiserint, præter-
quam in casum negligentiæ, aut per viam appella-
tionis: quod latius pertractat idem Bertrand. *consil.* 2.
per totum, volum. 5.

11 Aliud cumulatiuæ iurisdictionis exemplum af-
ferri potest, nempe quod si statuto caueatur quod
causa reductionis ad arbitrium boni viri tractetur
coram Iudice ordinario, nisi partes, seu altera ipsa-
rum, vellent instare ad nominationem confidentium
pro cognitione huiusmodi reductionis, iurisdictio
ad Ordinarium, & ad confidentes cumulatiuè perti-
net, ita vt si altera pars velit viam confidentium
eligere, non possit illo inuito ordinarius Iudex de
causa illa cognoscere: per text. *in l.* 1. *ff. de offic. Consul.*
Ruin. *consil.* 7. *num.* 7. *lib* 4. Aretin. *consil.* 102 *num.* 1.
qui illud confirmat ex doctrina Baldi, *in Authent. ha-*
12 *bita. C. ne fil. pro patre.* † Vbi dicit, quod si alicui con-
ceditur iurisdictio in certo genere causarum in fa-
uorem personæ, veluti visitatori in Monachos, si
talis iurisdictio concedatur motu proprio, & non
ad illarum personarum requisitionem, non videtur
derogatum iurisdictioni Iudicis ordinarij vniuersa-
lis. Quanquam illud quod de visitatoribus dicitur
magnam dubitationem recipiat ex notatis per Lu-
douis. *decis.* 4. *num.* 17. Vbi tamen benè probatur re-
gula proposita in suis terminis generalibus, nempe
quod quando iurisdictio conceditur motu proprio
concedentis, & non ad instantiam partis, censetur
13 data cumulatiuè. † Quando vero concessa est ad in-
stantiam partis, censetur data priuatiuè. Quod etiam
tenuit Rota, *decis.* 37. *num.* 1. *parte* 1. *Recent.* Trenta-
cinq. *lib.* 1. *var. resolut. tit. de iurisdict. resolut.* 1. *num.* 4.
Rationem reddens, quia quando datur ad instan-
tiam partis, censetur data ad fauorem eiusdem, vt
nullum alium habeat Iudicem, sed quando data fuit
motu proprio, potuit ex aliqua alia causa concedens
moueri ad talem concessionem faciendam.

14 Quod in terminis visitatoris de quibus mox age-
bamus latius prosequitur idem Ludouis. *decis.* 8.
per totam Vbi dicit quod per facultatem visitandi
concessam Priori, non censetur Episcopo adempta
facultas visitandi cumulatiuè; nisi in fundatione di-
ctum fuisset, quod visitatio fieret per certam perso-
nam, *& non aliam*, tunc enim excluderetur Ordina-
rius etiam à cumulatiua visitatione: Gars. *de benefic.
part.* 1. *cap.* 2. *num.* 99. Gratian. *discept. forens. c.* 154.
num. 40. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 2. *proœm. n.* 21.
Et videnda sunt quæ de visitatione Abbatissæ dixi-
mus *in nostris quæst. benefic. part.* 3. *cap.* 124. *num.* 4.
& sequentibus. † Ad visitandi autem facultatem 15
possunt applicari doctrinæ de iurisdictione loquen-
tes, cum visitatio sit actus iurisdictionis, *cap. cum
venerabilis,* 21. *De censibus, cap.* 1. §. *cum autem. Eod.
tit.* Immo visitatio est actus præcipuè ad iurisdi-
ctionem pertinens: Burat. *decis.* 504. *n.* 1. & *ibi* Ad-
dent. *n.* 12.

Dicta igitur regula generalis, verissima est, quod 16
si alicui Inferiori simpliciter concessa fuerit facul-
tas visitandi, veluti Decano, vel Prælatis inferiori-
bus, aut Capitulo, tale ius non competit priuatiuè;
sed cumulatiuè, cum Episcopo, & per consequens fit
locus præuentioni, ex notatis per Couar. *d. c. Alma
mater, p.* 1. §. 12. *n.* 3. *de sent. excomm.* † Quod verum 17
quidem est, sed sano modo intelligendum. Nam li-
cèt inferior visitator Episcopum præuenerit in visi-
tando, non propterea impeditur Episcopus ad visi-
tationem procedere, & sic iurisdictio non est quoad
ad hunc effectum, præuentiua; sed quilibet separa-
tim ad visitationem suam procedit, ita mandante
Concilio Tridentino, *sessione* 24. *cap.* 3. *versic. sed
non ideo.* † Verum si vnus ex visitatoribus præuene- 18
rit in punitione alicuius delicti, non poterit secun-
dus visitator, quamuis esset Episcopus delinquen-
tem iterum punire, nec è conuerso si quis à visita-
tore præueniente (quantumuis inferiore) absolu-
tus fuerit, non poterit iterum ab alio quamuis Epi-
scopo, & Superiore cogi ad suam Innocentiam de-
monstrandam, vt testatur Barbos. *in suis notis ad di-
ctum c.* 3. *n.* 17. *sess.* 24. Et *in tractat. de potest. Episc. p.* 3.
alleg. 73. *n.* 31.

Hæc paucis de præuentione circa cumulatiuam
& priuatiuam iurisdictionem dicta sufficiant. Plura
Felin. *in c. Pastoralis, de offic. ordin.* Card. Tusch. *litte-
ra I, concl.* 556. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. vbi plu-
res constituit casus, & distinctiones, in quibus tota
huiusce quæstionis materia resoluitur, quorum
præcipui per nos hoc in capite, aut aliis locis ex-
plicantur. Primùs est, si ad Principem concedentem
habeatur respectus, is enim semper suam aucto-
ritatem reseruasse censetur. Qui tamen limitat,
nisi iurisdictio concessa esset in feudum, tunc enim
priuatiuè, & abdicatiuè concessa diceretur. Secun-
dus casus est, quando duobus Iudicibus per statu-
tum, aut alia ratione iurisdictio conceditur. Tunc
enim cumulatiua est, & præuentiua. Tertius, quan-
do Iudici ordinario iam constituto deputatur Vi-
carius, vel Assessor, quo casu concessio etiam est cu-
mulatiua. Quartus, quando iurisdictio conceditur
alicui tanquam Superiori alterius, veluti dum ali-
cui datur iurisdictio in causis appellationum: Et hæc
est priuatiua. Quintus, quando illi qui iurisdictio-
nem exercet in pluribus locis, vel oppidis, datur alius
Iudex certi oppidi, & hæc iurisdictio est etiam pri-
uatiua. Sextus, quando per statutum alicui iurisdi-
ctio per verba discretiua cōceditur, & hæc est priua-
tiua. Septimus, quando cōceditur iurisdictio taxati-
uè circa certum genus causarum, veluti circa adul-
teria, cum verbis taxatiuis: & hæc est priuatiua, nisi
primo Iudici ex consuetudine iurisdictio cōpeteret.

Octa

Octauus, quando Iudex creatus est inferior, qui suppositus minori iudici ius dicit in duobus oppidis, & in vno ex duobus oppidis Iudicem specialem constituit, & hic iurisdictionem habet priuatiuam, quia iurisdictio quæ aufertur, non erat propria istius Iudicis, cum subiiceretur alteri Iudici maiori. Nonus casus est dum iurisdictio competens alicui magistratui conceditur alteri fauore personarum, veluti si specialis visitator datus sit, censetur datus priuatiuè ad Episcopum. Sed hic casus explicandus est iuxta per nos superius tradita, *numero* 14. *& sequentibus*. Decimus casus est quando conceditur iurisdictio odio certarum personarum, & hæc est cumulatiua. Vndecimus respicit iurisdictionem Superiorum regularium in Monachos, quæ priuatiua est. Duodecimus, quando conceditur iurisdictio ex priuilegio personæ, vel quando acquisita est per præscriptionem, & hæ sunt priuatiuæ. Decimus-tertius quando duobus conceditur, *seu alteri eorum*, & hæc est cumulatiua. Vltimus quando versamur in dubio, & tunc potius cumulatiuè, quam priuatiuè iurisdictio concessa dicitur. Quæ omnia fusius explicantur per Menoch. *dict. præsumpt.* 18. *lib.* 2. Nonnulla etiam ad materiam adfert Barbos. *in l.* 1. *artic.* 4. *ff. de iudic.* maximè *à num.* 77.

CAPVT XLVI.

ARGVMENTVM.

Iudex qui præuenit in cognitione alicuius causę, vtrum habeat iurisdictionem priuatiuam & exclusiuam aliorum iudicum, ratione iniuriæ alicui ex litigantibus illatæ tempore litis, aut in ipso actu iudiciali coram se facto si occasione litis, aut ex inimicitiâ particulari id procedat. Quid si offensus fuerit seruiens Curiæ, aut apparitor, dum executioni demandaret res sibi ab illo iudice commissas. Testis falsum deponens coram vno iudice cuius iurisdictionem non agnoscit, vtrum de foro illius iudicis propter falsam depositionem efficiatur. Si quis repertus intra mutuatos carceres alicuius iudicis, *ibidem* deliquerit, an subsit iurisdictioni mandantis, an vero eius cuius sunt carceres. Quid dicendum de iudice requisito delinquente, aut de seruiente Curiæ falsam relationem faciente, & dicente se citasse in terra Baronis authoritate Principis sum tamen non citauerit. De iniuria facta Doctori, & quomodo punienda sit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cognoscit, & Notarius etiam Ciuilis scribit, quando agitur de iniuria facta per partes adinuicem, vel per Aduocatos & alios coram ipso litigantes, in actu iudicij.*

2 *Quando iniuria fit iudici tanquam iudici, ipse cognoscit, si vero tanquam priuato, & non ratione dignitatis, tunc adeundus est superior.*

3 *Iniuria facta sedente Iudice pro Tribunali, dicitur facta dignitati, potius quam intuitu personæ.*

4 *Idem si fuerit illata iniuria in actu executionis, vel in alio actu iudiciario.*

5 *Si concurrant coniectura odij particularis, iniuria præsumitur facta intuitu personæ, non dignitatis.*

Iniuria facta Doctori propter priuatam inimicitiam, non dicitur atrox.

Et circa hoc explicatur decisio Rota Auen. 58. *in quibus casibus procedat.*

6 *Notarius causæ Ciuilis, scribit etiam in Criminali incidenter mota.*

7 *Quamuis rixa causam litis dederit, tamen potest Iudex adiri, si non intuitu iurisdictionis iniuria facta sit.*

8 *Iudex de cuius mandato fit executio, cognoscit de offensa facta nuncio in actu executionis, etiamsi illata fuisset in alieno territorio.*

9 *Sed hoc casu locus est præuentioni inter Iudicem loci delicti, & eum cuius mandata apparitor exequebatur.*

10 *Quando testis falsum deponit coram Iudice, qui illum examinat ex remissione alterius Magistratus, vterque Iudex nempe remittens, & examinans procedere potest, & locus est præuentioni.*

11 *Si quis, mutuatis carceribus, deliquerit intra carceres, debet puniri ab illo Iudice, qui eum carcerari mandauit, non autem ab eo intra cuius carceres delictum commissum est.* Contra numero 14.

12 *In casu appellationis non recurritur ad superiorem illius Iudicis, qui auxilium facti alteri præstitit, sed illius qui executionem fieri iussit.*

13 *Si Iudex requisitus deliquerit in executione, adeundus est illius superior, non autem superior Iudicis requirentis.*

14 *De delicto intra carceres mutuatos commisso, & mutuans & requirens, cognoscere possunt, & locus est præuentioni.*

15 *Si apparitor retulit se citasse in terra Baronis authoritate superioris, & tamen non citauit, & ita falsam relationem fecit, non cognoscent Officiales Baronis, sed superior apparitoris, & sic non erit locus præuentioni inter ipsos.*

PENDENTE causâ Ciuili inter duos, dum de negotio illo (extra tamen Iudicis præsentiam) inuicem colloquerentur, rixæ & vulnera supernecerunt. Iudex alius instante fisco, & scribente Notario Criminali, præuentionem prætendebat causæ illius: Iudex autem, & Notarius causæ Ciuilis, illius rixæ, & inde sequutorum cognitionem ad se priuatiuè spectare, nec præuentioni locum esse, vtpotè quod hæc causa dependeret à Ciuili coram ipso pendente. Quæsitum fuit, vtrum præuentioni locus esset.

In hac quæstione, resoluendum in primis est, quod quoties in actu iudiciario Iudex offenditur, aut aliqua ex partibus, coram ipso Iudice, seu etiam quando Aduocati, Notarij, vel testes inter sese, aut cum partibus iniuriam aut offensam aliquam inferunt, aut se percussionibus, aut conuiciis lacessunt, talis Iudex & illius causæ Notarius, quamuis officium Criminale non obtineat, (nisi ipsemet Notarius esset vnus ex delinquentibus) poterunt in causâ procedere, quæ ad Iudicem illum spectat propter suæ iurisdictionis iniuriam, seu offensam: vt declarat Sanfelic. *decis.* 63. *numero* 7. referens ita fuisse 1

deci

decisum anno 1616. Et cum ab illa decisione fuisset reclamatum, sententiam fuisse confirmatam.

2 Attamen, quod dictum est de iniuria illata Iudici, verum est, & procedit si iniuria ipsi fuerit illata tanquam Iudici, & sic prætextu, & occasione dignitatis, & officij. Si enim Iudici illata fuisset iniuria tanquam priuato, tunc adeundus esset Superior ita distinguunt communiter D D. *in l. 1. C. ne quis in sua causa iudicet.* Roland. à Valle *consil. 48. n. 19. volum. 2.*

3 Farinac. *de accusat. quæst. 17. n. 46.* † Dicitur autem iniuria facta Iudici intuitu officij, quando facta fuit, ipso pro tribunali sedente, vt dicit Bartol. *in l. si quis obrepserit, in fine, ff. ad l. Cornel. de falsis,* Farinac. *dicta*

4 *quæst. 17. num. 19.* † Idem dicendum est si iniuria facta fuerit in actu executionis, vel in aliquo alio actu iudiciario: Farinac. *dicta quæst. 17. num. 42.* Qui tamen dicit *num. 47.* Superiorem debere esse facilem in concedendo alium Iudicem, si de hoc requiratur, vel dando aliquem adiunctum, qui simul procedat cum Iudice offenso. Et per præmissa ego alias defendebam quendam, qui Doctori iniuriam fecerat, non vti Doctori, neque intuitu Doctoratus; sed ob priuatam inimicitiam quæ inter ipsos erat: & contendebam iniuriam illam non posse inter atroces numerari: vt probat Menoch. *de arbitr. cas. 263. num. 19.* Et eo casu non esse locum decisioni Rotæ Aucti onen. 58. quæ continet casum specialem, quia iniuria facta erat Doctori in platea publica Sancti Petri, in qua ius omnibus reddi solet, & occasione litis quæ erat inter Doctorem, & Notarium; ita vt iniuria respiceret ipsam Doctoris qualitatem: ideo fuit decisum, offendentem Doctorem non esse cauto relaxandum à carceribus, in quibus detinebatur. Sed quando alia non concurrunt, & iniuria fuit illata Doctori ex priuato odio, & inimicitia, tunc iniuria non dicitur atrox: vt explicat Menoch. *de*

5 *arbitr. d. cap. 263. num. 19.* † Verum si concurrant aliquæ coniecturæ odij particularis, tunc non præsumetur iniuriam Iudici fuisse illatam intuitu officij, & dignitatis, vt docet Paris de Put. *in tr. de Syndicatu, in verbo, iniuria officialis, §. an officialis, num. 4.*

6 Roland. à Valle, *consil. 1. n. 35. volum. 3.* † Et ex his sequitur, quod quando Iudici fit iniuria tanquam Iudici, & contemplatione officij, sicut ipsemet Iudex procedit, ita & notarius causæ principalis, quamuis non haberet officium, seu tabulatum criminalem, quia hoc fit incidenter, & in sequelam causæ ciuilis; quo casu Graffarius ciuilis in causa criminali incidenter deducta scribere potest: vt diximus, *parte 1. huius tractatus, c. 23. n. 10.*

7 Et propterea cum casus iste mihi fuisset propositus, vt illum deciderem, dixi Iudicem aut Notariũ causæ ciuilis, non esse fundatos ad excludendum Iudicem, & Notarium causæ criminalis occasione iniuriarum inter collitigantes illatarũ, quia rixæ, & iniuriæ non interuenerant coram Iudice, nec in contemptum Iudicis, vnde licet forsan lis harum iniuriarum causa fuisset, hæc tamen querela pro iniuriis erat noua causa, & independens à primâ, seu à causâ ciuili, quæ fuit tantum causa remota, & quidquid sit, iniuria non erat facta Iudici, nec tribunali: secundum supradictam distinctionem quam bene firmat Sanfelic. *dicta decision. 63. numer. 7.* & Rolandus *dicto consilio 48. num. 11. & 12. volumine 2.*

8 Aliud dicendum esset, si iniuria fuisset facta nuncio, seu apparitori aut seruienti Curiæ, exequenti mandata Iudicis alicuius Superioris, habentis facultatem, & auctoritatem exequendi in terrâ Baronis, seu feudatarij. Hoc enim casu, iudex ille de cuius mandato facta fuit executio iudicare potest de excessu illo, & iniuriâ contra exequentem commissâ, licet excessus in terrâ Baronis, aut alterius, factus fuerit: idque propter mutuam dependentiam causæ ciuilis, & executionis cum causâ criminali ratione iniuriæ: per text. *in leg. nullum, Cod. de testib.* Boër. *decis. 9. per totam.* per quem textum, *in dict. leg. nullum,* derogari cuicumque priuilegio dixit Mastrill. *decis. 147. num. 16.* Vincent. de Franch. *decis. 71.* † Sed tamen, idem de Franch. *decisione 147.* 9
n. 4. dicit fuisse decisum, præuentioni locum esse inter Iudicem loci, in quo delictum iniuriæ executori illatæ fuit commissum, & illum Iudicem de cuius mandato fiebat executio. Quia quamvis ex dispositione *dicta leg. nullum, Cod. de testib.* ille qui deliquit aduersus executionem seu seruientem curiæ in actu executionis, efficiatur de foro Iudicis mandantis fieri executionem, Ioannes Fab. *in §. Item aduersus, column. fin. Institution. de actionib.* Non tamen propterea tollitur alteri Iudici loci delicti, qui habet iurisdictionem fundatam de iure communi in delinquenté, ratione territorij, facultas cognoscendi de delicto; etiam (quod plus est) in præiudicium alterius Iudicis commisso: multo ergo fortius hoc procedet in offensa executori in actu executionis illatâ. Dicens hanc esse singularem decisionem Bald. *in leg. nullum, num. 6. Cod. de testib.* Si ergo vterque Iudex habet iurisdictionem, tam mandans, quam is in cuius territorio fit executio, sequitur inter eos locum esse præuentioni: vt concludit Vincent. de Franch. *dicta decis. 147. num. 5.* Et sic dicit, non obstare *dictam l. nullum,* quæ procedit cumulatiuè, non priuatiuè.

Quod magis distinctè Bald. *in loco mox citato,* 10
decidit hoc modo, siquidem ponit casum quod Iudex Perusinus, coram quo causa tractabatur, de necessitate Iuris, vel de consensu partium remisit examinationem vnius testis ad Iudicem Florentinum, qui testis receptus Florentiæ coram illo Iudice deposuit falsum. Quærebatur quis Iudex hunc falsum testem punire deberet, an Iudex Florentinus, an Perusinus, an vterque. Et videbatur quod Iudex Florẽtinus solus iudicare debebat, quia ibi delictum commissum erat, sicut iudicare deberet si ibi homo vulneratus fuisset, & quod Iudex Perusinus iudicare non possit, cum delinquentem sibi subditum non habeat, nec ratione personæ, nec ratione loci in quo delictum commissum fuit. In contrarium videbatur quod spectaret ad Iudicem Perusinum, coram quo de illius testis depositione iudicandum est, & attendi coram eo debet probationis virtus, & efficacia. Sed concludit *ibidem* Bald. quod vterque Iudex procedere potest. Nam quoad Perusinum, testis iste illius aures offendit, nec Iudex Florentinus procedit, nisi ex commissione Iudicis Perusini, & sic perinde est ac si Iudex delegatus testes reciperet ex cõmissione Iudicis ordinarij: quo casu certum est, quod punitio, & cognitio spectat ad Iudicem ordinarium, *§. si verò ignoti, Auth. de testib.* & non solum Iudex Perusinus qui commisit, seu remisit examen, & coram quo causa principalis ventilatur, sed etiam alius Iudex potest cognoscere veluti Potestas Perusinus, quamuis coram eo non ventiletur quæstio principalis, & hoc operatur fictio, videlicet quod delictum fingatur commissum in territorio Perusino. Et sic patet quod inter duos istos Magistratus locus est præuentioni: quod & idem Bald. asserit, *in l. negandas in 1. notabili, Cod. qui accusare non poss.* Dabitur quoque præuentio, inter duos Iudices,

nempe remittentem, & eum ad quem remissio pro examinandis testibus facta est, *vt ibidem num.7.* Bald. concludit *in d.l.nullum*, vbi quærit vtrum punitus à Iudice Perusino, possit iterum puniri à Iudice Florentino, & vtrum sententia vnius impediat processum alterius, quod tamen hic non est discutiendum, cum resolutum fuerit superius, dum de præuentione Iudicis loci delicti cum aliis iudicibus tractauimus.

11 Prædictis non est absimile, quod si de mandato alicuius Iudicis Curiæ superioris habentis authoritatem exequendi in terra Baronis, seu feudatarij, quidam fuisset per mutuatos carceres detentus in vinculis, & intra illos carceres Baronis, alteriúsve Iudicis carceres mutuantis, delictum aliquod commisisset, Iudex competens illius delicti erit magistratus ille de cuius mãdato iste erat carceratus: quia cum iudex ille cuius carceres mutuati sunt, solum auxilium facti præstiterit executioni, sequitur illius iurisdictionem, non fuisse prorogatam per delictum illud intra carceres commissum, vt probatur ex notatis per Bart. *in l.à diuo Pio 15.§.sententiam Romæ, ff.de re iudic.* vbi dicit quod vnus iudex auxilium alteri duobus modis præstare potest. Primo præstando illi auxilium iuris, veluti excommunicando vel interdicendo, aut iurisdictionem denegando. Secundo per auxilium facti, puta concedendo familiam, milites sbirruarios, & similia, & tunc si quis resistat familiæ, aut aliam iniuriam inferat, non dicitur facta offensa secundo Iudici auxilium facti præstanti, sed primo, qui auxilium petiit.

12 † Ideo in casum appellationis, non recurritur ad superiorem præstantis auxilium, sed ad superiorem primi Iudicis, seu requirentis. Atque ita pro remissione causæ ad tribunal illius Iudicis qui executionem fieri mandauerat, decisum fuisse testatur, Sanfelic. *decis.63.num.13.*

13 Ego tamen duo circa hoc notanda esse existimo. Primum supradicta procedere quidem, quando agitur de duobus iudicibus sub eodem Principe, vel Superiore existentibus, prout erat casus illius *decis.63.* sed si essent sub diuersis Principibus, illud non haberet locum, quia quilibet suam tueretur iurisdictionem, & ille qui præ manibus haberet delinquentem, ipsum puniret, nec ad alium remitteret, ideo doctrina illa Baldi de Iudice Perusino & Florentino vera quidem est, sed difficile esset illam ad praxim reducere, quia cum sint sub diuersis Principibus, vnus alteri falsum testem nollet remittere, sed qui præuenisset in capturâ procederet, & si vtrobique reus esset contumax, vtrobique contra eum ratione contumaciæ procederetur, vt diximus *hac eadem parte* 2. dum egimus de præuentione Iudicis loci delicti *cap.11.num.22.*

14 Supradictis non est dissimile, quod dicitur de Iudice requisito, qui si excedat limites suæ commissionis, aut aliter peccet circa executionem, non recurritur ad superiorem Iudicis requirentis, nec ad ipsum Iudicem requirentem, sed ad Superiorem Iudicis requisiti: Molinus *de brachio seculari cap. 16.num.3.*

Secundum est, quod quamuis delictum factum fuerit intra carceres mutuatos, & is de cuius mandato fuit carceratus, cognoscere possit de delicto intra carceres illos commisso, hoc tamen non obstat Iudici ordinario illius loci in quo delictum commissum est, quominus possit de delicto illo cumulatiuè cognoscere cum Iudice mandante fieri executionem, & per consequẽs locus erit præuẽtioni, idque maximè si agatur de carceribus Baronis, seu feudatarij, cum omnimoda iurisdictione inuestiti. Quia delinquens etiamsi non sit subditus, tamen censetur se submittere foro & iurisdictioni illius in cuius loco vel territorio delinquit, *l. Imperatores, ibi, Tu te huic pœnæ subdidisti, ff.de iure fisci.* Gl. *in l.1.§.ad bestias, in verb.onerari, ff.de postul.* Molin. *de brach.secul.lib.3.cap.40.num.6.* Cum igitur vterque Iudex habeat iurisdictionem, poterit vterque de tali delicto cognoscere. Erit itaque præuentioni locus ex notatis per Vincent. de Franch. *dicta decis.147.* Et faciunt à simili quæ superius dicta sunt de delicto intra Ecclesiam commisso, quod esse mixti fori & in eo locum esse præuentioni demonstrauimus.

Sed quæritur quid si apparitor fecerit relationem se citasse in territorio Baronis authoritate supremæ Curiæ, & tamen non citauit. Vtrum officiales Baronis de hoc delicto cognoscere possint. 15 Quæstio ista non potest in Comitatu Venaissino locum habere, cum ex statuto illius Comitatus, Officiales in officio delinquentes per solam supremam Curiam puniantur, & priuatiuè iudicentur, vt diximus *parte 1.cap.11.num.16.versic. Quinto.*

Semota autem statuti dispositione, verius est solum Iudicem committentem, de hoc delicto & falsitate cognoscere & iudicare posse, absque eo quod Iudex vassalli se possit de hoc intromittere. Et ratio est, quia cum in effectu citatio facta non fuerit, illa non est ens, & per consequens non circumscribitur loco seu territorio, sola autem relatio est ens. Igitur attendi debet locus in quo talis relatio facta fuit. Ergo Iudex coram quo nuncius vel apparitor, falsam illam relationem fecit, solus & priuatiuè, non autem præuentiuè cognoscit: Bald. *d.l.nullam, 11.C.de testibus.*

CAPVT XLVII.

ARGVMENTVM.

Vtrum præuentioni locus sit inter Iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, si Clericus coram Iudice laico, vel è contra laicus coram Iudice Ecclesiastico falsum testimonium dixerit. Et vtrum pendente accusatione falsi coram vno ex istis iudicibus, alius ad expeditionem causæ Ciuilis possit procedere, & Ecclesiasticus laico Iudici ne ad vlteriora in illa causa procedat inhibere. Et post punitum laicum à Iudice Ecclesiastico, Iudex laicus iterum punire queat. Et an sententia hoc casu per Ecclesiasticum lata producat exceptionem rei iudicatæ in foro laicali. Quid si subditus Vassalli omnimodam iurisdictionem habentis falsum deposuerit in suprema Curia, vtrum huius delicti cognitio spectet ad Baronem seu Vassallum priuatiuè, vel præuentiuè. Et mulcta seu confiscatio vtrum ad Vassallum vel ad supremam Curiam pertinere debeat. Iudex delegatus vtrum cognoscere possit de falsitate coram ipso commissa.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Clericus falsum deponens coram Iudice laico, non potest ab eo puniri, sed causa priuatiuè & non præuentiuè spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Causa falsitatis Clerici coram Iudice Ecclesiastico pendente, Iudex laicus interim non prohibetur de illâ falsitate cognoscere non ad effectum puniendi, sed ad expeditionem suæ causæ Ciuilis.*

3 L. nullum 12. C. de testibus, *procedit suppositis terminis habilibus, & data capacitate iudicis, coram quo falsitas commissa fuit.*

4 *Ecclesiasticus non potest inhibere Iudici laico expeditionem causæ Ciuilis, sub prætextu quod coram eo pendeat iudicium super falsa depositione Clerici, coram laico Iudice facta.*

5 *Si laicus coram Iudice Ecclesiastico falsum deponat, crimen est mixti fori, & locus est præuentioni.*

6 *Iudex sæcularis potest procedere ad punitionem laïci, qui coram Ecclesiastico falsum deposuit, non obstante punitione extraordinaria, & sententia Iudicis Ecclesiastici.*

7 *Testis falsus laicus, deponens coram Iudice Ecclesiastico, puniri potest per Iudicem sæcularem, quamuis laicus fuerit definitiuè absolutus in tribunali Ecclesiastico.*

8 *Vassallus habens omnimodam iurisdictionem, cognoscit de falsa depositione sui subditi factâ in supremâ Curiâ.*

9 *Mulctæ & confiscationes, sunt fructus iurisdictionis, & spectant ad vassallum, excepto crimine læsæ Majestatis.*

10 *Mulcta quamuis ex edicto Principis proueniant, spectant ad vassallum eiusdem Principis, de feudo cum iurisdictione inuestitum. Sed ex sententiâ aliquorum locus est præuentioni.*

Et qua sic hac in re Rota Romana senteneia.

11 *Iudex Delegatus, quibus concurrentibus possit cognoscere de falsâ depositione coram ipso facta.*

12 *Indistinctè Delegatus, de falsitate coram illo facta cognscit, si ex ipsâ impediretur eius iurisdictio.*

SACERDOS quidam, seu Clericus, ex licentia sui Episcopi, coram Iudice laïco testimonium perhibuit, quod fslsum esse prætenditur, eaqne de causa Criminali iudicio impetitur: quæritur vtrum coram Iudice Ecclesiastico, an vero coram laïco coram quo falsitatem commisit, debeat causa illa tractari, & vtrum hoc casu locus sit inter duos istos Iudices præuentioni. Similiter si laïcus coram Indice Ecclesiastico falsum deposuerit, vtrum præuentioni inter duos istos Iudices locus sit.

1 Prima conclusio. Si Clericus coram Iudice laïco falsum deponat, non potest super huiusmodi falsitate procedi coram Iudice laico, sed causa ad Iudicem Ecclesiasticum omnino remitti, & coram eo tractari & terminari debet. Hæc conclusio communi Doctorum calculo, recepta est, vt testantur Peguer. *decis.79.n.5.* Roland. *consil.12.num.48.vol.1.* Couar. *practic.quæst.cap.18.n.8.vers.Octauo.* Boss. *in praxi crimin.tit.de fals.n.210.* Clar. § *fin.q.58.n.14.* Farinac. *de accusatione, quæst.8.num.26.* Afflict. *decis.230.& ibi* Vrsill.

2 Non tamen impeditur Iudex laïcus, procedere ad vlteriora in causâ principali, non obstante lite super falsitate illâ coram Ecclesiastico Iudice pendente, non quidem ad effectum puniendi Clericum deponentem; sed tantum ad expediendam negotij principalis coram ipso moti decisionem, Iul. Clar. *in dicta quæst.58.num.14.vers.Bene potest Iudex laicus.* Couar. *dicto cap.18.in fine, versic.Illud vero existimo.* Carol.de Grass. *de effectibus clericatus, effectu 1. num. 1147.& 1151.* Peguer. *dicta dec.79.num.5.* Farinac. *de testibus, q.67.n.57.*

3 Neque obstat *dicta l.nullum, 12.C.de testib.* Quia intelligenda est, suppositis terminis habilibus, nempè quando agitur de Iudice, qui capax est exercendi iurisdictionem contra personam falsum deponentem, qualis non est Iudex laïcus contra personam Clerici falsarij. Ita dictam leg. exponunt DD. mox allegati. 4 † Quod adeo verũ est, vt si Iudex Ecclesiast. inhibeat Iudici laïco, de expediendo causam principalem sub prætextu falsitatis prædictæ, malè faciat, & hoc casu illius inhibitio sustineri de iure non possit: Lancellot. *de atent. post inhibit. c.20. in præfatione, quæst.3. num.88. & 89.* quia licet causa falsi testis, criminaliter mota, sit præiudicialis Ciuili, non tamen hoc casu suspensionem eiusdem causæ Ciuilis operatur, propter diuersitatem vtriusque iurisdictionis cuilibet ex istis iudicibus competentis æquè principaliter: Couarr. *dicto cap. 18. num.8.*

5 Secunda conclusio. Quando testis laïcus coram Iudice Ecclesiastico falsam depositionem fecit, puniri potest, & condemnari tam à Iudice Ecclesiastico, quam laïco, seu sæculari; & inter ipsos locus est præuentioni: siquidem Ecclesiasticus de hoc crimine cognoscens, suam fundat iurisdictionem in eo, quod laïcus coram ipso deponendo, iurisdictionem ipsius tacitè prorogauit. Sæcularis autem, in eo quod delinquens est ex se suppositus iurisdictioni suæ: ita declarat Afflictus *dec.219. num.3. & ibidem* Vrsil. *in Addit. num.1.* Peguer. *decis.79. n.6.versic. Sed scias quod in hoc casu*, Farinac. *de accusat. qu.8. n.27.& de testibus, quæst.67.n.31.*

6 Imò quamvis hoc casu Iudex Ecclesiasticus præuenerit, & pœnam extraordinariam, & delicti punitioni minus sufficientem imposuerit, poterit non obstante præuentione, & sententia Indicis Ecclesiastici, procedi per Iudicem laicum ad pœnam competentem huius delicti contra istum suæ iurisdictioni suppositum, falsitatem committentem coram Iudice Ecclesiastico: Peguer. *d.decision.79.num.6.* Farinac. *de testibus quæst.67.num.32.*

7 Et quod plus est, sententia per Iudicem Ecclesiasticum lata, non patit exceptionem rei iudicatæ erga Iudicem sæcularem, nec impedit quominus ipse delinquentem ad pœnas condignas condemnare possit, non obstante quod Iudex Ecclesiasticus sententiam absolutoriam in fauorem huius deponentis protulisset, si sibi de delicto constiterit per probationes fortiores coram se factas, Afflict. *d.dec.219. ad finem,* Farin. *de testib.d.q.67.n.32.*

8 Tertia conclusio. Si agatur de Vassallo inuestito cum omnimodâ iurisdictione, cognitio huius delicti, & emolumentum pœnarum ad eum spectat; quãvis delictum falsæ depositionis per eius subditum coram supremo Iudice, vel alia falsitas facta fuerit per laicum, veluti per productionem scripturæ falsæ, aut alio modo. Hanc conclusionem variis modis comprobat Thesaur. *decis.266. per totam,* cuius dicta hic repetere superfluum esset.

9 Quoad emolumenta, mulctas, & confiscationes; non videtur dubitandum; quia isti sunt fructus iurisdictionum, & ideo spectant ad Dominos iurisdictionales, exceptis criminibus læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ: Rosental. *de feudis cap.12.concl.5.*

in gloss. littera ד, Farinac. *quaestion.* 25. *numero* 103. *& sequentibus*, Bayardus ad Clarum *quaest.* 78. *num.* 134. Guid. Pap. *quaest.* 76. *num.* 134. & *ibi* Addentes.

10 Quod extenditur ad pœnas ex edicto Principis descendentes: vt per Thesaur. *dicta decisio.* 266. *numero* 6. qui subdit, Principem non debere facere gratiam alicui subdito Domini iurisdictionalis in præiudicium ipsius, & pœnarum eidem domino debitarum, vt per eundem, *n.* 10. Amed. à Pont. *in quaest. Laudimial.* a 4. *colum.* 3. Quanquam nonnulli DD. existimauerint locum esse hoc casu præuentioni, vt *ibidem* refert Thesaur. *n.* 13. *iuncto num. vltim. versic. Senatus post multas*, vbi dicit in casu suo causam coram Senatu tractatam fuisse ex eo quod Senatus præuenerat, mulctam tamen pro medietate Baroni, seu Vassallo, & pro alia medietate fisco Principis fuisse adiudicatam. Sed Rota Romana indistinctè tenet, in casu confiscationis prouenientis ex contrauentione aduersus edicta Principis, bona sita in territorio Baronis applicanda esse fisco Principis, cuius edicto contrauentum fuit, non autem fisco Baronis; vt copiosè probatur *in Romana Confiscationis.* 14. *Iuny* 1624. quæ est *decisio* 125. apud Merlin. & *in recentior. decision.* 449. *parte quinta, tom.* 2.

11 Quarta conclusio. Si agatur de Iudice delegato, non datur illi facultas cognoscendi de falsitate coram ipso commissâ non solum priuatiuè, sed nequidem præuentiuè, seu cumulatiuè, nisi duobus concurrentibus, Primo quod sit delegatus Principis, & non alterius inferioris. Secundo quod idem delegatus sit delegatus cum potestate de causâ criminali cognoscendi, secus si esset dumtaxat delegatus in causa ciuili, tunc enim nullam haberet facultatem cognoscendi de falsitate commissâ coram ipso, propter defectum iurisdictionis. Ista conclusio quoad omnes eius partes benè comprobatur per Farinac. *de testibus dicta, quaestion.* 67. *numero* 46. &

12 *multis sequentibus vsque ad* 54. † Indistinctè tamen Iudex delegatus procedere posset in causâ falsitatis coram ipso commissæ, si per talem falsitatem eius iurisdictio impediretur, secus si eius iurisdictio non impediretur, hoc enim casu cognitio & punitio falsitatis coram delegato commissæ spectaret ad Iudicem ordinarium, Abb. *in cap. praeterea, de offic. & potest. iudic. deleg. numero* 4. Et *ibidem* Bald. & Decius. Quod etiam voluit Bartol. *in dicta leg. nullum, in* §. *notabilis, Cod. de testibus.* Angel. *in leg. si lis, Cod. de fals.* Impediretur autem eius iurisdictio si ageretur de casu, in quo committeus falsum amitteit causam, aut si eius iurisdictio propter istam falsitatem sperneretur, aut si talis sit falsitas vt Iudex delegatus, sine illius decisione non posset procedere ad suæ delegationis executionem, talisque sit vtriusque causæ conglutinatio, vt cognitio causæ principalis à cognitione huius falsitatis separari non possit, *leg. cum actum*, & *ibi* Bartol. & Castrens. *Digest. de negot. gest. capit. translato*, vbi Baldus & Dec. *de constitut.* atque ita determinat per multas rationes & authoritates Camill. Borell, *consil.* 78. *numero* 11. & *per totum.*

CAPVT XLVIII.

ARGVMENTVM.

Episcopus à sua Diœcesi per vim expulsus, sicut potest in aliena Diœcesi iudicare, petita, quamvis non obtenta licentia, vtrum possit etiam causas præuenire in præiudicium illius Episcopi in cuius Diœcesi commoratur. Quid si Episcopus non expulsus iurisdictionem exerceat in aliena Diœcesi contentiosam, vtrum præuenire possit causas in præiudicium illius qui talem licentiam concessit. Et vtrum possit hanc iurisdictionem contentiosam extra Diœcesim exercere etiam consentiente Episcopo illius Diœcesis, si subditi comparere nolint. Quid si expulsus possit per Vicarium in sua Diœcesi exercere. Et quid si Episcopus non fuerit expulsus, sed veniens ad suam Diœcesim non fuerit admissus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus à Diœcesi suâ expulsus, & ad alienam confugere coactus, potest in alienâ, in subditos iurisdictionem contentiosam exercere, petitâ prius, licet non obtenta licentia.*

2 *Episcopum, cui licitum est in alienâ Diœcesi iurisdictionem contentiosam exercere, non posse vti præuentione in præiudicium alterius Episcopi, quidam existimant. Contrarium num.* 3.

4 *Episcopus potest ad libitum intra Diœcesim alterius Episcopi exercere actus voluntaria iurisdictionis, veluti conferre beneficia, & similia.*

5 *Consentiente Episcopo alterius Diœcesis, potest exerceri Episcopalis iurisdictio contentiosa, intra ipsius Diœcesim.*

6 *Subditi tamen Episcopi non possunt inuiti trahi extra Diœcesim sui Episcopi, etiamsi id fieret de licentia Episcopi illius loci, nisi in casum expulsionis Episcopi.*

7 *Consensus per Episcopum praestitus in fauorem exercitij iurisdictionis alterius, in sua Diœcesi, non extenditur ad casum quo iste Episcopus externus vellet vti præuentione contra ipsum.*

8 *Priuilegium Episcopi expulsi, vt in alterius Diœcesi iurisdictionem exercere possit, non habet locum, quoties ipse iurisdictionem intra propriam Diœcesim exercere potest.*

9 *Si Episcopus fuerit receptus in possessione sui Episcopatus, sed postea veniens non fuerit admissus, habet idem priuilegium exercendi iurisdictionem in aliena Diœcesi, sicut Episcopus expulsus.*

EPISCOPVS per vim à suâ Diœcesi expulsus & coactus ad alterius Episcopi iurisdictionem confugere, potest ex dispositione *Clement. vnica, de foro competent.* Iurisdictionem exercere in alienâ Diœcesi, petitâ, quamvis non obtentâ Episcopi illius loci ad quem confugit licentiâ. † Quæritur itaque, hoe 1 2

hoc casu, vtrum sicut potest exercere iurisdictionem & iudicandi habet potestatem, ita & habeat facultatem præueniendi causas aduersus Episcopum à quo licentiam vel petiit, vel obtinuit. Veluti si concurrat ipse Episcopus requirens tanquam Ordinarius ratione loci originis, cum requisito & licentiam concedente, qui sit Ordinarius delinquentis ratione domicilij, vel delicti, in casibus in quibus inter eos locum esse præuentioni supra ostendimus suo loco, vel si agatur de delictis mixti fori, aut aliis in casibus in quibus præuentioni locus est inter plures Iudices.

In hac quæstione Doctores sunt varij. Nam aliqui exstimant Episcopum in casu illo speciali, posse quidem iurisdictionem in subditos exercere, sed tamen vti non posse præuentione in præiudicium alterius Episcopi de licentiâ concedenda rogati, veluti si subditus Episcopi expulsi ratione originis vel domicilij, commisisset delictum in loco subdito Episcopo rogato de licentia ad quem confugit expulsus. Hoc autem casu euidens esset præiudicium Episcopi rogati de licentiâ, quia si expulsus fuisset intra suam Diœcesim, non tam cito sciuisset delictum fuisse commissum, & sic alium Episcopum præ-
3 uenire non potuisset. † His non obstantibus alij DD. communiter tenent contrarium, scilicet posse hunc Episcopum alienigenam præuenire. Quia quod citius hic Episcopus sciuerit, aut nesciuerit, delictum fuisse commissum, non debet attendi, cum hoc sit quiddam aduentitium & accidentale. Ideo sicut Episcopus cognoscere potest & iurisdictionem in alienâ Diœcesi exercere, saltem petitâ licentiâ, licet non obtentâ, ita & potest præuenire causas quæ præuentioni, ex earum natura supponuntur. Ita docet Ioan. de Imol. *in dicta Clement. vnic. de for. compet. n. 16.* & videtur hanc sententiam sequi Ancharanus post Ioannem de Lignano *in dicta Clement. vnic. num. secundo*, & alij quos citat & sequitur Socin. *in cap. proposuisti, in secundo membr. quæst. 7. in princip.*

4 Supradicta omnia intelligenda sunt de actibus contentiosæ iurisdictionis, nam quoad actus iurisdictionis voluntariæ, certum est, Episcopum etiam non expulsum posse illos in aliena Diœcesi exercere: Gratian. *discept. forens. cap. 127. num. 7.* Ideo Episcopus quamuis intra alterius Diœcesim existens, beneficia conferre potest, cum ille sit actus voluntariæ iurisdictionis, vt dixi *in meis quæstionibus beneficiali-*
5 *bus, parte 2. cap. 3. §. 7. num. 7.* † Immo & in alienâ iurisdictione seu Diœcesi, consentiente Episcopo illius potest alius Episcopus etiam contentiosam exercere iurisdictionem: Abb. *in cap. nouit. column. 1. in fine, num. 4. vers. Quid autem si: extra. De offic. legati.*
6 † Ita tamen vt ex eo non fiat præiudicium subditis ipsius Episcopi licentiam petentis, qui non poterunt inuiti iudicari in alienâ Diœcesi. Et per consequens si ad talem Diœcesim (extra tamen casum expulsionis, de quo *in dicta Clement. vnic. de foro compet.*) fuerint citati, non erit illis renuentibus causa præuenta ab eorum Episcopo, quia talis citatio non arctat illos ad comparendum si comparere recusent. Et hoc procedit quamvis in citatione exprimeretur quod Episcopus illius loci concessit illi licentiam procedendi ad actus contentiosæ iurisdictionis intra eius Diœcesim, vt post Socin. *in tract. de citatione, art. 18. quæstion. 2. per totam*, ostendit Gratian. *cap. 127. num. 10.*

7 Sed nec ipsi Episcopo consentienti fiet præiudicium quominus hunc Episcopum rogantem præuenire possit. Quia concedendo illi facultatem cognoscendi de causis in sua propriâ Diœcesi, non censetur consensum contra seipsum, & in sui præiudicium præstitisse, præsertim cum in dubio omnis concessio iurisdictionis censeatur facta cumulatiuè, & non priuatiuè: Burat. *dec. 911. num. 4. & 5.*

Quæ autem de Episcopo expulso dicta sunt, intelligenda sunt, vt locum habeant, quando ipse 8
Episcopus intra suam Diœcesim iurisdictionem nec per se, nec per alios exercere potest, si enim intra propriam Diœcesim saltem per alium iurisdictionem exercere, & iustitiam facere posset, non esset illi licitum inuito alienæ Diœceseos Episcopo in ea iudicare & causas cognoscere: Text. est *in dicta Clement. vnica.* in illis verbis, *Per se vel per alium iurisdictionem inibi exercere.* Et *ibidem* Gloss. *in verbo, per alium.*

Idem dicendum est, si cum Episcopus esset in pos- 9
sessione suæ iurisdictionis Episcopalis, postea veniens, non fuit ad Episcopatum admissus, tunc enim in alienâ Diœcesi iurisdictionem contentiosam exercere posset, eodem modo, quo de Episcopo expulso mox dictum est: Vgolin. *de Episc. cap. 4. §. 14. num. 4. versic. Secundo.* Post Cardin. Zabarel. *in d. Clement. vnica de foro compet.*

CAPVT XLIX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione factâ per Iudicem incompetentem, veluti laïcum in causa Clerici rei, aut per Iudicem prorogatum habentem iurisdictionem prorogabilem, & quando prorogatio fieri possit. Præuentionem per Iudicem prorogatum non fieri per citationem solam; sed præterea requiri, vt is qui citatus est, fuerit etiam exclusus à propositione exceptionum declinatoriarum. Et ex quibus reus tacitè ab istis exceptionibus censeatur exclusus, quamuis nullis sibi assignatis dilationibus, ad effectum causæ præuentionis. De submissione facta alienis Curiis in præiudicium iurisdictionis ordinariæ.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio nunquam oritur, quando negotium non est de iurisdictione cognitionali Iudicis, qui præuenire prætendit.*

2 *Intellige vt hoc procedat, quando notorium est, Iudicem qui vult præuenire, nullam in illâ causâ habere iurisdictionem, veluti si Iudex laïcus vellet præuenire quando reus est Clericus.*

3 *Prorogari non potest iurisdictio illius, qui nullam habet funditus, etiamsi partes in illam consentiant.*

4 *Non dicitur funditus carere iurisdictione, qui illam habet super certis personis, vel in certis casibus.*

5 *Iurisdictio separati territorij, prorogabilis est.*

6 *Limita, vt hoc non procedat, quando agitur de feudo: quia in præiudicium Domini, non fit prorogatio.*

Et reprobantur DD. contrarium tenentes.

Subditi possunt se submittere omnibus curijs etiam extraneis in præiudicium Curiæ Domini iurisdictionalis.

ctionalis. Et quid circa huiusmodi submissiones omnibus Curys seruetur in Gallia.

Sed cessante submissione, Domini iurisdictionales possunt petere remissionem causarum ordinariarum ad suas Curias.

7 *In actibus contentiosa iurisdictionis, præuentio fit per solam citationem effectum sortitam, sed in voluntaria iurisdictione sufficit interpellatio extraiudicialis.*

8 *In Iudice prorogato, vt inducatur præuentio, necesse est firmatam esse illius iurisdictionem, per exclusionem rei à propositione exceptionum declinatoriarum.*

9 *Per simplicem comparitionem ad deliberandum non fit prorogatio iurisdictionis.*

10 *Prorogatio iurisdictionis fieri etiam potest tacitè, veluti opponendo exceptiones merita causa concernentes.*

VIVS capitis resolutiones versantur circa iurisdictionem prorogatam, dum quæritur vtrum eodem modo Iudex, qui erat alioquin incompetens, tamen ea partium prorogatione competens effectus est, possit vti præuentione aduersus ordinarium Iudicem vigore suæ iurisdictionis ea prorogatione quæsitæ.

1 Prima igitur in hac quæstione conclusio est, prorogationem, & per consequens præuentionem, nunquam suffragari Iudici, nisi agatur de rebus quæ sunt in cognitionali eius iurisdictione, *l. 1. & 2. C. si à non compet. iud. fuerit appell.* vbi ratio hæc assignatur, quia quæcunque à Iudice prorsus incompetente fiunt, nulla sunt, & inualida, & ideo sine appellatione subiacent rescissioni. Si igitur nulla sint, nullum inducunt effectum præuentionis *cap. ea qua 16. de reg. iur. in 6.* Ea quæ fiunt à Iudice, si ad eius non spectant officium, viribus non subsistunt. Nec valet citatio facta à Iudice incompetenti, nullumque producit effectum, quamuis executioni fuerit demandata: Burat. *decis. 164. numero 9.*

2 Intellige, vt hoc procedat, quando notoriè constat, Iudicem citantem, aut in causa procedere volentem, nullam funditus habere iurisdictionem, veluti si Iudex laicus vellet præuenire causam, quæ mouetur contra Clericum reum & possessorem, tunc enim cum notoria sit illius Iudicis incompetentia, tota illius processura nulla est, & effectum præuentionis non habet. Et habetur *in Clement. fin. vt lite pend.* vbi inter cætera, ad hoc vt litis pendentia inducatur; necesse est vt citatio emanauerit à Iudice competenti, Clericus enim sine proprij Episcopi licentia, non solum Iudicis laici, sed nec alterius cuiuscumque iurisdictionem prorogare potest. Ideo quamuis citatio facta fuisset per alium Iudicem contra Clericum, non oriretur ex ea præuentio in præiudicium curiæ Episcopalis, Gloss. *in l. 1. ff. de iud.* textus est *in c. significasti 18. de foro compet.* vbi multum laborant DD. & maximè Barbos. *num. 1. & 8.* in assignanda ratione differentiæ inter Clericum, & laicum, vt hic sine proprij Iudicis consensu alienam possit prorogare iurisdictionem, Clericus autem alterius Iudicis quantumuis Ecclesiastici iurisdictioni, sine Episcopi sui consensu se supponere non possit. Tandemque veram rationem ex speciali Sacrorum Canonum constitutione petendam esse censet: quod & verum est. Quomodo autem Clericus alterius Iudicis Ecclesiastici iurisdictionem possit tacitè prorogare delinquendo, vel contrahendo, caplicat de Grass. *de effectibus Clericatus, effectu 1. numero sexagesimo sexto.*

Secunda conclusio. Iurisdictio illius Iudicis qui nullam funditus habet, prorogabilis non est, etiamsi expressus accedat partium consensus. Com enim iurisdictio publici iuris sit, non potest ea partium consensu dependere, vt illi iurisdictionem tribuant, qui nullam habet omnino *l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iudic.* Castrens. *in l. 1. Cod. vbi de crim. agi oporteat.* Barbos. *ad leg. 1. numero 20. ff. de iudic.* † Qui enim iurisdictionem generaliter habet, licet eam non habeat respectu certarum personarum, vel in certis casibus, ille funditus iurisdictionem habere dicitur. Sed qui nullam omnino iurisdictionem habet, caret fundamento prorogationis, quia quod non est, prorogari non potest. Et iurisdictio prorogata, eadem est cum primâ, illamque non alterat, sed extendit: Salgad. *de Regia protect. parte 3. capite secundo, numero 28.* per text. *in l. meminisse ff. de offic. Proconf. & Legati.* † Vnde mirum non est, si iurisdictio etiam diuersi & separati territorij prorogari possit, Vant. *de nullit. ex defectu iurisd. ordin. numero 100.* Marant. *in spec. parte 4. distinct. 1. num. tertio, in principio.* † Idque etiam in præiudicium Domini iurisdictionalis, dummodo non agatur de feudo, quia si de eo ageretur, non posset prorogatio fieri in præiudicium ipsius Domini: Marant. *a loco cit. num. 15.* Socin. Senior. *consil. 87. numero 2. volum. 3.* Gaill. *lib. 1. obseruat. 40. num. 1. & 9.* Alex. *in l. 1. §. & post operis, num. 20. ff. de noui oper. nunciat. & ibidem* Ias. *num. 13.* Capyc. *decis. 9. num. 8.* sub distinctionibus & limitationibus relatis per Marant. Socin. Gaill. & alios mox allegatos. Et ita conciliantur diuersæ Doctorum sententiæ, & soluitur nodus ille, quem se non posse extricare dixit Galerat. *de renunciat. p. 2. cap. 141. n. 4. & 5.* prout resoluit Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. in 3. art. n. 152. & 156.* & post eum Capiblanc. *de iure Baron. pragmatic. 8. parte 3. num. 112.* Quod procedit (vt dictum est) quando mouetur controuersia super feudo, vel illius iuribus: nam si super alia causa non respiciente feudum lis moueretur, admittenda esset prorogatio: vt notat *ibidem* Barbos. *num. 157.* 3 4 5 6

Sed tamen hic subsistendum esse rectè monet Carleual. *in tract. de Iudic. tom. 1. disput. 2. quæst. 8. num. 1095.* quia si Vassalli subiecti feudatariis secundum nudum vsum iurisdictionis, qui nihil habent à Baronibus quibus subduntur, sed dumtaxat subiacent nudæ illorum iurisdictioni, possent prorogare iurisdictionem aliorum Iudicum sine consensu Dominorum; sequeretur, Barones, seu Domini iurisdictionales non posse petere remissionem causarum ad suas Curias; cùm tamen quotidie videamus ipsos Barones instare ad remissionem causarum ad sua tribunalia ordinaria, in qua petitione Dominos iurisdictionales fundatos esse testantur infiniti DD. quos citat ad longum Carleual. *loco cit. num. 1096.*

Hic tamen nonobstantibus, ego persisto in mea sententia, cùm passim videamus causas, ratione illorum, qui se submiserunt & obligauerunt omnibus Curiis, tractari coram quibuscunque Iudicibus; veluti in præsenti ciuitate coram Vicegerente, qui est locumtenens Auditoris Cameræ, vel coram Auditore Legationis, ratione cuius submissionis & obligationis ad omnes Curias, Domini feudatarij non possunt neque solent petere remissionem causarum ad sua tribunalia: submissio autem, seu obligatio ad certas Curias, & prorogatio iurisdictionis, à pari procedunt: vt dicit Guid. Pap. *decis. 370.* ita tamen

tamen vt generalis obligatio ad omnes Curias, intelligi debeat de Curiis Iudicum competentium; ex traditis per Gratian. *discept.* 875. *numer.* 54. Rot. Genuen. *decis.*6. *n.* 4. & propterea si subditus Summi Pontificis simpliciter se obligauerit & submiserit omnibus Curiis, non comprehenduntur Curiæ incompetentes, quia omnis obligatio strictam recipit interpretationem, & nihil comprehendit nisi quod expressum fuit: Rota *decis.* 55. *num.* 1.*p.*1. *recent.* nominatim in terminis submissionis, tradit Rota Genuen. *decis.*23.*num.*5. vbi dicitur, quòd cùm submissio de sui natura sit odiosa, strictam debet recipere interpretationem, & restringi ad casus expressos: Sic quando debitor se submisit Curiis Regiis, non potest peti executio in Curiis Pontificiis, maximè stante Statuto Aueniónensi, quod concedit executionem instrumentis dumtaxat secundum vires & tenores illorum: In Gallia vero adsunt speciales constitutiones, quibus cauetur, nonobstantibus obligationibus etiam sub sigillo Regio factis, causas in prima instantia remittendas esse ad suos Iudices Ordinarios; vt optimè explicat Bacquet *des droits de Iustice*, *cap.*8.*numer.*5.6.& 7. præsertim cum agitur de præiudicio feudatarij iurisdictionem habentis: vt notat Bacquet *loco cit.* necnon Ferret. *in addit. ad Guid. Pap. decis.*77. Et de hoc adest expressa Regis Ordinatio *inter recollectas* per Anton. Fontanon *tom.*1.*fol.*196. *art.*10.& 11. *sub die* 13. *Iunij* 1559. cum verificatione in Parlamento Parisiensi *die* 30. *Iulij* 1560.

Cum itaque talis sit communis obseruantia, vt debitores possint se submittere omnibus Curiis, etiam in præiudicium iurisdictionis ordinariæ, dictaque submissio vim habeat prorogationis & consensus in alienam iurisdictionem, vt mox dictum fuit; sequitur, subditos in causis, in quibus non agitur de interesse feudi, seu dominij directi, posse prorogare iurisdictionem alieni iudicis.

Sed hoc caso negari non potest, quin Dominus iurisdictionalis petere possit remissionem causæ ordinariæ, & in qua non agitur de submisso ad suum tribunal ordinarium, à quo regulariter nemo debet auocari in prima instantia; cum ex dispositione iuris, tum ex priuilegiis Ciuitatis Aueniónensis, necnon Comitatus Venaissini, quibus conceditur, vt nemo in prima instantia coram aliis, quàm coram suis Iudicibus ordinariis conueniri possit; cui priuilegio in fauorem publicum introducto renunciari non potest: vt inter cæteros probat Gail. *lib.*1. *obseruat.*40. *num.*8.& *sequent.* & faciunt notata per Galerat. *de renunciat.centur.*2.*cap.*140.*num.*16. *verf. qua ratione.*

7 Tertia conclusio est. Quod licet alias sæpè dictum per nos fuerit, & sit verissimum; quod per solam citationem executioni demandatam & effectum sortitam, oritur præuentio iurisdictionis & cognitionis causæ, vt dictum est nominatim, *parte* 1. *cap.*9.*num.*1.& *sequentibus*, idque in actibus contentiosæ iurisdictionis, cum ex solà interpellatione in actibus voluntariæ iurisdictionis nascatur præuentio, Ias. *in l.si pluribus, num.*26.*ff.de leg.*1. & Mascard. *conclus.*1252.*num.* 14.

8 Tamen quando agitur de Iudice, qui non esset ex se competens, nisi mediante iurisdictionis prorogatione, causa coram illo præuenta non dicitur; nisi postquam reus coram huiusmodi Iudice citatus, fuit exclusus à suarum exceptionum declinatoriarum propositione. Hæc conclusio colligitur ex notatis per Bart. *in l.vbi acceptam, num.*3.*ff. de iudic.* Qui hoc probat per text. *in l.non videtur*, 33.*ff. eod. tit.* † vbi per simplicem comparitionem rei coram Iudice citante, ad fines petendi, vt sibi genus actionis, vel copia libelli edatur, seu ad fines deliberandi, non videtur quis in iurisdictionem illius Iudicis consensisse. Vnde potest colligi, quod non potest prætendi quod causa fuerit præuenta per Iudicem incompetentem, habentem iurisdictionem prorogabilem, donec pars rei competit exceptio declinatoria fori, tacitè vel expressè consenserit in iurisdictionem illius; † veluti si coram Iudice incompetenti de cuius mandato sit citatio, opponat aliquam exceptionem contra personam actoris, vel contra libellum ipsius, aut aliam concernentem merita causæ, hoc enim casu inductus esset tacitus consensus in iurisdictionem: Vnde non immeritò dixit Bart. *in d. l. non videtur*, hoc in praxi obseruandum esse, quod antequam de meritis causæ aliquid dicatur, prima exceptio fori declinatoria opponatur, Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.*19.*num.*6.DD. *in cap. inter Monasterium*, 20. & *ibi* Felin.*num.*4.*de re iudicat.*& in *l.si conuenerit.ff. de iurisd. omn. iudicum.* 9 10

CAPVT L.

ARGVMENTVM.

Præuentio vtrum producatur ex processu Iudicis, motu proprio & sine partis requisitione facto, saltem in casibus in quibus de iure vel consuetudine motu proprio & ex officio procedere potest. In casibus in quibus Iudex non potest procedere ex officio, sic procedendo, nullam adesse ex eo præuentionem. Si Iudex procedat per Inquisitionem, vtrum pars querelans superueniens ligetur præuentione coram ipso facta. Citationem ad inducendam præuentionem requiri etiam in casibus, in quibus Iudex potest procedere ex officio. Citatio realis vtrum præualeat verbali; & quomodo, ac quibus concurrentibus.

SVMMARIVM.

1 *Vt præuentio oriatur ex citatione, necesse est citationem illam fuisse factam ad petitionem partis, & non ex officio iudicis.*

2 *Præsumendum est in dubio, citationem factam fuisse ad instantiam partis, si apud acta constet de illius relatione.*

3 *Iudex locum partis obtinet, in casibus in quibus potest ex officio procedere. Et qui sint illi casus? Remissiuè.*

4 *Iudex in quibuscunque delictis, tam publicis quàm priuatis, de generali consuetudine, ex officio procedere potest.*

5 *Iudex procedens ex officio, spernere debet affectatam rei coram alio iudice comparitionem.*

6 *In casibus in quibus Iudex non potest procedere ex officio, non potest impedire prorogationem iurisdictionis coram alio Iudice factam.*

7 *Quando reus affectans præuentionem, non fuit, vt decebat punitus, Iudex ordinarius condignam potest pœnam imponere;*

8 Formatà

8 *Formata inquisitio ex officio iudicis facta, cessat per superuenientem partis querelam. Contrarium, numer.9.*

10 *Quæ requirantur ad hoc, vt superueniens querela, cessare faciat inquisitionem præuentam.*

11 *Inquisitio sola non facit præuentionem, nisi præterea interueniat citatio.*

12 *Citatio realis præualet verbali, & qui reum detinet non solet illum ad alienam Monarchiam remittere.*

13 *Præuentio procurata seu affectata, ad vitandam maiorem pœnam, non suffragatur præuenientibus.*

Vdex proprio motu & nullâ partis requisitione interueniente mandauerat aliquem citari, coram se comparit urum: Dubitatum fuit, vtrum ex tali citatione, causa fuerit per hunc Iudicem præuenta, ita vt coram alio competenti Iudice iotcorari non possit.

1 Concludendom est, ad hoc vt caosa per citationem præuenta fuerit, necessarium esse quod citatio facta fuerit ad partis requisitionem, *cap. proposuisti, in verb. Ad petitionem, de foro competent.* Aliàs citatio nemine requirente facta non valet, & per consequens non operatur præuentionem: Vant. *de nullit ex defect. citation.num.*44. Cum Iudex ad priuatam vtilitatem, officium non petitum regulariter impertiri non debeat: Bart. *in l.4.§.hoc autem,*

2 *ff.de damn.infect.* † Quanquam in dubio, si de citationis relatione apud acta constet, præsumendum sit citationem ad instantiam partis factam & decre-

3 tam fuisse: Vant.*ibid.num.*45.† Quod tamen dictum est, limitationem admitit, vt scilicet non procedat in illis casibus, in quibus Iudex procedere potest ex officio, quia tunc Iudex ipse locum partis obtinet, DD. *in cap.qualiter & quando, 24.de accusation.* quos casus ad longum recenset Matant. *in specul.*

4 *in tit. de Inquisitione, per totum illud capit.* † Vnde in criminalibus causis, citatio facta de mandato Iudicis ex officio procedentis, inducit præuentionem, stante generali consuetudine, iuxta quam Iudices in quibuscumque delictis publicis & priuatis ex officio procedere possunt: vt notat Iul. Clar. *in praxi in §. fin. quæst.3.num.6.* Farinac. *de Inquisit. quæst.1.*

5 *num.* 10. † Adeo vt in omnibus illis casibus, in quibus Iudex potest ex officio procedere, pro vt hodie sunt omnia ferè delicta, Iudex non teneatur ratum habere iudicium prorogatum, nec eius iurisdictio impediri possit per pactum delinquentis, alienæ iurisdictioni se submittentis: argument. *cap.ex parte*18. *de priuileg.* Quia scilicet, quæ partes affectant in præiudiciú Ordinariorum, nullum dant impedimentum illorum iurisdictioni. Et præuentio ista esset affectata & procurata per reum, vt alium haberet Iudicem sibi fauorabilem, & ideo non potest illum iuuare, vt dicemus infrà, *num.*13. & dictum etiam fuit per nos, *p.*1.*c.*10.*n.*43.*& c.*24.*n.*6. Extra in specie concludit Soc. *in dict.c.proposuisti, de foro compet. in* 6. *articul. quæstion.*3. *versic. Sed tandem*, Farinac. *de Inquisit.quæstion.*7.*num.*4. *in* 3. *sublimitatione.*

6 Verum quia aliqua sunt crimina, in quibus Iudex non potest procedere ex officio, veluti in hac ciuitate in crimine adulterij, vt habetur, *lib.*3. *statut.tit.seu rubrica* 1.*artic.*1. Item dum agitur de verbis vel factis iniuriosis, nisi vulnus illatum fuerit fuste, vel lapide, vel quocumque armorum genere, nisi ossis fractio interuenerit, vel ictus manifestum liuorem relinquens. Ideo in his casibus, & aliis similibus, in quibus Iudex ex officio procedere non potest, si accusator & accusatus litigaot coram alio Iudice habente iurisdictionem prorogabilem, non potest Iudex ordinarius hoc impedire, cum ex officio procedere noo possit; nisi tamen (vt dictum est) prorogatio facta fuisset in fraudem, ad hoc vt delinquens Iudicem haberet sibi magis fauorabilem, & mitius puniretur. Ex notatis per Soc. *loco citat.* Bartol. & alios *in leg. senatus.ff. de accusation.* † 7
Quo casu etiamsi reus fuisset absolutus, posset nihilominus Iudex ordinarius de nouo procedere ex officio, & debitam delinquenti pœnam iuxta delicti qualitatem imponere: vt dicit Soc. *ibid.* & benè. Et ego vidi aliàs, cum quidam delinquens fuisset leuiter tractatus ab vno Iudice, fuisse coram alio processum ad grauiorem, & exemplarem pœnam, non obstante alterius Iudicis affectatâ absolutione, quod euenit io quadam causa anno 1615. & mense Augusti, ni fallor.

Supradicta confirmantur ex eo, quod quamuis 8
Iudex aliquis per Inquisitionem præuenerit, si tamen post Inquisitionem formatam superuenerit pars querelans, accusatio ista superueniens cessare facit præuentionem Iudicis procedentis ex officio, & procedi debet in querelæ Iudicio: Decian. *in tract. crimin. lib.4.cap.*20.*num.*22. Purpur. *consil.*446.*numero* 12. Siquidem Inquisitio, remedium est extraordinarium: igitur cessare debet quando superuenit remedium accusationis, quod est ordinarium, *l.*2.*§. si publico, ff.ad leg. Iul. de adult.* & ibi latè Bartol. Idemque docet Bald. *consil.*415. Quod procedi non posse, *lib.*4. & rursum Bart. *in leg. si maritus, §.si autem extraneus, eod.tit. de adulter.* Barbos. *in l. si quis postea quam 7.ff.de iudic.num.*83.*&* 84. qui tameo *in fine*, se remittit ad notata per Bald. *in l.*4.*§. in initio, colunm. vltim. ff. de offic. præf. vrbi.* Quo in loco varios casus proponit, ex quibus decisio huius quæstionis pendere omnino videtur. 1. Quando accusatio & inquisitio coram eodem Iudice proponuntur, & tunc si superueniat accusatio, cessabit inquisitio, & procedetur ad querelam partis. 2. Si coram alio Iudice proponatur querela postquam primus ex inquisitione præuenerat, & hoc casu si inquisitio fuerit liquidata, & negotium comprobatum, non silet inquisitio per superuenientem accusationem. 3. Si causa non fuerit liquidata, & nulla possit accusatori mora notabilis imputari, & tunc causa Inquisitionis suspenditur & silet per accusationem quæ superuenit. 4. Si retentis illis terminis notabilis mora potest accusatori imputari, tunc accusatio superueniens non impedit cursum Inquisitionis præuentæ. Ita dicit notabiliter Bald. *in dicto §.in initio, num.*7. *versic.sed nunquid vnus, ff.de offic. præfect.vrbi.*

Et ex hac distinctione Baldi, quæ iuridica videtur, cessant omnes difficultates quas mouent DD. 9
alij asserentes in genere, non silere inquisitionem per superuenientem accusationem: ea ratione moti, quia remedium Inquisitionis effectum est ordinarium, cum Iudices ex officio procedere solent absque accusatore, vt declarat Io. Bapt. Cost. *in tractatu de iud.num.*130. post Iul. Clar. *in §.final.qu.* 3.*numero* 4. Boss. *in praxi, tit.de inquisit. num.*16. *& seqq.*
† Qui tamen duas proponit regulas generales in hac 10
materia. Prima est quod dum accusatio post inquisitionem superuenit, Iudex procedere debet prout fisco vtilius videbitur. Secundo, quod obseruetur distinctio allata per Salicet. *in leg. ea quidem, n.*54. *C. de accusat.* vbi duos diuersos casus constituit, Primus est quando accusator superuenit ante receptas probationes, & testes examinatos, & hoc casu admittitur accusatio silente inquisitione, nisi adesset

adesset suspicio collusionis, & dummodo versemur in casu, in quo accusator suam vel suorum iniuriam prosequitur. Secundus casus est, quando post formatam inquisitionem, & testes receptos ac examinatos, superuenit accusatio; & tunc non auditur accusator: si vero delictum non sit probatum, nec perfecta Inquisitio, admittitur.

51 Ego autem aduerto, quod sola Inquisitio, si nihil aliud interueniat, non facit præuentionem: sed si vltra simplicem informationem super delicto, interueniat etiam citatio delinquentis, tunc erit inducta præuentio, non in vim Inquisitionis; sed in vim citationis contra reum executioni demandatæ. Quia Præuentio robur sumit à citatione, adeo vt si illa non interuenerit, Inquisitio sit nulla, & de facto reuocanda, etiam alterâ parte non citatâ. Bald. *in leg. si pacto quo pœnam, numer. 2. Cod. de Pact.* Roman. *consil. 320. numero 5.* Et dato quod Inquisitio valeret absque citatione rei, non tamen esset fundatus Iudex inquirens in præuentione nisi interueniente citatione rei: Roman. *consilio 412. numer. 4.* Iason *consilio 31. numero 4. libro 1.* latè Fel. *in cap. illud, numero 11. de præscript.* Barbos. *in l. si quis posteaquam, à n. 49. ad 53. ff. de iudic.* Farinac. *de Inquisit. quæstion. 7. numero 57.* Ergo quæstio præuentionis per iudicem ex Inquisitione procedentem, tunc demum locum habet, quando non adest sola informatio, sed processum fuit ad citationem rei. Si enim iudex ad querelam partis procedens prior esset in citatione, ille iudici sine citatione inquirenti præferendus esset, ex supradictis.

52 Si autem vnus ex duobus iudicibus citauit realiter, alter vero verbaliter, si sunt sub diuersis Principibus, sine dubio ille qui realiter citauit, nempè per capturam personæ delinquentis seu de delicto accusatæ, præfertur, neque reum remittere tenetur ad iudicem alterius Principis; & ideo iudex iste qui rei personam detinet, cognoscet de delicto, & puniet delinquentem: Boss. *in praxi titul. de foro compet. numero 99.* Sed si sunt sub eodem Principe, nonnulli DD. censuerunt illum præferendum esse, qui præuenit per citationem verbalem, quamuis alius haberet reum in carceribus; & præuenisse quoad citationem realem, seu capturam, quia citatio verbalis tempore prior, fortior est secundum eorum sententiam citatione reali posteriori, vt per Barbos. *in dicta leg. si quis posteaquam, 7. ff. de iudic. numer. 73.* Sed veritas est in contrarium, videlicet quod ille qui prior est in citatione reali, seu captura, præferatur alteri, qui tantum præuenit per citationem verbalem, ex notatis supra, *parte 1. huius tract. cap. 9. n. 24.*

53 Nisi tamen ageretur de præuentione procuratâ & affectata, veluti si reus sponte coram iudice præuento se constituisset, animo grauiorem condemnationem effugiendi, vel reus carceratus peteret se remitti ad Iudicem, qui præuenit per citationem verbalem sine fraude & iustâ de causâ, his enim duobus casib. præuentio per citationem verbalem esset præferenda citationi reali: Farinac. *de inquisit. quæstion. 7. numero 53. in 1. & 3. sublimitatione.*

CAPVT LI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione quoad Religiosos, inter Visitatorem Generalem & Superiorem Conuentus, vtroque duo præcepta contraria, vel incompatibilia faciente. Quid si Religiosus fuerit à suo Generali totius Ordinis per litteras iussus venire, si litteræ procuratæ aut affectatæ fuerint aut non. Si Visitator sit ad certum Conuentum deputatus, Religiosus autem per Generalem Ordinis ab illo conuentu absolutus. Quid dicendum sit de Vassallo plurium Dominorum, qui eodem tempore ab vtroque vocatur ad seruitium personale, vel Caualcatas; Vtrum debeat obedire præuenienti in præcepto.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus extorquens litteras à suo Generali per fraudem & in præiudicium Visitatoris, non eximitur ab eius præuentione.*
2 *Visitator ad certum Conuentum deputatus, non potest procedere contra Religiosum, qui per suum Generalem fuit ab illo conuentu absolutus.*
3 *Si quis fuerit absolutus re non integra, ab aliquo certo conuentu, videtur quod Visitator qui præuenit, contra eum procedere possit. Sed vide infrà.*
4 *Quidam distinguunt vtrum præceptum factum fuerit Religioso tanquam Priori Conuentus, an vti priuato. Sed distinctio ista reijcitur.*
5 *Religiosus non debet effugere visitationem, nec ratione officij, nec ratione personæ.*
6 *Vocatus solum à Generali, sed non absolutus Religiosus, tenetur potius obedire Visitatori quam Generali. Sed contrarium ostenditur,* num. 7.
8 *Obedientia debetur potius maiori, quam minori, si simul duobus præceptis satisfieri non possit. Si vero ambo sint æquales in authoritate, cui potius obediendum sit declaratur.*
In controuersia iudicum super præuentione nominandi sunt arbitri.
9 *Visitatori à summo Pontifice deputato, potius quam alteri, Religiosus obedire tenetur.*
10 *Si quis sit duorum Dominorũ Vassallus, & illi Vassallo duo incompatibilia simul præcipiantur ab vtroque Domino, cui prius obediendum sit. Et vtrum prius illi qui præuenit, quando agitur de indiuiduis.*
11 *Vocatus ad Caualcatas eodem tempore à diuersis Dominis, cui potius obedire teneatur, & an detur præuentio hoc casu.*
12 *In materia libertatis, & aliis indiuiduis, vtrum præferatur qui prior egit, & præuenit.*
13 *Domino mediato regni, potius parendum est in bello, quam immediato.*

VISITATOR quidam certi Conuentus, præceperat Priori seu Guardiano, aut Superiori eiusdem Conuentus, vt pararet se ad visitationem: quia volebat eum visitare incontinẽti, ideo monuit ipsum ne ab illo loco recederet. Postea vero Superior ille eiusdem Conuentus, recepit litteras à suo Generali, quibus illi præcipiebatur, vt ad eundem Generalem quantociùs accederet, & se personaliter coram eo præsentaret. Qua de causa, Superior prædictus illius Conuentus, dubitauit, quid sibi esset agendum, & vtrum mandatum præcedens Visitatoris effecerit vt præuenta fuerit eius iurisdictio, itavt non possit discedere à præfato Conuentu, prout sibi præceptum fuerat per Visitatorem. Hanc quæstionem tractat Abb. *in c. proposuisti. n. 10. de foro compet.* post Federic. de Senis *cons. 145. vers. Sed pone,* vbi facit sequentes conclusiones, seu resolutiones.

1 Primo quod si Prior ille, seu Superior Conuentus, litteras supradictas à Generali per fraudem extorserit, vt videlicet processum, & condemnationem sibi forsan imminentem euitaret, & à pœnâ debitâ immunem se redderet, non potest effugere visitationem, & præceptis visitatoris tenetur obedire, ex regula illa tritia, quod præoentio affectata & procurata non prodest: quam etiam affert Fario. *de inquis. quæst. 7. num 64.*

2 Secundo. Si non adsit fraus, & Superior illios Conuentus non solum fuit vocatos à Generali; sed etiam absolutus ab illo conuentu, videtur hoc casu quod euanescat præceptum, & visitatori non suffragetur præuentio, cum enim ipsum ad certum illum conuentum visitandum fuisse deputatum supponamus, commissionis suæ vires excedere non potest, nec per consequens illos visitare qui non sunt de illo conuentu. Iurisdictio enim dicti visitatoris non potest extendi de persona ad personam, nec de loco ad locum, *c. statuimus, de offic. iudic. deleg. in 6.* Tusch. *lit. V, concl. 216. n. 2.* & ideò non potest visitator visitare Religiosos venientes per transitum ad illum conuentum, Tusch. *d. lit. V, concl. 216. n. 10.*

3 E contrario tamen videtur, quod ille Prior debet subire visitationem, quia dum fuit absolutus à suo Generali, res non erat integra, quia iam visitator præoccupauerat per præceptum illi factum ne loco recederet, quia volebat eum visitare, ideo cum visitator præuenisset, videbatur dicendum quod ille poterat suam commissionem exercere.

4 In hac rationum pugnâ quidam distinguebant. Si enim dictum præceptum Priori factum per visitatorem, fuit illi factum tanquam Priori, hoc casu cum sit absolutus à suo Generali, non tenetur obedire visitatori: si vero tanquam priuato, tenetur subire visitationem. Quia absolutus ab officio, non se eximit à visitatione in eius personam proprio priuatóque nomine faciendâ. Sed hanc distinctionem, oó habere saporem dicit Soc. *in d. c. proposuisti*, cum Inquisitio omnis quæ fit per visitatores fiat, contra personam, non autem contra officium: & hac ratione quamvis absoluatoi Religiosus ab officio, non tamen ex eo sequitur, quod sit absolutus ab inquisitione quæ fit ratione personæ. † Sed quidquid dixerit Socinus *loco citato*, hæc distinctio non est reiicienda. Quia correctio & visitatio non solum fit ratione personæ, sed etiam ratione morum, & quia hoc respicit tam personam quàm officium: Fel. *in d. c. proposuisti, n. 2. in fin. de foro compet.* per text. *in c. Ea quæ, de statu Monachor.* Præsertim vero, si ea ipsa Inquisitione constet, nihil quæri aduersus ipsum Priorem vti priuatum, sed potius ratione admoinistrationis sui officij.

5

6 Quod si iste Prior solum fuit vocatus à suo Generali, & non fuit absolutus ab officio, tenetur potius obedire Visitatori quam Prælato, ita Soc. *in d. c. proposuisti, artic. 4. quæst. 11.*

7 Sed pro totali quæstionis resolutione concludendum est in primis, quod si Religiosus iste, vtrique præcepto commodè satisfacere potest, vtrique obedire tenetur; sin minus quando verè, & sine fraude & affectatione Religiosi, præceptum procedit à Generali, tenetur potius Generali obtemperare, quam Visitatori. Probatur, quia quando Religiosus habet duo diuersa mandata, & præcepta à duobus diuersis Superioribus suis, quæ sunt incompatibilia, non tenetur obedire minori, contempto Superiori, sed huic potius parere debet, cum potestas minoris sit maiori obligata ad obedientiam. † Si vero Prælati illi, qui præcepta incompatibilia faciunt, essent ambo æquales in authoritate, tunc pareodum est illi qui præcipit ad meliorem, & nobiliorem finem, vel illi qui præuenit in præcipiendo. Et si cætera sint paria, cui placuerit: Lezan. *in summa quæst. regul. parte 1 cap. 4. num. 21.* Atqui Visitator si ab ipso Generali fuerit deputatus, minor est illo. Et per consequens debet potius Religiosus obedire Generali, quam Visitatori, quamvis Visitator præuenerit. Sed hanc quæstionem sic decidit Laurent. de Peyrin. *in tract. de subdita, quæst. 1. cap. 7. §. vnic.* Quod si Religioso præceptum fiat à maiori Prælato, semper illi potius parendum est quàm inferiori: si sint pares, pareodum est illi qui præuenit, seu prius præcepit, aut illi qui præcepit ad nobiliorem finem; vel si cætera sint paria, potest cui velit gratificari. Quod si Superiores sint diuisi, debet obedire potius illi, quem melius fouere ius existimat; seu qui à doctioribus & melioribus pro legitimo Superiore agnoscitur. Si autem agatur de Iudicibus delegatis, & subditus nesciat inter eos aliquam adesse controuersiam, debet exequi mandatum primò præcipientis. Quod si ante executionem deuenerit ad eius notitiam adesse inter Delegatos controuersiam, debet petere copiam literarum, & obedire illi qui pro se vltimas habet. Si verò hoc discernere non potest, nemini parere cogitur, donec per arbitros electos ista controuersia decidatur. † Verum si Visitator sit deputatus à summo Pontifice, res est dubia. Quia 9
delegatus in causâ sibi commissâ maior est quolibet ordinario, *cap. sanè, de offic. Iudic. delegat, cap. studuisti, de offic. legati.* Iden videtur quod hoc casu non posset Religiosus euitare, quin obediret potius Visitatori à summo Pontifice deputato, quam Generali: maximè quia cum Visitatorem supponamus (vt supra dictum est) præuenisse per præceptum factum Priori de non recedendo ab illo loco, quia volebat eum visitare, via fieri potest quin præceptum Generalis postea superueniens habeat quandam speciem affectationis ex parte Religiosi.

Et supradicta confirmari videntur à simili, dú agitur de Vassallo plurium Dominorum in solidum. 10
Quia si vnus sit Dominus Superior & mediatus, alius verò immediatus, & inferior, huic potius immediato parendum est, nisi agatur de fidelitate præstandâ, hæc siquidem vtrique Domino debetur, quia præstatio fidelitatis vni facta, non est actus incompatibilis cum ea quæ fit alteri. Idemque dicendum est de quibuscunque actibus, qui non sunt incompatibiles, tunc enim Vassallus vtrique Domino obedire tenetur. At in indiuiduis, veluti in seruitio personali præstando, præfertur ille qui præuenit in præcepto, seu interpellatione Vassalli, vt fusius explicat Costa *de re integr. distinct. 18. per totam.*

Idem de caualcatis dicendum est: nam pluribus 11
Dominis ad seruitium concurrentibus, præstandum illud potius est antiquiori, vel ligio petenti. Et si inter æquales adsit concursus, vtpote quòd vterque petierit, præferendus erit ille qui præuenit in petitione, vt dicit Boirin. *de Caualcata parte 1. cap. 14.* vbi copiosius hanc quæstionem explicat, ad quem recurrendum est, cum hæc non sit materia præuentionis Iudicialis.

Verum quod diximus, mediato potius Domino 12
seruiendum esse; verum quidem est, vt comprobat Rosent. *in tract. de feud. c. 8. concl. 10.* sed sublimitatur in multis casibus, de quibus idem Auctor, *conclus. 15. & sequentibus*, & nominatim quando Dominos mediatus, est Dominus vniuersalis totius patriæ, veluti Rex, Imperator, & similes, tunc enim si agatur

tur de bello, pro totius regni vtilitate gerendo, tenetur potius Vassallus obedire mediato Domino, etiamsi bellum gerendum esset contra ipsum Dominum proximum, seu immediatum: Rosental. *ibid. conclus.* 11. Reliqua apud ipsum & alios ab eo allegatos videri poterunt.

Non dissimile etiam est quod dicitur de pluribus seruis ad hæreditatis petitionem concurrentibus in eleganti textu *l. fin. §. sed hoc quidem, & §. fin. C. de testamentar. manumiss. & in l. 1. §. sin autem vno, C. de comm. seruo manumiss.*

CAPVT LII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione facta coram Iudice per confessionem factam, lite adhuc non cœpta, in causis ciuilibus. Similiter de præuentione per confessionem delicti factam coram aliquo Iudice in causis criminalibus, siue iudex ille sit competens siue incompetens: Aut si iudex non solùm sit incompetens, sed etiam vetitus. Et vtrum falsum coram incompetenti facta, vim habeat confessionis extraiudicialis. Quid si iudex procedat ex officio per viam Inquisitionis, vtrum confessio delicti tribuat præuentionem.

SVMMARIVM.

1 *Confessio in causis ciuilibus facta, coram iudice habente iurisdictionem prorogabilem, inducit prorogationem simul, & præuentionem. Intellige prout infrà.*

2 *Confessio non potest dici iudicialis in causis ciuilibus, nisi facta fuerit ad instantiam partis, vel iudicis, acceptata per Iudicem, vel per Partem.*

3 *Confessio in ciuilibus, parit actionem in factum, sicut res iudicata.*

4 *Contra confessum in causis ciuilibus potest fieri executio per viam præcepti de soluendo, vel parendo.*

5 *Contra confessum, partes iudicis sunt in exequendo, nec alia opus est sententia, secus in criminalibus.*

6 *Intellige vt hoc procedat, quando agitur de confessione factâ ante litem contestatam & libellum productum, non autem post.*

7 *Confessio in ciuilibus ante litem contestatam, parit executionem & non præuentionem, cum executio fieri possit à quocunque Iudice. Si verò facta sit post litem contestatam, non est de præuentione quærendum.*

8 *Confessio si sit dubia, & de eius interpretatione agatur, tractandum est de hoc dubio, coram Iudice præueniente, quando præuentio seruatis seruandis facta est.*

9 *Confessio in criminalibus ante litem cœptam facta, dat præuentionem iudici, coram quo facta fuit.*

10 *Intellige vt procedat, quando confessio facta fuit coram Iudice competente.*

11 *Confessio in criminalibus facta coram Iudice incompetente, nulla est, quamuis non esset Iudex vetitus.*

12 *Confessio coram Iudice incompetenti facta, valet tanquam extraiudicialis.*

13 *Confessio, in iudicio nullo facta, vtrũ sit omnino nulla.*

14 *Confessio coram Iudice procedente per Inquisitionem facta, ante litem contestatam, non inducit præuentionem.*

Coram Iudice, qui alioquin erat incompetens comparuit reus, & delictum se commisisse fassus est, non tamen aliud actum est; sed Iudex originis, aut domicilij, & sic competens de hac confessione admonitus, processit contra istum confitentem ad iudicium criminale. Quæsitum fuit vtrum Iudex ille factus fuerit competens ratione & ex causa illius confessionis, & vtrum ex eo, causa dicatur coram ipso præuenta, aduersus verum Iudicem competentem & ordinarium delinquentis.

In hac quæstione, separatim agendum est de iudiciis ciuilibus & criminalibus. In ciuilibus siquidem verum est, quod si Iudex coram quo talis confessio facta fuit, habeat iurisdictionem prorogabilem; non solum prorogata, sed etiam præuenta est iurisdictio, per confessionem illam, quando facta fuit præuiâ partis citatione, aut in eius præsentiâ in formâ iudicij, alias simplex confessio non producit præuentionem, immo præuentio potius inducitur propter citationem, aut propter litis contestationem, vt exponemus inferius *num.* 7. Ratio est, quia in ciuilibus, Iudex non potest procedere ex officio, cum non agatur de interesse publico; sed de priuatâ vtilitate. † Et propterea sola confessio ante citationem partis facta, non potest operari præuentionem, quamuis facta fuerit coram Iudice & Notario, nisi fuerit acceptata per Partem, vel per Iudicem nomine Partis in formâ iudicij, quia nisi interueniat acceptatio, non dicitur iudicialis: Alexand. *cons.* 174. *In causa & lite, n.* 3. *vers. Quærit Salicetus. lib.* 6. quem sequitur Tusch. *litera C. concl.* 641. *n.* 3. *vol.* 1. † Si autem confessio facta fuerit coram Iudice, & acceptata ante litem cœptam, producit actionem in factum, in ciuilibus causis, sicut res iudicata: Bald. *cons.* 432. Casus talis est: *in fine, n.* 2. *lib.* 1. Tusch. *littera I, concl.* 483. *n.* 8. Quæ actio in factum vtrum coram Iudice præueniente exerceri debeat; an coram quolibet alio competenti? superius explicauimus *c.* 44. *n.* 13. vbi ostendimus posse coram quolibet competenti iudice, etiam executiuè intentari. † Potest enim contra iudicialiter confessum, fieri executio per viam præcepti de soluendo; iuxta notata *in cap. dudum, de election. & in l. si debitori,* 21. *ff. de iudic.* Bart. *in l.* 1. *ff. de confess. l. si domus* 74. *§. in pecunia, ff. de legat.* 1. † Adeo vt non sit opus in ciuilibus aliâ sententiâ, sed solum agendum sit de executione: quod tamen non ita se habet in criminalibus. Farinac. *de reo confess. & conuict. q.* 81. *n.* 75. *& seqq. & n.* 78. † Sed hoc intelligendum est de illa confessione, quæ in causa ciuili facta fuit ante litem inchoatam, & porrectum libellum: vt probat Bartol. *in l.* 1. *ff. de confess.* Bald. *in addit. ad Speculat. lib.* 2. *p.* 3. *in tit. de sententia, §. quoniam suprà. Et in l. non intelligitur. ff. de re iudicata.* Abb. *in cap. cum causam, n.* 13. *de iuram. calumn.* vbi dicit, commune illud iuris axioma, quod confessus in ciuilibus habetur pro condemnato, debet intelligi de confessione facta, ante litem contestatam siue in iudicio summario, vbi lis non contestatur, nisi per primum actum iudicialem, qui loco contestationis habetur.

His itaque sic constitutis, patet resolutio propositæ quæstionis, & explicatio eorum, quæ supra *numer.* 1. dicta fuêre. Aut enim agimus de confessione iudiciali facta in causa ciuili post litem contesta-

tam, & hoc casu non est de præuentione quærendum, quia si præuentioni locus sit, non potest induci per confessionem; sed per litis contestationem aut etiam citationem, quam supponimus procedere confessionem. Aut vero confessio facta fuit ante litem contestatam, & hoc etiam casu frustra agitur de præuentione: quia per confessionem, lis est finita, ideo solum partes iudicis sunt in exequendo, sed hoc casu executionem authoritate cuiuscunque Iudicis competentis fieri posse per actionem in factum, per viam præcepti, *num. 4. & alibi* demonstra-
8 tum est. † Si tamen confessio esset dubia, & de illius validitate, vel interpretatione disceptandum esset, dico quod si is in cuius fauorem facta est confessio, prorogauit iurisdictionem illius Iudicis coram quo facta est, & Iudex talis est, qui iurisdictionem habeat prorogabilem, quæstio super validitate, aut interpretatione confessionis, tractanda est coram Iudice prorogato, & præueniente. Si autem ambæ partes non prorogauerint iurisdictionem illius Iudicis, non valebit prorogatio per solum confitentem facta, nec per consequens præuentioni locus erit. Vasqu. *controuers. lib. 5. cap.* 14. *num.* 31. Barbos. *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 3. *n.* 1. & 2.

9 In criminalibus autem, suppositis iis quæ supra dicta sunt, *cap.* 50. circa processum Iudicis ex officio, seu per viam Inquisitionis, & generali consuetudine procedendi illa via in omni genere delictorum, concludendum est, quamuis delinquens alterius Iudicis iurisdictionem prorogauerit per confessionem coram illo factam, censeri prorogatam, etiam quoad effectum præuentionis illius causæ, circa quam confessio versatur, nec teneri Iudicem hunc prorogatum à cognitione causæ desistere, quamuis superueniat Iudex domicilij, aut originis, qui iam fuit per talem confessionem præuentus. Quamuis enim nondum fuerit formatus processus, nec facta Inquisitio de delicto, tamen ille Iudex coram quo facta est confessio, adeo competens factus est mediante confessione, & in eius sequelam, prorogatione, vt vsque ad exitum causæ & sententiam condemnatoriam illiusque executionem procedere possit, *l. si confessus, ff. de custod. reor. l. ictus fustium,* 21. *ff. de his, qui notant. infam. cap.* 1. *de accusat. in* 6. Bald. *in l. si domus,* 74. *§. in pecunia. ff. de legat.* 1. & *ibi* Castrens. *num.* 4. Iason. *num.* 6. Barbos. *in l. si debitori, num.* 80. & *seq. ff. de iudic.*

10 Hoc sanè verum est, quando confessio illa facta fuit coram Iudice habente iurisdictionem prorogabilem, si enim Iudex esset planè incompetens, confessio, nulla esset omnino, neq; per consequens præuentionem operaretur: Text. est in *cap. At si Clerici, de iudic.* Viu. *opin.* 142. *num.* 3. Gomes. *tomo* 3. *tit. de delictis, cap.* 11. *num.* 8. Mascard. *conclus.* 352. *Confessio facta coram iudice non suo.* Vnde quando Iudex procedit per Inquisitionem, & non ad instantiam partis, cum eius iurisdictio non sit prorogabilis, confessio coram ipso facta non valet: vt dicemus *inferius num.* 14. Eodem modo si quis homicidium simplex coram sanctæ Fidei Inquisitore fassus fuerit, non ex hoc datur illi præuentio, nec iurisdictionis prorogatio: vt post Albertin. *de hæret. quæst.* 15. *num.* 68. tradit Farinac. *de reo confess. quæst.* 81. *n.* 188.
11 *circa med.* † Et hoc non solum verum est, quando agitur de Iudice vetito; prout est laïcus in causâ Clerici accusati, sed etiam quando iudex simpliciter incompetens est: Nouar. *lib.* 1. *quæst. forens.* 89. *num.* 8. Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 190. & 191. quidquid alij in contrarium dixerint, volentes hanc nullitatem confessionis, & defectum præuentionis, seu prorogationis locum habere dumtaxat in Iudice vetito, prout Roman. & alij quos allegat Farinac. *ibidem num.* 191.

Non tamen potest in dubium reuocari, quin hu- 12
iusmodi coram incompetenti Iudice facta confessio, valeat tanquam extraiudicialis: Burat. *dec.* 803. *num.* 5. Et quamuis Surdus, *consil.* 18. *num.* 51. dicat id procedere etiam quando processus esset nullus alia ratione quam ex capite incompetentiæ Iudicis; cuius sententiæ est etiam Monach. *decis. Lucens.* 12. *num.* 5. cum pluribus *ibi* citatis, Honded. *consil.* 108. *num.* 19. *lib.* 1. multi tamen DD. contrariam tuentur sententiam, quos recenset Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 67. Quibus non obstantibus, verior est sententia contraria, videlicet quod licet in processu adsit aliqua nullitas respectu Ordinis iudiciarij, aut alia ratione quam propter incompetentiam iudicis, tunc illa confessio sit valida, & per eam tollatur omnis defectus, qui in processu intercenire potuit, cum declarationibus tamen allatis per Farinac. *dict. num.* 66. & *multis seqq.* & per Guazz. *de defens. reorum,* 31. *cap.* 13.

Hinc resultat decisio propositæ quæstionis circa 13
præuentionem ortam ex confessione facta in criminalibus. Primo enim si Iudex vetitus est, non præuenit, vt notorium est. Secundo, si Iudex est incompetens, sed non vetitus, & procedit per accusationem, seu ad querelam partis; tunc cum sola comparitio rei citati det præuentionem, multo magis illa ex confessione orietur. Tertio, si non adest accusator, & iudex procedit ex officio per viam inquisitionis, hoc casu cum iurisdictio procedentis per inquisitionem prorogari non possit, sequitur in hoc tertio casu confessionem coram incompetenti Iudice factam, cuius tamen iurisdictio in aliis casibus esset prorogabilis, nullo modo posse præiudicare confitenti in vim confessionis iudicialis, & sic ex ea non fuisse natam præuentionem: Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 191. Guazzin. *dicta defens.* 32. *cap.* 26. *numero* 1. vbi plures huius sententiæ Doctores allegantur.

CAPVT LIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter partes litigantes, quando post causam præuentam altera ipsarum forum mutauit, siue actor ille sit, siue reus. De laïco qui post obligationem contractam, vel post iudicium præuentum factus est Clericus, vel Sacerdos. Quid si causa coram Iudice alioqui non competenti cœpta fuerit, propter vrgentem necessitatem, vtrum cessante illa necessitate Iudex qui cognoscendo præuenit, possit prosequi causam suam, & super ea ius dicere. Et proponitur pulchra quæstio, vtrum si Rex mutauerit iurisdictiones suorum Senatuum seu Parlamentorum, causæ cœptæ in illo loco, à quo prouincia separatur, debeant in nouo vel antiquo Parlamento terminari in gradu appellationis. Agitur etiam de eo qui post litem cœptam

obti

obtinuit Magiſtratum temporalem cui non obſtat præuentio facta antequam Magiſtratum obtineret, ſed cauſa ſilet durante Magiſtratu. Vtrum Aſſeſſores ciuitatis Auenionenſis gaudeant priuilegio Magiſtratuum tempore ſui officij.

SVMMARIVM.

1 *Actor poſt litem cœptam, ſi fiat alterius fori, vtrum poſſit cauſam trahere ad forum de nouo quæſitum? Remiſſiuè.*

2 *Laicus qui contraxit in ſtatu laïcali, ſi deinde Clericatum aut ſacros Ordines aſſumat, conueniendus eſt pro obſeruatione contractus coram Iudice Eccleſiaſtico.*

3 *Vtrum effectus Clericus vel Sacerdos, poſt litem conteſtatam, coram Iudice laïco, qui tunc erat competens, non obſtante huius iudicis præuentione conueniendus ſit coram Iudice Eccleſiaſtico? variæ ſunt DD. ſententiæ.*

4 *Clericorum appellatione in materia iuriſdictionis & præuentionis, intelligendi ſunt dumtaxat illi quibus Concilium Tridentinum fori priuilegium conceſſit, & qui illi ſint.*

5 *Affertur reſolutio Sacræ Congregationis, circa propoſitam quæſtionem: vbi plures caſus reſoluuntur.*

6 *Tota hæc controuerſia (quæ magni momenti eſt) per varias, & notabiles concluſiones explanatur.*

7 *Cauſa coram vno Iudice propter vrgentem neceſſitatem cœpta & præuenta, vtrum ceſſante neceſſitate debeat coram alio iudice competenti tractari & terminari. Reſoluitur affirmatiuè.*

8 *Ampliatur ſiue neceſſitas adſit in principio, ſiue ſuperueniat ex poſtfacto.*

9 *Si Iudicis præuenientis officium ſupprimatur, præuentio expirat.*

10 *Separatâ prouinciâ vel ciuitate à iuriſdictione Senatus vel Parlamenti, vtrum cauſæ cœptæ in illa ciuitate, debeant tractari coram primo Senatu, vel adeundus ſit Senatus ſubrogatus, in gradu appellationis.*

11 *Prouinciarum mutatio & tranſlatio ad alium reſſortum, pendet ex voluntate Principis.*

12 *Factâ tranſlatione iuriſdictionum, ciuitates tamen & Prouinciæ ſua antiqua retinent priuilegia, quoad ius depaſcendi & alia.*

13 *Tranſlato Senatu, cauſæ transferuntur ad Senatum ſubrogatum, in gradu appellationis.*

14 *Magiſtratus aut dignitas temporalis poſt litem cœptam ſuperueniens operatur ſuſpenſionem litis durante dignitate.*

15 *Quod procedit in maioribus Magiſtratibus habentibus dignitatem cum adminiſtratione, non in minoribus.*

16 *Vnus magiſtratus alium magiſtratum, etiam durante tempore dignitatis, conuenire poteſt, aut litem contra illum cœptam proſequi, nec ſuſpenditur proceſſus.*

17 *Conſules & Aſſeſſor ciuitatis Auenionenſis, ſunt de maioribus Magiſtratibus, maximè ſtante priuilegio Pontificio, de quo.* num. 21.

18 *Magiſtratus municipales, excuſantur à tutelis. Et durante officio conueniri non poſſunt.*

19 *Exceptio Magiſtratus non conueniendi, proponi poteſt etiamſi ſuperuenerit poſt litem cœptam.*

20 *Omnes exceptiones dilatoriæ ſuperuenientes de nouo poſt litem cœptam opponi poſſunt.*

22 *Milites armatæ militiæ quandiu ſunt in exercitio belli non poſſunt conueniri in cauſis ſuis, imò & debet in illis durante tempore quo ſunt in expeditione ſuperſederi. Exceptio hoſtica, quid ſit,* Ibidem.

23 *Exceptio hoſtica locum non habet in ſpolio. Intellige ſi ſit ſpolium de recenti,* num. 24.

QVIA præuentio duobus modis conſiderari poteſt. Primo quoad Iudices, ſecundo quoad partes litigantes: quia videlicet ſi pars vna per citationem, aut alio modo præuenta fuerit coram aliquo Iudice, non poteſt deinde iuriſdictionem illius declinare. Ideo nunc tractandum eſt de eo, qui poſt litem cœptam, & ante ſententiam aut illius executionem alterius fori factus eſt, vtrum iuriſdictionem præuentam declinare poſſit. Quæſtio iſta duas habet partes, quarum prior reſpicit actorem, forum mutantem, poſterior vero reum.

Quod ad actorem attinet, Regula generalis eſt, 1
illum, poſt præuentum iudicium, quamuis alterius fori factus ſit, iudicis præuenientis iuriſdictionem declinare non poſſe, ex diſpoſitione *l. vbi cœptum. ff. de iud.* quam ibi Bartolus ita intelligendam eſſe exiſtimat, vt acceptum ſit iudicium, tam ad incommodum rei citati quam ad incommodum actoris citationem obtinentis, quia neuter ad alium iudicem poterit recurrere ſi citatio effectum habuerit. Qui enim ſemel actionem propoſuit, cogitur vſque ad finem litis, in ea perſeuerare: *Authent. qui ſemel. C. quomodo & quando Index.* Quod non ſolum in actore ipſo procedit, ſed in illius quoque hærede ac ſucceſſore, cum ad illum transeat inſtantia, vt monnimus *part. 1. cap. 3. n. 18. & ſequentibus.* Et hanc materiam actoris forum mutare volentis ſatis explicanimus variis in locis huiuſce tractatus.

Secunda inſpectio, erit de reo forum mutante, 2
veluti ſi quis dum eſſet laicus fuit in ius vocatus, & cauſa aduerſus illum legitimè præuenta, poſtea factus eſt clericus, vel etiam ad ſacros ordines promotus eſt, vnde dubitatur an iudex laicus poſſit cauſam ſuam præuentam proſequi aduerſus illum reum, ex eo quod per clericatum fuit omnino exemptus ab eius iuriſdictione. Et circa hoc variæ fuerunt Doctorum opiniones, adeo vt ſeptem diuerſas referat Marian. Socin. *in c. propoſuiſti de foro compet. in 15. artic. principali* de qua diuerſitate ſententiarum tractat etiam Fontanell. *deciſ. 311.* vbi primò concludit, quod ſi quis in ſtatu laicali ante aſſumptum Clericatum, obligationem aliquam contraxit, & antequam contractus executioni demandaretur factus eſt Clericus, debet ſine dubio coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri, ſiue agatur via ordinaria, ſiue executiua, dicens ita in ſuis tribunalibus obſeruari. Quam reſolutionem ego indubitatam eſſe exiſtimo: quam probat etiam Surd. *conſil. 396. n. 19.* dicens, quod licet ratione contractus poſſit quis conueniri corã Iudice loci in quo celebratus eſt, etiamſi mutauerit domicilium, tamen fallit, quando mutatus eſt perſonæ ſtatus, putà ex laico factus eſt Clericus, tunc enim non poteſt coram alio Iudice quam Eccleſiaſtico conueniri: ſequitur Barboſ. *in l. ſi quis poſteaquam, 7. ff. de iudic. n. 202.*

Secundò idem Fontanell. *dicta deciſ. 311.* diſpu- 3
tando vtrum quando reus poſt præuentum iudicium coram iudice ſæculari fit clericus vel ſacerdos, præuentio ſuffragetur iudici ſæculari, vt poſſit cau-

ſam præuentam proſequi, duas affert oponiones contrarias. Vnam affirmatiuam in fauorem iudicis ſæcularis præuenientis, aliam vero negatiuam, nempe cauſam coram Iudice Eccleſiaſtico tractandam, expirante videlicet iudicis laici iuriſdictione, quem in cauſis in quibus Clericus reus eſt, non ſolum inhabilem; ſed etiam incapacem eſſe ſæpius diximus, idémque Author varios vtriuſque opinionis ſectatores in medium adducit, necnon etiam Hodiern. *ad Surd. deciſ.* 110. Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de iudic. reſolut.* 4. *numero* 17. Seraphin. *deciſ.* 957. *num.* 9. † Aduertendo tamen dum de Clericis loquimur, hoc intelligendum eſſe de clericis illis, quibus Concilium Tridentinum voluit competere fori priuilegium, *in ſeſſione* 23. *cap.* 6. *de reformat.* quo canetur, nullum prima Tonſura initiatum, aut in minoribus Ordinibus conſtitutum, fori priuilegio gaudere, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola vel Vniuerſitate verſetur de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines conſequendos. Quod *ibidem* Barboſ. *in ſuis notis*, copioſius exponit.

5 Inter iſtas autem opinionum contrarietates, quæſtionem hanc optimè reſoluit meo quidem iudicio idem Barboſ. *in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. libro primo, capite* 39. §. 2. *numero* 87. *& ſequentibus.* ex mente ſacræ Congregationis Concilij, quam teſtatur determinaſſe, Clericum primæ tonſuræ, qui poſt dimiſſum Clericatum, & habitum Clericalem deliquit, poſtquam in curia ſæculari citatus fuerat, & deinde reaſſumpto habitu cum tonſorâ Eccleſiæ inſeruire cœpit, non poſſe à Iudice laico iudicari, ſed illius cauſam coram Eccleſiaſtico Iudice tractandam eſſe. Deinde vero *num.* 89. dicit fuiſſe etiam per eandem ſaciam Congregationem declaratum, Clericum qui characterem, & habitum Clericalem aſſompſit poſt commiſſum delictum, & inchoatum proceſſum, datamque fideiuſſionem coram Iudice laico de ſe repræſentando, gaudere fori priuilegio, quoad perſonam. Quod ſi fraus abſit (quod Iudex Eccleſiaſticus inſpicere debet) poſſe Iudicem laicum contra ipſum procedere (quoad bona) & proceſſui finem imponere. Verum quia ex his non omnino reſoluti ſunt omnes caſus propoſitæ quæſtionis, ideo videri poterunt quæ nos diximus, *in prima parte huius tractatus cap.* 30. *num.* 55. vbi tamen oſtendimus conſultius eſſe, vt lis hoc caſu de nouo aduerſus reum effectum Clericum inchoëtur coram Eccleſiaſtico Iudice, maximè in his partibus ſummi Pontificis temporali etiam iuriſdictioni ſuppoſitis. Super quo videri poterunt Barboſ. *in dict. tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *num.* 87. De Marin. *quotid. reſol. capit.* 54. *num.* 8. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effectu* 1. *num.* 1074. Diana *reſol. moral. p.* 4. *tractatu* 1. *reſolut.* 38.

6 Sed tamen vt caſus omnes melius reſoluantur, breuiter ſequentes concluſiones adhibendæ ſunt.

Prima, quod ſi laicus poſt commiſſum delictum aſſumpſit clericatum in fraudem, remanet ſub iuriſdictione iudicis ſæcularis qui præuenit: ſi vero ſine fraude, apud nos iudicabitur illum eximi à iuriſdictione ſæculari, quamvis cauſa coram illo eſſet præuenta, & cauſam tractandam eſſe coram Iudice Eccleſiaſtico: Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 104.

Secunda, Clericatus præſumitur in aſſumptus fraudem, quādo poſt accuſationem, & formatum proceſſum, & multo magis poſt citationē, contumaciam & condemnationem, laicus ſe Clericum fecit, Farinac, *dicta quæſt.* 8. *num.* 110. ſecus eſt ſi ante citationem, accuſationem, & proceſſum formatum; quia tunc non præſumitur, quod Clericatus fuerit aſſumptus in fraudem: Idem Farinac. cum ibi citatis *num.* 111. *eadem quæſt.* 8. Niſi tamen Clericatus aſſumptus eſſet in continenti poſt delictum commiſſum, quia tunc præſumeretur illud in fraudem factum fuiſſe, Bellon. *de ijs quæ fiunt in cont. parte* 1. *q.* 65. *num.* 14. vbi allegat Caball. *reſ.* 108. Coſtam *de re integr. diſt.* 32. Quod tamen ſublimitatur, vt locum non habeat quando conſtaret de voto longè ante delictum facto, vt per Viuium, *commun. opinion. capit.* 112. *num.* 3.

Tertia, Clericus etiam per fraudem effectus poſt præuentam à Iudice ſæculari cauſam, puniri non poteſt pœnis corporalibus per hunc Iudicem, ſed tantum pecuniariis, quoad perſonam verò punitio ſpectat ad Eccleſiaſticum, niſi tamen laicus poſt capturam, & intra carceres de mandato Iudicis ſæcularis conſtitutus ſe feciſſet Clericum, tunc enim ille Iudex poſſet etiam deuenire ad impoſitionem pœnarum corporalium contra hunc delinquentem: Vincent. de Franch. *deciſ.* 109. *n.* 3. vbi dicit, *n.* 6. non dari caſum in quo ſacros Ordines quis ſuſcipiat dum detinetur intra carceres.

Poteſt etiam Clericus prævia degradatione puniri per laicum: quæ tamen degradatio fieri debet auctoritate Eccleſiæ, & in caſibus à iure ordinatis dumtaxat: Farinac. *dicta quæſt.* 8. *num.* 73. *Et conſil.* 77. *per totum.*

Quidquid autem dicat Vincent. de Franch. *dicta deciſ.* 109. dari poteſt caſus in quo quis ſacros Ordines carceratus ſuſcipiat, nempè ſi propter infirmitatem, aut aliā cauſā fuerit relaxatus datā fideiuſſione de ſe reintrudendo intra certum tempus; tunc enim cum ſemper dicatur carceratus, ſi ſacros Ordines ſuſcipiat, videtur quod non poſſit puniri per Iudicem ſæcularem de cuius mandato detinetur: quia licet Clericus per fraudem factus amittat fori priuilegium, non tamen amittit priuilegium *Can. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *quæſt.* 4. cuius virtute Iudex laicus perſonam Clerici tangere non poteſt, vt dicit Barbol. *in dicta l. ſi quis poſteaquam* 7. *num.* 213. *ff. de indic.* poterit igitur Iudex laicus procedere contra bona, ſed non contra perſonam, Clerici Sanfelic. *deciſ.* 2. *num.* 23. *& ſequentibus*, vtrum autem idem dicendum ſit de Clerico primæ tonſuræ, Sanfelic. *ibidem, num.* 29. ſe remittit ad tradita per Carl. *de iudic. diſp.* 11. *quæſtion.* 8. *num.* 1087. *&* 1088. Subdit tamen, illum qui cum falſis dimiſſoriis tonſuram accepit, fori non gaudere priuilegio, & cenſeri tanquam putum laicum: idémque dicit obtinere in bigamo, qui ſine diſpenſatione promotus eſt.

Expedito tractatu laici qui ſacros Ordines poſt delictum, aut cauſam coram laico præuentam ſuſcepit; deueniendum eſt ad alium caſum notabilem, de Iudice videlicet, qui propter vrgentem neceſſitatem aditus fuit: dubitari ſiquidem poteſt, vtrum ſi neceſſitas ceſſet, præuentio etiam illius Iudicis expiret. 7

Caſus eſt *in l. ſed et ſi reſtituatur*, 28. §. *ſed ſi dies. ff. de ind. & ibi* Bart. nempe ſi quis ſit in legatione, quamvis regulariter pendente legatione citari non poſſit, ſi tamen actio ſit tempore peritura, citari poterit coram Iudice illius loci in quo reperitur, & procedi coram illo vſque ad litis conteſtationem incluſiuè, qua facta, ſuperſedebitur in cauſa, & poſt finitam legationem, procedetur coram Iudice ordinario illius Legati, & ſic coram alio Iudice: ergo concludendum eſt, quod litis inchoatio, imo etiam conteſtatio, facta ex cauſā vrgentis neceſſitatis, non dat præuen

8 uentionem. † Quod ampliatur per Bartol. *in d.l.vbi acceptum,ff.de iudic.* vt locum habeat siue à principio adfuerit necessitas, siue superuenerit ex post facto.

9 † Exemplum huius ampliationis notabile afferri potest, si causa fuerit præuenta coram aliquo Iudice, cuius officium suppressum & sublatum fuerit authoritate Principis, sanè poterit causa coram alio Iudice competenti continuari & terminari non obstante præuentione primi illius Iudicis. Quanquam hoc casu, Princeps officium supprimens, sine dubio alium Iudicem in locum suppressi subrogaturus sit cum facultatibus opportunis, & primi authoritatem & Iurisdictionem in hunc subrogatum translaturus, coram quo causæ per primum præuentæ terminandæ sint. Quod si non fecerit, adeundus erit Iudex ordinarius. Qua de re copiosius agit Bruo. *consil. quinquagesimo quarto per totum.*

10 Hinc orta fuit aliàs pulchra & solemnis controuersia, quæ talis est. Cum olim Rex Christianissimus Mediolanensem Ducatum fuisset assecutus, & ipsum cum Astensi Ducatu & Comitatu vniuisset, illum Mediolanensi Senatui supposuit. Postea vero instantibus Astensibus, Ducatum & Comitatum prædictum separauit à Mediolanensi Senatu, illumque Gratianopolitano subiecit. Fuit quæsitum vtrum causæ coram Iudicibus Astensibus cœptæ inter Astenses ante separationem, (in prima instantiâ) deberent in gradu appellationis tractari in Senatu

11 Mediolanensi, an in Gratianopolitano. † Et primo quidem dicebatur, vnionem vel separationem Prouinciarum & iurisdictionũ à supremi Principis voluntate dependere, *§.illud tamen. Auth. vt sine quoquo suffrag.l.1.cum ibi notat.C.de Metropol. Beri.lib. 11.cap.sicut vnire,de excess.priuileg.* Bart. *in l.1.§.cum vrbem,ff.de offic.præfect.vrbi.* Intelligendo tamen de

12 separatione quoad iurisdictionalia, † siquidem nonobstante separatione iurisdictionum, Prouinciæ, & communitates semper primæua priuilegia & libertates retinent: Couarr. *practic. quæst. cap.37. num.7.* vbi dicit, quod vicus separatus à ciuitate, semper retinet ius depascendi, quod sibi antea competebat. Et Castrens. *cons. 307. lib.2.* Nam territoria communitatum possunt esse diuisa quoad vnum caput, & indiuisa quoad alia: Ioseph.Ramon. *consil.24.num.19.*

13 His suppositis quærebatur, vtrum causæ de quibus suprà actum est, deberent post separationem tractari in Senatu Mediolanẽsi; an in Gratianopolitano in secunda instantia; cùm in prima tractandæ essent coram iudicibus Ordinariis ciuitatis Astensis. Et dicebatur tractandas esse in Senatu ciuitatis Gratianopolitanæ: quia præuentio causarum coram Ordinariis facta, quæ poterat ius tribuere Mediolanensibus, cessabat, cum ageretur de translatione causæ præuentæ ad noniter erectum tribunal, & sic ex causa necessaria, quamuis illa necessitas superuenisset lite pendente: ex doctrina Bartoli mox allegata *in dict. l. acceptum.* Expirauerat enim omnis iurisdictio Senatus Mediolanensis per superuenientem de nouo dismembrationem iurisdictionis, & illius applicationem factam, ac translationem ad Gratianopolitanum, qui in locum Mediolanensis erat subrogatus. Et vt dicit Bart. *in dicta l. sed etsi restituatur, 28.§ sed si dicas, ff. de iudic.* Instantia transit ad Iudicem subrogatum, qui propterea adeundus est. Ex istis, aliisque rationibus pro Senatu Gratianopolitano concludit Bruo. *dict.consil.54.per totum.* Quibus videtur conuenire tertia limitatio allata per Socin. seniorem *in dicto cap. proposuisti in vltima columna, circa finem.*

Tertius casus afferri potest de eo, qui post causam cœptam promotus est ad Magistratum, seu dignitatem temporalem: de quo egimus *part.1.cap.18.n.46.* vbi ostendimus, in quibus Magistratibus, & quibus casibus hoc locum habeat, vt superueniens dignitas causæ præuentæ processum ad vlteriora impediat. Verum post ibi scripta superuenit in hac ciuitate casus notabilis, quem hic omittere non oportuit. Quidam iurium Doctor, contra quem lis magni momenti mota fuerat; pendente illâ lite fuit per electionem ciuitatis deputatus Assessor, quod publicum quidem munus est; sed carens administratione. Assessor siquidem est, veluti quidam Adjunctus Consulibus pro consilio in negotiis, arduis cuius monus est in consilio publico, priuatisve congregationibus, negotia super quibus deliberandum est, proponere, orationes Ciuitatis nomine coram Superioribus aduenientibus, aut in publica lætitia, seu coram Principib. transeuntibus recitare, & similia facere quæ nec administrationem sapiunt, neque iurisdictionem. Vnde dicebatur, Assessorem Magistratuũ appellatione minimè contineri. † Nec 15 per consequens frui debere priuilegio suspensionis causarum præuentarum durante sui officij tempore, iuxta text. *in leg. pars literarum 48. cum ibi notatis, ff. de iudic.* cum priuilegium illud maioribus domtaxat Iudicibus habentibus iurisdictionem concedatur, quando sunt Magistratus ad tempus deputati. Maiores autem dicuntur, si iurisdictionem habeant: Mastrill. *de Magistrat.part.6.cap.5.num.15.* hi enim pendente officio, nec actores, nec rei esse possunt: Mastrill. *dicto cap.5.num.9.* secus est in Magistratibus habentibus dignitatem sine administratione. Hi siquidem possunt durante officio conueniri: *l. x. C.vbi Senat.vel Clariss.* DD. *in dict.l.pars literarum.* Iacobin. *in l.2.ff. de in ius vocand.* Mastrill. *decis. 270. num. 47.* † Qui *in eadem decis. num. 54.* dicit 16 satis notabiliter, quod vnus Magistratus pendente officio alium Magistratum conuenire non prohibetur. Intelligendo semper prædicta de Magistratibus temporalib. (vt dictũ est;) nam perpetui, vel ad beneplacitum constituti, & conuenire & conueniri possunt. Idem *d. dec.270.n.41.& seqq.* † Videns itaque 17 dictus Assessor causam suam hac ex parte non esse sine periculo, recurrit (me consulente, & pro eo scribente) ad aliud remedium, nempe ad priuilegium Pontificium, quod Consulibus & Assessori Auenionensi concessum fuit, de quo mox agemus, *num. 21.*

† Quamuis enim Consules ea cõmuni reputatione, 18 necnon Assessorem esse inter maiores dignitates contenderetur, præsertim cum habeant ius mulctandi, & carceraodi in certis casibus, ex concessione Superiorum; ad notata per Bartol. *in l.de pupillo, §.si quis ita, ff. de noui oper.nunc.* nam & ipsi quoque Magistratus municipales, ab onere tutelæ excusantur: Balduin. *in §.Item qui potestatem, Instit.de excusat.tutor.* Montan. *de tutel. cap.35.num.103.* Neque durante officio conueniri posse dixit Tusch. *littera D.conclus.127.num.5.*

Talisque exceptio locum habet, quamuis pendente lite, & post illius contestationem superuenerit, 19 *l.si reus 12.& ibi* DD. maximè Castrens. *ff. iudic.solui.* Cabed. *decis.Lusit.24.& 25.parte 1.* † Quod generale est in exceptionibus dilatoriis, vt si de nouo 20 lite pendente superuenerint, opponi etiam possint post litem contestatam: Barbos. *in cap. pastoralis 4. n.21.de except. & in cap.insinuante, 25.num.3. de offic. Delegati,* post Couarr. *pract.quæst.cap.26.n.2.* Mascard. *de probation.concl.951.aliàs 953.n.36.* Rebuff. *de exception. n.378.*

Sed

21 Sed res extra omnem controuersiam ponitur, propter vim bullarum Pontificiarum, quibus cauetur, vt dicti Magistratus durante eorum officio, quoad ad forum vocationes,easdem habeant immunitates, exemptiones & priuilegia, quæ militibus armatæ militiæ,& illi intendentibus, concessæ sunt,perinde ac si absque vllâ fictione milites armatæ militiæ existerent,illiusque exercitio vacarent.

22 Atque ideo cum milites armatæ militiæ, qui seruitio Principis incumbunt, habeant illud priuilegium, vt interim in eorum causis supersedeatur, quod priuilegium apud Neapolitanos *Exceptio hostica* nuncupatur,vt apud Afflict. *in const. lib. 2. rub. 19.* & in *sua decis.* 84. Ricc. *collectan.* 1373. merito decisum fuit non solum Consules,sed etiam Assessorem qui ex eisdem Bullis eodem fruitur priuilegio, litem prosequi non teneri pendente anno sui officij.

23 Neque obstare dictum fuit quod opponebatur, exceptionem illam,hosticam nuncupatam, non habere locum in Iudicio spolij, quale intentari dicebatur, Giurb. *decis.* 118. *num.* 31. † Respondetur

24 enim quod Afflictus per Giurbam allegatos loquitur in spolio recenti, quando miles iussus ire ad bellum,post huiusmodi iussionem, confisus de sua supersessoriâ & exceptione dilatoriâ, spoliat aliquem: tunc enim verum est non gaudere suo priuilegio causæ suspensionis; secus est si spolium præcederet iussionem eundi ad bellum, prout in caso proposito prætensum spolium longo tempore præcedebat electionem ad dictum Magistratum: Afflict. *ibidem num.* 10. Et ita fuit pro supersessoriâ iudicatum & executioni demandatum.

CAPVT LIV.

ARGVMENTVM.

Diffusius explicantur dicta superius *cap.* 50. *num.* 11. & declaratur, quando in criminalibus oriatur præuentio. Dum Iudex procedit per Inquisitionem, vtrum sufficiat ad præuentionem, quod inquisitio producta sit in actis. Vtrum causa falsitatis sit sufficienter præuenta per accusationem,ad hoc vt supersedeatur in causa Ciuili,si citatio delinquentis non interuenerit. Falsitatis propositionem per viam exceptionis, nihil facere ad præuentionem, & quomodo differant inter se quæstio præuentionis causæ,& præiudicialitatis vnius ad aliam.

SVMMARIVM.

1 *Querela sola criminalis, nisi vlterius citatio delinquentis interuenerit, non dat præuentionem ob quam supersederi debeat in causa ciuili.*

2 *Ampliatur vt non sufficiat mandatum de citando, ad hoc vt causa criminalis dicatur præuenta,contra ciuilem.*

3 *De falsitate per modum exceptionis propositâ, tractandum est coram eodem Iudice, nec agendum hoc casu de præuentione.*

4 *Exceptio falsitatis, nisi sit euidens, non retardat executionem obligationis Cameralis. Fallit tamen ex statuto Auenionensi.*

5 *Simplex accusatio criminalis, non dat præuentionem.*

6 *Antequam citatio partis fuerit in criminalibus executioni demandata, Iudex potest querelam ex actis tollere & abolere.*

7 *Aliud est præuentio Iudicis, aliud voluntas præueniendi.*

8 *Per solas informationes & examen testium causa criminalis non est præuenta.*

Iudex qui præuenit per citationem præsertim realem,præfertur illi qui præuenit in capiendo informationes, ibidem.

9 *Quomodo considerari debeant in criminalibus, præuentio causæ,& præiudicialitas eiusdem.*

QVm dubitaretur, vtrum causa criminalis inter duos præuenta esset, ad effectum, vt eâ pendente supersederetur in causa Ciuili;Oppositum fuit,Criminalem non esse præuentam:quia licet data fuisset querela partis apud acta, nondum tamen facta fuerat rei citatio ante motam causam Ciuilem:Textus est *in l. libertus*, 2. & *ibi* Bartol. *ff. de in ius vocand.* Butat. *decis.* 180. *num.* 4. adeo vt non sufficiat ad effectum præuentionis, quod Inquisitio in actia producta fuerit: Bald. *in l. 1. C. quando libell. princip. datum, n.* 3. *versic. secundo quære.* Castrens. & alij *in d. l. libertus*, quia hæc non est præuentio; sed voluntas præueniendi: Boss. *de foro compet. n.* 103. 1

Neque sufficit mandatum de citando factum per Iudicem, sed requiritur effectualis citationis executio,quæ est initium cuiuslibet processus,Farinac. *quæst.* 7. *num.* 57. Et licet idem Farinac. *q.* 100. *n.* 66. dicat quod accusatio super falsitate instrumenti, faciat vt in causâ Ciuili in qua tale instrumentum productum est,supersedeatur:ex quo videtur inferri, quod ad præuentionem sola accusatio sufficiebat absque citatione: hoc tamen non dicit Farinac. nec Authores ab eo allegati. † Cum plures ex ipsis loquantur de falsitate opposita per viam exceptionis, in quibus terminis loquitur decisio Rotæ *in illa Ferrariensi pecuniaria die* 12. *Iuny* 1551. coram D. Barengo,quam *ibi* allegat Farinacius: Quia in casu illius decisionis tractabatur de impedienda executione obligationis Cameralis, propter oppositam falsitatis exceptionem, de qua notoriè & in promptu constare poterat per exhibitionem librorum mercatoris illius, in cuius fauorem obligatio facta fuerat,vt patet *ex decisione* 274. apud Verall. *p.* 2. 2 3

Similiter Barbat. *consil.* 43. *numer.* 12. *versic. Venio nunc ad aliam, volum.* 1. loquitur de falsitate opposita per viam exceptionis, de qua prius tractandum est, & decisio illius postea coniungenda cum negotio principali, vt simul exceptio cum actione indicetur, vt per Salicet. *in l.* 2. *in princip. C. ad l. Cornel. de fals.* ad quam se remittit, *in l. si decueris, num.* 1 *in primo notabili, C. eodem tit.*

Ita tamen, vt dum agitur de executione obligationis Cameralis (cessante statuto in contrarium, quo permittitur reo, vt intra dilationes statutarias opponat exceptiones aduersus instrumentum, suspensâ interim executione) exceptio falsitatis debeat esse euidens, alias non retardet executionem: Zachias, *de oblig. Camer. quæst.* 17. *n.* 8. & Rota post eius tractatum *decis.* 110. *num.* 3. 4

Et sic Doctores omnes qui tractant de oppositione falsitatis per viam exceptionis, nihil faciunt ad quæstionem nostram præuentionis,non enim intrat consi

considetatio præuentionis, quando tractatur de falsitate, aut alia rei defensione per modum exceptionis opposita, cum certum sit exceptionem coram eodem Iudice, eodémque Notatio causæ principalis esse tractandam & decidendam, vt dictum est, *parte 1.cap.15.num.18.*

5 Quod autem attinet ad alios DD. per Farinacium citatos, qui non solum de exceptione; sed etiá de accusatione falsi loquuntur, Rota *decis.109.n.13.* apud Buratum, & ex ea Gratian. *discept.531.num.78. & 79.* Respondent, & veiè, quod nullus ex ipsis loquitur de simplici accusatione, præsupponendo, quod ad præueniendum vltra accusationem debeat
6 interuenire citatio. † Imò dicunt aliqui Doctores, quod antequam citatio in criminalibus fuerit executioni demandata, Iudex potest inquisitionem apud acta remissam retrahere & abolere, (quod ego intelligerem, vt fieri posset ex iustâ causâ.) Ratio est, quia per solam inquisitionem in actis remissam, non oritur aliqua præuentio iurisdictionis: Ca-
7 strens. *in dict.leg.libertus, 2.ff.de in ius vocand.* † Et ante citationem transmissam, non dicitur præuentio; sed voluntas præueniendi, vt supra dictum est, & notat Bald. *in leg.1.num.15. in fine, Cod.de confess.* Farinac. *dict.quest.7.num.57.& 60.* Quod etiam dixit Marian. Socin. *in cap.proposuisti, num.16.de foro compet.* Decian. *in tract.crimin. tom.1. lib.6. cap.21. num.1.* & Angel. *in l.si quis posteaquam, ff. de iudic. versic. Vnde malefactore capto*, & in *versic. Secus si potestas*, quem citat & sequitur Vincent.de Franch. *decis.505.num.15.*

8 Et quamuis Socinus *loco citato dicat*, quod licet non fuerit facta citatio, si tamen Iudex processerit ad examinationem testium, fortè censeatur præuenisse: eius tamen opinio, quam dubitatiuè tenuit per verbum *fortè*, non potest sustineri, quia de contrario satis patet ex supradictis, & iden rectè illa opinio refutatur apud Vincent.de Franch. *dicta decis.505.num.16.*

Quod si ex duobus iudicibus, vnus præuenisset per capturam rei, alius vero per informationes, captura vti fortior præualeret, & Iudici reum detinenti causa esset adjudicanda: Grammat. *dec.30.num.6.* quem citat & sequitur Amendol. ad Vincent. de Franch. *dicta decis.505. num.2.* Capiblanc. *de iure Baron.pragmat.8.p.8.num.218.*

Si autem vnus per citationem personalem legitimæ executioni demandatam & effectuatam præuenisset, hic etiam præferendus esset alteri, qui per solam informationum assumptionem, & illarum apud acta remissionem, præoccupasse iurisdictionem prætenderet, vt præter DD. citatos tradit Guazzin. *de defens.reor. defens.1. cap.9. numer.3. 4.& 5.*

9 Notandum autem hic est, quando agitur vtrum causa Ciuilis præiudicet Criminali, non esse confundendos terminos præuentionis & præiudicialitatis. Quia si benè aduertatur, præuentio respicit Iudices, videlicet vter ex duobus iudicibus, qui de causâ cognoscere prætendit, sit alteri ex capite præoccupationis illius præferendus. Et hoc casu ille præferendus est in iudicio causæ Criminalis coram quo de illa fuit oppositum siue principaliter, & per modum actionis, siue incidenter & per viam exceptionis: quia quoties de crimine, veluti de falsitate etiam incidenter, & per viam exceptionis opponitur in causa ciuili, non potest deinde procedi ad nouum iudicium criminale, vt diximus *parte prima, cap.16.num.5.& cap.15.num.18.& sequentib.* Secundum quæ, non ita pridem in quadam causa graui fuit iudicatum non esse locum iudicio criminali, quia iam de falsitate fuerat oppositum per viam exceptionis in iudicio Ciuili.

Præiudicialitas vero non respicit Iudices; sed potius causas, videlicet quænam ex duabus controuersiis prius debeat terminari, siue coram eodem, siue coram diuersis iudicibus, hoc nihil interest ad effectum præiudicialitatis: vt post Bartol. *in leg.qui prior 29. versic. Aut vtraque continet petitorium, ff. de iudic.* & Bald. *in l.vbi pactum 40.n.4.C.de transactionibus:* dixi, *p.1.c.15.num.1.*

Ergo si de præuentione sit controuersia recurrendum erit ad regulas præuentionis. Si de præiudicialitate causarum, ad præiudicialitatis regulas, quæ diuersæ sunt: vt colligitur ex notatis per Farin. *de variis & diuersis quæst.q.100.num.69.& 70.* De his autem causis præiudicialibus, satis egimus suis in locis *parte prima.*

CAPVT LV.

ARGVMENTVM.

De præiudicio causæ super dominio directo motæ ad causam commissi, seu caducitatis. Necnon contentionis inter duos dominium directum ad se pertinere prætendentes ad causam solutionis laudemij, vel canonis emphyteutici. Et quæ sit differentia Domini directi vocati in euictionarium, vel assistentis causæ pro suo interesse: aut aliàs circa modum quo de dominio directo disceptatur.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio super competentia Dominij directi est præiudicialis controuersiæ motæ super commisso, vel caducitate rei quæ supponitur moueri sub illo Dominio.*

2 *Duobus Dominis directis inuicem de Dominio contendentibus, interim emphyteuta non debet molestari.*

3 *Ampliatur, vt ne quidem hoc casu emphyteuta possit cogi ad soluendum, etiam data cautione per prætensum Dominum directum de illum releuando.*

4 *Potest tamen interim emphyteuta cogi ad deponendum, vt soluatur illi ad quem de iure pertinebit Dominium.*

5 *Præuentio si fuerit facta per vnum ex prætendentibus Dominium directum prædij emphyteutici ad se pertinere, vtrum vnus ex illis qui passus est se præueniri ab alio, possit nouam litem pro suo iure mouere.*

6 *Si Dominus directus secundo loco vocatus, compareat vocatus tanquam euictionarius, tenetur litem prosequi in illo foro in quo causa fuit præuenta.*

7 *In Clerico ad quem spectare prætenditur directum Dominium, vtrum sit aliquid speciale quoad forum, si ratione emphyteuseos, & Dominij directi in ius vocetur vti euictionarius.*

8 *Si emphyteuta conueniatur principaliter, causa tractanda est coram Iudice eius competenti. Quid in emphyteusi Ecclesiastica.*

1 SI Dominus directus agat contra emphyteutam ad commissum, seu caducitatem, & moueatur controuersia super directo eius Dominio, veluti quod possessor, prædium liberum esse dicat, vel tertius quidam dominium directum ad se, & non ad actorem pertinere prætendat; certum est, quæstionem illam, vtrum prædium illud sit de eius Dominio directo? esse præiudicialem ad quæstionem caducitatis; ideoque Iudicem nihil decernere posse, nisi prius liquidatum fuerit vtrum prædium aut res illa sit sub eius Dominio directo, & res sit emphyteuticaria, Bald. *consil.* 177. Ad euidentiam est præmittendum, *n.a. vers. Et hoc verum volum.* 3.

2 Vnde sequitur, duobus de Dominio directo cuiusdam rei contendentibus, quod quilibet ad se spectare contendit, quod interim emphyteuta, à lite eximendus est, & quæstio inter dictos duos prætendentes Dominium directum, tanquam præiudicialis prius terminanda est. Boër. *dec.* 106.

3 Quod adeo verum est, vt ne quidem audiatur Dominus directus præueniens, si petat emphyteutam compelli ad sibi soluendum, datâ fideiussione idonea de ipsum releuando, & indemnem seruando, seu de restituendo illi cui Dominium fuerit adiodicatum: Codex Fabrian. *libro 4. tit. 42. de iure Em-*
4 *phyteut. definit* 26. † Poterit tamen emphyteuta cogi ad deponendum, si constet illum aliquid debere, ad hoc vt postea depositum relaxetur illi, cui de iure solui debebit, vt dicit Boër. *d. decis.* 106.

Sed an hoc casu, præuentio facta per vnum ex Dominis directis emphyteutam poterit impedire, quin alius prætendens se Dominum, causam suam separatim prosequatur.

5 In hac quæstione Sola *in constitut. Saband. in titul. de iure emphyteutico, Decret. Rempublicam, in gloss.* 5. 3. *partis, numero* 2. *pagin.* 60. simpliciter dixit, quod comparente Domino & defendente Dominium directum ad se pertinere, locus est remissioni causæ ad Iudicem comparentis, & ad hoc allegat Cagnol. *in l. venditor.* 49. *ff. de iudic. num.* 19. Verum hoc non ita simpliciter procedit, sed casus distinguendi sunt.

6 In primis enim videndum est, vtrum iste secundus Dominus directus superueniens, vocatus fuerit per emphyteutam in euictionarium? & hoc casu verius est Dominum istum directum vocatum in euictionem, teneri causam prosequi coram illo Indice, coram quo causa est præuenta: per text. *in dict. l. venditor.* & ex notatis per Nos *p.* 1. *huius tractatus, c.* 20. *num.* 19. vbi ex veriori sententia probauimus teneri euictionatium sequi forum illius, ad cuius instantiam vocatur ad euictionem; quia debet haberi respectus ad personam rei qui principaliter conuenitur, *leg.* 1. ibi *ob actoris personam, Cod. vbi in rem actio.*

7 † Quod tamen moderatione indiget io casu speciali Clerici in euictionem vocati, de quo nos egimus *hac secunda parte, c.* 12. *n.* 33. Debet etiam considerari, quod quando agitur de emphyteusi Ecclesiastica, Iudex laicus non potest de ea cognoscere, cum sit omnino incompetens, vt monuimus, *hac* 2. *parte cap.* 12. *num.* 42. Et tractat Barbos. *de iure Eccles. vniuers.* De Clerico euictionario, *lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *numero* 118. Sed omissa quæstione Clerici loquendo generaliter, si Dominus directus qui non habet plenũ Dominium, id est, vtile cum directo coniunctum, sed solum directum, vocetur in euictionem, tenetur subire forum rei, & comparere in Iudicio contra reum principalem præuentũ, iuxta distinctionem Bartoli, *in l.* 2. *C. vbi in rem actio n.* 6. nempè quod si emphyteuta ratione sui Dominij vtilis conuenitur, non debet Dominos directus vocari: sed si ratione Dominij directi, videlicet quia alius prætendit illud ad se spectare, tunc debet nominare Dominum, vt litem defendat, & ipse liberatur ab illo Iudicio respectu illius dominij, quatenus iudicium non repugnat iuri ipsius emphyteutæ, vt *ibidem* Bartolus declarat.

Et generale est quod si emphyteuta principaliter conueniatur, causa tractari debet coram Iudice qui aduersus illum causam præuenit, Surd. *consilio* 396. *numero* 36. *versic. Aliquando*: Gamma, *decis. Lusitan.* 333. *numero* 3. *in fine*, ibi, *Notatamen quoad effectum declinandi iudicium.* 8

Si vero secundus iste Dominus directus non compareat vti vocatus ad causæ defensionem, sed vti tertius, pro suo interesse; obseruanda erunt quæ nos diximus, dum de Tertiis comparentibus tractauimus, *hac* 2. *p. cap.* 12. vbi tota hæc materia declaratur, & ostendimus *ibidem*, quando Dominus directus comparet in consequentiam nominationis, posse petere causæ remissionem ad suos Iudices competentes. Quando vero comparet tanquam author laudatus, seu euictionarius, tenetur causam prosequi coram Iudice qui præuenit aduersus possessorem rei emphyteuticæ.

CAPVT LVI.

ARGVMENTVM.

De Præuentione facta per executionem instrumenti nulliter cancellati, videlicet ab eo qui cancellandi facultatem non habebat. Et de ea quæ facta fuit pro restitutione sortis principalis reditus annui loco damnorum, & interesse. Et quibus in casibus executio huiusmodi sustineri possit, ad producendum effectum præuentionis. Quæstionem nullitatis non obstare præuentioni si requirat altiorem indaginem. In quibus casibus locus sit repetitioni sortis principalis annui reditus; & pendente iudicio super huiusmodi sortis restitutione, vtrùm interim fructus currant.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dans executionem instrumentis, locum non habet in illis quæ sunt cancellata.*

2 *Cancellatio instrumenti, facta à non habente potestatem, non impedit illius viam executiuam.*

3 *Mater si nomine filiorum cancellauerit instrumentum cum non esset administratrix, non nocet filiis quominus viâ executiuâ cogere possint obligatum.*

4 *Cancellatione facta ab eo qui potestatem non habebat, instrumentum eandem vim habet quam haberet si non esset cancellatum.*

5 *Ampliatur, vt locum habeat, quamuis cancellatio Magistratus auctoritate, indebitè facta fuisset.*

6 *Quando instrumentum est cancellatum, regulariter agendum est via ordinaria, & non executiua.*

7 *Sors annui reditus impropriè dicitur debita, quia ita debetur, vt exigi non possit.*

8 Exe

8 *Executio pro summa partim debita, & partim indebita, nulla est.*

9 *Executio non est nulla, si erratum fuit in æstimatione, secus si erretur in quantitate summæ pro qua fit executio.*

10 *Multi recensentur casus in quibus sors annui reditus peti potest loco damnorum & interesse.*

Et multa notabilia circa hanc petitionem sortis proponuntur: & vtrum interim pendente hoc Iudicio fructus census annui currant.

11 *Quando sors annui reditus petitur loco damnorum & interesse, ob pacta non seruata, aut alià de causâ vtrum debeat præcedere interpellatio debitoris.*

12 *Ob alienationem hypothecarum specialium super quibus annuus reditus impositus est, nisi aliud interueniat, non potest exigi sors annui reditus.*

13 *Si bona super quibus census imponitur non sint in totum libera, sufficit quod talia sint vsque ad concurrentiam valoris reditus.*

14 *Si in contractu reditus annui adsit pactum de non alienando, locus est repetitioni sortis propter contrauentionem pacti, loco damnorum & interesse.*

15 *Quæstio nullitatis requirens altiorem indaginem, non obstat præuentioni.*

16 *Exceptio nullitatis non retardat expeditionem causæ summariæ, quando requirit altiorem indaginem.*

17 *Exceptiones non requirentes altiorem indaginem, quando admittuntur, tamen de illis plenè constare debet.*

CASVS iste mihi nuper decidendus commissus fuit. Creditor annui reditus bona sui debitoris de pignore capi curauerat, tam pro consequenda solutione reliquorum annui illius reditus, quam pro restitutione sortis principalis. Post istam pignorationem superuenerunt alij creditores eiusdem debitoris, qui de mãdato alterius Iudicis, & apud acta alterius notarij in vim suorum instrumentorum processerũt ad alias executiones, formatusque fuit magnus concursus creditorum. Dubitatum fuit de præuentione. Isti siquidem creditores, quamuis in executione posteriores, opponebant de notoria nullitate ex duplici capite aduersus primam executionem, propter quam non erat locus præuentioni. Primo, quia illa executio facta fuerat vigore instrumenti cancellati. Secundo, quia indebitè pro restitutione sortis reditus annui.

1 Quod attinet ad primum caput, certum est executionem factam vigore instrumenti cancellati, regulariter nullam & inualidam esse: Bart. *in l. 1. §. fin. ff. de his quæ in testam. delentur*, Castrens. *in l. nostram, n. 5. C. de testam.* DD. *in l. fin. C. de edict. diui. Hadriani toll.* si nulla, ergo non producit fundamentum præuentionis, vt sæpe dictum est; ex Mascard. *de probat. conclus.* 1231. & alijs.

2 Sed fuit replicatum cancellationem non obstare executioni, quia facta fuerat à non habente potestatem, & propterea non poterat nocere creditori, nec impedire viam executiuam instrumenti: Surd. *consil.*

3 16. *num.* 17. † Mater siquidem nomine filij, cuius tamen non erat administratrix, illud instrumentum cancellauerat, ideo non nocebat filio, nec executioni contractus obligatione Camerali vallati: Gratian.

4 *discept. for. cap.* 336. *num.* 33. † Vnde succedit generalis regula, cancellationem instrumenti factam ab eo, qui non habebat cancellandi facultatem, perinde haberi ac si facta non fuisset, & instrumentum pro perfecto & sano reputari, idem Gratian. *discept. for.*

593. *n.* 16. & *decis.* 699. *n.* 1. vbi quod instrumentum mandari debet executioni quasi non esset cancel atum: Grass. *de except.* 13. *num.* 33.

Quod extenditur vt locum habeat, quando indebita illa cancellatio facta fuisset auctoritate Magistratus: Afflictis, *de executione*, §. 1. *cap.* 39. *num.* 6. 5

Producet itaque huiusmodi executio præuentionis effectum, cum de nullitate impugnari non possit, † si enim cancellatio facta fuisset à persona legitima & habente facultatem cancellandi, quamuis allegaretur illam factam fuisse indebitè, & per errorem, cum talis exceptio erroris requireret altiorem indaginem, non daretur via executiua ex instrumento sic cancellato, sed agendum esset via ordinaria, vt notat Bart. *in d. l. 1. §. fin.* & Castrens. *in dict. l. nostram*, & post eos Surd. *d. consil.* 16. *num.* 1. Cum autem in casu proposito notoriè constaret illam cancellationem factam à matre nomine filij absque matris legitima potestate, fuit quoad primum hoc caput conclusum, nihil obstare præuentioni factæ in vim huius instrumenti quantumvis cancellati, stante euidenti nullitate cancellationis. Sed maior fuit difficultas quoad secundum fundamentum creditorum aduersus præuentionem opponentium, non potuisse agi executiuè pro restitutione sortis annui reditus, & sic constare de euidenti nullitate executionis, quo casu non datur ex illa præuentio. Vnde ego Iudicaui ex illâ executione non dari locum præuentioni, & causam adiudicaui illi Notario, apud quem posteriores executiones factæ fuerant, excluso eo qui præuenerat, sed nulliter nullitate notoriâ. Nam quamvis verum sit, in certis quibusdam casibus procedi posse via executiua pro sortis annui reditus restitutione, vt mox ostendimus, tamen in casu proposito pignorationes, subhastationes & liberationes bonorum debitoris continebant indubitabilem nullitatem, † cum factæ essent pro summis partim debitis & partim indebitis, videlicet pro reliquis, seu residuis solutionibus annui reditus, quæ nos Arreragia nuncupamus, & pro sorte principali illius redditus indebitâ. Non quod indebita propriè dicatur, sed impropriè, cum ita debita sit, vt tamen exigi non possit, aut executio fieri pro illius consequutione: Vincent. de Franch. *dec.* 254. *num.* 9. Post Ruyn. *consil.* 193. *visa cessione*, *num.* 4. *versic. non obstat etiam textus, volum.* 1. Cens. *in tract. de censibus, quæst.* 70. *num.* 2. Roderic. *de ann. redditib. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 13. per text. *in extrauaganti Regimini*, *de empt. & vend. in communib.* 6 7

Poterat quidem sustineri executio quoad census decursos, seu arreragia, sed quia facta fuerat simul pro restitutione sortis principalis, subsistere non poterat, quia in indiuiduis (qualis est executio) vtile per inutile viciatur, *leg. si non sortem*, §. *si centum*, & *ibi DD. ff. de condiction. indebit.* Surd. *decision.* 45. *numero* 3. † Præsertim quando (prout in casu isto) non fuit erratum in æstimatione rei, sed potius in quantitate quæ indebitè fuit petita: Gratian. *discept. forens.* 162. *numero* 33. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 32. *numero* 80. 81. & *sequentibus.* 8 9

Neque obstat dari multos casus, in quibus loco damnorum & interesse locus est repetitioni sortis annui reditus, Lud. *dec.* 88. *n.* 3. & *ibi* Addent. *n.* 10. Grat. *discept. for.* 301. *num.* 6. veluti si pacta non seruentur, aut cautiones (prout promissum est) non præstentur, Rota *post consil. Farin. dec.* 153. vbi etiam additur, quod illa sortis repetitio fieri potest via executiua, Gratian. *dicta discept.* 301. *n.* 6. Rota *diuers. dec.* 741. *numero* 1. *p.* 1. Seraph. *decis.* 321. *numero* 19. Idem si venditor 10

venditor censûs, res alienas, dolosè censui supposoerit, Roderic. *de annuis redit. libro 2. quæst. 1. n. 6. versic. Adde alium.* Et generale est, vt detur actio ad interesse propter dolum venditoris: Gomes. *lib. 2. var. resolut. cap. 2. numero 39. versicul. Aduertendum tamen.* Idem si bona censui supposita reperiantur fideicommisso obnoxia, Farinac. *post consilia, decis.* 250. Marescot. *lib. 2. var. resol. cap.* 61. Gratian. *dec. March.* 13. Idem de materia *discept.* 175. Et idem obtinet in multis aliis casibus relatis per Censium, *in tract. de censibus, quæst.* 106. *per totam.*

Hæc tamen intelligenda sunt nonnullis adhibitis præcautionibus. Primo quidem quod si census fuerit impositus super bonis pro parte liberis, & pro parte fideicommisso obnoxiis, sustinetur quoad partem liberam quæ non est alienati prohibita, Marescot. *lib. 1. var. resolut. cap.* 72. Idemque dicendum est si res censui supposita, licet reperiatur aliis hypothecata specialiter, sufficiens tamen est ad vtriusque debiti solutionem. Rota apud Farinac. *decis.* 126. *post eius consilia.* Addent. ad Ludouis. *decis.* 225. *num.* 16. & Ludouis. *decis.* 256. *num.* 1. Duard. *de censib.* §. 1. *quæst.* 5. *num.* 15. Secundò quod licet emptor censûs annui intentauerit iudicium restitutionis sortis, semper tamen ad eius fauorem currit interesse, donec illi restituta fuerit sors annui reditus per actum reconsimilem: & ideo hoc casu executio pro pensionibus decursis, & decurrendis, vsque ad effectualem sortis restitutionem facta, erit valida, & producet effectum præuentionis: quidquid resoluerit in contrarium Rot. *coram Pamphilio, decis.* 139. *post consilia Farinac.* & apud Patis. *decis.* 212. Gratian. *discept. forens.* 301. *num.* 7. Quia eadem Rota recessit ab illa opinione, vt apud Marescotum *lib. 2. cap.* 61. *num.* 8. *& 9.* Marius Muta *decis.* 98. Videatur Duard. *de censib.* §. 1. *quæst.* 5. *num.* 13. vbi dicit hoc casu fructus censûs deberi, non tanquam fructus, sed tanquam interesse, ad eandem rationem ad quam fructus censûs ante petitionem debebantur: & Rota *dec.* 278. *num.* 10. *par.* 5. *recentior.* vbi explicat dictam decisionem coram Pamphilio factam.

11 Et quamvis, *in dicta decis.* 155. *num.* 1. *post consil. Farinac.* videatur requiri ad validitatem executionum factarum pro restitutione sortis annui reditus, vt præcedat debitoris interpellatio, antequam procedatur ad executionem vt adimpleat pacta & promissiones, tamen hoc non habet locum, & recta via potest fieri executio pro restitione sortis loco damnorum & interesse in casibus, in quibus datur repetitioni locus in vim obligationis Cameralis, Rota *decis.* 197. *n.* 4. *post tract. Censij de censibus, & dict. dec.* 741. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* Verum quia in casu proposito non versabamur in aliquo ex illis casibus, in quibus locus repetitioni sortis esse posset, ideo semper remanebat notoria nullitas executionis ob peritam indebitè sortem annui redditus, quæ repetibilis non erat.

12 Neque reddebatur valida executio sub eo prætextu quod debitor hypothecas alienauerat, & ad alium possessorem transtulerat: quia alienatio illa nullum affert creditori censûs præiudicium, cuius hypothecæ non alterantur, nec actiones tolluntur per alienationem bonorum debitoris immo saluæ semper manent, quia ad quemcunque res transeat, transit cum onere suæ hypothecæ. Idque maximè procedit, si debitori alia bona sufficientia remaneant pro solutione & securitate censûs: Rota, *decis.* 126. *per totam, post consil. Farinac.* Ludou. *decis.* 256. *n.* 1.

13 Addent. *ad eundem. decis.* 255. *n.* 16. † vbi dicitur quod census sustinetur in parte bonorum liberâ, si illa bona sunt sufficientia pro solutione, & securitate censûs: Cens. *q.* 42. *n.* 22. *&* 23. Duard. *de censibus,* §. 1. *q.* 5. *num.* 15. *& sequentibus.* Remanet enim venditori censûs libera facultas de bonis liberis censui suppositis disponendi, Duard. §. 5. *de redemption. & extinct. census, quæst.* 46. *num.* 3. *&* §. 4. *quæstion.* 3. *numer.* 11.

Intellige & limita supradicta omnia, nisi in contractu censûs appositum esset pactum de non alienando nam nunc alienatione sequuta, locus esset restitutioni sortis loco damnorum, & interesse ob pacta non seruata: vt tradunt DD. omnes mox citati. 14

Et ex his fuit iudicatum, per illam executionem nullitet factam, non fuisse validam præuentionem illius notatij, qui scribebat in causa executionum.

Verum quidem est, quod si nullitas illa non fuisset euidens, sed exegisset altiorem indaginem, reiicienda fuisset ad negotium principale, vt diximus *p.* 1. *c.* 2. *n.* 5. *in fine.* 15

Quando enim exceptio requirit altiorem indaginem, nullitas opposita non impedit, aut retardat executionem in istis incidentibus quæ celeritatem desiderant, ne ex litibus lites oriantur: ad notata per Rotam post Zach. *de oblig. Camer. decision.* 27. *numero* 2. & per Zach. *quæst.* 5. *num.* 2. *&* 8. vbi explicat quando exceptio nullitatis altiorem requirat indaginem. 16

Est tamen verum, quod licet exceptiones tales sint quæ altiorem non requirant indaginem, debet nihilominus de illis constare per probationes concludentes, Argel. *de acquirend. possess. quæst.* 2. *numero* 16. 17

Et ratio præmissorum est, quia si propter nullitates, altiorem indaginem, & Iudiciariam telam exigentes, causa à Iudice, aut Notario præueniente auferretur, semper excogitarentur nullitates, vt ea ratione Iudiciorum ordo turbaretur, & causa ad aliud tribunal traheretur indebitè. Oportet ergo nullitates esse euidentes & nullam telam Iudiciariam requirentes, vt præuentioni obstare possint, ad instar Iudicis de cuius competentia dubitatur, quia cognitio quæ fit ad fundandam illius iurisdictionem est summaria, per text. *in c. si Clericus laicum, de foro comp.* Gloss. *in c.* 1. *in verb. conseruatores, de offic. deleg. in* 6. & per alia iura quæ copiosius allegat Barbos. *in leg. si quis ex aliena* 5. *ff. de iudic. num.* 132. vbi quod quando agitur de qualitate fundante iurisdictionem, de ea prius quidem cognosci debet, sed cognitio summaria est, & vt dicit Gl. *in d. verb. conseruatores.* Index attendit solum vtrum negatio excludens iurisdictionem Conseruatoris, sit probabilis, nec ne: alias dicit, quod esset facile in omni casu deludere authoritatem Conseruatoris. Quam cognitionem esse summariam dicit Barbos. *loco citato, num.* 144. & nos alio loco diximus.

CAPVT LVII.

ARGVMENTVM.

De executione facta in ciuitate Lugdunensi contra debitorem ibi repertum, qui tamen fuerat inhibitus authoritate Iudicum Auenionensium, & sequestrum factum in manibus ipsius cum inhibitioni-

bus

bus opportunis, quæ etiam factæ fuerant ipsi creditori, qui in spretum inhibitionum obtinuit decretum capturæ contra sequestrarium, coram Magistratibus Regiis eiusdem ciuitatis Lugdunensis.

SVMMARIVM.

1 *Facto sequestro in manibus debitoris cum inhibitionibus de soluendo, non potest contra ipsum procedi executiuè.*

2 *Inhibitio facta parti, operatur nullitatem processura alterius iudicis, quamuis illa inhibitio non fuerit deducta ad illius notitiam.*

3 *Index praueniens, potest inhibere iudici praeuento, etiamsi sint pares.*

4 *Hoc verum est in Iudice Ecclesiastico, nam laicus laico non potest inhibere ex veriori sententia quando sunt pares, sed ad Superiorem est recurrendum.*

5 *Item verum est quod potest inhibere parti, qua inhibitio alterius iudicis processuram inficit.*
Intellige si iudex procedat ad instantiam partis qua fuit inhibita; secus si procedat ex officio.

6 *Quando quis comparuit, & litem contestatus est coram Iudicibus Pontificiis, & fuit factum decretum de nihil innouando, si procedant coram alio Iudice, committit attentata.*

7 *Qui in spretum inhibitionum, adiuit Iudicem alterius Monarchiæ, dicitur Principis inhibentis iurisdictionem turbare.*

OST causam inter duos mercatores coram Magistratibus Pontificiis præuentam per intimationem sequestri, & inhibitiones prætenso creditori factas de turbando debitorem in persona, vel bonis, per quodcũque genus executionis, stantibus sequestrationibus factis ad instantiam illorum, quibus ille creditor varias pecuniarum summas debebat, debitor iste in cuius manibus sequestrum factum fuerat in ciuitate Lugdunensi vbi repertus fuerat, carceratus fuit ad instantiam eiusdem creditoris inhibiti.

1 Dubitatum fuit vtrum huic creditori exequenti post inhibitiones obstaret præuentio, & in quas pœnas inciderit. Consultus hac de re, dixi sine dubio executionem illam in præiudicium causæ pendentis, & præuentæ in ciuitate Aueníonensi, subsequutis inhibitionibus, nullitatis vitio laborare. Non enim poterat in dubium reuocari iustitia illius inhibitionis, quia attentis sequestrationibus factis in manibus istius debitoris, non poterat cogi ad soluendum donec citatis citandis inhibitiones sublatæ fuissent: Zach. *de obligationibus Cameralibus, quæst.* 19.*n.*7. Seraphin. *decis.* 19.*num.* 1. Neque Iudex Lugdunensis poterat esse competens in illa causa, attentis inhibitionibus in litis præuentione &

2 sequestratione fundatis, ipsique parti intimatis. † Quia licet inhibitio facta fuerit solum parti, & non iudici, operatur nullitatem omnium gestorum coram alio iudice, quamuis coram illo non fuerit oppositum de litispendentia, & inhibitionibus: Lancell. *de attent. cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 103. *versic. vel dicamus.*

3 Rationem affert Lancel. *ibid. num.* 105. quia licet dicatur quod par in parem non habet imperium, *l. ille à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell.* tamen iudex præueniens potest inhibere præuento, ne ad vlteriora procedat, quamuis iudices sint pares: ad quod allegat Alexand. *consil.* 9. *lib.* 4. quod etiam ipse Lancell. confirmat, *cap.* 10. *quæst.* 4. *num.* 103. Quæ tamen doctrina posset procedere, si ageretur de iudice Ecclesiastico, qui potest inhibere iudici laico, ne in præiudicium suæ iurisdictionis procedat: in quibus terminis procedit consil. Alexandri: † Sed in aliis casibus, si Iudices pares sibiinuicem inhiberent, magna oriretur confusio, Aut enim sunt sub diuersis iurisdictionibus, & hoc fieri non posset ex defectu authoritatis, Aut sub eodem Principe, & tunc Superiorem adeundum esse suprà ostendimus: & poterunt videri dicta superius, *hac* 2. *parte cap.* 6. *num.* 13. *& cap.* 12. *per totum.* 4

Quocumque tamen casu Inhibitio sufficit si fiat parti, ad hoc, vt gesta in præiudicium ipsius reddant nullam totam processuram alterius Iudicis: Lancell. *de attentat. cap.* 20. *ampliat.* 1. *num.* 19. *&* 30. *& ampliat.* 6. *num.* 2. Salgad. *de Reg. protect. parte* 3. *cap.* 14. *num.* 68. Licet enim ex scientia partis nihil inferri possit ad scientiam Iudicis ad effectum attentatorum, Lancellot. *in d. tract. de attentat. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 15. *num.* 16. Illud procedit, si Iudex aliquem actum faceret ex officio & sine requisitione partis; tunc enim illi nihil posset imputari: secus si ad partis instantiam; quia cùm ipsa fuerit inhibita, ipsi debet imputari si spretis inhibitionibus aliquid petierit, Lancell. *ibid. in tit. de attentat. post inhibit. ampliat.* 59. Rot. *decis.* 296. *num.* 8. *par.* 6. *recentior.* 5

Præsertim cum pars inhibita, vltra inhibitiones sibi factas comparuisset, & super illis inhibitionibus coram iudice inhibente contestatus fuisset, Rice. *collect.* 1748. *versic. Quod ego puto verum.* Quamuis enim superius dictum fuerit, non esse locum delicto turbatæ iurisdictionis, quando lite pendente super executione in vnâ Monarchiâ, noua fit executio vigore instrumenti in aliâ diuersâ. Tamen hoc non procedit, quando primus Iudex curauit inhibitiones intimari creditori de procedendo ad executiones aliquas, prout factum fuerat in casu de quo agebatur. † Vnde stante contemptu dictarum inhibitionum & iurisdictionis summi Pontificis, concludebatur dictum mercatorem agentem incidisse in pœnas turbatæ iurisdictionis: iuxta ea quæ copiosè deducit Farinac. *in tit. de crimin. læsæ maiestat. quæst.* 114. *num.* 25. *& seqq.* 6 7

Cum autem hac de re acriter disputaretur, & Officiales Pontificij pro manutentione iurisdictionis, & pœnis aduersus illam spernentem infligendis contenderent, hoc negotium fuit transactione sopitum.

CAPVT LVIII.

ARGVMENTVM.

De Præuentione per viam reconuentionis. Quomodo inter se differant, reconuentionem opponi ad effectum vnionis causarum, vel ad effectum ampliandæ iurisdictionis. Et quo tempore & in quo litis statu fieri debeat reconuentio, vt det præuentionem ex prorogatione iurisdictionis; In quibus casibus & coram quibus iudicibus detur reconuentio. Clericus coram Iudice laïco, an & quando recon-

ueniri possit. Quid dicendum de reconuentione facta coram Iudice delegato. Vtrum in causis possessoriis, manutenendæ, vel etiam reintegrandæ possessionis, seu spolij. Denique quando Iudex laïcus propter reconuentionem potest de causa Clerici cognoscere, vtrum lata sententia, possit illam executioni demandare contra Clericum. Vtrum actor possit renuntiate liti ad euitandam reconuentionem oppositam.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio quid sit, & vtrùm sit actio, vel exceptio.*

2 *Reconuentio duobus modis fieri potest, nempe vel ad causarum vnionem, vel ad prorogationem iurisdictionis.*

3 *Reconuentio ad fines vnionis causarum, debet fieri ante litem contestatam, vel incontinenti post, alioqui causa conuentionis & reconuentionis separatim tractabuntur.*

4 *Ad fines prorogationis iurisdictionis, sufficit reconuentionem fieri ante conclusionem causa, vel etiam sufficit proponi ante sententiam.*

5 *Quando agitur de negotio exigente celeritatem, & reconuentio requirit altiorem indaginem, non retardat expeditionem.*

6 *Datur appellatio à Iudice non admittente reconuentionem.*

7 *Quibus in casibus processura Iudicis procedentis ad decisionem conuentionis, omissa reconuentione, sit nulla; quamuis ab ea non fuerit appellatum.*

8 *Reconuentio qua non fuit opposita in prima instantia, non potest opponi in causa appellationis. Limitatur* ibidem, *nisi actor & reus essent eiusdem fori.*

9 *In causa Criminali non est locus reconuentioni causa Ciuilis ad effectum proroganda iurisdictionis.*

10 *Clericus coram Iudice laico reconueniri non potest de causa spirituali.*

11 *Clericus conueniens laïcum coram Iudice temporali, tenetur coram eodem subire iudicium reconuentionis.*

12 *Clericus post oppositam reconuentionem non potest re non integrà, renunciare sua petitioni ad euitandum iudicium iudicis sacularis.*

13 *Iudex delegatus, cognoscit de reconuentione si verba commissionis id ferant.*

Quod adhibita distinctione fusius declaratur, & qua sit adhibenda cautela in formanda commissione.

14 *Reconuentio non datur de causa omnino diuersa, & actione separata; & quomodo hoc procedat.*

15 *In summarissimo possessorio datur reconuentio, in eodem genere possessorij, dum vterque contendit se possidere. Sed de petitorio non admittitur reconuentio ex multorum sententia. Sed alij contra. Sed vide infrà,* num. 22.

16 *Reconuentio non datur de remedio spolij, cum remedio Retinenda plenario. Sed hoc pluribus propositis casibus explicatur.*

17 *Donec constet de spolio, possessor interim manutenendus est.*

18 *Quando notoriè constat de spolio, non est danda manutentio spoliatori.*

19 *Reconuentio de spolio commisso ab alio tertio, non admittitur in praiudicium actionis spolij iam intentata.*

20 *Aduersus agentem spolio admittitur reconuentio alterius spolij ab actore commissi, & vltimum spolium in primis purgandum.*

21 *Limita nisi primum spolium esset violentum, tunc enim primum ante omnia purgandum est.*

21 *In casibus in quibus Iudex laïcus procedere potest contra Clericum, siue per viam reconuentionis, siue alio modo; dum ad executionem sententia, seu contra personam, seu contra bona deueniendum est, hoc fieri debet authoritate iudicis Ecclesiastici.*

Et vtrum actor possit renunciare liti ad euitandam reconuentionem.

PRÆVENTIO etiam inducitur per reconuentionem, cum multi sint casus, in quibus causa præuenta ratione propositæ coram aliquo Iudice reconuentionis, cognitio illius non possit auferri ab illo Iudice, coram quo per reconuentionem præuentum est. Quomodo autem, & quibus in casibus hoc fiat, ex sequentibus apparebit.

Primo igitur notandum est, Reconuentionem, 1
(quæ nihil aliud est, quam mutua petitio facta per reum aduersus actorem, *leg. cum Papinianus, & Authent. & consequenter, Codic. de sentent. & interloquut. omn. iudic.* Non enim reconuentio, exceptio est; sed actio, mutuáque petitio. Cod. Fabr. *lib. 5. tit. 1. Cod. de eden. definit. 6. num. 5.*) duobus modis, seu ad duos effectus proponi posse. † Primo quidem, ad hoc 2
vt vnâ eadémque sententiâ petitio rei cum actoris petitione terminetur. Secundo, ad hoc vt ex reconuentione iurisdictio iudicis alioqui incompetentis prorogetur, & de reconuentione cognoscat, qui per viam actionis cognoscere non posset. † Si recon- 3
uentio fiat ad fines vnionis & coniunctionis causarum & sententiarum, fieri debet ante litem contestatam, vel incontinenti post. Duran. *dec. 375. n. 11.* Rota *dec. 509. num. 8. parte 6. recentior.* Et hæc distinctio quæ communiter à D.D. approbatur, verissima mihi videtur, non obstantibus iis, quæ eruditè & subtiliter in contrarium adducit Merl. *controuers. lib. 2. cap. 23. & seqq.* Quia simultaneus processus, non est de essentia reconuentionis, sed potius effectus illius; nec est de forma formali, sed de forma effectuali, cum sæpè videamos reconuentionem sine conuentione terminari.

Si vero reconuentio fiat ad effectum ampliandæ 4
iurisdictionis, sufficit quod opponatur ante conclusionem causæ, imò & ante sententiam, præsertim de iure Canonico, Vinc. de Franch. *decis. 376.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effectu, 1. numer. 762.* ad quod videri potest Bellon. *in tractat. de iis qua fiunt incont. parte 1. cap. 14.* † Vbi tamen dicit supradicta 5
non procedere, quando agitur de negotio exigente celeritatem, vel periculum est in mora; tunc enim non admittitur reconuentio: ad quod allegat Menoch. *de arbitr. casu* 184. & Mastril. *decis. 41.* veluti in causa depositi, vel electionis, aut similibus quæ moram non admittunt. Sed DD. illi loquuntur de reconuentione ad effectum simultanei processus, non autem ad effectum prorogandæ iurisdictionis de quo nunc agimus, & dicemus *infrà num. 25.*

Si autem iudex causam reconuentionis tempore 6
opportuno propositæ nõ decidit simul cum negotio conuentionis, datur appellatio propter ordinis iudiciarij peruersionem: Giurb. *decis. a. n. 7.* sed tamen

senten

sententia non est nulla, si non appelletur: Trentacinq. *de mut. petit. resol.* 1. *numero* 10.

7 Fallit in casibus, in quibus reconuentio fit super negotio procedente ab eodem fonte à quo procedit conuentio. Tunc enim tenetur iudex super vtroque simul iudicare, quia hoc casu potius est exceptio quam reconuentio, & propterea si super vtroque non pronunciet iudex, sententia eius erit nulla, cùm continentia causæ per eam diuidatur. Secus si à diuersis fontibus, tunc enim opus erit appellatione: Natta *consil.* 155. *num.* 2.

8 Vnde sequitur non posse reconuentionem opponi in causa appellationis, etiam ad effectum prorogandæ iurisdictionis: quia Iudex appellationis est incompetens, quoad ea quæ non fuerunt petita in prima instantia, Muta *decis. Sicil.* 12. *n.* 20. Trentacinq. *lib.* 2. *var. resol. tit. de mutuis petit. resol.* 1. *n.* 29. Mastrill. *decis.* 136.

9 Nisi tamen actor & reus essent eiusdem fori, tunc enim licet reconuentio proponeretur in causa appellationis, esset admittenda inter eos qui sunt eiusdem fori, Natt. *dicto consil.* 155. *n.* 3.

10 Secundo loco notandum est, non esse locum reconuentioni in causa Criminali, si reus velit actorem Clericum pro causa Ciuili in eodem iudicio reconuenire: quod explicat de Graff. *dicto effect.* 1. *num.* 763. *& seqq.* Et procedit siue Clericus agat ciuiliter, & reconueniatur criminaliter, siue agat criminaliter, & reconueniatur ciuiliter: Trentacinq. *dicta resol.* 1. *de mut. pet. num.* 33. *versic. Tertio:* post Carauit. quem allegat. *ritu* 67. *num.* 11.

11 Tertio notandum est, quod Clericus coram Iudice laico non potest pro causa spirituali reconueniri, Graff. *d. effect.* 1. *n.* 766. Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n.* 147. ibi idem procedere asserit quamuis non esset res mere spiritualis, si esset annexa rei spirituali. Ratio est, quia non potest reconuentio fieri, de re vel causa super qua iudex, etiam vtràque parte consentiente, cognoscere non potest: Bart. *in d. Authent. & consequenter, C. de sent. & interloq.*

12 His ita suppositis & reiecta ampliori tractatione ad eos qui de materia ex professo egerunt. Dicendum est præuentionem dati Iudici illi coram quo actio intentata est, si in casibus à iure permissis coram ipso fiat reconuentio, adeo vt causa actionis seu petitionis & reconuentionis ab eodem Iudice terminanda sit, non obstante fori priuilegio, quod actori alioquin competiisset: vnde si Clericus actor reum laicum coram Iudice laico conueniat, prout tenetur, cum actor sequatur forum rei, si recõueniatur à laico, tenetur coram eodem Iudice causam prosequi, nec potest petere se remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum: Cancer. *lib.* 1. *var. res. cap.* 13. *num.* 54. *& sequentib.* Plures allegat Barbosa *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *num.* 137. nisi tamen reconuentio fieret in fraudem: de Graff. *dicto effect.* 1. *numer.* 778.

13 † Adeo vt nec Clericus postquam actionem intentauit, & fuit allegata per reum reconuentio, possit re non integra renonciare suæ petitioni, & euitandum forum laici, stante præuentione iudicis sæcularis: Barbos. *in cap.* 1. *de mut. petit. num.* 11. *& de iure Eccles. dicto §.* 2. *num.* 140. de Graff. *loco cit. num.* 777. Afflict. *decis.* 171.

Item reconuentio locum habet coram iudice delegato, si id fuerit in commissione concessum, illius siquidem tenor semper inspiciendus est: Barbos. *dicto cap.* 1. *de mut. petit. num.* 5. Et ideo cum aliàs mora fuisset controuersia, & in Rota Romana commissa inter Ducem Mantuæ, & Ducissam Annam de Nemours, super bonis Ducis Ferrariæ sitis in Italia, & Dux Mantuæ reus illam reconueniret, ratione bonorum sitorum in regno Galliæ, fuit indicatum, Rotæ competere iurisdictionem, etiam quoad bona Galliæ, ratione illius reconuentionis per Ducem propositæ, quia cõmissionis verba se referebantur tam ad conuentionem quam ad reconuentionem, vt in *Ferrarien. coram Corduba, decis.* 39. *parte* 1. *recentior.*

In hac quæstione distinguendum est; aut enim commissio fuit impetrata ab actore, aut à reo, aut ab vtroque, aut deoique motu proprio Superioris Iudex fuit deputatus. Si ab actore, locus est reconuentioni coram Iudice delegato; non enim debet dedignari actor illum habere Iudicem contra se, qui illum impetrauit, *l. cum Papinianus, C. de sentent. & interlocutionib. omn. Iudic.* Honded. *consil.* 21. *num.* 16. *lib.* 1. Si autem Iudex fuerit impetratus à reo, aut etiam de communi consensu tam actoris quàm rei; licèt inter DD. adsit controuersia, tamen communis & verior opinio est, illo casu locum non esse reconuentioni, secundum sententiam Bartoli *in authent. & consequenter, in fin. C. de sentent. & interlocut. omn. iud.* quam communem asserit Gomez. *in cap. dispendia, num.* 35. *in* 8. *limitat. de rescript.* & sequitur Barbos. *ad l. qui prior* 29. *num.* 46. *ff. de iudic.* Et ideo cautela est, hoc casu, vt obtineatur commissio causæ eidem Iudici, vt de causa reconuentionis cognoscat: iuxta *decis.* Rotæ 2. *aliàs* 597. *de mutuis petitionibus, in antiquis:* vbi dicit similem commissionem specialem facilè impetrari. Quod intelligendum est vt procedat, nisi agatur de causa summaria vel priuilegiata, veluti de causa executiua; tunc enim non facilè daretur commissio, nisi ageretur de alia causa similiter summaria, vel executiua: Zachias *de obligat. Camer. quæst.* 18. *num.* 35. Gait. *de credito, c.* 2. *tit.* 8. *num.* 3017. *in fin.* Barbos. *in dict. leg. qui prior, num.* 40. vbi dicit, hoc casu reconuentionem habere effectum prorogationis iurisdictionis, vt scilicet coram eodem Iudice causa tractari debeat; non autem vt vtraque causa pari passu ambulet, si vtraque non sit æqualiter priuilegiata.

Et ex prædictis infertur non esse locum reconuentioni coram Arbitris de communi partium consensu electis, vt per Barbos. *in dicta l. qui prior, n.* 41. per *cap. Cum dilectus, de arbitr.* Et licet ipse *num.* 43. asserat, reconuentionem fieri non posse eadem ratione coram Arbitris ex necessitate Statuti electis, tamen contrarium firmat Carol. de Graff. plures allegans *in tractat. de effectib. clericat. effect.* 1. *numero* 780.

Si autem commissio emanaret motu proprio Principis, & non ad requisitionem partis, non posset coram eo fieri reconuentio; quia cessant duo requisita reconuentionis faciendæ coram delegato: Primum, quòd solus actor Iudicem elegerit: Secundum, quòd sponte, & non ex necessitate elegerit: & hæc fuit sententia Iasonis *in l.* 3. *in princ. num.* 14. *ff. quod quisque iur.* quam dicit esse notabilem Barbosa *in d. l. qui prior, ff. de iudic. num.* 50.

Verum si laicus Clericum conuenit super negotio omnino diuerso & separato, non admittetur reconuentio ad effectum ampliandæ iurisdictionis, veluti si petitio esset de mutuo, & reconuentio de commodato, si credimus Thesauro Iuniori, *lib.* 1. *quæst. forens.* 98. *num.* 4. *&* 5. Intellige duobus his concurrentibus; nempè quod sit diuersa actio, & à diuerso fonte procedat. Si enim solum à diuerso fonte, hoc non faceret vt excluderetur reconuentio, vt supra diximus. 14

Sed dubitari potest, vtrum in causis possessoriis, possit Iudex per viam reconuentionis aditus causam 15

sari præuenire, vt coram ipso simul conuentio & reconuentio tractetur. Sanè si de eiusdem generis possessorij reconuentione agatur dum vterque se possidere prætendit, certum est hoc casu reconoentionem admitti. Sed si de petitorio agatur, variç sunt DD. sententiæ: Aliqui enim existimant, reconuentionem petitorij nullo modo admittendam esse in possessorio, veluti Riec. *collect*.112. Posthius *de manutent. obseru*.65. Amendol. *ad Vincent. de Franch. decis*.193. *num*.7. ad quod allegatur text. *in cap. finali, de iudic.* & *ibi* Gloss. *in verbo, super proprietate*, qui tamen apud me parum probat: quia loquitur de proprietate proposita per viam reconoentionis post latam sententiam, quo casu non debere admitti reconuentionem, ad effectum ampliandæ iurisdictionis, superius generaliter ostendimus, maximè *num*.4. Eandem tamen sententiam probat Mastrill. *decis*.41. Don Matius, *num*.6. *part*.1. & multi quos citat Fontanell. *decis*.344. *num*.9. veluti Honded. *consil*. 21. *à n*.6. *vol*.1. Carol. de Graff. *de effect. lib. clericat. effect*. 1. *num*.774. & 775.

Alij vero in contraria sunt sententia, veluti Barbos. *de iure Eccles. vniuerso*, *cap*.39. §.2. *num*.138. & post negotium pro vtraque parte disputatum, pro hac secunda sententia iudicatum fuit apud Fontanell. *dec*.345. *num*.8. faciunt notata per Farinac. *de Inquisit. quæst*.8. *num*.99. vbi disputat vtrum laicus possit reconuenire Clericum coram suo iudice laico coram quo conuenitur, ad effectum ampliandæ iurisdictionis Iudicis laici? & concludit affirmatiuè, exceptis certis casibus, veluti quando agitur de causis spiritualibus, criminalibus, & aliis de quibus per eum.

Quidquid sit, si quis hanc posteriorem sententiam amplecti velit, videlicet esse locum reconuentioni petitorij, in causa possessionis, illa procedere non posset ad affectum, vt simul de petitorio & possessorio cognosceretur, sed tantum ad effectum vt iudex qui in actione esset incompetens, redderetur competens in reconuentione, iuxta distinctionem per nos approbatam supra *num*. 2. & confirmatam inferius, *num*. 22.

16 Secundo potest quæri de reconuentione in possessorio ordinario retinendæ, seu plenario, si in eo reconueniatur de spolio super eadem re? & tunc admittenda est ex Menoch. *remed*. 3. *retinen. num*. 705. Posthio *dicta obseruat*.65. *num*.2. Abb. *in cap. veniens, de præscript. num*.3. & 24. Casus supponatur talis. Quidam Abbas pro certis iuribus Episcopalibus, in quorum possessione se esse dicebat, egerat contra Episcopum eum turbantem, interdicto vti possidetis. Ipse autem Episcopus Abbatem reconueniebat, pro iisdem iuribus dicens, quod illis ab ipso Abbate spoliatus erat, & interdictum *vnde vi*, contra Abbatem intentabat. Cum vterque intentionem suam probasset, dubitatum fuit, vtrum in causâ conuentionis aut reconuentionis ferenda esset sententia. Rota Romana, *in decis*.9. *de restitution. spoliat. in antiquioribus coram Bisigneto*, nihil resoluit, dicens aliquos tenere pro vtroque ferendam esse sententiam, sed solam executioni demandandam esse quæ in interdicto, *vnde vi*, lata fuit. Alios vero solum in interdicto, *vnde vi*, sententiam, non autem in interdicto, *vti possidetis*, proferendam. Verum pro resolutione plures casus post Abb. loco citato constituendi sunt.

Primo si actor solus probauit intentionem suam, cū requisitis in interdicto retinendæ, reconueniens autem nihil probauit; super sola actione ferenda erit sententia, non autem super reconuentione.

Secundo, si reus solus probat requisita suæ reconuentionis, actor autem suam petitionem non iustificat; sententia super sola reconuentione pronunciabitur.

Tertio, si vterque conetur suam intentionē probare, & prius constet de possessione agentis interdicto *vti possidetis*; interim iste manutenendus est, donec ius fiat super Iudicio spoliationis. Non enim vnquam spoliato datur manutentio. Posthius *de manutentio. obseruat*.57. *n*.44. & 45.

Quarto, vbi constat de spolio, quamuis etiam constaret de possessione illius qui intentat manutentionem, quamuis verum sit regulariter possessorem, spolio, aut alio remedio reintegrandæ possessionis conuentum, interim lite pendente manutenendum esse: 17
Lodouis. *decis*. 200. *num*.4. & 7. Posthius *obseruat*.42. *n*. 112. Hoc tamen verum est antequam constet de spolio, si enim de eo constiterit, ita dici debet super spolio, & spoliatus restituendus est, cum spoliatori quidem manutentio concedatur, hoc tamen verum sit, donec spoliatus doceat de iuribus suis: Cyriac. *controu*. 10. *num*. 10. post Rotam *decis*.390. *in fine p*.1. *diuers*. † Et si clarè constet de spoliatione, aut violenta possessione, non est danda manutentio actori remedium retinendæ possessionis intentanti, sed reo qui proposuit reconuentionem, & vim ac violentiam probauit: Posthius *obseruat*.42. *n*.137. qui plures allegat. 18

Quod si agator de spoliato agente remedio recuperandæ possessionis, & reus reconueniat de alio spolio, erit considerandum vtrum agatur de spolio commisso per illum actorem, an verò spolium factum fuerit à quodam tertio. De spolio quidem commisso per tertium reconuentio non admittitur, nisi tertius ille scienter successerit in ius spoliatoris, *cap. sæpe*, 18. *cum ibi not. de restit. spoliat.* 19

Si ab ipso spoliato agente ad reintegrationem, quem reus de alio spolio vult reconuenire, simul iudicandum est de reconuentione spolij, & vltimum spolium in primis est purgandum: DD. & maximè Abb. *in cap. finali, de ord. cognit.* Lodou. *decis*.485. *num*.12. † nisi primum spolium esset violentum, aut attentatum, tunc enim, non vltimum, sed primum esset in primis purgandum: Menoch. *remed*. 1. *recup. possess. num*. 383. Aut nisi secundum spolium esset incontinenti factum: Menoch. *ibidem n*.384. Addent. ad Ludou. *decis*.485. *numero* 14. 20 21

Hoc autem vltimo loco notandum est, quod licet distinctio illa reconuentionis factæ ad ampliandam iurisdictionem, vel ad effectum simultaneæ cognitionis, multis rationibus impugnetur per Merl. *lib*. 2. *controu. forens. c*.24. tamen ab ea non esse recedendum existimo, quando videlicet agitur de causis quæ celeritatem exigunt, in quibus admittitur quidem reconuentio ad effectum ampliandæ iurisdictionis, non tamen ad fines simultaneæ cognitionis, veluti si agatur de deposito, vel de electione, aut de exequutione obligationis cameralis, & similib. quæ celeriter terminari debent, in quibus non retardatur quidem exequtio, & sic non datur simultanea cognitio, sed tamen finito processu exequutio remaneant saluæ actiones, & iura partibus proponenda, & examinanda, terminato prius Iudicio celeritatem desiderante, vt bene per Cancer. *part*. 2. *cap*. 13. *n*.41. & *sequent*. Carol. de Graff. *dict. effect*. 1. *n*.776. & 777. Barbos. *de iur. Ecclesiast. d. cap*. 39. §. 2. *num*.136. *in fine* & 137. & *sequentib.* vbi quæstionem hanc explicat cum pluribus ampliationibus, vsque ad *n*.157. & hoc iam probatum fuit supra *num*. 2. & 3. Nam ratio allata per Cancer. *parte* 2. *cap*. 13. *num*.41. adhuc videtur 22

detur subsistere non obstantibus impugnationibus contra illam factis: quia sæpe reconuentio admittitur dumtaxat ad effectum protogandi iurisdictionem seu illam ampliandi, non autem ad effectum simultanei iudicij, veluti si agatur de deposito, electione, executione obligationis Cameralis, & similibus, quæ celeriter terminari debent, in quibus non retardatur quidem executio; sed illâ factâ, saluæ manent rationes, & iura partis: & sic tenentâ distinctione de qua suprà *num. 2. & 3.* ex posteriori sententia superius allatâ *num. 15.* reconuentio petitenij facta in iudicio summario non retardat continuationem processus; neque habet vim vnionis causarum, habet tamen vim ampliandi iurisdictionem: & ita loquuntur Carol. de Graff. *dicto effectu* t. *num. 776. & 777.* Barbos. *dicto cap. 40. §. 2. num. 138.* Cancet. *dict. cap. 13. num. 43.*

23 Quamuis tamen vera esset illa sententia, in fauorem iurisdictionis iudicis laici per reconuentionem ampliandæ in Clericum, aut in aliis quibuscumque casibus, in quibus Clericus subijcitur cognitioni Iudicis sæcularis, sententiæ executio siue cōtra personam, siue contra bona Clerici, semper fieri debet authoritate Iudicis Ecclesiastici, & ita tenendum est indistinctè, quamuis Fontanel. *dec. 309. & 310.* nonnullas erudite quidem referat rationes & distinctiones; sed nostra resolutio communis est, & verissima, quam pluribus authoritatibus confirmat Barbos. *de iure Eccles. vniuers. lib. 1. c. 39. §. 2. num. 156.*

Sed dubitari potest, vtrum actor videns reum velle proponere reconuentionem, ad illam euitandam possit renuntiare liti per eum intentatæ? Resolutio est, quod si reconuentio semel facta fuerit, non potest actor renunciare liti; quia ius iam quæsitum est reo vt reconuenire possit: sed ante propositam reconuentionem, potest sine dubio actor liti renunciare in præiudicium reconuentionis. Cancet. *par. 2. variar. resol. cap. 13. de reconuent. num. 38. & 39.*

Reliqua de hac materia videri possunt apud Barbos. *in d. l. qui prior.* Cancet. *d. cap. 13.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 2. disput. 1. de reconuent.* vbi infinitos allegat de materia reconuentionis agentes, Tepat. *tit. 148.* plures etiam citat Barbos. *in cap. 1. de mutu. petit.*

CAPVT LIX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione Conseruatorum Vniuersitatibus, Doctoribus, & scholasticis à summo Pontifice concessorum. Vtrum detur illis præuentio si personæ illis subditæ sint in lite agendo, aut solum defendendo. Et an in omnibus causis in quibus etiam non agitur de manifestis iniuriis aut violentiis. Et vtrum idem in Conseruatoriis Regularium obtineat. Quid hodie post Concilium Tridentinum reuocatum fuerit circa Conseruatorias antiquas. Si plures coniunctim fuerint deputati Conseruatores, vtrum vnus possit alium præuenire, an vero ambo simul procedere teneantur. Quid si concurrant Conseruatores diuersi generis, veluti Regularium cum Conseruatoribus Vniuersitatum studij generalis, vtrum vnus possit aduersus alium vti præuentione. Priuilegium conseruatoriæ, vtrum det præuentionem in præiudicium viduarum, aut pupillorum? Conseruatores ad certum genus causarum deputatos, præuenire non posse nisi circa causas in eorum commissione designatas. Vtrum Conseruatores diuersarum Religionum possint inter se vti præuentione.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores, inferior à Papa, deputare non potest.*
2 *Conseruatorum definitio explicatur.*
3 *Conseruatores simpliciter deputati non possunt causas præuenire, quando persona contenta in priuilegio agunt; sed dumtaxat quando in ius vocantur.*
4 *Ampliatur vt procedat, etiamsi ageretur de bonis ac membris propriis Regularium, quibus dati sunt Conseruatores.*
5 *Explicatur constitutio circa conseruatorias facta per Gregor. XV. summum Pontificem, ex mente sacræ Congregationis.*
6 *Conseruatores in forma communi sine clausulis amplis & prægnantibus deputati non possunt cogere debitores ad soluendum. Limita, nisi solutionis denegatio manifestam contineret iniuriam, aut violentiam,* numero 7. *Licet alij contra, sed male.*
8 *Conseruator antequam procedat tenetur assumere informationes saltem summarias de qualitate requisita ad fundandam eius iurisdictionem.*
9 *Quilibet iudex in re dubia potestatem habet indagandi vtrum sua sit iurisdictio.*
10 *Hodiernis temporibus litera conseruatoria cum facultatibus & clausulis amplissimis conceduntur.*
11 *Propter clausulas Conseruatoriarum amplissimas, hodie Conseruatores sunt quid medium inter iudices ordinarios & delegatos. Vide inferius,* num. 19.
12 *Facultas Conseruatorum dependet ex tenore literarum deputationis ipsorum: &* num. 15.
13 *Conseruatores Doctorum & scholarium Vniuersitatis Aueniionensis habent etiam ius trahendi alios, quando comprehensi in literis sunt actores.*
14 *Per Concilium Tridentinum, non fuit derogatum iuri concesso Conseruatoribus procedendi, quando comprehensi in priuilegio sunt actores, si id in literis concedatur.*
15 *Papa potest omnes causas ad se euocare, & Iudicibus sibi beneuisis illas committere.*
16 *Dispositio textus* in cap. 1. & vlt. de offic. deleg. in 6. *est hodie fere inutilis, propter clausulas amplissimas quibus ei derogari solet.*
17 *Concilium Tridentinum non derogauit Conseruatoriis Vniuersitatum, & Hospitalium actu hospitalitatem exercentium.*
18 *Constitutio Fel. record. Greg. XV. non derogat conseruatoriis Vniuersitatum, nec Religiosorum.*
19 *Explicatur decisio Papiensis relata per Antonianum in materia Conseruatoriarum.*
20 *Conseruatores licet ex constitutionibus Innoc. & Bonif. non possint procedere in causis iudicialem*

indaginem requirentibus, hoc tamen non procedit quando facultas ista conceditur in literis.

21 *Conseruatoribus data censetur facultas procedendi via iudiciali, quando in literis conceditur potestas cognoscendi de bonis & iuribus personarum in priuilegio comprehensarum.*

22 *Idem dicendum est, si adsit clausula* Contradictores, *&c.*

23 *Conseruatores non possunt subdelegare. Fallit si hoc ipsis in literis suæ deputationis concedatur.*

24 *Conseruatores, non tenentur in citationibus inserere copiam suæ deputationis.*

25 *Præuentio facta per Conseruatores excedentes modum suæ iurisdictionis, nihil operatur, & pro non facta habetur.*

26 *Conseruatores excedentes terminos suæ concessionis, puniuntur pœna suspensionis ab officio per annum.*

27 *Conseruatoribus pluribus deputatis, vnus sine alio procedere non potest,* & num. sequenti.

28 *Si plures fuerint Iudices delegati, vnus sine alio de causa cognoscere non potest.*

29 *Conseruatores licet sint deputati ad vniuersitatem causarum, non tamen habent propriam, & radicatam iurisdictionem, sed funguntur officio delegantis.*

30 *Conseruatores sunt Iudices delegati nisi aliud ex tenore literarum colligatur.*

31 *In causis fidei non datur præuentio inter plures Inquisitores deputatos propter specialem fidei fauorem.*

32 *Iudices delegati ad vniuersitatem causarum, sunt ad instar Ordinariorum.*

33 *Pluribus conseruatoribus iurisdictio data in solidum censetur. Sed tamen inter ipsos locus est præuentioni.*

34 *Inter plures Inquisitores & Iudices ordinarios, vel ad vniuersitatem causarum deputatos, quæ sit differentia quoad præuentionem causarum.*

35 *Si plures fuerint Iudices delegati sine clausula,* Quod si non omnes: *vnus sine alio procedere non potest.*

36 *Mortuo vno ex pluribus iudicibus delegatis, expirat alterius iurisdictio, & sententia per solum superstitem lata, nullitate laborat.*

37 *Delegatis cum clausula:* Quod si non omnes, *aut alia simili, quæ sit vis huius clausulæ, & aliarum similium.*

38 *Inter plures iudices delegatos præfertur ille qui præuenit. Quid si præueniens fuerit impeditus, vtrum alij possint de causa delegata cognoscere, alio non requisito.*

39 *Iurisdictio inter plures eiusdem Conseruatores est præuentiua.*

Inseritur tenor Bullæ Ioannis XXIII. pro Conseruatoria Vniuersitatis studij generalis Auenionensis.

Vtrum Conseruatores Vniuersitatis habeant iurisdictionem in causis criminalibus. Ibidem fusè explicatur.

40 *Si diuersi fuerint Conseruatores actoris & rei, in pari causa præferendus est Conseruator rei.*

41 *Priuilegiatus si cum priuilegiato concurrat, inuicem conquassantur priuilegia. Fallit si vnum sit potentius alio,* num. 44.

42 *Conseruatores Vniuersitatis Doctorum si concurrant cum Conseruatoribus Religiosorum, non valet præuentio in præiudicium Religiosorum.*

43 *Religiosorum priuilegia quæ facilè conceduntur facilè etiam alijs Regularibus communicantur.*

45 *Doctor non potest viduam aut pupillum inuitos ad suum conseruatorem trahere, non obstante præuentione.*

46 *Conseruator priuatiuè si fuerit deputatus, non potest procurator sine mandato speciali, iurisdictionem alterius prorogare.*

47 *Ad prorogandam iurisdictionem in procuratore mandatum speciale requiritur.*

48 *Conseruator deputatus ad certum genus causarum, non potest cognoscere de causis alterius generis, & separatis à sua commissione.*

49 *Dominus feudi qui ius habet cognoscendi de causis feudalibus, non potest sub eo prætextu de alijs causis cognoscere.*

Quis conseruator debeat præferri si concurrant duo Conseruatores diuersarum Religionum.

IN hac præuentionis materia, multæ sæpius occurrunt difficultates ratione præuentionis Conseruatorum, non solum propter causas ab vno ex pluribus eiusdem personæ, vel diuersarum personarum Conseruatoribus præuenta: sed etiam inter eosdem Conseruatores, & iudices ordinarios partium litigantium. Pro quarum difficultatum elucidatione sequentia præmittenda sunt.

Et primo quidem notandum est, Conseruatores esse quosdam iudices à summo Pontifice nominatos, ad cognoscendum de causis manifestarum iniuriarum, aut aliis, personas in litteris Conseruatoriæ comprehensas concernentibus. Dico *nominatos à summo Pontifice*, quia deputatio Conseruatorum à summi Pontificis potestate dependet, nec inferior à Papa illos deputare potest, *cap. statuimus de offic. iudic. deleg. in 6.* Roderic. *quæst. Regul. 65. artic. 2. tom. 1.* † dico *nominatos*, quia Conseruatores, non sunt simpliciter delegati, sed quandoque possunt esse ordinarij, vt inferius ostendetur. Dico *manifestarum iniuriarum*, quia regulariter de illis dumtaxat cognoscere possunt, sed tamen in certis casibus habent cognitionem aliarum omnium causarum, personas in priuilegio contentas tangentium, vt mox ostendetur *numero 20.* 1 2

Secundo notandum est, quod Conseruatoria duobus modis concedi potest quandoque enim conceditur in forma communi, quandoque vero in forma specifica, & cum clausulis amplissimis.

Quando conseruatoria concessa est in forma communi, tunc Conseruator potest quidem cognoscere & præuenire quando priuilegiati sunt rei; non enim possunt alios trahere ad tribunal suæ Conseruatoriæ; sed dumtaxat ad illud trahuntur personæ priuilegiatæ in litteris Pontificiis designatæ, ex regula generali, quod actor debet sequi forum rei, *l. iuris ordinem, & l. in criminali. Cod. de iurisdict. omn. iudic. l. 2. Cod. vbi & apud quem. cap. si Clericus laicum, & cap. cum sit generale, de foro compet.* & ideo si reus esset habitator Comitatus Venaissini, & Conseruator deputatus in forma communi vellet Comitatensem trahere ad suum tribunal, non daretur hoc casu præuentio in præiudicium iudicis habentis iurisdictionem ordinariam intra Comitatum, ratione personæ vel rei suæ iurisdictioni suppositæ; cum conseruatores cognoscere non possint quando comprehensi in priuilegio sunt actores, sed tantum quando sunt rei, & quando trahuntur non quando trahunt, Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 23. numer. 5.* & habetur in Concil. Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat.* & in constitut. Gregor. XV. publicata die 10. Septembris anni 1621. quæ inscritur apud Tamburin. 3

de

de iur. Abb. tom. 3. disp. 17. q. 1. in fine. versic. ad hæc statuit, cuius hæc sunt verba.

Ad hæc statuit Sanctitas sua, vt coram ipsis Conseruatoribus Regulares ac persona suprascripta, conueniri quidem aut trahi debeant, sed alios conuenire aut trahere non possint, ita vt memorati Conseruatores, in quibus Regulares & alij actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in iis tantum in quibus rei extiterint, neque extra ciuitates, seu Diœceses in quibus fuerint deputati contra quoscunque procedere præsumant.

4 Quod etiam fuit declaratum per sacram Congregationem Concilij die 23. Octobris 1623. quam refert Barbosa, *in decis. Apostolic. collect. 216. num. 16.* vbi dicitur hoc procedere etiam si ageretur de bonis ac membris propriis Regularium, qui Conseruatores habent, extra ciuitatem illam existentibus.

5 Et licet per eandem Congregationem dicta Gregorij XV. constitutio fuerit aliqua ratione declarata, tamen Congregatio nihil innouauit in hoc capite, imò præseruauit Conseruatoribus iurisdictionem in casu illationis iniuriarum manifestarum, aut violentiarum personis in Conseruatoria comprehensis illatarum, vt patet ex notatis per Barbos. *d. collect. 216. num. 19.* Tamburin. *d. tom. 3. disp. 17. q. 3. in fine.*

6 Itaque communis est Doctorum resolutio, Conseruatores cognoscere, & per consequens præuenire non posse, si agatur de causis ciuilibus per comprehensos in priuilegio intentatis contra debitores vel bonorum suorum detentores, vt ostendit Lezan. *in*
7 *in summ. quæst. regul. part. 2. cap. 10. n. 65.* † Qui tamen hoc limitat, nisi in solutione debitorum, vel aliis causis ciuilibus adesset manifesta iniuria ex parte debitorum vel detentorum, hoc enim casu dicit in illis causis Conseruatores procedere posse, Fosc. *de visit. d. lib. 2. cap. 23. n. 5.*

8 Verum est quidem, quod etiam in causis Ciuilibus iurisdictionem Conseruatoribus competere plures existimarunt, veluti Portel. *in dub. regular. in verbo conseruatores, num. 7.* Emanuel Roderic. *tom. 1. quæst. regul. 65. art. 12.* Hieronym. Roderic. *in compendio, quæst. regul. 33. n. 12. & 22.* cum aliis quos citat & sequitur Dian. *resol. moral. p. 3. resol. 20. vers. Sed contrariam*, & post ipsum Lezan. *d. p. 2. c. 10. num. 61. vers. ratio est.*

Verissimum tamen est, quod Conseruatores in forma communi constituti, non possunt procedere, nec præuenire in præiudicium aliorum tribunalium, nisi agatur de notoriis iniuriis, aut violentiis, & nisi in primis saltem summariè ipsis constet de ista qualitate fundare eorum iurisdictionem, Tusch. *littera C, concl. 360. n. 3. & seqq. tom. 2.* de qua tamen qualitate poterit ipsemet Conseruator cognoscere,
9 & probationes recipere. † Cum in re dubia Iudex habeat potestatem indagandi, an sua sit iurisdictio nec ne, *l. si quis ex aliena, ff. de iudiciis, cap. super litteris, iuncta gloss. in verbo nullatenus, de rescriptis.* Mirand. *in manuali Prælator regul. tom. 2. qu. 47. art. 7. concl. 1. in fine, & art. 8.*

10 Sed quando Conseruatores deputati sunt in amplissima forma (prout hodie multas concessas videmus) aliud dicendum est, multa enim hodiè in litteris conseruatoriarum præter ius commune conceduntur, veluti quod Conseruatores habeant ius trahendi reos ad eorum tribunal & alia eiusmodi: vt vt dicit Marchesan. *in tract. de commiss. tom. 1. in tit. de signatura gratiæ diuersa, parte 1. cap. 2. num. 407.*
11 *pag. 87.* † Propter quas clausulas, Conseruatores non sunt merè delegati; sed quid medium inter Iudicem ordinarium & delegatum, & se habent cum Iudicibus ordinariis tanquam excedés & excessum.
† Dependet siquidem Conseruatorum facultas ex 12
tenore litterarum, *cap. recepimus, §. porro, de priuileg.* Barbos. *de offic. Episcopi, parte tertia, cap. 106. numero 52.*

Et ideo cum in Conseruatoria per summum Pon- 13
tificem Ioannem XXIII. concessa Vniuersitati Doctoribus & scholaribus studij generalis Auenionensis expressè caueatur, quod Conseruatores deputati procedant contra detentores bonorum, & iurium ad Doctores & scholares pertinentium, aut molestias, seu iniurias super illis inferentes & iacturas, non permittentes illos indebitè molestari, seu damna aut iniurias iis irrogari, mandeturq; Conseruatoribus, vt ius faciant dictis personis, cum ab aliquo ipsarum fuerint requisiti, super restitutione huiusmodi bonorum, mobilium, immobilium, iurium, redituum, prouentuum & aliorum quorumcunque bonorum, contradictores seu detentores huiusmodi authoritate Apostolica quandocunque & quotiescunque expedierit per censuram Ecclesiasticam compescendo, dando illis facultatem procedendi etiam in iis quæ iudicialem requirunt indaginem, verba illa amplissima non possunt intelligi quin personæ in priuilegio comprehensæ possint intentare suas actiones coram Conseruatore etiam quando actoris vice funguntur, cum sit impossibile conseruatorem habere facultatem ius dicendi contra detentores & occupatores bonorum & iurium, quin id locum habeat, quando tales detentores in ius vocantur & rei sunt. Non enim possunt compelli bonorum & iurium occupatores, nisi illos reos esse supponamus & propterea in vim conseruatoriæ Doctores, & scholastici Vniuersit. Auen. possunt agere contra eorum debitores, aut bonorum detentores & illos trahere coram suis Conseruatorib. ex notat. per
Monet. *in tract. de conseru. iudicib. c. 7. n. 344.* † Vbi ad- 14
uertit hoc etiam procedere in Conseruatoriis concessis ante Concilium Tridentinum, quia clausula non obstantiarum apposita *in cap. 5. sess. 14. d. Concilij*, non refertur ad prohibitionem trahendi alios ad suos Conseruatores, nec ad vltimum articulum illius capitis quinti, qui incipit *In ciuilibus etiam causis*; sed tantum ad primum articulum in quo non fit mentio de priuilegiatis actoribus aut reis.

Et ideo quamuis in dicto Concilio *sess. 14. de reformat. cap. 5.* dicatur quod literæ Conseruatoriæ cum quibuscumque clausulis, & decretis & quorumcunque iudicum deputatione quocunque etiam alio prætextu, aut colore concessæ non suffragentur, ad hoc vt illi, qui in Conseruatoria sunt comprehensi coram suo Episcopo, seu alio superiore ordinario in criminalibus, & mixtis causis accusari & conueniri, aut contra eos inquiri & procedi non possit, aut quominus, si iura aliqua eis ex cessione competierint, super iis liberè valeant apud Iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam causis si ipsi actores extiterint aliquos ad iudicium coram Conseruatoribus trahere non possint. Quibus non dissimilis est constitutio Innocentij IV. *in cap. 1. de offic. delegat. in 6.* qua expressè cautum est, Conseruatores de manifestis dumtaxat iniuriis, aut violentiis cognoscere posse, nec ad ea quæ iudicialem exigunt cognitionem suam extendere potestatem: quod etiam constitutum est *in cap. finali, eod. tit. de offic. delegati in 6.*

Tamen quando aliud in litteris deputationis 15
fuit expressum (prout exprimitur in Conseruatoria

Vniuersitatis Aueniouensis) tunc tenor litterarum obseruandus est, prout in propriis terminis priuilegiorum eiusdem Vniuersitatis, notauit Francisc. Marc. *decis. Delphinali* 349. *parte* 1. & probatur per tex. *in d. cap. finali, de offic. deleg. in* 6. in illis verbis, *nisi hoc illis competierit ex beneficio litterarum*. Et ratio est, quia supremus Ecclesiæ Præsul causas ad Indicum tribunalia spectantes euocare potest, & aliis iudicibus sibi beneuisis decidendas committere, *cap. vt nostrum, de appellat. cap. pastoralis*, §. *præterea de offic. deleg. l. iudicium soluitur*, 58. *ff. de iudic.* & fusè ostendimus supra, *cap.* 36. *huius secundæ partis*.

16 Et hac ratione non obstat textus *in cap.* 1. *& finali de offic. deleg. in* 6. quia procedit quando agitur de Conseruatoribus, simpliciter & in forma communi deputatis. At secus est, si cum amplissimis clausulis. Quamobrem constitutiones illas dicti capitis primi & finalis ab Innocent. IV. & Bonifac. VIII. emanatas, hodiernis temporibus ferè inutiles esse, propter ampliorem, quæ practicatur, formam; dixit Salcedo *in praxi criminali Canonica, cap.* 3. *versic. Verum tamen videtur*, & Rot. Roman. *decis.* 616. *num.* 3. *in fine part.* 2. *recent.*

17 Non etiam obstat Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 14. quia ibi loquitur dumtaxat de Regularibus extra Monasteria degentibus, & de causis mercedum, & miserabilium personarum, & ideo ad alias causas extendi non debet.

18 Sicuti nec obest idem Concilium *sess.* 24. *cap.* 5. quia ibi expresse reseruantur conseruatoriæ Vniuersitatum ac studiorum generalium, necnon Collegia Doctorum, seu scholarium & loca regularia, necnon hospitalia actu hospitalitatem seruantia, ac Vniuersitatum, Collegiorum, locorum, & hospitalium huiusmodi personæ, vt in dicta conciliari constitutione, non comprehendantur; sed exemptæ omnino sint & esse intelligantur, quod etiam notauit Monet. *in dicto tractat. de conseruatorib. iudic. cap.* 7. *num.* 377.

19 Constitutio quoque Gregorij X V. reuocatoria conseruatoriarum, quæ inseritur apud Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 17. *qu.* 1. & apud Barbos. *de offic. Episcop. partis* 3. *allegat.* 106. *n.* 55. non comprehendit conseruatorias Vniuersitatum studiorum generalium: vt adnectit Rot. *dec.* 49. *n.* 15. *p.* 7. *recent.* sicuti nec etiam comprehendit conseruatorias religiosis concessas: vt notanit Tamburin. *d. disput.* 17. *quæst.* 2. *in fine*, referens declarationem Sacræ Congregationis Concilij super hoc factam.

Atque ita intelligenda est decisio apud Antoninum Maceraten. *p.* 1. *resol.* 16. & per Campanil. *in diuersorio Iuris Canonici, rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 24. *& seqq.* vt procedant in simplici deputatione Conseruatoris, non autem in ea quæ conceditur cum amplissimis facultatibus: Emanuel Roderic. *tom.* 1. *quæst. regul.* 65. *art.* 12. *versic. quantum ad secundum*, Hieronym. Roderic. *quæst.* 33. *num.* 10.

20 Infertur præterea ex præmissis, quod quamuis in conseruatoriis communibus non detur facultas procedendi in iis, quæ iudicialem requirunt indaginem: vt in *dict. cap. finali, de offic. deleg. & c.* 1. *eodem tit.* Aliud tamen est quando talis facultas in litteris concessa reperitur (prout talis facultas continetur in cõseruatoria Doctorum Vniuersitatis Aueniouensis) maximè cum derogatione dictæ constitut. Bonifacij VIII. vt habetur in dicta decisione Rotæ 616. *p.* 2.

21 *recent.* † Idemq; dicendũ est, quando vltra iniurias & violentias manifestas, summus Pontifex concedit facultatem Conseruatorib. cognoscendi super bonis & iuribus personarum in priuilegio contentarum, vt notat Coccinus, *consil.* 15. *num.* 3. & maximè *versic. præterea & fortius*, Rot. *d. decis.* 616. maximè *n.* 4. *part.* 2. *recent.*

Censetur etiam Conseruatoribus data facultas 22 iudicialiter procedendi, quando in litteris adest clausula, *contradictores quoslibet & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo*, vt dicit Rot. *eadem decis.* 616. *numero quarto*, Barbos. *clausi.* 33. *numero quinto.*

Infertur tertiò, Conseruatores amplam haben- 23 tes facultatem, posse alios subconseruatores deputare, cum iisdem facultatibus cognoscendi sibi concessis, Monet. *de conseruatorib. cap.* 7. *num.* 58. Lezan. *in summa quæst. regul. parte* 2. *cap.* 10. *num.* 16. quod tamen facere non possunt illi, quorum facultas, & commissio ad hoc se non extendit, *dict. cap.* 1. *& fin. de offic. deleg. in* 6.

Infertur quartò, quod Conseruatores huiusmodi 24 dum citationem decernunt, non tenentur inserere copiam suæ commissionis, tum quia sæpius habentur pro iudicibus ordinariis, tum etiam quia posito quod sint delegati, tamen habent iurisdictionem fauorabilem & magis priuilegiatam, quam alij simplices Iudices delegati: Gratian. *discept. forens. c.* 170. *num.* 18.

Infertur denique ex præmissis, quod præuentio 25 facta per Conseruatores excedentes modum suæ iurisdictionis, nihil operatur; cùm tota illorum processura ratione dicti excessus laboret vitio nullitatis: Marchesan. *tom.* 1. *titul. de signatura gratiæ diuersa, parte* 1. *cap.* 2. *numero* 409. *fol.* 88. Rota *in Mediolanen. rescissionis contractus coram Lancellote*, apud eundem, *loco citato, decis.* 46. *numer.* 2. *fol.* 144. & in *Toletana iurisdictionis* coram eodem, *ibid. decis.* 45. *num.* 2. *pag.* 143. † Imò si Conseruatores, suæ facul- 26 tatis limites excesserint, puniuntur pœna suspensionis ab illo officio per annum, *d. cap. vltim. de offic. deleg. in* 6.

Sed alia remanet decidenda quæstio videlicet 27 vtrum pluribus Conseruatoribus in iisdem litteris deputatis, vnus sine alio procedere possit; cum isti videantur Iudices Delegati insolidum, quamuis ad vniuersitatem causarum; adeo vt vnum sine alio procedere non posse videatur, iuxta doctrinam Bartoli, *in l. si vni, alias, Pomponius, ff. de re iud. in l.* 1. §. *si plures, ff. de exercit. action.* Felin. *in cap. causam, num.* 8. & Decius *num.* 9. *&* 10. *de re Iudic.* & de communi testatur Alexand. *in d. l. si vni*, † siquidem De- 28 legatus vnus ex pluribus sine alio procedere non potest, *d. cap. cum causam matrim. cap. prudentiam, & cap. penult. de offic. deleg.* & *ibi* notat Abbas. Vnde vnum Conseruatorem sine alio procedere non posse censuit Monet. *de conseruat. Iudic. cap.* 7. *num.* 43. allegans ad hoc Decium *in d. cap. prudentiam, num.* 13. dicens huic sententiæ satis adhærere Imolam, *in d. l. si vni*, aliàs *l. Pomponius, ff. de re iudic.* Abb. *in cap. causam, num.* 7. *& in cap. prudentiam, numer.* 13. *& in cap. finali, n.* 18. *&* 19. *de re iudic.* Apostill. ad Felin. *in d. cap. causam, n.* 8. *de re iudic.* & hoc probat duobus fundamentis, † Primo, quia licet Conseruatores 29 sint delegati ad Vniuersitatem causarum, tamen non habent propriam & radicatam iurisdictionem; sed funguntur officio delegantis, *l.* 1. *ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. cap. sanè* 11. *de offic. delegat.* & sic qualescunque Iudices sint censendi, possunt habere exercitium iurisdictionis pro parte, cum fungantur omnes vice vnius, dictósque Conseruatores esse Delegatos tenet Barbos. *de Episcop. part.* 3. *allegat.* 106. *num.* 2. Lezan. *in summ. quæst. Regul. par.* 2. 30 *cap.* 10. *n.* 1. Quod verum est, nisi Iudices ordinarij in

in litteris suæ deputationis nominentur, aut alia adsint verba, iurisdictionem ordinariam inferentia; vt dicit Barbos. *de Episcop. part. 3. d. allegat.* 106. *n.* 2. Lezan. *dicto cap.* 10. *num.* 25.

31 Secundo probat opinionem prædictam per text. *in c. vt officium, de hæreticis in* 6. vbi speciale est fauore fidei, vt vnus ex pluribus Inquisitoribus deputatis procedat sine alio simul deputato, ergo cessante speciali fidei fauore contrarium statuendum videtur, nempè vt vnus sine alio procedere nequeat.

Verior tamen & receptior est sententia, pluribus simpliciter datis Conseruatoribus, quemlibet censeri
32 datum insolidum; esto quod essent delegati, † quia illorum deputatio facta est ad vniuersitatem causarum, vnde æquiparantur in hoc Ordinariis: & de hac communi sententia testatur Bartol. *in d. l. si vni.* alias *Pomponius, de re iudic.* sequitur idem Bartol. *in l.* 1. §. *si plures, ff. de exercit. actione,* Felin. *in d. c. causam, n.* 8. Dec. *num.* 9. & 10. & de communi testatur etiam Alexand. *in d. l. si vni.* licet Abb. *in d. cap. causam,* tenuerit contrarium, & malè, secundum eum, Marant.
33 *in spec. parte* 4. *distinct.* 5. *num.* 51. *in fine.* † Illis igitur conseruatoribus datur iurisdictio insolidum, *l.* 1. *ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict.* ita tamen vt inter eos sit locus præuentioni, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. *num.* 8. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. ordinaria, numer.* 178. & hoc probat text. *in dict. l.* 1. §. *si plures ff. de exercit. actione.* Ex ex his satisfactum est primæ obiectioni superius propositæ.

34 Quod vero secundo loco dicitur, speciale esse in causis fidei vt Inquisitor vnus ex pluribus procedere possit, non obstat communi sententiæ: quia specialitas non consistit in eo vt singulis Inquisitoribus competat iurisdictio insolidum, cum hoc locum etiam habeat in aliis Iudicibus ordinariis, vt ostendimus suprà, *hac parte* 2. *cap.* 1. *num.* 67. Sed in eo consistit specialitas, quod fauore fidei non datur præuentio inter plures Inquisitores, & quod vnus cœpit, alius prosequi potest, quod tamen locum non habet in aliis Iudicibus, quia regulariter inter eos locus est præuentioni, iuxta ea quæ per nos explicata sunt, dum ageremus de pluribus vicariis, *dict. c.* 1. *num.* 67. *& sequentibus.* & de pluribus Inquisitoribus suprà, *cap.* 10. *num.* 1. *&* 2. *hac ead. p.* 1.

35 Differentia igitur est inter Inquisitores & Iudices ordinarios ac delegatos, quia inter plures Inquisitores non datur præuentio, quæ tamen datur inter plures ordinarios eo modo quo explicauimus, *d. c.* 1. *num.* 67. *& sequentibus:* At vero quoad delegatos, si plures insolidum sine clausula, *quod si non omnes,* aut simili, fuerint deputati vnus sine alio procedere non potest, *dicto cap. causam matrimonij, de offic. delegat.*
36 † Quod adeo verú est, vt vno delegatorum mortuo sententia à solo superstite lata, sit nulla, *cap. vno de-*
37 *legatorum penultimo eod. tit. de offic. delegat.* † Sed si fuerint delegati cum clausula, *quod si non omnes, &c.* vel cum clausula, *vt omnes aut duo, aut vnus eorum, &c.* potest vnus sine alio de causa cognoscere; cum hac tamen differentia, quod si adsit clausula, *quod si omnes, &c.* vel *quod si ambo, &c.* tunc etiam si plures præuenerint insimul procedédo; tamen vno aut pluribus impeditis, alius, vel alij procedere possunt, sed si adsit clausula, *vt omnes, aut duo, aut vnus ipsorú, &c.* tunc ab ipso initio cuilibet data est iurisdictio, & io-
38 risdictionis exercitium, Men. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 35. † adeo vt vno ex delegatis præueniente, alij non nisi in eius defectum admittantur, *cap. cum plures,* 8. & *ibi* Gloss. *de offic. deleg. in* 6. ipso vero non impedito, ille solus qui præuenit de causa cognoscere possit, etiam aliis non requisitis: ve probatur per verbum *liberè, in dicto cap. si plures,* Barbos. *dict. claus.* 125. *per totam,* Marant. *in specul. p.* 4. *dist.* 5. *n.* 31.

Vnde firma remanet conclusio, datis pluribus Conseruatoribus simpliciter, quemlibet insolidum deputatum censeri, & locum inter eos esse præuentioni, præsertim si dati fuerunt cum clausula, *& quemlibet ipsorum,* quia iurisdictio tunc inter ipsos est præuentiua, Menoch. *dicta præsumpt.* 18. *n.* 8. & Barb. *d. claus.* 125. *n.* 2. 39

Et prædicta omnia decidi non possunt nisi viso tenore litterarum deputationis Conseruatorum, in quibus non rarò datur facultas vni ex pluribus prosequendi, quod ab alio inchoatum est, prout in litteris deputationis Conseruatorú Vniuersitatis, & Doctorum Auenionensium, plenius continetur, ita vt quod vnus ex pluribus præuenit, alius prosequi, & continuare possit; quamvis præueniens nullo fuerit impedimento detentus, vt sequitur in dicta bulla, cuius tenorem hic inserendum diximus, vt pateat veritas eorum quæ suprà diximus, & videant qui tales litteras obtinere desiderant, sub qua forma concipi debeant. Tenor autem litterarum talis est.

IOannes Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati Monasterij Sancti Andreæ propè Auenionem, & Preposito maiori ac Decano Sancti Petri Auenionensis Ecclesiarum salutem & Apostolicam benedictionem. Quasi lignum vitæ in paradiso Dei: & quasi lucerna fulgens in domo Domini; sic studij, quod viget in ciuitate nostra Auenionensi disciplina refulget: hoc quippe velut facunda eruditioris parens, ad irrigandum sterilis Orbis faciem fluminis de fontibus sapientia Salutatoris, cùm impetu foris mittens, vbique terrarum, Dei lætificat ciuitatem, & in refrigerium animarum sitis flagrantium Iustitia aquas diuidit publicè in plateis, vbi dat Dominus sponsa sua & sapientiam ac linguam iustitia eloquiis eruditam, cui resistere nequit aduersitas improborum, quibus in arcanis nostra mentis sæpius recensitis merito inducimur, vt ea quæ dilecti filij Primicerius, Magistri, Doctores Licentiati Baccalaurei, & scholares Vniuersitatis studij Auenionensis, à nobis rationabiliter postulant, eis liberaliter concedamus. Sanè prædictorum Primicerij, Magistrorum, Doctorum, Licentiatorum, Baccalaureorum, scholarium & Vniuersitatis conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi aliique Ecclesiarum Prælati, & Clerici, ac Ecclesiastica persona, tam Religiosa quam sæculares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiliores, Milites & laici, communia, Ciuitatum, Vniuersitatis, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, & alia singulares persona, Ciuitatum & Diœcesum, & aliarum partium diuersarum, occuparunt & occupari fecerunt castra, villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, iura, & iurisdictiones, necnon fructus, census, reditus, & prouentus ipsorum Primicerij, Magistrorum, Doctorum, Licentiatorum, Baccalaureorum, & scholarium & Vniuersitatis, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia, spiritualia, & temporalia ad Primicerium, Magistros, Doctores Licentiatos, Baccalaureos, scholares, & Vniuersitatē prædictos communiter vel diuisim, spectantia, & ea detinent indebitè occupata, seu ea detinentibus prabent auxilium, consilium, vel fauorem; Nonnulla etiam alia persona, Ciuitatum, & Diœcesum ac partium prædictarum, qua nomen Domini in vanum recipere non formidant, eisdem Primicerio, Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, scholaribus, & Vniuersitati, super prædictis, castris, villis, & locis aliis terris, domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, censibus, reditibus, & prouentibus eorumdem & quibusdam aliis

aliis boais mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, & aliis rebus ad eosdem Primicerium, Magistros, Doctores, Licentiatos, Baccalaureos scholares, & Vainersitatem coniunctim, vel diuisim, spectantibus, multiplices molestias, & iniurias inferũt, & iacturas. Quare dicti Primicerius, Magistri, Doctores, Licentiati, Baccalaurei, scholares, & Vaiuersitas nobis humiliter supplicaruat, vt cum ipsis valdè reddatur difficile pro siagulis querelis ad sedem Apostolicam habere recursum, prouidere ipsis super hoc paterna diligeatia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, deteatores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem Primicerio, Magistris Doctoribus, Liceatiatis, Baccalaureis, scholaribus, & Vaiuersitati remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur, discretioni vestræ per Apostolica scripta maadamus, quatenus vos, vel duo, aut vaus vestrum, per vos vel alium seu alios, etiam si siat extra loca in quibus deputatis estis. Conseruatores & Iudices præfati, Primicerio, Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, & scholaribus, & Vniuersitati efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem super his, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad Primicerium, Magistros, Doctores, Licentiatos, Baccalaureos, & scholares ac Vniuersitatem prædictos spectaatibus, ab eisdem vel quibusuis aliis quacumque dignitate etiam Poutificali, priuilegio, statuto, vel quavis exemptione prædicta, iadebitè molestari, vel eis grauamiaa seu damna, vel iniurias irrogari, facturi, dictis Primicerio, Magistris, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, scholaribus, & Vaiuersitati, cum ab eis vel procuratoribus snis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & aliis perpersoais quibuslibet super restitutione huiusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, iurisdictioaum, iurium & boaorum, mobilium, & immobilium, redituum qnoque, & prouentuum, & aliorum quorumcunque bonorum, nec aon de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque dãnis, præsentibus, & futuris, ia illis quæ iudicialem requirunt iadagiaem summariè, & de plano sine strepitu & figura Iudicij, in aliis vero prout qualitas eorum exegerit iustitiæ complementum. Occupatores seu detentatores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet & rebelles cuiuscunque dignitatis, status & ordinis vel conditionis extiterint quandocunque, vel quotiescunque expedierit auctoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compesceado, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstantibus tam Fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri in quibus cauetur ne aliquis extra suam Ciuitatem & Diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & ia illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad Iudicium euocetur, seu ae Iudices & conseruatores à sede deputati prædicta, extra Ciuitatem, & Diœcesim in quibus deputati fuerunt, coatra quoscunque procedere, siue alij, vel aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnã dietam à fine Diœcesis eorundẽ trahere præsumaat, & de duabus dietis in Coacilio generali, dummodo aliquis auctoritate præsentium vltra quatuor dietas à fine suæ Diœcesis non trahatur, seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis & violentiis & aliis quæ Iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conseruatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de Iudicibus delegatis & conseruatoribus, quam personis vltra certum numerum ad Iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ nostra possint iu hac parte Iurisdictioai, aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, seu extra loca ad Iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes planam & expressam ac de verbo ad verbum de iadulto huiusmodi & eorum personis, locis, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dicta Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, & per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit meatio specialis. Cæterum volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium iachoatum, quamvis idem incheans nullo fuerit impedimeato Canonico præpeditus, quodque à die præsentium licitum sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis omnibus, & eorum singulis cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cœpta fuissent, & Iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitisset, constitutione prædicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante, præsentibus in perpetuum valituris. Datum apud Sanctum Autonium extra muros Florentiæ Octauo Idus Septembris Pontificatus nostri anno quarto. D. de Moate P. de Pistorio.

1 VErum quia per dictam Bullam non fuerat declaratum vtrum iurisdictio Conseruatorum extendenda esset ad causas criminales, ideo cum de hoc nuper ageretur, Per-Illustris Dominus Ioaones Baptista de Tonduti, Dominus & Torpacha loci de Blauuac, Frater meus dilectissimus qui pro Vniuersitate scribebat, multa allegabat quæ hic breuiter referre non erit extra propositum. Dicebat enim quæstionem hanc duobus modis tractari posse. Primo quidem secundum terminos iuris communis. Secundo iuxta dictæ Vniuersitatis priuilegia in Pontificiis constitutionibus fundata.

2 Et quidẽ in terminis iuris cõmunis, rem non carere dubio fatebatur, & rationum atque auctoritatum pugnam pro vtraque parte exiguam non esse. Quia licet verum sit, scholares, de iure, quatuor habere Iudices, nempè Episcopum, Rectorem quoque Vniuersitatis, Doctorem suum, & Ordinarium loci seu Ciuitatis Iudicem; DD. *in Authent. habita, C. ne fil. pro patre*, & nominatim Bart. *num.* 5. Bald. *num.* 16. & 32. Aufrer. *ad decis. Capell. Tholos.* 169. Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg.* 152. Horat. Luc. *priuileg.* 45. Tamen vtrum iurisdictio illa ad causas criminales extendatur, non omnino constat. Nam quod iurisdictio causas criminales hoc casu non comprehendat, plurimis rationibus tuetur Hieron. Buccar. *in tract. de differ. inter causas ciuiles & crimin. differ.* 128. quas hic referre superfluum esset. Eandémque sententiam sequitur Ioann. Sichard. *in dicta Authent. habita, numero* 21. Quia reatus omne priuilegium extinguit. Et Addit. *ad decis. Coleri* 296. vbi ad hoc citat Petrum Heigium, *libr.* 2. *q.* 11. *num.* 7. & 14. Nam licet studentes gaudeant priuilegio miserabilium personarum, teste Nouar. *in tract. de priuileg. miserab. person. priuil.* 42. *num.* 4. & *priuilegio* 93. *num.* 5. ita tamen, vt facta semel fori electione, regulariter variare non possint, Rebuff. *de priuileg. Scholastic. priuil.* 53. Tamen priuilegium electionis fori, & variationis

non competit illis in causis criminalibus ex veriori sententia, quam comprobat Nauar. *in praxi variar. & elect. fori. sect. 2. quastion. 2. numero 5. & sequentibus.* Et ex his videtur quod priuilegiom *dicta Authent. habita*, non habeat locum in causis criminalibus, saltem dum agitur de delictis atrocibus, veluti de homicidio, vt dicit Sichard. *loco citato, d. n.* 21.

Sed tamen pro scholasticis facit doctrina Rebuffi *in dicto tractat. priuil.* 157. vbi dicit quod si statutum alicuius ciuitatis, simpliciter dicat quod scholares non possint conoeniri coram alio Iudice quam coram Rectore, intelligi debet vt procedat tam in causis ciuilibus quam crimioalibus. Quod probatur ex illa generali regula, quam afferuot Bartol. Rebuff. & Ioann. de Platea, *in leg. ex eo penult. Cod. de agentibus in reb. libro* 12. quod multo magis iurisdictionis priuilegium pro causis criminalibus concessum videri debet. Et pro scholasticis est authoritas Gloss. *in dicta Authent. habita. in verbo, si litem.* Et in eadem sententia post varias opiniooes relatas residet Bolognin. *in repet. einsdem Authentica Habita, n.* 213. dicens nihil obstare quod aliter apud Bononienses iudicetur: quia hoc factum fuit propter renoociationem ibidem factam per scholares, qui eo tempore erant decem mille, maximo vigente bello inter Etruscos & Lombardos, pro quo extinguendo necesse fuit pro bono publico confugere ad remedia extraordioaria, & scholares ordinariæ Potestatis iurisdictioni in criminalibos causis subiicere, vt dicunt Cyo. Bald. Odnffred. Alberic. & alij. *in dicta Auth.* Gilhausens. *in tract. de mero & mixto imper. cap. 1. numero* 117. Schrader. *de feud. parte* 10. *sect. prim. numero* 11. vbi de veriori & communi sententia testatur. Horat. Luc. *de scholari. priuil.* 66. Immo Albericus testatur scholares Bononienses aduersus hanc renunciationem fuisse restitutos. Dictamque renunciatiooem non posse nocere aliis Vniuersitatibus, imo si collegialiter facta non fuerit, nec ipsis scholaribus Bononiensibus successoribus, censuit Bologniu. *d. loco, n.* 215.

Verum quicquid in hoc opinionum conflictu secundum iuris communis terminos statuendum sit, negari non potest quin ex priuilegio, vel consuetudine in multis Vniuersitatibus iurisdictio fundata, *in dicta Authent. habita*, causas criminales comprehendat: vt aduertit Sichard. *ibid. n.* 22. ita seruari dicens in Tubiogensi Vniuersitate. Et de Academia Lipsensi testatur Add. *ad dictam decis. Coleri.* 296. Quod etiam in Vniuersitate hac Auenionensi sæpius vidimos obseruatum: dictáque obseruauantia fundatur in priuilegiis & constitutionib. Apostolicis ad fauorem eiusdem Vniuersitatis factis & cõcessis. Nam Sixtus IV. Sanctæ memor. Pontifex maximus per Bullam sub 15. Kalend. Septembris ann. 1479. Pontificatus sui anno 8. inter diuersa priuilegia hoc eidem Vniuersitati concessit tenoris sequentis, *fol.* 22. *Bullarij dicta Vniuersitatis.* Dum accedente considerationis indagine. *Et infrà.*

Statuimus perpetuo & ordinamus, quod nullus Doctor, Magister, siue scholaris, aut quauis alia persona dicta Vniuersitatis, ratione cuiuscunq; causa, ciuilis vel criminalis, *beneficialis, aut rei de qua agetur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, aut res ipsa consistat, per quemcunque Iudicem ordinarium vel delegatum, seu Conseruatores per Nos pradecessorésque nostros Romanos Pontifices, incolis & habitatoribus Comitatus Venaissini pro priuilegiis dicti Comitatus conseruandis; quibus, motu, scientia & authoritate pradictis expreßè quantum ad Vniuersitatem pradictam derogamus, aut alium quemcunque commissarium, etiam authoritate prafata Sedis deputatum, aut alia quavis ordinaria, siue Apostolica auctoritate, extra ciuitatem pradictam ad Iudicium trahi non possit neque debeat. Decernentes nullius roboris sententias, &c.*

Quod eodem modo ordinatum & concessum fuit per S. M. Ioan. XXIII. Octauo idus Septembris, Pontificatus sui ann. 4. vt *in dicto Bullario fol.* 10. vbi ad maiorem prædictorum confirmationem dicitur in fauorem studentium; Quod ratione delicti extra ciuitatem non cogantur, litigare, &c. Postea subiiciuntur verba sequentia.

Dum tamen Conseruatores dicti studij in dicta ciuitate iustitiam ministrare procurent, &c.

Ex quibus clarè constat Conseruatoribus Vniuersitatis Auenionensis iurisdictionem non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus competere, propter expressa verba priuilegij.

Dictaque priuilegia fuerunt in forma specifica confirmata per Innocent. VIII. per Bullam insertam in dicto Bullario Vniuersitatis *fol.* 28. *verso*, sub datum Romæ anno 1488. Pridiè idus Decembr. Pontificatus anno 5.

Vtrum autem hæc iurisdictio Conseruatoribus 40
competat tam agendo quam defendendo, conclusum fuit superius pro affirmatiua: vt probatum fuit, *num.* 13.

Verum vltra præmissa continuando materiam præuentionis Conseruatorum, dubitatur quid dicendum sit, si actor & reus diuersos habeant Conseruatores, & vnus præuenit, vtrum alius possit petere se remitti ad suum diuersum Conseruatorem. Regula generalis est, reum coram suo Conseruatore tali casu debere conueniri, quia quando priuilegiatus concurrit cum alio priuilegiato, priuilegia conquassantur: ergo cessante priuilegio actoris, potior erit causa rei, Monet. *de Conseruat. cap. 7. num.* 345.
† de qua materia concursus diuersorum priuilegio- 41
rum habetur *in l. verum, §. penult. & finali, ff. de minorib. l. finali, ff. ex quibus causis maiores, & in §. & hoc prasenti, Authent. de Sanctissim. Episcop.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. quast. 18. artic. 4.*

Si tamen concurrant Conseruatores Vniuersita- 42
tum cum Conseruatoribus Religiosorum, veluti si Doctor curet citari Conuentum, aut personam Religiosam, tenetur litigare coram Conseruatore Monasterij, seu Conuentus, aut domus regularis, vt inter cæteras constitutiones probatur ex Bulla Clement. VII. concessa Ordini Minimorum, de qua Hieron.
Roderic. *d. q. reg. 33. n.* 16. † Quod priuilegium com- 43
municatur omnibus aliis Ordinibus, quia priuilegia huiusmodi quæ de facili conceduntur, facilè etiam aliis communia fiunt: Barbos. *in decisionibus Apostolicis cap.* 216. *num.* 11. *& in tractat. de Episcop. dict. allegation.* 106. *numero* 7. & ita vt suprà concludit etiam Emanuël Roderic. *tom. 1 quastion. regul. quast. 65. art.* 12. Mirand. *in Manual. Prolator. regul. part. 2. q. 47. art.* 12. Aduertendum tamen qood priuilegium Vniuersitatis Auenionensis etiam Regulares comprehendit.

Neque obstat quod dictum est, priuilegia con- 44
quassari, quando vnus priuilegiatus concurrit cum alio: quia illud verum est quando priuilegia sunt æqualia: si enim vnum sit potentius alio, præualet illud quod est fortius, vt in terminis fori docet Nouar. *in praxi variar. & elect. fori part. 2. q. 21. per totam.* vbi fusè de materia. Vnde cum priuilegium Religiosorum sit potentius, concludendum est illud præualere, nisi obstent verba priuilegij, Vniuersitatis.

Infertur ex præmissis, quod eadem ratione si 45
Doctor, aut scholaris, curauerit citari pupillum, aut

viduam

viduam coram vno ex suis Conseruatoribus, quamuis causa fuerit coram illo præuenta, poterit tamen vidua, vel pupillus opponere præuentionem sibi nô nocere, & ea non obstante causam remitti ad Iudicē competentem ab ipso pupillo, aut vidua eligendo: iuxta text. *in l. vnica, C. quando Imperator inter pupillum & viduam,* quia priuilegium huiusmodi personarum potentius est priuilegio conseruatoriæ Vniuersitatum, vt tenet Bald. *in authent. habita, num. 33. Cod. ne filius pro patre.* Bolognio. *ibid. n. 28.* Trentacinq. *lib. 1. variar. resolut. tit. de rescript. resolut. 1. num. 7. versic. hinc infertur;* Et in terminis quod Conseruator præuenire, & cognoscere non possit, Immo careat omnino iurisdictione in causis miserabilium personarum, tenet Ferrer. ad Guid. Pap. *decis. 18. vers. sanè in causis.* & Sychard. *in dicta authent. habita,* loco citato.

46 Hoc vltimo loco notandum est, quod si Conseruator alicui datus fuerit limitatè, & priuatiuè (quod cognoscitur ex verbis priuilegij) non potest alius Iudex causas præuenire in præiudicium talis Conseruatoris, quamuis procurator comparuisset, & in alterius iurisdictionem consensisset, si talis procu-

47 rator non habuerit speciale mandatum. † Quod requiritur omnino dum agitur de proroganda iurisdictione: Mohedan. *decis. 3. num. 3. de appellat.* Honded. *consl. 21. num. 25. vol. 1.* Barz. *dec. Bonon. 154. num. 20.* & alij quos refert & sequitur Cyriac. *controuers. 382. num. 27.* Imò videtur *num. 25.* generaliter concludere, non posse alium Iudicem præuenire in præiudicium iurisdictionis Conseruatori priuatiuè concessæ: sed hoc dependet ex verbis, & tenore priuilegij, vt superiùs ostendimus.

48 Si tamen Conseruator datus fuisset ad certum genus causarum, veluti ad rem annonariam, aut ad negotia mercatorilia, vel quid simile, non posset talia Conseruator causas præuenire vigore suæ iurisdictionis, si ageretur de aliis rebus, & iuribus diuersis.

49 † Sicut alias diximus de Domino feudi qui licet habeat iurisdictionem, & iudicare debeat in causa feudi, non tamen habet in aliis causis à feudo diuersis & separatis, vt fusè probauimus *parte 1. huius tractatus cap. 14. num. 6.* Cyriac. *controuers. 321. per totam.* Et facit ad propositum text. *in l. penult. §. finali, ibi, quia ratio hereditaria est, & sic simplex debitum: ff. de ritu nupt.* & in specie tradit Bald. *in l. finali sub num. 4. versic. Secundo quæro, Cod. de iurisdict. omn. Iudic.* & *ibidem* Salicet. *num. 4. vers. ex illa glossa,* & notat Angel. *consl. 6. num. 2. versic. cum ergo ex forma statuti.*

Verùm circa præuentionem Conseruatorum, dubitari potest, quid dicendum sit quando Religiosi diuersorum Ordinum sibi inuicem iniurias inferunt, & singuli ad suos Conseruatores recorrunt? Respondetur totes ipsos locum esse præuentioni, ita vt ille solos procedat qui prior citauit. Et si conuenire non possint, nominandi erunt Arbitri, qui hanc controuersiam decidant: vt probat Laurent. de Peyrio. *in addit. ad constit. Gregorij XV. cap. 11. num. 15. fol. mihi 370.*

CAPVT LX.

ARGVMENTVM.

De Præuentione inter Iudicem requirentem & requisitum, qui denegare potest executionem literarum requisitoriarum si partes comparuerint in præiudicium litis præuentæ coram ipso Iudice requisito, & inhibitionum de comparendo coram alio Iudice partibus factarum. Quid si Iudex requirens præuenerit, & executionem per sententiam laxauerit super bonis alieni territorij: Et vtrum debeat præcedere excussio bonorum sitorum in territorio Iudicis requirentis? Et quando Iudex requirens præuenit in cognitione aliquarum exceptionum coram ipso propositarum, vtrum Iudex requisitus possit illas in dubium reuocare, & de quibus exceptionibus cognoscere possit. Iudex laicus requisitus ab Inquisitore nullam habet causæ cognitionem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus regulariter non potest cognoscere de meritis causa, sed si aliqua emergat difficultas, debet partes remittere ad Iudicem requirentem, & interim suspendere executionem.*

2 *Si sententia Iudicis requirentis contineat notoriam iniquitatem, Iudex requisitus non debet concedere executionem, cum talis nullitas non suspendat, sed perimat negotium.*

3 *Si agatur de iniustitia latente Iudex requisitus de ea non cognoscit quando Iudex requirens esset maior Iudice requisito.*

4 *Index laicus requisitus ab Ecclesiastico non cognoscit de iniustitia, sed tenetur causam remittere ad Ecclesiasticum.*

5 *Si Iudex requirens præuenerit super cognitione exceptionis, illamque reiecerit, non potest retardari executio per Iudicem requisitum.*

6 *Ampliatur vt procedat etiam si talis exceptio sit de notoria nullitate vel iniustitia, quia verum est, executionem concedendam esse per Iudicem requisitum hoc casu.*

7 *Si tamen Iudex requisitus arbitretur illam exceptionem esse notoriam ex iisdem actis potest retardare executionem, seu illam denegare.*

8 *Notoria iniustitia dicitur quæ resultat ex eisdem actis & nullam dubitationem admittit.*

9 *Iudex requisitus quamuis super exceptionis cognitione non fuerit per requirentem præuentus non tenetur de exceptione iniustitia cognoscere, sed hoc ex eius arbitrio & voluntate dependet, vtrum cognoscere velit, nec ne.*

10 *Iudex requisitus non grauat partem si velit, aut nolit de exceptione proposita cognoscere, & ideo à concessa, vel denegata cognitione non licet appellare.*

Iudex sæcularis cuius Brachio Inquisitor remisit delinquentem non potest prætendere aliquam causa cognitionem.

11 *Ampliatur vt procedat etiam si allegaretur notoria iniustitia Iudicis requirentis: quod tamen in dubium reuocatur.*

12 *Remedium litterarum requisitoriarum est subsidiarium, & ideo non possunt illa littera concedi, nisi quando Iudex requirens non reperit bona in suo territorio, super quibus sententiam suam executioni demandare possit.*

13 *Iudex*

13 *Iudex potest decernere in sua sententia executionem immo & immissionem super bonis constitutis in aliena Monarchia non tamen deuenire ad executionem facti.*

14 *Si Iudex requirens habeat bona in suo territorio & laxet seu petat executionem in bonis alterius territorij, grauat quidem partes sed propterea executio non est nulla.*

15 *Quando excessus executionis procedit à iudice requirente, appellatio vel recursus non debet interponi ad superiorem requisiti, sed ad superiorem requirentis.*

16 *Quando causa est præuenta & retenta per Iudicem requisitum, & facta inhibitiones partibus de comparendo coram alio Iudice, deneganda omnino est executio requisitioni Iudicis præuenti, procedentis in spretum præuentionis & inhibitionum factarum auctoritate Iudicis requisiti.*

17 *Exceptiones qua directè non impugnant sententiam possunt opponi coram Iudice requisito.*

18 *Tales autem sunt exceptiones ne quis conueniatur vltra quam facere potest. Aut si compareant tertij oppositores,* num. 19. *Vel si Iudex requirens indicauerit iuxta statuta, vel consuetudines sui loci, qua non obseruantur in loco Iudicis requisiti,* numero 20.

21 *Præuentio non suffragatur Iudici requirenti, si requisitus nullam habeat iurisdictionem in eum, contra quem petitur executio, nec ratione domicilij, nec originis, vel bonorum.*

MVLTÆ contingere possunt quæstiones in hac præuentionis materia occasione litterarum requisitoriarum, quæ ab vno Iudice conceduntur, vt in alia iurisdictione, vel Monarchia concedatur executio sententiæ per Iudicem requirentem prolatæ.

Inter cæteras autem difficultates hæc nuper in medium adducta fuit. Videlicet cùm lis inter duos mercatores in Patria Pedemontium, coram illius Monarchiæ Iudicibus tractaretur, creditor suum in ciuitate Lugdunensi reperiens dibitorem, ipsum auctoritate Conseruatoris nundinarum Lugdunens. in præiudiciũ præuentionis, & litis in patria Pedemontana pendentis, & in eadem iudicialiter retentæ, carcerari curauit, donec cautionem præstaret idoneam de stando iuri, & iudicatum soluendo. Quamobrem mercator ille, vt se à carceribus eximeret, coactus fuit coram illo Iudice Lugdunensi comparere, à quo condemnatus fuit ad solutionem summæ principalis & interesse, nec non ad expensas: cuius sententiæ cum in patria Pedemontium executio peteretur vigore litterarum Iudicis Lugdunensis; Responsum fuit executionem denegandam, cum dicta sententia Lugdunensis, vti facta per Iudicem requirentem in præiudicium præuentionis, & retentionis causæ in aliena Monarchia factæ, in spretum Iudicis præuenientis, non mereretur executionem.

1 Quamvis enim regula & generalis & vera sit, Iudicem requisitum debere concedere executionem litteris Iudicis requirentis, nec posse de meritis causæ cognoscere; sed si aliqua coram ipso exceptio proponatur, ex illis, quæ sententiam, de cuius executione agitur, directò infringuntur, debere illius decisionem remittere ad Iudicem qui sententiam protulit, suspensa interim executione; Bartol. *in l. à diuo Pio, in principio, num. 9. ff. de re iudic.* cuius sententiam veriorem esse testatur, optimisque rationibus tuetur Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæstion. 38. numero 14. & 15.* & decidit Codex Fabrian. *libro 7. titul. 20. de execution. rei iudicat. definit. 1.*

2 Illa tamen generalis regula non paucas admittit limitationes: & *Primo* quidem non procedit, quando sententia Iudicis à quo, manifestam & notoriam contineat nullitatem aut iniustitiam, tunc enim Iudex requisitus non solet remittere causam nullitatis ad requirentem, sed absolutè denegat executionem & auxilium suum, cum talis nullitas non suspendat negotium, sed perimat; vt notat Zucard. *in tractat. de miss. in possess. num.* 280. Thesaur. Iun. *libr. 1. quæst. forens. cap. 2. num. 5.* Merlin. *controuers. forens. centur. 2. cap. 98. numer. 11. & multis sequent.* 3 † Quod tamen secus est quando ageretur de iniustitia latente, seu altiorem indaginem exigente, vt notat Merlin. *d. cap. 98. num. 15.* nisi tamen ageretur de Iudice requirente qui maior esset requisito, qualis est Iudex Ecclesiasticus respectu laici, seu sæcularis Iudicis: 4 † Tunc enim non potest Iudex requisitus cognoscere de iniustitia Iudicis requirentis, sed omnimodo tenetur cognitionem hanc remittere ad Iudicem Ecclesiasticum, suspensa interim executione: vt notat Merlin. *d. cap. 98. num. 28. versic. & quidem, & num. 29.* post Farinac. *quæst. 97. num. 92.* vbi fusè exponit, quibus in casibus Iudex sæcularis teneatur executioni demandare sententiam Iudicis Ecclesiastici, & verum executionem aliquando denegare possit.

5 Sed hac in re notabilis cadit præuentionis effectus. Quia si Iudex concedens literas requisitorias priùs præuenisset in Iudicio & cognitione istius iniustitiæ, vel nullitatis, quæ coram Iudice requisito proponitur, non posset iterum coram requisito eadem nullitatis aut iniustitiæ quæstio refricari, si antea Iudex requirens, de illa cognouisset, eamque per suam sententiam reiecisset, nec sub prætextu talis nullitatis, litterarum rogatoriarum executio retardari posset: vt notat *ibid.* Zuchard. *in versic. hanc limitationem.* & ad hoc allegat Abbatem *in cap. de cætero. de re iudic. colum. 2.* Iason. *in l. 4. §. condemnatum, column. 4. versic. tertio limita. ff. de re iudic.* Guid. Pap. *decis. 574. num. 6. versic. sed si in prima,* Gratian. *discept. forens. cap. 146. num. 7. &* 8. 6 † Vbi loquitur etiam supposito quod ageretur de exceptione notoriæ nullitatis, quæ si fuerit opposita coram Iudice requirente, & per eum reiecta, non potest amplius de ea opponi coram Iudice requisito, & ea non obstante procedendum est ad executionem facti, Cancer. *lib. 2. variar. resolut. cap. 15. num. 27. & sequentibus.*

7 Hoc tamen verum est, & procedit, si Iudex requisitos arbitretur, & iudicet exceptionem, de qua cognitum non fuit per requirentem, esse omnino notoriam, & ex iisdem actis resultantem, aut ex ipso tenore sententiæ; cum regulariter per similes exceptiones retardari debeat executio sententiæ, quæ alioquin erat inappellabilis: Natt. *consil.* 172. *n. 4.* Alexand. *consil. 77. num. 11. lib. 2.* Lancellot. *de attentat part. 2. cap. 12. limit. 8. num. 28.* Menoch. *remed. 4. adipiscend. num.* 850. Rugioell. *de appellat. §. 2. cap. 3. n. 784.*

8 Notoria siquidem iniquitas dicitur, quæ ex sola actorum inspectione colligitur, Sola *in constit. Saband. tit. de sentent. execution. gloss. vltima, num. 9.* Seraphin. *decis. 430. numero 5.* Si tamen negotium aliquam probabilem dubitationem admitteret, non posset dici iniustitiam esse notoriam, Deci. *in cap. ex parte, num. 5. in fine, de offic. delegati,* Castrens. *in l. si expressim, num. 3. versic. tertio extra Glossam, ff. de appellat.* Grass. *in tract. de exceptionib. c. 5. n. 6. & sequentibus.* Cancer. *lib. 2. variar. resol. cap. 15. num. 61. & sequentibus.*

9 Non autem sine causa dictum est, *si Iudex arbitretur:* nam omnino hoc notandom est, quod Iudex requisitus quamvis videat sententiam requirentis aliqua ratione de iniustitia argui posse, non tamen tenetur de tali iniustitia cognoscere, quamvis Iudex requirens in illius cognitione non præuenisset, & ita quâvis concederet executionem litteris requisitoriis, nullum grauamen partibus inferret, cum nulla lege cautum sit, nec vlla Doctorum auctoritas adduci possit ad probandum, quod Iudex requisitus teneatur cognoscere de iustitia sententiæ Iudicis requirentis, Immo DD. vnanimi consensu dicunt hoc dependere ab arbitrio requisiti, vt fuit decisum in causa graui D. de Serignan, se opponentis aduersus executiones concessas in ciuitate Auenion. in vim litterarum requisitoriarum supremi Regij Consilij anno 1617. vt mihi asserebat Illustriss. & Reuer. Dominus meus Guilielmus de Noxet Archiepiscopus Seleuciensis, tunc Vicelegatus Auenionensis, cuius Anima in pace quiescat, quæ decisio postea fuit inserta in recentioribus, *part. 4. dec.* 576. & confirmatur ex notatis per Surd. *consil.* 358. *n.* 17. vbi dicitur quod Iudex executor potest hoc casu si vult cognoscere de exceptionibus propositis cõtra sententiam, sed non cogitur, eius enim arbitrio & voluntati remissum est id facere, vel non facere, Idem *consil.* 405. *n.* 30. & copiosè Gratian. *discept. forens. c.* 146. *n.* 9. *& seqq.* & ma-
10 ximè, *n.* 27. † Vnde Iudex requisitus non dicitur grauare, siue admittat siue nõ admittat exceptioné propositã, aduersus litteras Iudicis requirentis ad impediendam illarũ executionem. Neque hoc casu grauamen tale est, vt ex eo licita sit appellatio: vt bene explicat Surd. *d. consil.* 405. *n.* 30. Gratian. *d. c.* 146. *n.* 27.

Sed tamen quando Inquisitores sanctæ fidei remittunt delinquentes ad Brachium sæculare, non possunt Iudices sæculares prætendere aliquam cognitionem; sed debent indilatè procedere ad executionem nullo præcedente negotij examine, vt tenent omnes Canonistæ *in c. vt inquisitionis, §. prohibemus, de Hæret. in 6.* & plures ad id allegat Director. Inquisitor. *lib. 3. schol. 99. fol. mihi* 208. vbi tamen dicitur *in fi. vers. verũ in hac re circa hoc spectandam esse loci consuetudinem.* Mihi tamen aliàs, dum Iudicis Ordinarij in hac Ciuitate officio fungerer; R.P. Inquisitor ex vrbanitate concessit vt viderem processum cuiusdam sagæ, quę fuit ignis supplicio affecta: quia cum sententiam idiomate Gallico coram magna populi multitudine pronunciare deberem, rationi congruum erat, vt præcipua accusationum capita summatim explicarem.

11 Et hoc procedit quamvis allegaretur, sententiam illam, cuius petitur executio, notoria iniustitia laborare: quia etiam hoc casu dependet à voluntate Iudicis requisiti vtrum velit executionem permittere, & ideo non poterit ab eo appellari, vt in terminis notoriæ iniustitiæ tradit Surd. *d. consil.* 405. *n.* 26. *versic. quinto respondetur.* Ego tamen existimo quod si iniustitia, aut nullitas esset adeo notoria, vt nullam omnino pateretur difficultatem, si Iudex requisitus concederet executionem, posset saltem per viam recursus adiri Superior ipsius Iudicis requisiti, cum notoria nullitas aut iniustitia resultans ex inspectione actorum semper retardare debeat executionem sententiæ: vt superius ostensum fuit, *n.* 7.

Vtrum autem exceptio præuentionis factæ per iudicem requisitum, postquam partes coram eo super eodem negotio processerunt, & causa per eum terenta fuit, sit talis quæ notoriè reddat iniustam sententiam Iudicis requirentis, declarabitur inferius. *n.* 16.

12 Cæterum inter alias exceptiones, quæ nuper in causa grauissima proponebantur ad impediendam executionem litterarum Senatus Parisiensis, in hac Pontificia Monarchia requisitam, hæc allata fuit, nempè quod litteræ requisitoriæ concedi non potuerant pro obtinenda executione contra bona in hac Monarchia posita, ex eo quod pars, contra quam executio petebatur, multa bona possidebat intra terras subditas Christianissimo Francorum Regi, & sic non poterat deueniri ad executionem contra bona huius Monarchiæ, cum remedium harum litterarum sit subsidiarium, & propterea non possunt istæ litteræ concedi, nisi quando Iudex requirens non reperit bona sufficientia sub sua iurisdictione: super quibus executio fieri possit: provt de hoc est glossa notabilis *in leg. penult. in principio, in verbo generaliter, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Alexand. *in l. à diuo Pio, §. sententiam, n. 5. in fin. versic. Sed Imola & Paulus hic dicunt, ff. de re iud.* Claud. Aquen. *in l. cum quadam puella. in principio, n. 17. vers. & ipsomet qui iudicauit, ff. de iurisdict. omn. Iudicum.* Asin. *in praxi iudiciaria, §. 31. c. 9. n. 1. in fin. & n. 2.* Cost. *de subsidiar. remed. 16. n. 9. in fine.*

In hac difficultate, ego pro executione scribens, 13
respondebam non esse amplius de ista exceptione tractandum, cum illius cognitio præuenta esset per Iudicem requirentem, cum Senatus Parisiensis in sua sententia expressè laxasset executiones contra bona sita in Monarchia Pontificia, & propterea cum dicta sententia Senatus nullam admitteret appellationem, non erat amplius de illius executione dubitandum. Neque argui poterant Iudices requirentes, quod præueniendo in cognitione huius exceptionis, decreuissent in sua sententia excutiones contra bona præsentis Monarchiæ: Siquidem verissimum est ipsos hoc facere potuisse, non quidem præcipiendo neque exequendo; sed solum decernendo: vt probat Gratian. *discept. forens. cap.* 389. *à num.* 23. *&* *n.* 42. vbi multis DD. auctoritatibus comprobat, Iudicem posse expresse pronunciare creditorem immittendum esse in possessionem bonorum existentium in alterius territorio, & tunc Iudicem requisitum teneri concedere executionem super bonis sui territorij, provt etiam testatur *ibidem n.* 38. dicens quod licet quando Iudex generaliter decernit missionem in possessionem super bonis alicuius, illam dumtaxat decernere videatur super bonis sub sua iurisdictione cõstitutis, tamen secus est quãdo specificè decernit executionem super bonis in aliena iurisdictione positis, quod facere potest; neque hoc faciendo derogat alienæ iurisdictioni, dummodo non deueniat ad executionem facti: Gratian. *ibidem, n.* 35. *&* 39.

Et quamvis verum sit non posse concedi exequu- 14
tionem aduersus bona alieni territorij, quando sub ditione Iudicis requirentis adsunt bona sufficientia, super quibus sententia demandari potest exequutioni, non tamen propterea exequutio nullitate laborat si Iudex illam in alieno territorio decernat, dum in suo exequi potest, sed datur illo casu dumtaxat remedium appellationis parti quæ se grauatam prætendit, aut recursus ad Superiorem: solum enim DD. & nominatim Alexander & Asin. *in locis supra citatis* dicunt à tali grauamine appellari posse, vel recurri ad Superiorem, sed nihil de nullitate executionis dicunt.

Et cum excessus executionis procedat ab ipso Iudi- 15
ce requirente, sequitur appellationem, vel recursum interponi debere ad Superiorem Iudicis requirentis qui grauauit, non autem ad superiorem Iudicis requisiti, vt ostendimus superius *hac parte* 2. *cap.* 46. *n.* 12. & si grauatus non appellauerit, hoc sibi imputare debet: vt optimè exponit Claud. Aquen. *in d. l. cum quadam puella, in principio, num.* 18. *in fine*, cuius hæc sunt verba: *Tamen si hoc faceret, executio non esset nulla,*

sed

sed grauaret partem, & posset appellare vel recurrere ad Superiorem. Eiusdemque sententiæ fuit Castr. *in d.l. cum quedam puella n.23.versic.Secundo notantur.*

Ex quibus appatet, Iudicem requirentem posse requisitum præuenire, in decernendo executionem super bonis alieni territorij & iurisdictionis, non exequendo, sed decernendo vt supra dictum est.

16 Si tamen Iudex distinctæ Monarchiæ præuentione vsus fuisset, & causam in suo tribunali tractandā esse cognouisset, multoq; magis si inhibitiones decōpatēdo in aliena Monarchia canonicè & legitimè exequi mandasset, rectè posset denegare executionem literarū requisitoriarum Iudicis alieni, cum decretū retentionis causæ legitimè factum, & inhibitiones intimatæ parti, impediant ne ipsa coram alieno Iudice compatere possit, vel cōparendo præiudicare iurisdictioni, & præuentioni Iudicis requisiti; imò propter notorium contemptum suæ auctoritatis, non debet Iudex requisitus concedere executionem literarum rogatoriarum, non solum si de causa & materia principali agatur, sed nec etiam si de interesse, & sumptibus litis, quorum taxationem sibi Iudex requisitus reseruauerat. Nec fieri debet in casu proposito differentia, siue Iudex & Conseruator oundinarum Lugduneosium suam protulerit seotentiam teo legitimè comparente, siue in eius contumaciam; indistinctè siquidem denegandam esse illius decreti siue sententiæ executionem existimauit Senatus Pedemontanus, exceptis tamen litis sumptibus, pro quibus si culpa debitoris coram non suo Iudice litigando interuenerit, concedi poterit executio dictarum literarum quoad illos sumptus dumtaxat; prout decisum testatur Cod. Fabrian. *lib.7.tit.20. de exequut.rei indic.definit.25.*

17 Alij plures dari possunt casus, In quibus præuenta causæ cognitione coram Iudice requirente, non impeditur Iudex requisitus procedere ad cognitionem, & decisionem exceptionum coram ipso propositarū, nisi tamen illas primus Iudex coram se propositas reiecerit, veluti si proponantur exceptiones quæ directè sententiam non impugnant, sed tantū ipsam exe-

18 quutionem: Mol. *de brach.facul.lib.2.c.38.n.19.*† veluti exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere potest & deducto ne egeat: illa quippe exceptio solam respicit exequutionem, non autem sententiam: Menoch. *de arbitrarijs lib.1.q.38.n.*10.post Bartol. *in l.à diuo Pio, n.8. ff.de re iudic.* Felin. *in c.pastoralis.§. quia vero, num.16.de offic.delegat.*

19 Item si contra sententiam, tertij ius prætendentes ad impediendam exequutionem se opponant, *dicta l.à diuo Pio. §.si super rebus,* & ibi omoes DD. & hoc praxis hodierna obseruat, vt non concedatur exequutio literarum rogatoriarom oisi sub illa clausula, *dummodo tertij oponentes coram eodem Iudice requisito audiantur, & extrahi non possint.*

20 Item si Iudex requirens præuenerit & iudicauerit de negotio, vel re in controuersiam deducta, sed talis sententia lata fuerit secundum leges, ordinationes, vel consuetudines particulares sui loci, quæ non sunt in obseruantia in territorio Iudicis requisiti, tunc Iudex denegat exequutionem, quia tenetur sequi & obseruare statuta loci sui in quo petitur exequutio. Marsil. *sing.138.n.2.* Cancer. *lib.2.var.res.c.15. n.18.in antiquis, & 22.in nouis.*

21 Item cognitio & præuentio Iudicis requirentis non suffragatur, vt illius literis exequutio dari debeat per Iudicem requisitum, si ille contra quem petitur non sit Iudici requisito subditus ratione domicilij, vel origions, aut bonorum, Rebuff. *in const.reg.tom.2. tit.de litteris requisitoriis, in præfat. a.32.* Addent. ad Roderic. Suar. *in l. post rem iudicatam §.circa Indices*

litteris E pag.mihi 674. exceptis tamen vagabundis, de quibus actum est supra, *c.11.n.15.* Et hæc de præuentione Iudicis requirentis dicta sufficiant.

CAPVT LXI.

ARGVMENTVM.

Præuentio facta per Iudicem, cuius iurisdictio ad certam summam limitata est. prout in multis Galliæ locis; si deinde ante sententiam lis crescat propter nouam rei litigiosæ accessionem, vtrum ipsum iuuet vt de maiori summa & suæ iurisdictionis modum excedente cognoscere possit. Quid si diuersæ summæ simul iunctæ limites iurisdictionis ipsius transgrediantur; veluti si agatur de diuersis terminis debitis per eumdem conductorem. Et quid dicendum sit de interesse & expensis ac fructibus, vtrum cumulati debeant cum sorte principali ad fundandam præuentionem illius Iudicis, qui vltra certam summam cognoscere non potest. Quid faciendum sit. si dubitetur, vtrum summa petita, sit intra limites iurisdictionis Iudicis, qui non potest iudicare nisi vsque ad certam summam.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio suffragatur Iudici habenti limitatam iurisdictionem si summa petita illam non excedat, quamvis postea ex causa superuenienti lis crescat.*

2 *Quando lis crescit per inficiationē non potest alius Index cognoscere in praiudicium prauentionis, quāuis præuenieus limitatam habeat iurisdictionem.*

3 *In Gallia & alibi, multi sunt Iudices quorum iurisdictio ad certam summam limitata est.*

4 *Si ab initio constet Iudicem excedere modum sua iurisdictionis, præuentio ipsi non suffragatur, secus si res esset dubia.*

5 *In fundanda iurisdictione inspiciendum est quid petatur, non autem quid praeuucietur.*

6 *Nullitas ex defectu iurisdictionis potest quandocunque opponi, etiam post tres sententias conformes.*

7 *Si plures summa petantur vnica actione, debent coaceruari, ita vt si excedant limites iurisdictionis, causa nen possit præueniri per illum Iudicem,* & num.12. & 15.

8 *Si statutum mandet non posse appellari in causis non excedentibus certam summam, vtrum ad non impediendam appellationem debeat fieri cumulatio diuersarum summarum.*

9 *Præuentio vtrum iuuet eundicem habentem limitatam iurisdictionem, si diuersi termini solutionum petantur.*

10 *Summarum cumulationi ad fundandam præuentionem & iurisdictionem locus non est quando intentantur diuersa actiones.*

11 *Diuersi termini census, diuersa actione peti dicuntur, ideo in quæstione prauentionis separatim considerari possunt.*

12 *Plures summa ex pluribus causis debita pro diuersis reputantur si diuersis actionibus petantur, secus si vna actione.*

13 *Diuersæ res constituũt diuersas stipulationes, quamuis unicâ verborum conceptione promittantur.*

14 *Attentatis locus non est si agatur de diuersis terminis fructuum, nec pro illis locus est præuentioni.*

16 *Cumulatio expensarum cum summa principali non debet fieri ad fundandam præuentionem & iurisdictionem limitatam.*

17 *Socij criminis condemnati in expensis, quando teneantur insolidum.*

18 *Vsura & fructus in quo differant ab expensis in materia cumulationis cum sorte principali ad fundandam præuentionem.*

19 *Fructus vtrum exprimi debeant in commissione causæ appellationis, stante statuto, quod in causis minimis non appelletur.*

20 *Quando parua summa est connexa perpetuæ præstationi summæ notabilis, debet cumulari ad fundandam iurisdictionem.*

21 *Cumulatio summarum vtrum eadem ratione & iisdem regulis decidenda sit in causa appellationis quibus in prima instantia.*

22 *Si ad summam principalem & fructus eadem petitione actum sit, & tempore petitionis duæ summæ excedant metam iurisdictionis limitatæ, Iudex ille non potest præuenire.*

23 *Iudex cuius iurisdictio est limitata cognoscere potest vltra modum suæ iurisdictionis per viam reconuentionis.*

Quando vnus iudex habet iurisdictionem limitatam ad minorem summam, alius ad maiorem, vtrum inter illos sit locus præuentioni quoad minorem summam.

DVBITARI etiam potest quid dicendum sit de Iudice, qui limitatam habet iurisdictionem, vt scilicet non possit cognoscere de causis non excedentibus certam summam, veluti decem, vel quinquaginta scutorum, aut simili, si enim iudex ille causam præuenerit pro re, quæ tempore litis contestatæ erat intra summam illam de qua cognoscere poterat, & tamen in continuatione litis res controuersa crescat ad valorem superantem facultates iurisdictionis eiusdem, eaq; de causa iudex maior in eadem causa procedere velit. Quæri potest, vtrum iudex ille, qui limitatam habet iurisdictionem, petere possit causam ad se remitti tā-
1 quam præuentam. † Vera resolutio est, præuentionem huic iudici prodesse, & causam coram ipso tractandam, quamuis post litem contestatam rei controuersæ valor vltra limites iurisdictionis ipsius excreuerit: vt probatur per text. expressum *in l. ampliorem, 37. §. sed enim scimus, C. de appel.* vbi dicitur, quod cum prima facie videtur, quod summa petita non excedat metam iurisdictionis, deinde vero cum ad definitiuam sententiā proceditur, iudici apparet id quod petitur maioris esse valoris, licitum est iudici ampliorem summam vltra quantitatem in qua datus est iudex adjudicare, & non ad suæ iurisdictionis modum; sed ad veritatis indaginem suam ferre sententiam, cū non debeat talis iudex impediri ne possit legum veritati, & iudiciali vigori per omnia satisfacere.

2 Vnde si lite pendente res in controuersiam deducta meliorata fuerit in valore iurisdictionem excedente, vel si summa aucta fuerit, in casibus in quibus lis per inficiationem crescit, iudex ille qui præuenit in re petita, quæ erat intra eius iurisdictionem, iure poterit petere causam ad se remitti tanquam præuentam, aduersos aliud tribunal, prętendens causam apud se tractari, vt explicant DD. *in d. l. ampliorem*, & nominatim Salicet. *num. 5.*

3 Huius rei exemplum poni potest in defensoribus ciuitatum, vt notauit Cuiac. *in l. si idem 11. ff. de iurisd. omn. iud.* hi enim non possunt iudicare de causis excedentibus summam quinquaginta aureorum, quæ tamen postea extensa fuit ad 300. vt per eundem, *in l. si quis 10. ff. de appell.* de quibus etiam est text. *in l. 1. C. de defensorib. ciuitatum*, & de iisdem agit Balb. *in l. 2. §. finali, n. 78. ff. de iud.* Idémque dici potest de Galliæ Senescallis, quibus ex ordinatione Caroli IX. prohibitum erat cognoscere vltra 250. libras: vt notant Autumn. & Mornac. *in d. l. si idem, 11. ff. de iurisd. omn. iud.* quemadmodum & Castellani Delphinatus iurisdictionem habent limitatam ad summam sexaginta Florenorum, si credendum est Additionatori ad Guid. *dec. 626. lit. D*, vt *in c. 1. stat. Delphinatus* cautū fuisse testatur, itavt neq; de consensu partium illorū iurisdictio prorogari possit, vt mox ostendemus.

Quæ tamen de valore rei petitæ post litem con- 4
testatam excrescente dicta sunt, sic debent intelligi, vt locum habeant, quando ab initio non apparebat iudici causam excedere suam iurisdictionem, & in effectu non excedebat: sic enim loquitur textus *in d. l. ampliorem, §. finali.* quem sic explicat Cyriac. *controuers. 66. n. 16.* Si enim ab initio constaret summam petitam excedere iurisdictionem ipsius, præuentio non posset ipsi suffragari deficiente videlicet fundamento iurisdictionis eiusdem.

Quia in fundāda iurisdictione non attenditur quid 5
pronuncietur; sed tantum quid petatur, *l. cum quædam puella, ff. de iur. omn. iud.* Mynsing. *cent. 5. obser. 83. n. 3.*

Quod procedit etiam si partes coram illo Iudice 6
cuius iurisdictio ad summam petitam non ascendebat comparuerint, & iurisdictionem illius prorogauerint, aut etiam ad litis contestationem processerint, iuxta notata per Guid. Pap. *d. dec. 626.* cum nullitas ista ex defectu iurisdictionis reddat totam processuram, immò & sententiam ipso iure nullam, & quandocunque opponi possit, etiam post tres sententias conformes, Gail. *lib. 1. obseru. 123. n. 2.* Mynsing. *centur. 3. obseru. 89. n. 2.*

Sed non minus dubium est, quid dicendum sit quando coram Iudice illo habente iurisdictionem limitatam ad certam summam petūtur diuersæ summæ, quæ per se separatim consideratæ non excedunt facultatem iurisdictionis ipsius, simul tamen iunctæ illam transgrediuntur, vtrum hoc casu iudex iste habeat ius procedendi, & præueniendi, quamuis causa postea coram alio Iudice tractetur, qui iurisdictionem plenam habebat. Cuius quæstionis resolutio ex
sequenti distinctione dependet: † Aut enim plures 7
summæ vnica actione petuntur, aut diuersis actionibus. Si eadem actione, fieri omnino debet cumulatio, seu coaceruatio summarum ad constituendum iurisdictionis fundamentū. Si vero diuersis actionib. plures summę petantur, tunc non fit cumulatio summarum; sed iudex iste inferior de singulis cognoscere poterit, si singulas videat non transgredi suæ iurisdictionis terminos. Quæ distinctio communi Doctorum traditione nititur, nempe Bartoli, Iasonis, Angeli, Fulgosij, Cuiac. & aliorum, *in d. l. si idem cum eodem, ff. de iurisd. omn. iud.* necnon Imolæ, Cumani, & aliorum, *in l. si quis separatim, 10. §. si quis cum vna, ff. de appell.* vnde si conueniebam te ad diuersas summas prouenientes ex diuersis articulis eiusdem administrationis, veluti tutelæ; sed tamen eadē actione, si isti articuli excedant simul iuncti iurisdictionem illius Iudicis, non poterit illi prodesse præuentio. Imò causa tractanda erit coram Iudice partiū ordinario: vt explicat Castr. *in d. l. si idem cum eod. n. 4.*

Et ad hoc faciunt tradita per Seacc. *de appel. q. 17.* 8
limit. 6. memb. 9. n. 17. vbi dicit quod si statutum mandat non posse appellari in causis non excedentibus summam

summam decem scutorum, & petita fuerint nouem scuta pro mercede locationis domus pro tribus annis, & sic scuta 27. distinguendo in petitione 9. pro primo, 9. pro secundo, & 9. pro tertio anno, quamuis postea iudex in sua sententia vnica condemnatione adiudicauerit actori integram summam scutorum 27. tamen tot sunt sententiæ quod sunt anni, quia summæ distinctæ fuerunt in petitione, & ideo stante præfato statuto non dabitur appellatio ab illa sententia. Quod etiam voluit Rebuff. *in const. reg. tit. de sent. executor. art. 6. gloss. 5. n. 2. tom. 1.*

9 Ita & in casu isto, si diuersi termini solutionum petantur coram isto Iudice iurisdictionem restrictam habente, & petitio fiat diuersis actionibus & separatim proponatur, si singulæ summæ non excedant fines iurisdictionis, poterit procedere & præuentio illi suffragabitur; nec fiet cumulatio summarum ad excludendam eius iurisdictionem, cùm diuersis petan-
10 tur actionibus, † quod probatur per text. *in l. si qui separatim, 10. §. si quis cum vna, ff. de appell.* & ibi Bart. vbi dicitur, quod si quis cum vna actione ageretur, quæ plures species in se habebat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ quidem ab inferiori Iudice non auferant, tamen poterit ad superiorem recurrere, & causa auferenda erit ab inferiori Iudice: quia summæ coaduoatæ, illius iurisdictionem excedunt. Vnde colligunt *ibidem* Glossa & Doctores, quod si plures & diuersæ essent actiones, non esset locus cumulationi summarum, & si singulæ separatim consideratæ, non excederent eius iurisdictionem, cognitio ad eum spectaret, & non posset alius iudex ab eo causam præuentam auferre.

11 Vnde cum petitio diuersorum terminorum debitorum per conductorem, aut cum qui ad annuum censum obligatus est, dependeat ex diuersis actionib. & tot sint debita quot sunt termini, præuentio tuebitur Iudicē, cui iurisdictio limitata competit; quamuis solutiones omnium terminorum coniunctæ, excedant fines iurisdictionis ipsius, dummodo singuli termini separatim considerati, sint intra limites dictæ iurisdictionis, vt vltra superius citatos probat Salg. *de reg. protect. p. 2. c. 7. n. 68.* Rebuff. *de sent. exec. ar. 13. gl. 1. n. 2.* & post eum Cataneu. *tit. 257. n. 10. 11. & 12.*

12 Quorum dicta intelligenda sunt secundum prædictam distinctionem; vtrum videlicet vna, vel pluribus actionibus agatur, & vtrum coniunctim vel separatim: quam etiam distinctionem proponit Ferrar. *in tr. de appell. c. 8. n. 151. & seqq.* Brederod. *in eod. tr. p. 2. tit. 14. pag. 542. lit. C,* Cletzel. *in eod. tr. de app. c. 5. n. 15.* Ratio est, quia plures summæ ex pluribus causis debitæ vna actione comprehensæ, debent cumulari, & pro vna reputari, & non pro pluribus, vt per Bart. *in d. §. si quis cum ita,* quem sequitur Put. *lib. 1. dec. 315. n. 4.* ex quo concludit Puteus, quòd si vnica petitione & actione diuersæ summæ petantur, sententia aut debet in totum valere, aut in totum nulla declarari, secus esset quando petitio & sententia continerent capitula separata, vt declarat Gloss. *in l. etiam, §. 1. in verbo audiendus. ff. de minorib.* Ias. *in l. si fortuus plurium, §. 1.*
13 *ff. de legat. 1.* Put. *d. dec. 315 per tot.* † Diuersæ siquidem actiones & diuersæ species diuersa quoque producunt iudicia: *l. scire debemus 29. ff. de verbor. oblig.* vbi dicitur, quod quamuis diuersæ summæ vna stipulationis conceptione comprehensæ sint, tamen diuersæ stipulationes censentur, vt promittis decem & quinque? vel promittis Stichum & Pamphilum? Si tamen res vniuersaliter vel generaliter designetur, stipulatio vnica erit. Et probatur *in l. quid tamen 5. ff. de arbit. & l. etiam 30 §. 1. ff. de minorib.* & tradit Clerx.
14 *d. c. 5. de appell. n. 27.* † Quod adeo verum est, vt stante tali diuersitate causarum pro diuersis terminis fructuum, non sit locus attentatis, si iudicium intentetur ratione vnius termini fructuū, & deinde aliquid fiat super alio termino, nisi lis mota fuerit generaliter super omnibus, aut inhibitio generalis facta: *Rot. apud Ludouis. dec. 345. n. 2. & 3.* & diximus suprà *p. 1. c. 13. n. 17.* quibus addo Ias. *cons. 9. n. 5. vol. 1.* vbi dicit quod si quis fuit prius citatus pro obtinenda solutione duorum terminorum prius elapsorum coram vno Iudice, nihil debet obstare quominus pro quantitate vltimi termini, possit alius iudex adiri, quia hic non est connexitas vnius causæ quæ habeat inducere pendentiam litis, seu præuentionem.

Et ex his sequitur, firmam remanere conclusionem, quod si eadem actione agatur, fieri debet summarum cumulatio ad tribuendam, vel denegandam iurisdictionem: si vero diuersis actionibus, non fiet summarum coaceruatio. Et hæc est communis Doctorum resolutio *in dict. l. si idem cum eodem, & in leg. cum quadam puella, §. quoties,* & ibi Cagn. & alij *Digestu de iurisd. omn. iudic.* 15

Sed quæritur vtrum ad fundandam iurisdictionem & præuentionem causæ, fieri debeat cumulatio summarum, quando fors principalis census annui fuit petita vna cum pensionibus decursis.

Dubium facit, quod quando agitur de expensis in lite factis, non fit illarum cumulatio cum sorte principali, vt decisum sæpius testatur Faber. *in Cod. lib. 7. tit. 15. defint. 16.* 16

Sed aduertendum est, aliam esse expensarum rationem, aliam redituum siue vsurarum decursarū. Quia expensæ sunt quid diuersum à re de qua litigatur, & non debentur occasione rei controuersæ, sed tantum occasione litis, idem Faber, *lib. 7. tit. 18. de fructibus, & litium expensis, defin. 1. n. 3. & eod. lib. tit. 21. si plur. vna sent. condemn. defin. 1.* † vbi propterea refert in illo Senatu fuisse decisū, socios criminis in expensis condemnatos non teneri insolidum; sed tãtum pro virili & rata sua parte, quamuis ad mulctam insolidum teneantur, & condemnari debeant. Quæ Senatus decisio in eo fundata est, quod condemnatio expensarum est quid diuersum à delicto, & materia principali, cùm non ab illa, sed à lite ducat originem. 17

Aliud est in vsuris, quæ etiam in considerationem adhibendæ videntur, & ad summam petitam applicandæ; vt cognoscatur quantitas rei in controuersiam deductæ: vt expressum videtur *in l. si plures 10. ff. de pact.* cuius hæc sunt verba, *summa autem applicare debemus etiam vsuras.* Quod ibi Glossa extendit, vt locum habeat, siue pacto solemni, aut (vt dicunt) vestito, siue iudicis officio tales vsuræ debeantur. Et hoc expressè determinat Mynsing. *cent. 5. obseru. 83. n. 5.* Gail. *lib. 1. obseru. 123 n. 3. vers. possunt autem.* 18

Sed tamen adhuc subsistendum est, quia contrarium verius videtur, nempe fieri non debere coaceruationem fructū sicut expensarum, cum vtrumque sit quid diuersum à re principali, ex notatis per Marchesan. *de commiss. to. 1. in tit. de comm. appell. in Romana Curia, p. 1. c. 5. n. 52.* vbi dicit exprimendā esse in commissione, summam de qua contenditur: quia in causis minimis signatura non rescribit; sed tamen si ad dāna, interesse vel fructus, aut quid simile agatur, illa nō veniunt sub clausula relatiua, & ideo de illis faciēda erit expressio: quia deducuntur principaliter & separatim à prima commissione, nec dicuntur venire cum ea, sed de per se, vt *ibid.* tradit Marchesa. *n. 56.* vnde dicit, quod quiā multoties, vt maior summa appareat, ad effectum, vt causa committatur in Rota, quæ alias propter exiguitatem summæ non committeretur simpliciter, narrant summam quingentorum scutorum excedere, faciēdo coaceruationē fructuum cum summa principali. Sed huic malitiæ occurrendum esse 19

 censet;

censet; quis (sicut dictum est) fructus considerantur de per se, & ab illorum excessiua taxatione, vel ab alio excessu ex pensarū, damnorū, aut interesse, datur appellatio; quæ tamen prohibetur aliquando in negotio principali: & ideo ista non possunt coniungi cum causa principali, ad hoc vt summa fiat Rotalis.

20 †Vnde tales causæ solent extra Rotam committi, aut si annexæ essent summæ fructuum cum aliqua notabilis summæ perpetua præstatione, tunc in Rota cōmittuntur, quia tunc nō rā de fructibus, quàm de iure præstationis perpetuæ contēditur; vt ipse dicit, n. 57.

21 Non ignoro quod Gl. *in d. l. si quis separatim, §. si quis cum vna, in verbo poterit, in fine*, constituit differentiā in hac cumulationis summarū quæstione, inter causam quæ tractatur in prima instantia & causam appellationis, sed tamē ista glossæ distinctio, non placet Bart. *in d. §. si quis cum vna*, dum primam dūtaxat glossæ responsionem approbat, & per consequens alias reiicere videtur: & apertiùs Imola *ibid. n. 2. in fine, in vers. tertia autem*, dicens nullam dari posse rationem diuersitatis inter causam principalē & causam appellationis, & Cum. *ibid. n. 3.* cuius hæc sunt verba: *Et sic conclude, quod quādo in sententia plures summæ continētur, si ex eadē causa originaliter procedant, perinde est ac si summa esset expressa, quia appellatio sufficiet. Et versa vice, si sententia continet summā coaceruatam ex diuersis causis; vt, peto Titium condemnari in censū ex tali causa, & in viginti ex tali; perinde est ac si separatim petita essent, & plures sententiæ latæ: & si quæratur de Iudice ad quem appellatur, erit dicendum secundum supradicta.*

22 Ideo quidquid forsan obseruetur ex stylo Rotæ, tamen de iure quando eadē petitione actū est ad summam principalem & vsuras seu interesse, & tempore petitionis illud interesse iunctum summæ principali excedit modum iurisdictionis; verius est, Iudicem illum tanquam iurisdictione carentem, de causa illa cognoscere & præuenire non posse. Inspicienda igitur semper erit forma petitionis. Si enim vtrumque, scilicet tam principale quàm interesse, eodem libello petitum fuerit, non est dubitandum quin fieri debeat cumulatio dum quæritur de excessu iurisdictionis: si autem diuersis libellis & diuersis actionibus, vtrūque separatim considerari debeat, nulla summarum coaceruatione facta. Et hæc est vera DD. resolutio in locis superius allegatis.

23 Aduertendum nihilominus est, quod licet prædicta locum habeant dum de petitione agitur; aliud tamen statuendū est, quando de reconuentione quæstio est. Nam si ego prior petij maiorem quantitatem apud Iudicem, cuius de ea cognitio & iurisdictio est, deinde aduersarius mox reconueniendo, minorem quantitatem petit coram Defensore ciuitatis, cuius iurisdictio minor est, malè agit. Nam debet aduersarius minorem illam quantitatem petere apud maiorem iudicem quem prior ipse edit, & coram quo causa per ipsius compatitionē præuenta est. Sed si non per viam reconuentionis aut mutuæ petitionis, sed potius separatim instituto iudicio per ipsum, actio proponatur, quilibet Iudex, cui iurisdictio competit, procedere poterit, & de causa illa cognoscere, nec de vna ad aliam petitionem præuentio opponi poterit, vt explicat Cuiac. *in d. l. si idem cum eodem, versic. itaque quidam malè, ff. de iurisdict. omn. Iudic.*

Ex ex his satis explicatum est, quibus in casibus minor iudex qui præuenit, aucto summæ petitæ valore, de præuentione contra alium iudicem opponere possit, aut non; facta videlicet, aut non facta summarum cumulatione, tam in prima instantia quàm in causa appellationis.

Vltimo loco dubitari potest, vtrùm sit locus præuentioni inter duos Iudices, quorum vnus habet iurisdictionem limitatam ad certam summam minorē, alius ad maiorem; veluti si vnus cognoscere possit vsque ad summam 50. librarum, alius verò vsque ad centum; vtrùm qui potest cognoscere vsque ad 100. possit vti præuentione aduersus illum, qui habet iurisdictionem vsque ad 50. si agatur de summa minori quàm 50. Respondetur inter illos locum esse præuentioni: quia illorum iurisdictio est cumulatiua, vt fusè probatur ex communi DD. sententia, *in l. ex facto, § Item quæro, ff. de vulgar.*

CAPVT LXII.

ARGVMENTVM.

Cùm mortuo delinquente delictum vt plurimùm extinguatur, sine tamen præiudicio partis quoad eius interesse ciuile, vtrùm quæstio talis interesse tractanda sit coram Iudice & Notario causarum ciuilium, an verò causarum criminalium; & in quibus delictis Iudex aut Notarius criminalis qui præuenit, possit causam prosequi post mortem delinquentis? Et quænam sit circa hoc differentia inter publica & priuata delicta, & inter dispositionem iuris Canonici, & Ciuilis. Fideiussores delinquentium liberantur morte principalium. Quid agendum sit, si delinquens moriatur post interpositam à sententia in prima instantia lata appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Pœna per mortem delinquentis extincta, vtrum Iudex criminalis cognoscere possit de damnis & interesse partis.*

2 *Pœna per mortem delinquentis extinguitur non solum quoad corporalem, sed etiā quoad confiscationem bonorū tam in publicis quam priuatis delictis.*

3 *Mortui sunt præuenti in supremo Dei tribunali, ideo contra ipsos cessant omnia iudicia tam ciuilia quàm criminalia; & quomodo contra mortuos in causis ciuilibus procedi possit.*

4 *In crimine heresis etiam post mortem delinquentis procedi potest.*

5 *Intellige hoc procedere si agatur de heretico formali; secus si de eo qui solum suspectus est.*

6 *Qui de heresi suspectus est solum, talis per sententiā declarari debet post obitum: sed si de vera heresi constet, potest etiam procedi ad damnationem memoria illius.*

7 *Post mortem eius qui de crimine læsa maiestatis accusatus est, potest procedi ad pœnam confiscationis bonorum.*

8 *Actio durat post mortem ratione bonorum in crimine Repetundarum, idem in crimine Peculatus, n. 9.*

10 *Mortem qui sibi infert conscientia criminis ductus, potest post obitum condemnari; & quomodo hoc casu procedi debeat.*

11 *In delictis in quibus pœna confiscationis bonorum incurritur ipso iure, Iudex criminalis procedere potest post mortem delinquentis.*

12 *Quando interesse partis ciuilis per viam actionis principaliter deducitur, debet intentari coram Iudice ordinario causarum ciuilium.*

13 *In priuatis delictis causa præuenta & contestata contra defunctum, continuatur contra heredes.*

. *Fideiussores delinquentium liberantur morte principalium.*

14 *In publicis iudiciis cessat præuentio si reus moriatur, etiam post litem contestatam, nisi deuentum fuerit ad sententiam & condemnationem, viuente reo.*

15 *Ampliatur vt procedat, etiamsi fuisset lata sententia, & pœna pecuniaria declarata in consequentiam delicti, sed tamen ab illa fuerit appellatum, & reus pendente appellatione decedat.*

Mortuo appellante post sententiam, pendente appellatione, Iudex tenetur sententiam proferre propter damna & interesse partis, & expensas.

16 *Etiam in priuatis delictis si agatur de pœna parti applicanda, mortue reo, cessat & finitur præuentio iudicis criminalis.*

17 *De iure Canonico reus tenetur resarcire interesse partis querelantis, etiam secundum multorum sententiam vltra vires hereditarias. Quod tamen refutatur,* n.18. *& præsertim in foro consciẽtia,* n.19.

20 *Qnando interesse partis ciuilis deducitur incidenter ad causam criminalem, potest de ee iudicari per iudicem criminalem, & præuentio illi prodest, quamuis reus interim moriatur.*

SI Index criminalis qui nullam in csusis cinilibos iurisdictionẽ hsbet, præueoecit in cognitione delicti, & reus lite pendente vita functus fuerit, aot alis tatione crimen extinctum; dnbitari poreſt, vtrum iudex ille vigore suæ præuentionis controuersiam super interesse partis cioilis motam, cognoscere & definire possit. Eidémqne dubitationi locus esse potest ratione Notarij criminalis, cui in causis ciuilibus scribendi nulla facultas data est.

1 Hoc enim in inre definitum est, quod si reus lite pendente moriatur, delictom extinguitor, & actio criminalis omoino cessat: per text. *in l. defnncto, 6. ff. de public. ind.* Com igitur defuncto eo qui reus criminis est, & pœna extincta sit, & illa extincta, cesset per consequens lia criminalis: si dcinde para læsa agere velit ad recuperationem damnorum & interesse; debet is cognoscere, coius de pecuniaria re cognitio est, & sic iudex causarum ciuilium, de hoc partis interesse cognoscere poterit, vt probatur per text. *in d. l. defnncto, §. 1. ff. de public. indic.*

2 Cuius legis dispositio procedit qnidem generaliter; sed cum limitationibus de qoibns inferius, *n. 13. & seqq.* Sioe de pœna corporali, sine de bonorum confiscatione agatur, & tam in publicis quam priuaria delictis. Semper enim mortuo dclinqnente cessar actio & prosecutio criminalis, vt per Gloss. & Bart. Alberic. Angelnm, & Imolam, *in d. l. defuncto.* Textus est *in l. 3. ff. eod. tit. & in l. Senatus, §. si propter, ff. ad Turpillian. & in §. penult. vers. est enim certissima iuris regula, Instit. de perpet. & temporalibus actionibus,* vbi dicitur, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptornm, iniuriarum, damni inioriæ, qoamuis aliud sit si actiones pœnales ex contractibus descendant, veloti si de pœnali stipulatione agatur, *l. Lucius 47. ff. de actionibus empt.* Menoch. *cons. 99. n. 15 o.* Pereg. *de iur fisci, lib. 4. tit. 3. n. 1. & seqq.* Guazz. *de defens. reorum, 35. c. 27. n. 1. & per totnm,* & diffusius *in tract. de confiscat. bonorum, concl. 18. per totam.* † Mortui enim præuenti sunt

3 à sũmo Indice Deo, & vocari ad maius tribunal, adeo vt omnia cõtra ipsos humana iudicia cessẽt, vt dicit Csren. *de offic. Inquis. p. 2. tit. 19. §. 1. n. 1.* Vnde etiam in causis cinilibus sententia in persooam mortui concepta nullitate laborat, & licet instantia transeat ad hæredem, tamen contra eum procedendum est, oon contra defunctum, vt fusius explicat Grstian. *discept. forens. c. 18. n. 19. & seqq. & c. 243. n. 9.* vbi vult dati restitutionem in integrum aduersus talem seotentiam, & tradunt DD. *in l. nulla 23. C. de procur.* Mastrill. *dec. 537.* vbi dispurat verum boc procedar, siue Iudex sciuerit mortem, sine illam ignorauerit: Franc. *decis. 245. n. 1. p. 2.* Surd. *cons. 99. n. 11. & seqq.*

Si tamen agaror de crimine hæresis, poterit de eo 4
etiam post obitum quis accusari, non quidem vt corporaliter puniatur: quia pœna corporalis non cadit in mortuum, sed vt defuncti memoria damnetur, & booa hæretici fisco applicẽtur, & aliàs procedatur prout in simili casu procedi solet, *c. filij, de hær. in 6.* Clar. *in §. hæresis, n. 21.* Pereg. *de iure fisci, lib. 4. tit. 5. n. 29.* quod fusius explicat Farin. *de inquisitione, q. 10. n. 38.*
& seqq. & de hæresi, *q. 197. n. 86.* † Quod verum est, si 5
agatur de illis qui sunt hæretici formales, non enim ex eo qood qnis sit suspectus de hęresi, post eius mortem procedi potest ad pœnas delicti, hæreticis conoenientes. Farin. *d. q. 197. n. 104.* quare licet Inquisitor causam proseqni debeat, contra accusatum de
hæresi qui lite pendente vita functus est; † Tamen si 6
sola contra ipsum bæresis suspicio resultet, non poterit eius memoria damnari, sed dumtaxat per sententiaio declarabitur de hæresi suspectus: At vero si adsint probationes super hæresi, damnsbitur etiam eius memoria, sed non poterit contra eum, qni simpliciter de hæresi suspectus declarabitur, imponi pecunisria pœna, nec contra illius bæredes; prout hæc omnia explicat Cæsar Caren. *in tract. de offic. Inquis. p. 2. tit. 19. §. 5. n. 9. & 10.*

Eadem ratione in crimine læsæ Majestatis huma- 7
oæ, procedi poterit post mortem rei quoad pœnam confiscationis bonorum, cum pœna corporalis aduersus mortuum imponi non possit; qoia eius executio impossibilis est, *l. Pantonius, §. rei perduellionis, ff. de requir. reis, l. donationes in concubinam, §. fin. ff. de donationib. l. fin. C. ad l. Iuliam Maiest.*

In crimine qooque Repetundarum, quando Iudex 8
indebitè à subditis, vel litigantibns peconias extorquet, dotat actio post mortem rei, ratione bonorum; & per consequeos caosa coram Iudice criminali præoenta io boc & similibns casibus tractanda est, *l. ex*
indiciorum, & ibi Gloss. & DD. *ff. de accusat.* † Quod & 9
eodem modo constituendũ est si sgatur de crimine Pecularos, causa enim in hoc crimine durat ratione bonorum coram eodem Iudice, etiam contra hęredes defuncti, per text. *in l. finali, ff. ad leg. Iuliam peculatus.*

Quod si agatur de eo, qui mortem sibi consciois 10
conscienria criminis, postquam fuerat accusatus, vel inquisitus, aut in crimine deprehensus, durat actio ratione confiscationis bonorum etiam post eius mortem, ita tamen vt non procedatur ad confiscationem, oisi quatenus delictum de quo accusabatur talè esset, ex quo pœna confiscationis imponi debuisset, hoc enim casu habetur pro confesso & conuicto. Possunt tamen bæredes se defendere, & contrarium probare, *l. finali, & ibi* DD. *ff. de his, qui ante sent. mort. sibi consciuerunt,* Farin. *de homicid. q. 128. n. 46. & per totam quæstionem,* Pereg. *de iure fisci, lib. 4. tit. 4.* & benè Rota Auenion. apud Dominom à Laurent. *dec. 123.*

Deniqoe quando delictum est tale, ex quo ipso 11
iure pœna confiscationis bonorum incnrritur, actio, præuentio, & accusatio durãt quoad bona, post mortem delinquentis, *l. Cassius, ff. ad Syllanian. l. ex indiciorum, vers. adeo, ff. de accusat.* ploia de his omnibus Peregr. *de iur. fisc lib. 4. tit. 5. per tot.* Farin. *de inquisit. q. 10. à n. 36.* Vasq. *contren. illust. c. 96.* Gomes. *var. res. lib. 3. c. 1. à n. 78.* cum pluribus aliis, quos citat Barb. *ad l. vn. C. ex delictis defunct. in quantum hæred. conuen.*

Durat igitor in omnibus istis casibus præuentio- 12
nis effectus etiam post mortem delinquentis, idémq; Iudex vel Notarius criminalis causaio cœptam continuare debet. Quod tameo oon ita se habet in aliis casibus,

casibus, io qoibus delictum, seu pœna illios morte delinquentis extingoitur: qoia si aduersus hæredes agendũ sit, cessabit omnino criminalis actio, & noua ciuilis proponenda erit, cum non amplius incidenter ciuile partis interesse deduci qoeat. Extincta quippe criminali, quę principalis erat, extincta etiam erit actio ciuilis eius accessoria, & sic locus erit dispositioni *dicta l. defuncto, §. 1. ff. de public. indic.* vt scilicet coram illo Iudice causa tractanda sit, cuius de pecuniaria re cognitio est; vt benè per Bartolum & alios *in dict. §. 1.* Argentre. *in consuet. Britannia, tit. des appropriances, art. 274. n. 18.*

13 Hoc igitur constituendum est pro maiori quæstionis elucidatione, quod quando agitur de priuatis delictis, actio regulariter transit ad hæredes, neque delinquentis morte finitur, quando lis fuit cũ defuncto cõtestata; *l. 1. ff. de priuat. delict. §. pen. vers. pœnalis, Inst. de perpet. & temporalib. action. l. pœnalia 124. §. non autem, ff. de reg. iuris,* Fernand. Vasquius *contr. c. 96. n. 15.*

Contrarium sentit Pereg. *in tr. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 5. n. 1.* vbi dicit delicta morte extingui, etiam si agatur de priuatis delictis, dum pro eis criminaliter agitur, vel etiam ad pœnam pecuniariam. Sed non est propterea recedendum à prædicta resolutione, quæ locum habet, qoando lis est contestata in priuatis delictis; tunc enim pœnales actiones transeunt in hæredes; cùm tamen in publicis, morte delinquentis delicta finiantur, etiamsi mors interueniat post litem contestatam; adeo vt etiam fideiussores delinqoentium liberentur: vt per Farin. *de inquis. q. 10. n. 36. circa med.* vbi nominatim loqoitur de fideiussore delinquentis, per illius obitum eximendo: qood comprobat Vasq. *quæst. illustr. q. 96. n. 23.* Præterea supradicta resolutio locum non habet, qoando agitur ad pœnam fisco applicandam, etiam in priuatis delictis; quia tunc mortuo delinquente delictum extinguitur, quamuis lis fuisset contestata: vt bene probat Farinac. *d. q. 10. n. 54.* & mox dicemus *num. 16.*

14 In poblicis vero iudiciis, ad hoc vt actio transeat ad hæredes, non sufficit litis contestatio, sed oportet delinquẽtem mortuom esse post condemnationem; nam si ante condemnationem vita functus sit, actio non transit ad hæredes, sed lis finitur, & per consequens cessat præuentio, Barbos. *in l. 2. C. ex delict. de-*
15 *functor. n. 5.* Farin. *de Inquisit. q. 10. n. 53.* † Imò non sufficit ad agendum contra hæredes in publicis delictis, vt lata fuerit sententia; sed oportet quod ab ea non fuerit appellatum. Alioqoin si reus pendente appellatione decedat, cessabit delictum & illios pœna, & per consequens criminalis actio, & pœna confiscationis bonorum, aut alia pecuniaria in consequentiam delicti & criminalis iudicij declaranda: secus si principaliter & non in consequentiam criminalis iudicij ad pœnam actum fuerit, ipsaque pœna principaliter fuerit imposita; hoc enim casu licèt post appellationem mora interuenerit, datur tamen actio contra hæredes ad pœnam, qui possont & debent causam appellationis prosequi, si pœnæ condemnationem & executionem effugere velint, & causas deducere & probare, propter quas non debet procedi ad declarationem illius pœnæ, Vasqu. *d. cap. 96. n. 17. & 18.* Farin. *d. q. 10. n. 47.*

Quod adeo verum est, vt Iudex hoc casu nonobstante morte delinquentis, quæ post appellationem obuenit, teneatur parte requirente procedere ad prolationem suæ sententiæ, vt accusatori adiudicentur damna, interesse & expensæ; ad quæ delinquens, si viueret, condemnandus esset; cùm de pœna criminis tunc non agatur, sed de rei persecutione: Ita decisum apud Fabr. *in C. lib. 4. tit. 12. ex delict. defunct. defin. 1.* Quod etiam obtinet, si agatur ad declarandam appellationis desertionem: nam ad hoc agi poterit contra procuratorem dominum litis effectum; ideo contra eum fieri poterit prosecutio pro interesse partis querelantis: Faber *loco citato, definit. 2.*

Quod autem de priuatis delictis dictum est, tunc 16
locum habet quando agitur de pœna fisco applicanda, nam si parti applicari deberet, transiret actio contra hæredes; sed tunc non esset criminalis, imò potius ciuilis; quæ non coram Iudice causarum criminalium, sed coram Iudice ordinario ciuili partium tractanda esset: per text. & DD. *in d. l. defuncto §. 1.* Fariu. *d. q. 10. n. 54.* vbi generaliter dicit in priuatis delictis si ciuiliter agatur, actionem transire ad hæredes lite contestata; si vero criminaliter agatur ad pœnam fisco applicandam, pœna non transit ad hæredes, etiam post litem contestatam, quamuis ageretur de priuatis delictis: Bart. *in l. ex iudiciorum, ff. de public. indic.* Osasch. *dec. 149. n. 2. & 7.* quam decisionem explicat Farinac. *loco citato, num. 54.*

Prædicta omnia vera quidem sunt, si iuris Ciuilis 17
sanctiones attendamus: At verò de iure Canonico, aliud statuendum est. Tenetur enim hoc iure, & conueniri potest hæres ex delicto defuncti, *c. finali, de sepultur.* Non tamen obligari potest vltra vires hæreditarias, quando verè & realiter nihil occultauit, secundum multorum sententiam, quam tamen reprobat Menoch. *consil. 89. n. 159. & 160.* vbi refert tres DD. opiniones, & tandem verius esse concludit hæredem, qui non confecit inuentarium, teneri ex dispositione iuris Canonici vltra vires hæreditarias, & notat Gratian. *discept. forens. c. 33. n. 19.*

Sed tamen contrarium verius esse testatur D. Se- 18
nator Leotard. *in tract. de vsur. q. 94. n. 28.* dicens hoc esse communiter receptum, vt hæres non conueniatur vltra vires hæreditarias, ex delicto defuncti: quia cum hoc contra iuris Ciuilis regulas, Pontificiis constitutionibus introductum sit, ita temperandus est rigor ille, vt actio ex delicto descendens, hæredem non afficiat, nisi quatenus ad eum ex hæredita-
te peruenit. † Imò & in foro conscientiæ credendum 19
est pœnitenti, quamuis inuentarium non confecerit, dummodo fraus absit, vt vltra vires hæreditarias minimè teneatur, vt ostendit Dian. *p. 1. resol. moral. tract. decimo, de legibus, resol. 27. pag. mihi 185. versic. cum igitur hac sententia, & p. 3. tract. 5. resol. 56. vers. & ead. ratione, pag. 200.*

Et ex his constat, quibus in casibus causa coram 20
Iudice criminali præuenta, coram ipso, post extinctum morte delictum, continuanda sit; quando videlicet principaliter, & non incidenter de illa causa tractatur, deficiente fundamento Iudicij criminalis, à quo ciuilis actio dependebat.

Huic secunda Parti de Præuentione Iudiciali finem impono, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & gloriosissimæ Virginis Mariæ. Omnia submittens correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Tribunalis Vniuersalis Sancti Officij Vrbis Romanæ, & cuiuslibet melius sentientis.

TRACTA

TRACTATVS DE PRÆVENTIONE IVDICIALI,

PARS TERTIA;

SIVE

DECISIONES NOVISSIMÆ S. ROTÆ ROMANÆ,

In quibus plurima ab Authore pertractata confirmantur.

CAPVT SEV RESOLVTIO I.

In Causa Colonien. Iurisdictionis Coram R. P. D. Corrado.

Luna VII. Maij MDCXLVI.

ARGVMENTVM.

De iurisdictione Rectoris seu Primicerij Vniuersitatis ex dispositione iuris, aut statuto, vel consuetudine ipsi competenti: & quomodo talis consuetudo probari debeat. De literis Conseruatoriis Vniuersitatum etiam in terminis Concilij Tridentini, *& capitis Causas omnes* 20. *sessione* 24. *de reformat.* Et quod iurisdictio Conseruatorum est priuatiua quoad Ordinarios, restricta tamen ad casus, personas, & formam litterarum.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Rectoris scholarium non bene deducitur* ex authent. habita, C. ne Filius pro Patre, *qua loquitur tantum de Doctore & Magistro.*

2 *Iurisdictio Rectoris scholarium vt plurimum dependet à statutis particularibus, vel à consuetudine,* num. 3.

4 *Episcopus non excluditur à Iurisdictione qua competit Rectori scholarium ex dispositione* L. final. Cod. de Iurisdict. omn. Iudic.

5 *Iurisdictio Rectoris scholarium fundata in iure ciuili, non comprehendit Clericos nec causas Ecclesiasticas, præsertim in præiudicium Episcoporum.*

6 *Iurisdictio ordinaria potest acquiri ex consuetudine dummodo sit immemorialis, aut legitimè præscripta.*

7 *Immemorialis probatio excluditur quando constat de initio concessionis.*

8 *Ad probationem consuetudinis ex qua acquiratur ordinaria Iurisdictio, requiruntur concludentes probationes, præsertim quando agitur de acquirenda Iurisdictione priuatiua contra eum, qui habet intentionem fundatam in iure communi.*

9 *Rector Vniuersitatis adiunctus Conseruatoribus cum iisdem facultatibus concessis aliis Conseruatoribus, habet iurisdictionem priuatiuam quoad Ordinarios, in causis etiam iudicialibus.*

10 *Conseruatoria Vniuersitatum non sunt sublata per Concilium Tridentinum, imò specialiter excepta.*

11 *Constitutio Gregorij XV. non loquitur de Conseruatoriis Vniuersitatum & studiorum generalium.*

12 *Si in litteris conseruatoriis data fuerit Iurisdictio in causis extra ciuitatem motis & mouendis contra Doctores vel scholares, comprehensi in conseruatoriis non possunt trahi vel citari extra ciuitatem.*

13 *Rector Vniuersitatis manutenendus est in quasi possessione Iurisdictionis, si constet illum aliquos actus iurisdictionales exercuisse.*

14 *Ex actibus particularibus exercitij Iurisdictionis competit manutentio in tota Iurisdictione, quia censentur procedere ex causa vniuersali.*

15 *Manutentio concedenda est Rectori scholarium in quasi possessione priuatiua Iurisdictionis, quoad casus, & personas in litteris conseruatoriis comprehensas.*

XORTIS controuersiis inter Rectorem Vniuersitatis Colonien. qui in Sacra Theologia Magister, aut in vtroque, vel altero Iurium Doctor, seu Licentiatus, aut in Medicina, seu saltem in Artibus Magister, & Clericus non coniugatus eligi solet, prætendentem se esse in quasi possessione exercendi priuatiuè quoad Ordinarium omnimodam iurisdictionem ciuilem, & criminalem in quibuscunque causis, etiam spectantibus ad forum Ecclesiasticum, Doctorum, & Scholarium, ac aliorum dictæ Vniuersitatis, tàm ex ordinaria facultate, quàm per Summos Pontifices delegata; & Promotorem Fiscalem Curiæ Archiepiscopalis eiusdem Ciuitatis prædictis opponentem. Causa mihi commissa fuit, in qua hodie proposito Dubio, An, & in quibus sit concedenda manutentio Rectori, Domini respondetunt illi esse concedendam iuxta modum exprimendum in Decisione.

1 Itaque recensendo singula fundamenta pro parte Rectoris deducta. Quoad Primum sumptum *ex Authent. habita. § verum tamen. C. ne fil. pro patr.* dictum fuit illud non consistere; Tum quia ex eo textu deduci non potest iurisdictio Rectoris, de quo nulla *ibi* fit mentio, sed de Domino id est Doctore, & Magistro, iuxta communem Interpretum expositionem:
2 † quorum nonnulli existimarunt iurisdictionem Rectoris procedere à statutis particularibus, vt Salyc. *ibi, sub n. 23. vers. quare hodie Scholares.* Ant. de Matt. *in tract. de Iudic. sub num. 38. in §. tertio. vers. est etiam*
3 *quartus.* † Alij à consuetudine, vt Iacob. Butrig. *ibid.* quem sequitur Barth. Bolognin. *in repet. sub num. 212. vers. sed queritur.* Sicard. *sub num. 17. vers. nunc dicet*
4 *aliquis.* Corn. *sub num. 4. vers. in textu.* † Plerique vero ex dispositione *l. fin. C. de iurisdict. omn. Indic.* vt Bart. *ibid. sub num. 5. vers. quare vtrum habeant Iudicem.* Bald. *sub num. 56. vers. mode sequitur, & seq.* Abb. *in cap. si diligenti sub num. 27. vers. sed postea. extr. de for. compet.* & comprobat Horat. Luc. *in tract. de priuileg. Scholar. priu. 65. sub princ. vers. ego quidem.* & alij. Neque excluditur Episcopus, quinimo comprehenditur, vt patet ex ipso textu, & in *Constitut. Iustinian. in Proœm. ff. §. fin. vers. in Berythiensium vere Ciuitate,* ibique Gloss. *in verb. professores, & DD. omnes conue-*
5 *niunt.* † Tum quia lex illa sæcularis non comprehendit Clericos, nec causas Ecclesiasticas, in quibus eius conditor iurisdictionem non habet, atque ideo eam aliis conferre non potest, *c. bene quidem, 96. dist. c. Ecclesia Sancta Maria, extr. de constit.* minusque in præiudicium Iuris Episcoporum, ad *cap. si diligenti, & cap. significasti, extr. de for. compet.* & in specie declarant *in ead. Auth.* Cyn. *sub num. 6. vers. ad quod aduertendum est.* Angel. *sub num. 9. vers. in ea glossa.* Odofred. *sub n. 2. in fin. vers. quia Clerici.* Alberic. *sub n. 4. vers. item tenet hic ipse Cyn.* Salyc. *sub n. 20. vers. quare tertio, quid de Clericis, & num. 24. vers. quaero Scholaris Clericus.* Corn. *sub n. 4. in fin. vers. qua omnia,* candémque sententiam tenent Gofred. *in summ. tit. de for. compet. n. 12. vers. dubitari autem consueuit.* Ioan. Andr. *sub n. 24. vers. sed illo respectu.* & Abb. *num. 25. vers. quaero cum Gloss. & seq.* Ant. de Matth. *in d. tract. de iudic. sub n. 38. vers. & tenet.* P. Rebuff. *in tract. de priuil. Scholar. priu. 152. n. 3. vers. limita in Scholare Clerico.* & Horat. Luc. *in simili tract. priu. 66. vers. primo limita,* & alij.

6 Quoad secundum deductum ex consuetudine, qua potest acquiri ordinaria iurisdictio, iuxt. text. *in cap. cum contingat,* vbi Gloss. *in verb. vel consuetudine.* Ioan. Andr. Abb. Felin. & cæteri DD. *extr. de for. compet.* Dictum fuit ex scripturis productis, non probari consuetudinem immemorabilem, seu aliã legitimè præscriptam, tum quia non præ se ferunt requisita ad hunc effectum necessaria, quinimo ad exhibitos priuilegiorum particularium titulos referri possunt, † ex 7
quibus constat de initio concessionis, ac proinde excluditur immemorabilis, vt fuit dictum in *Pampilon. beneficij 21. Maij 1618. in recent. dec. 27. n. 2. & seq. vers. licet enim, p. 4. tom. 2. & in Comen. parochialis 25. Iunij 1621.* coram bon. me. Buratto *dec. 551. n. 1. vers. vnde sequitur.* Tum quia non fuerunt ritè extractæ, & multifariè impugnantur à parte, ita quod non faciũt concludentem probationem, Rot. *dec. 382. n. 6. vers. quare cum plura, p. 2. & dec. 383. n. 5. vers. neque obstat.*
p. 4. recent. † Qualis est necessaria in hac materia, vt 8
not. 8. Gloss. fin. ac DD. *in c. vlt. extr. de consuetud. & in l. 1. & in verb. probatis, C. quæ sit longa consuetud.* Rot. penes Seraph. *dec. 1159. sub n. 1. vers. cum enim: & dec. 36. n. 5. vers. sicut dicimus, p. 1. diuers.* Gregor. *dec. 162. n. 1. vers. & propterea, ac seqq. & in recept. dec. 456. n. 15. vers. non obstat prætensa consuet. ac dec. 525. n. 5. vers. quatenus vere, p. 1. & dec. 214. n. 18. vers. quia adhuc, p. 7.* Eóque magis dum ex ea prætenditur fuisse acquisitum ius Rectori priuatiuè ad Ordinarium, habentem intentionem fundatam in dispositione tam iuris cõmunis *d. c. si diligenti. & c. seq. ac cap. significasti, extr. de for. compet. & c. 1. de offic. ordin. & cap. cum persona, de priuileg. in 6.* quam *Sacr. Concil. Trident. sess. 24. de Reformat. c. 20.* Nam exactiores hoc casu requiruntur probationes; Rot. penes Card. Seraph. *dec. 1084.* & bon. mem. Comitul. *dec. 26. n. 11. vers. sed cessat obiectum, & dec. 138. n. 12. vers. nam etsi: & in recent. decis. 491. n. 10. & 11. p. 1. & dec. 243. n. 1. dec. 248. dec. 273. ac dec. 382. sub n. 2. vers. nec visa fuit, & dec. 493. n. 4. vers. præscriptio autem, p. 2. dec. 618. num. 26. vers. tum quia, & seqq. p. 5. ac dec. 253. n. 31. vers. quoniam omisso, & seq. p. 6. ac dec. 82. n. 12. vers. sed tamen, p. 7.* cum aliis relatis per Marescot. *resol. 11. à num. 6. vers. tertio amplia, & seq. lib. 1.*

Quoad tertium deductum ex Priuilegio san. mem. Bonifacij Noni *sub Dat. quint. Idus Nouembris anni primi illius Pontificatus,* quo fuerunt deputati Iudices, & Conseruatores speciales in causis Magistrorum, & Doctorum, & Scholarium dictæ Vniuersitatis, etiam iudicialem indaginem requirentibus, cum expressa derogatione contrariæ Constitutionis san. mem. Bonifacij Octaui, Abbas Monasterij Sancti Martini Colonien. & Decani Sancti Pauli Leodien. & Sancti Saluatoris, Traiecten. Ecclesiarum; quibus deinde ex alio Priuilegio san. mem. Iulij Secundi sub Dat. septimo Idus Ianuarij Anni 1507. adiunctus fuit Rector ipsius Vniuersitatis, cum eisdem facultatibus, perinde ac si ab initio fuisset vnà cum aliis
prædictis deputatus. † Dictum fuit, Rectori tan- 9
quam delegato Apostolico competere iurisdictionem iudicialem in causis comprehensis in præfatis litteris Conseruatoriis, attento illarum tenore, vt in *Oscen. Iurisd. 12. Decembris 1614.* coram bon. mem. Vbaldo *in recent. dec. 616. per tot. p. 2.* & eam quidem priuatiuè quoad Ordinarium, cuius generali per huiusmodi specialem delegationem, ad instantiam & fauorem prædictorum de Vniuersitate emanatam, ne coram aliis Iudicibus traherentur in his, quæ sub ea delegatione comprehenduntur, censetur derogatum: ad *cap. sanè. il secondo, extr. de offic. deleg. cap. 2. de offic. legat.* & in specie tradit Iacob. de Aren. *in l. quod in rerum, §. si quis post, in fin. n. 1. vers. ista littera, ff. de leg. 1.* Bald. *in l. vnic. §. vbi autem sub num. 7. vers. illud scias, C. de cad. tollend.* Angel. *in l. cum Prater, num. 2. vers.*

vers. nota istam doctrinam, ff. de indic. Crau. cons. 411. sub n. 31. vers. quando Princeps, & seqq. Menoc. praes. 18. n. 17. vers. nonus est casus, & seq. ac n. 23. vers. duodecimus est casus, lib. 2. Franch. dec. 458. n. 5. vers. & postquam. Rot. dec. 717. sub n. 6. vers. altero casu, p. 4. divers. ac in rec. dec. 37. n. 1. vers. quando enim, p. 1. & dec. 50. n. 9. vers. pro Priore autem, & sub n. 10. vers. prima tamen opinio, & seq. p. 2. & in specie probant Gutier. pract. q. lib. 5. q. 10. sub n. 1. vers. nihilominus, & seq. ac alij relati per Monet. de Conseru. c. 3. sub n. 23. vers. tum quia ab Ordinariis, & c. 8. n. 161. vers. prima conclusio. & M. Antonin. resol. 4. n. 2. vers. postremo, lib. 5.

10 Huiusmodi autem litteræ Conseruatoriæ Vniuersitatibus studiorum generalium, seu eorum personis concessæ, non fuerunt abrogatæ per Sacr. Conc. imò specialiter exceptæ, vt legitur sess. 14. de Reform. c. 5. ad fin. vers. Vniuersitates autem generales, & sess. 25. de Reform. c. 6. ad fin. vers. saluis tamen in omnib. & firmauit Rot. penes Card. Seraph. dec. 585. n. 3. vers. quia quod attinet ad priuilegia. & Card. Mantic. dec. 180. n. 5. vers. neque obstat. & in terminis d. c. 10. causæ omnes, &c. sess. 24. de Reform. ex sententia S. Congr. fuit dictum, in d. dec. 616. in fin. vers. imò quod tales Conseruatoria p. 2. recent. Ioan. Franc. Leon. in Thes. for. Eccles. p. 3. c. 8. sub n. 58. vers. Conseruatoria autem.

11 Neque obstat Constitutio san. me. Greg. XV. incip. Sanctiss. in Christo pater. pub. de anno 1621. 20. Septembris in ord. 9 Bullar. tom. 4. quia non loquitur de Conseruatoriis Vniuersitatum, & studiorum generalium, ideóque in præsenti iudicio de illa non est agendum, sed maturius (si opus erit) discutietur in petitorio, vt fuit dictum in Toletan. Conseruatoria 6. Iunij 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decan. in recent. dec. 49. sub n. 15. vers. quia vltra quod. & seq. p. 7.

Quod verò ad Quartum, & vltimum, desumptum ex eodem Priuilegio Iulij Secundi, Domini censuerunt esse aduertendum, quod d. priuilegium duas habet partes præsentem controuersiam concernentes. In quarum prima Summus Põtifex adjunxit Rectorem cæteris Conseruatoribus antea deputatis Vniuersitati, atque illi concessit, quod in spectantibus ad officium d. Conseruatoriæ, ac aliis quibuscunque in quibus ordinaria potitur iurisdictione, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, ac sola facti veritate inspecta procedere, casque diffinire, ac sententias exequi possit, prout ibi legitur, in §. nos igitur, vers. modernum, & pro tempore existentem Rectorem, &c. In altera vero eidem Rectori tribuit iurisdictionem in quibuscúnque causis, tunc, & pro tempore motis contra dictos Magistros, Doctores, & Scholares etiam extra Ciuitatem Colonieñ, coram quibusvis Iudicibus, etiam Ordinariis, ad quos illos inuitos trahi posse prohibuit, ipsisque Iudicibus coram quibus extra d. Ciuitatem euocarentur inuiti, & aliis quibuscunque quibus opus fuerit, ne in eisdem causis procedant, inhiberi mandat; vt legitur in vers. quodque de cætero perpetuis futuris temporibus, &c. In prima igitur parte fuit quidem prorogata ad personam Rectoris iurisdictio aliis Conseruatoribus prius delegata iuxta formam antecedentis delegationis; Verum ordinaria non fuit denuò illi tributa, sed præsupposito tantùm, quod antea competeret, breuior
12 procedendi facultas addita fuit. † In sequenti autem parte, noua fuit illi concessa iurisdictio in causis contra prædictos extra dictam Ciuitatem motis, ac mouẽdis, etiam priuatiuè quoad Ordinarios, & alios quibus per Rectorem illis instantibus inhiberi posse Summus Pontifex declarauit, ne Magistri, Doctores, & Scholares dum extra Ciuitatem euocantur inuiti à Studiis distrahantur; itaque vigore huius priuilegij, & antecedentis sanct. mem. Bonifacij IX. Rector habet iurisdictionem priuatiuè quoad Ordinarium in causis illi delegatis, in his scilicet, quæ sunt comprehensæ in ipsis litteris Conseruatoriis, & in his, quæ pro tempore mouebũtur etiam extra Ciuitatem contra Magistros, Doctores, vel Scholares recusantes coram aliis Iudicibus respondere, & Rectoris iudicium eligentes, vt apparet ex præfatis litteris Apostolicis, quæ in hac materia Ordinariis præiudiciali, strictè intelligi debent in his tantùm casibus, qui leguntur in eis expressè dispositi, nec vlterius extendi possunt: cap. ex tuarum, vbi not. DD. extr. de auct. & vsu pallij, cap. quamuis de rescr. in 6. Oldrad. cons. 368. quæstio est, vtrum per priuilegium, n. 1. vers. sed in contrarium, & num. 2. vers. præterea, Rot. penes Card. Seraph. dec. 605. n. 2. vers. cum enim, & dec. 827. n. 1. vers. cum enim agatur, & in recentior. dec. 324. n. 11. vers. ex quo priuilegium, p. 5. & in specie probant Monet. de Conseru. c. 3. à n. 20. vers. vers. si vero magis speciales, & seqq. & Gabr. Pereir. dec. 118. sub n. 16. versic. quamuis enim.

Quare cum in his Rector fundatam habeat in- 13
tentionem suam in eisdem priuilegiis Apostolicis, constétque satis in hoc iudicio de quasi possessione, in qua reperitur exercendi iurisdictionem in causis prædictorum de Vniuersitate ex actibus subsequentibus, qui referri debent ad illum ex allegatis titulis, de quo constat ex dictis priuilegiis, quia alij tituli adhuc non fuerint legitimè probati, ad l. 2. C. de aeq. poss. Gloss. fin. in l. quædam mulier. ff. de rei vend. Rot. dec. 615. sub n. 3. vers. ita vt quando non constat. p. 2. recent. & in Cæsenaten. cens. 3. Iunij 1644. in §. quia cum appareat. & 9. Iunij 1645. in §. quia nullibi probatur,
vers. & propterea cum constet coram me. † Atque ideo 14
licet respiciant immediatè certas species causarum, cum tamen proueniant à præcedenti titulo vniuersali, sufficiunt vtique ad constituendum dict. Rectorem in quasi possessione iuris vniuersalis illam exercendi in omnibus causis sub dictis priuilegiis comprehensis, quia magis attenditur causa actus, quàm ipsius exercitium, hincque per vnum actum singularem, vbi causa, & intentio agentis est vniuersalis, acquiritur vniuersalis possessio in huiusmodi iuribus; vt tradit Bald. in repet. l. 1. sub n. 24. vers. en dic. Cod. de emancip. liber. Felin. in cap. auditis, sub num. 29. propè fin. vers. & dicit. Bald. extr. de præscr. Rot. decis. 27. n. 3. vers. si quidem, cum seqq. & dec. 139. num. 12. vers. quia quando caus. p. 8. diuers. & penes Card. Seraph. 951. n. 2. vers. quia ibi causa est vniuersalis, & Reuerendiss. Vrgellen. dec. 166. n. 3. vers. quia quasi possessio. ac in recentior. dec. 373. sub n. 2. vers. verum etiam, p. 2. ac sæpè in aliis. † Propterea fuit per Dominos conclusum illi concedendam esse manutentionem in exercitio eiusdem iurisdictionis priuatiuè quoad Ordinarium, quoad causas, & personas sub dictis Apostolicis priuilegiis, (vt dictum est) comprehensas, iuxta illorum tenorem donec super petitorio plenius cognoscatur, iuxta text. in d. cap. cum persona, de priuil. in 6. Rot. penes Card. Seraph. decis. 585. & dec. 595. n. 2. vers. quando enim, & seqq. ac in d. dec. 491. sub n. 4. vers. non obstat, & seqq. p. 1. recent. & aliis relatis per Marescot. d. resol. 11. n. 19. vers. quarto dicta conclusio, & seqq. ac n. 1. vers. limita cum seqq. lib. 1.

Atque ita decisum vtraque parte informante, &c.

Ista decisio referenda est ad cap. 59. partis secundæ Tract. de Prauent.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

CAPVT
SEV
RESOLVTIO II.
In Causa Meleuitana Antianitatis, Coram R. P. D. Bichio Veneris 20. Nouembr. 1648.

ARGVMENTVM.

De exceptionibus præiudicialibus, in primis expressè vel tacitè per processum ad vlteriora iudicandis. Et quomodo articuli diuersi eiusdem negotij possint dici connexi, vt vnica sententia debeant terminari. Et quando vnicum sit Iudicium, si diuersa capita contineat, quorum tamen prosequutio simul facta fuit: Et vtrum sententia lata vigore commissionis auocatoriæ, sit nulla, si in commissione non fuerit facta mentio litis pendentis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum executorialium comprehendit omnia quæ resultant ex sententia, de cuius executione agitur.*
2 *Sententia generaliter prolata, omnia comprehendit.*
3 *Sententia quæ se refert ad acta, continet omnia quæ in actis deducta fuerunt.*
4 *Verba sententiæ recipiunt interpretationem extensiuam, ab iis quæ in processu disputata fuerunt.*
5 *Clausula* quam & quas, *comprehendit etiam noua iura in actis deducta.*
6 *Vnica sententia totum negotium terminari debet, ne partes superfluis fatigentur expensis.*
7 *Exceptio praiudicialis si fuerit proposita censetur tacitè reiecta, si Iudex procedat ad vlteriora.*
8 *Quando agitur de diuersis articulis separatim tractatis, diuersa quoque sunt Iudicia, & separatim tractanda.*
9 *Iudicia sunt connexa, quando tendunt ad eundem finem.*
10 *Quando exceptio incompatibilis cum executione proponitur, de illa debet per Iudicem coram quo proposita fuit, cognosci.*
11 *Quod fuit deductum semel per viam actionis, potest postea deduci per viam exceptionis.*
12 *Quando vnica prosecutio facta fuit plurium petitionum, censetur vnicum iudicium.*
13 *Sententia contra sententiam nulla est; sed tamen regula illa limitatur* ibidem.
14 *Commissio obtenta in praiudicium litis prauenta coram vno tribunali, est ipso iure nulla, si non facta fuerit mentio litis pendentis. Et sententia vigore talis commissionis lata, est nulla,* num. 15.
16 *In vim clausulæ* quam & quas, *procedi potest prout in prima, absque reuocatione alterius sententiæ.*

PRIMÆ, & secundæ instantiæ controuersia tota fuit super executione Breuis Apostolici declarantis Equiti Anyotrant computari debere antianitatem à die præsentationis primarum probationum, non autem ab vltima die illarum admissionis; non ad instantiam venerabilis Linguæ Franciæ causa subreptionis, obreptionis, & nullitatis dicti Breuis commissa fuerat in Rota bonæ memoriæ Buccabellæ, & deinde in gradu appellationis bon. mem. Pitouano, quibus officio functis per sententias latas ad fauorem Equitis Anyotrant, iterum appellante eadem Lingua, prodiit tertia instantia coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo tunc nostri Ordinis Auditore.

Hac verò pendente, dictus Eques ne antianitatis effectu, hoc est assecutione Commendæ frustraretur ob defectum quartæ Carauanæ, sine qua Statuta Sacræ Religionis Hierosolymitanæ incapacitatem ad Commendas obtinendas inducunt, sibi magis consulendo obtinuit aliud Breue, defectus huiusmodi ex causis ibi expressis dispensatorium; contra quod insurrexit Lingua, eiusque subreptionis causam committi curauit Eminentissimo Magno Magistro, qui successiuè subreptitium pronunciauit, & ab hac pariter sententia commissa fuit causa appellationis eidem Domino Cardinali Panzirolo, adeo quod coram ipso, siue R. P. D. meo Verospio in illius ad Cardinalatum promoti locum suffecto, duæ emanatuot appellationum commissiones, quarum priorem à sententiis Rotalibus super executione primi Breuis, Lingua; alteram à sententia Magni Magistri super subreptione secundi Eques Anyotrant impetrauit.

Sed dū non specificato an vigore primæ, vel secundæ, ad vlteriora procederetur; R. P. D. meus Verospius bis vtraque parte informante proposuit dubium, an Equiti de Anyotrant obstaret defectus quartæ Carauanæ, quo semper negatiuè resoluto, per optimas rationes deductas in decisionibus editis prima Iulij, & 14. Decembris 1643. tandem sententiam protulit confirmando priores Rotales, & pro omnibus in illis, & in litteris Apostolicis emanatis ad fauorem Equitis contentis, mandata quæcumque ac litteras executoriales decernendo.

Cumque ab ea sententia ex aduerso appellatum non fuisset, & Eques in vim rei iudicatæ peteret sibi concedi litteras executoriales, etiam quoad quartam Carauanam, eædem decretæ fuerunt, præuia particulari discussione, an constaret de re iudicata etiam quoad quartam Carauanam, vt in *decisione emissa die 4. Iulij 1646.* † Hoc ipsum decretum executorialium, quod per appellationem Linguæ ad me deuoluit, confirmandum esse hodie responsum fuit; cùm in executorialibus rei iudicatæ, omne id comprehendi debeat, quod sententia ipsa in iudicatum transacta complectitur: Anan. *consil.* 5. *n.* 1. & *ibidem* Bologn. *in addition.* Rebuff. *ad constit. Reg. tom.* 1. *tit. de sent. executor. art.* 7. *gloss.* 9. *n.* 17. Boër. *decis.* 68. *n.* 2. 1

Complectitur vero sententia, à qua ex aduerso appellatum non fuit, etiam reiectionem exceptionis defectus quartæ Carauanæ, tum explicitè, tum tacitè. Primo modo, quia in secunda parte Iudex concedit executionem pro omnibus contentis in litteris Apostolicis, & sic etiam in litteris secundi Breuis dispensatorij quartæ Carauanæ in actis productis, super quibus Iudicem pronunciare voluisse, & cum effectu pronunciasse apparet ex relatione expressa ad acta, quam fecit in proœmio sententiæ, ibi, *De, & super litteris Apostolicis, earumque litterarum Apostolicarum ad fauorem Domini Equitis Ioannis emanatarum, de quibus in actis executione ac iustificatione, &c. rebusque aliis in actis productis &c.* † Itaut indefinita mentio litterarum Apostolicarum in numero plurali facta in parte dispositiua sententiæ, vtrumque Breue in actis productum comprehendat, nedum ex sui natura, cùm æquipolleat vniuersali, *l. si seruitus* 22. *ff. seruit. vrb. præd.* Grat. *discept.* 650. *num.* 9. Barbos. 2

axiom.

3 *axiom.623.n.1.* † sed etiam in vim specialis relatio-
nis ad acta, per quam dicitur pronunciatum super
omni eo, quod in actis deductum fuit: Menoch. *cons.*
110.*n.5.cons.*159.*n.*4.Osasc. *dec.*63.*n.*3.Rot.*dec.*500.
n.9.p.5.recent. fortiùs, quia super hac exceptione
quartæ Carauanæ, & Breuis dispensatorij executio-
ne præcesseraot particulares, & acerrimæ discepta-
4 tiones, ac decisiooes, † à quibus verba seotentiæ,
quatenus opus sit interpretationem quoque exten-
siuam recipiunt, Socin.iun. *cons.*181. *n.79.vers. hoc
etiam, & seq.lib.*2.Scacc.*de sentent.& re iudic.gloss.*14.
*q.*17.*n.*76.*& 1.seqq.* vbi ait, quod decisiooes sunt pars
sententiæ, Burat. *decis.*327.*n.*1.

5. Nec obstat, quod primæ sententiæ, quas vltima
confirmauit, non loquantur nisi de primo Breui: quia
vltima vltra confirmationem priorum sententiarum
dat executionem omoibos litteris Apost. productis
io actis, & potuit etiam nouum ius, hoc est excusa-
tionem à quarta Caraoana canonizare vigore clau-
sulæ, *quam, & quas*, in commissione directa tertio
Iudici appositæ ad præmissa non restrictæ, Pnt. *de-
cis.7.de appellat.* Coccin.*dec.*47.*n.*10. Rota *dec.*552.
p.4.diuersor.& in Romana domus 10. *Iunij* 1639.*co-
ram Reuerendissimo Episcopo Salamantino*, quam clau-
sulam deductam fuisse ad speciem super nouo iure
secundi Breuis, vt oportet, Marescott. *variar.resol.
lib.1.c.20.n.*18.Caputaq. *decis.*125.*p.*3.Rota *dec.*82.
n.8.p.4.tom.2.recent. demonstrant ipsius secuodi Bre-
uis productio coram eodem Auditore, & speciales
discussiooes, ac decisionea super eo articulo ante ter-
6 tiam sententiam emaoatæ, quas Rota præmisit, † vt
deinde vnica sententiá totum negotium terminaret,
provt terminauit, & congruere Maiestati taoti Tri-
bonalis, ne multiplicando in sententiis, litigantea
superfluis impeosis graueotur, fuit dictum *in decis.*
427.*n.3.p.2. dec.*485.*n.6.p.5.recent. & in Perusina
executienis* coram Peoia, *impress.* apud Marchesan. *de
commiss.p.3.fol.*114.*n.*3.

7 Secundo modo, id est tacitè, quia cum defectua
quartæ Carauanæ, qui dicitur in actia deductus per
viam exceptionis eo ipso quod desuper aduersua
actorem suscepta fuit disputatio, & cootradictio:
Rota *dec.*736. *sub n.6. vers. & vbi etiam p.1. recent.
dec.*520.*n.4.& 5.p.5.* esset incompatibilis cum asse-
cutione Commendæ, qui est effectus litis introductæ
super antianitate: propterea Iudex pronunciando
super antianitate, & procedendo ad vlteriora, vide-
tur huiusmodi exceptionem tacitè reiecisse: iuxta
notata per Doct. *in c. ex parte, il 2. de app.* Gabr. *de ex
cept.concl.1.n.*23.Burat.*dec.*15.*n.*7. cum aliis allegatis
in decis.R.P.D. mei Verospij 4. *Iulij* 1646.§. *primo;*
Quo magis com vt supra dicebam, fuerit super hac
exceptione particulariter disceptatum.

8 Nec obstat, quod articulus antianitatis ab articu-
lo incapacitatis ex omissione quartæ Carauaoæ, di-
uersus sit oon solum reipsa, quia staot simul, quod
quis sit antiaous, & tamen incapax Commendæ, sed
etiam origine Iudicij, cum super antiaoitate lis pen-
deret vigore primi Breuis in tertia instantia per ap-
pellationem Linguæ à senteotiis Rotalibus; at super
iocapacitate ex defectu quartæ Carauanæ introdu-
cta fuerit io secunda iostaoria, per appellationem à
sententia Magni Magistri declaraote secundum Bre-
ue subreptitium ab Equite Ioanne interpositam;
Vnde infertur, quod oec tacitè, nec expresè potue-
rit vterque articulus vnica seotentia terminari, ex
traditis per Laderch. *cons.93.n.2.vers.secundo dico.*

Quia connexio vtriusque resultare potest respe-
9 ctu finis, id est assecutionis Commeodæ, ad quem
tendunt: Imola *cons.*139.*n.*1.Rota *decis.*588.*n.*18.
part.4.tom.3.recent.decis.8.n.7. coram bon.mem.Bu-
ratt. *ex text. in l.quid ergo, §.penult.ff.de contr.Iudic.tu-
tel.* cum aliis allegatis à Menoch. *de arbitr. cas.*45.
n.6.& 9. † Maximè quia disputationes Rotales oon 10
concipiuntur in abstracto, sed in ordine ad finem, &
effectum de quo agitur: & certum est, quod ad finem
assecutionis Commendæ, exceptio incapacitatis in-
compatibilis est cum executione Breuis super an-
tianitate, cum & antianitas, & capacitas requiratur,
vt Statutum est inter Ordinationes Religionis Hie-
rosolymitanæ, *in c.1.de Commend.* & tradit Loth. *de re
benefic.lib.2.q.15.n.47.& 49. fuitque dictum in Aqui-
tanien. Prioratus vigesima-prima Februarij* 1611. *co-
ram bon.mem. Archiepiscopo Seleucien.*

Potuitque articulus incapacitatis duplici via in 11
Rota cognosci, vel nimirum in secunda instantia in
gradu appellationis à sententia Magni Magistri, lata
contra secuodum Breue; vel in tertia prosequeodo
Iudicium antianitatis, in qua licitum erat Linguæ
Fraociæ deducere per viam exceptionis incapacita-
tem, quam in Iudicio cœpto Melitæ committendo
causam Breuis dispensatorij deduxerat per viā actio-
nis, Rebuff. *cons.109.vers.item regulariter*, Gratian. *di-
sceptat.*445.*num.*11.*& seqq.* pariterque licitum erat
Equiti allegare, vt fecit, se tum in vim Breuis dis-
pensatorij, tum eo semoto capacem esse effectus an-
tiaoitatis, hoc est Commendæ, non obstante defectu
quartæ Carauanæ, quia ob impedimentum ex ad-
uerso sibi præstitum, ne eam expleret, habetor ac si
expleuisset in odium aduersarij; vt bene pooderat
decisio *D.mei Verospij* 1. *Iulij ann.millesimo, sexcente-
simo, quadragesimo-tertio §. Primò vers. & quia.*

Igitur tertia sententia Rotalis vtrumque diffini- 12
te potuit expresè, vel tacitè, cùm incapaci-
tas haberet excusationem etiam de iure commu-
ni, & in eodem Iudicio tertiæ instantiæ dedu-
cta fuisset, ac discussa, oon secus ac ipsum
Breue dispensatorium, iuxta theoriam Castr. *cons.*
164. *num. 2. & 3.* vbi ait, quod quando est vnica
prosecutio plurium petitionum, est vnicum Iu-
dicium, *libro primo:* quam sequitur Laderch. *in ex
aduerso allegato consil.93.num.2.vers.qui inquit:* atque
hinc oec opus fuit reuocare sententiam latam Me-
litæ aduersus Breue dispensatoriom, quia Equea
opus noo habebat ... Breui, stante dicta excusatio-
oe ei competeo... de iure communi canonizata per
decisiones Rotalea.

Præterea regula, quod reuocanda est prima sen- 13
tentia, ne detur sententia contra sententiam, de-
sumpta ex *l.prima, Cod.quand.prouoc.non est necess.* re-
cipit duas limitatiooes: alteram, quando prima
sententia est notoriè nulla, vel iniusta, Felin. *in cap.
inter Monasterium n.15.de sentent.& re iudic.* Surd.
consil.164.num.44.& seqq. Seraph. *decis.*1123.*num.*5.
Caualer. *decis* 41.*n.5.decis.69.num.3.* alteram quan-
do non fuit in actis oppositum de prima sententia,
eiusqoe reuocatione; Olasch. *decis.1.num.*19.Penia
*decis.*117. *num.*3. Caual. *decis.*31.*n.*2.Rota *in recent.
dec.161.n.2.p.1.*

Applicantor autem casui oostro, quia de opposi-
tione primæ sententiæ eiúsque reuocatione non ap-
paret in actis, & sententia Melitæ pronuncians Bre-
ue dispensatorium esse subreptitium, ex duabua
decisionibus R.P.D. mei Verospij super eiusdem
Breuis iustificatione editis, iniusta notoriè conuin-
citur: Rota *decis.*315.*n.4.part.5.recentior.* † Estque 14
vltro nulla ex defectu Iurisdictionis, quia cum causa
ab initio fuisset commissa in Rota cum clausula,
quam & quas, cuius vigore omne ius etiam futurum,
& ex quacunque causa deductum esse dicebatur

ex allegat. in decis. 210. *num.* 6. *decis.* 710. *num.* 6. *p.* 3. *recentior.* ibique Eques Orator litem prosequeretur, commissio deinde ad instantiam Linguæ directa Melitæ, non facta mentione litis pendentis in Rota, fuit ipso iure nulla tanquam sapiens auocationem: Bisignet. *decis.* 13. *de rescript.* Cassador. *dec. prima de rescript.* Seraph. *decis.* 763. *num* 6. Burat. *decis.* 74. *n.* 4. & *ibi* Addent. *littera B*, latè Marchesan. *de commiss.*
15 *p.* 2. *fol.* 239. *num.* 132. † Et quod sententia lata vigore commissionis subreptitiæ sit nulla, dixit Rota
16 *decis.* 564. *n.* 16. *part.* 5. *recent.* † Vltra quod in vim dictæ clausulæ, *quam & quas*, procedi potuisset vt in prima, absque reuocatione alterius sententiæ, Rota *decis.* 264. *n.* 2. *p.* 6. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Decisio ista applicatur ad c. 15. *p.* 1. *præsentis tract.*

CAPVT SEV RESOLVTIO III.

Continens Breve S^mi. D. N. Innocentii X. Summi Pontificis.

In Causa Angelopolitana Iurisdictionis in Indiis Occidentalibus.

Die 15. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Summus Pontifex, propositis pluribus dubiis inter Episcopum & Clericos regulares Soc. Iesv, super munere prædicationis in propriis dictorum regularium Ecclesiis, aut in alienis, petita vel obtenta Episcopi licentia, nec non super confessionibus laicorum audiendis, præuio examine, siue approbatione Episcopi, nec non super electione Conseruatorum per dictos regulares facienda, & exemptione illorum à Iurisdictione Ordinarij; dubiorum huiusmodi decisionem sacræ Cardinalium Congregationi commisit, quæ dicta dubia terminauit, vt in sequentibus continetur; approbante & authoritatem præstante eodem Summo Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non possunt declinare Iurisdictionem Episcopi exequentis ordinationes Concilij Tridentini, in casibus in quibus exempti subiiciuntur correctioni Episcopi; & ideo hoc casu non possunt eligere Conseruatores.*
2 *Ampliatur, vt locum habeat, quamvis Episcopi procederent ordine Iuris seruato.*
3 *Ampliatur secundò, vt Regulares allegantes priuilegium exemptionis, illud exhibere coram Ordinario teneantur.*
4 *Quod si verba priuilegij sint ambigua, recurrendum est ad summum Pontificem pro interpretatione.*
5 *Constitutio Gregorij XV. circa electionem Conseruatorum, afficit Religiosos Soc. IESV.*
6 *Regulares qui non elegerunt Conseruatores iuxta formam dictæ constitutionis Gregorij tenentur respondere coram Ordinario.*
7 *Regulares assumentes Conseruatores, non tenentur cauere de Iudicio sisti, & Iudicatum soluendo.*
8 *Vtrum Regulares possint nominare Conseruatores, quando Episcopi producunt iura suæ Ecclesiæ Cathedralis, aduersus immoderatas illorum acquisitiones in præiudicium Decimarum.*
9 *Regulares non posse audire confessiones sæcularium sine licentia Episcopi Diœcesani.*
10 *Episcopi possunt procedere contra Regulares audientes confessiones sine approbatione Episcopi loci, vel prædicantes in Ecclesiis sui Ordinis non petita benedictione, & in aliis sine licentia.*
11 *Ampliatur, vt Regulares possint cogi ad exhibendam licentiam, absque eo quod recurratur ad Superiores ipsorum pro illa exhibenda.*
12 *Quomodo procedendum sit contra Regulares notoriè & scandalosè delinquentes.*
13 *Conseruatores electi à Regularibus tenentur coram Ordinario facere fidem de electione.*
14 *Regulares prætendentes exemptionem à iurisdictione Ordinarij, tenentur fidem facere de priuilegio.*
15 *Religiosæ domus in quibus vnus, vel duo tantum sunt Regulares, non gaudent priuilegio Collegiorum, vel Conuentuum.*
16 *Religiosi non debent tenere apothecas mercium & similes, & à quo hoc casu coercendi.*
17 *Regulares non possunt ministrare Sacramenta Baptismatis, & alia de quibus ibidem, sine licentia; nec consecrare vasa sacra & altaria.*
18 *Regulares semel approbati, non possunt sine noua causa ab audiendis confessionibus suspendi.*
19 *Episcopi possunt procedere per censuras, contra inobedientes, in confessionibus vel prædicationibus.*
20 *Licentia audiendi confessiones, & prædicandi, potest concedi verbotenus.*
21 *Conseruatores possunt eligi per Regulares, etiam in locis vbi non adsunt Iudices Synodales.*
22 *Conseruatores possunt vti censuris, etiam aduersus Vicarios generales Episcoporum, si agatur de manifestis iniuriis & violentiis.*

INNOCENTIVS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Vm sicut accepimus aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerabilem fratrem Ioan. Episcopum Angelopolitañ, siue Populi SS. Angelorum in Indiis Occident. ex vna, & dilectos filios Clericos Regulares Soc. Iesv, partibus, ex altera, de, & super munere prædicationis Verbi Dei tam in propriis eorundem Clericorum Regularium, petita solum Episcopi benedictione, quam in alienis Ecclesiis petita, & obtenta ab eodem Episcopo Diœcesano licentia exercendi; necnon super confessionibus laicorum audiendis præuio examine, siue approbatione eiusdem Episcopi Diœces. quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati Apostolica auctoritate concessorum, sibi

proprio

proprio iure licere prætendebant, & desuper io partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiusmodi ad electionem Conseruatorum priuilegiorum huiusmodi: nobisque tam dicti Ioannis Episcopi, quam eorundem Clericorum Regularium nomine, pro sopiendis differentiis huiusmodi quædam Dubia decisionem differentiarum præfatarum, necnon iurisdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem à iurisdictione Ordinarij concernentia fuerint proposita, ad quæ ambæ partes responderi, & quid desuper obseruandum sit auctoritate nostra Apostolica statui, & stabiliri desiderabant. Nos, qui omnium fidelium, & præsertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus, differentias prædictas, totúmque negotium particulari Congregationi aliquorum Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curiæ Prælatorum examinan. commisimus, qui auditis sæpius procuratoribus prædicti Ioannis Episcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio maturè discusso, omnibus dubiis, & petitionibus hinc inde propositis responderunt prout sequitur, videlicet, Sacra Congregatio à Sanctissimo Domino Nostro deputata super controuersiis vertentibus inter Episcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus, & Religiosos Societatis IESV, sæpius auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad Vrbem allatis; necnon ipsius Societatis Procuratore Generali, negotióque accuratè discusso, censuit prædictos Religiosos nequaquam posse in Ciuitate, & Diœcesi Angelopolitana, personarum sæcularium Confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani, nec Verbum Dei prædicare in Ecclesiis sui Ordinis, non petita ipsius benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine eius licentia, nec in Ecclesiis etiam sui Ordinis ipso contradicente, & contrauenientes ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato coërceri, & puniri posse etiam censuris Ecclesiasticis in vim Constitut. sanct. mem. Greg. XV. quæ incipit. *Inscrutabili Dei prouidentia.* Ac proinde memoratis Religiosis, qui huiusmodi approbationem, ac licentiam se obtinuisse non docuerint, potuisse Episcopum, seu eius generalem Vicarium præcipere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt à confessionibus audiendis, & Verbi Dei prædicatione abstinerent, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis quasi à manifestis iniuriis, & violentiis eligere Conseruatores, eósque, vt præfertur electos in Episcopum, eiusque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter, excommunicationem fulminasse. Cæterum Sancta Congregatio seriò in Domino hortatur, ac monet Episcopum, vt Christianæ mansuetudinis memor erga Societatem IESV, quæ laudabili suo Instituto in Ecclesia Dei tam fructuosè laborauit, ac sine intermissione laborabat, paterno se gerat affectu, eámque in regimine Ecclesiæ suæ perutilem adiutricem agnoscens benignè foueat, ac pristinę suæ beneuolentię restituat, quemadmodum S. Congregatio ipsum facturum confidit, sibique certo pollicetur, cum eius zelum, pietatem, ac pastoralem sollicitudinē compertam habeat. *Dat. Romæ die 16. Aprilis* 1648. Et præmissorum occasione pro parte prædicti Ioannis Episcopi; necnon Religiosorum Societatis IESV, in eadem Congregatione proposita fuerunt diuersa Dubia de mandato Sanctissimi resoluenda, quæ quidem S. Congregatio sæpius auditis, vt in præmissis ab eodem Episcopo ad Vrbem missis; necnon Procuratore Generali ipsius Societatis, negotióque maturè perpenso

ad singula Dubia ab vtraque parte proposita respondit, ordine quo sequitur.

Primò, An in casu quo Episcopus præcipiat de- 1
creta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus ob-
seruari, & executioni demandari, Regulares quicon-
que etiam Societatis IESV, sub prætextu, quod hu-
iusmodi præcepta infringant sua priuilegia possint
eligere Conseruatores? Congregatio respondit, si
Episcopus præcipiat Regularibus etiam Soc. IESV,
vt decreta aliqua Concil. Trid. obseruent, ac exe-
quantur, illis casibus, in quibus per ipsum Conci-
lium, vel Constitut. Apostolicas, Regulares exemp-
ti subiiciuntur iurisdictioni, & correctioni Episco-
pi, minimè licere ipsis Regularibus ob eam causam
Conseruatores eligere. † *Secundò*, An quando Ordi- 2
narius procedit iuris ordine seruato aduersus Regu-
lares prædictos, in casibus in quibus per Conc. vel
Constit. Apostolicas ipsi subiiciuntur, possint Con-
seruatores Iudices assignare? vt ad proximum, non
posse † *Tertiò*, An Regularibus etiam Societatis IE- 3
SV asserentibus se habere priuilegia, quominus obe-
diant Episcopo in executione decretorum iuris cō-
munis Concil. Trid. & Constitut. Apostolicarum
Ordinarij, debeant ipsis adhibere fidem absque ex-
hibitione huiusmodi priuilegiorum? Respondit,
Ordinarios non teneri huiusmodi assertioni fidem
adhibere absque integrali priuilegiorum exhibitio-
ne. † *Quartò*. An in casu quo Regulares quicunque 4
etiam Soc. IESV exhibeant aliqua priuilegia, & Or-
dinarij iudicent ea non suffragari casui de quo agi-
tur, & ad rem non facere, Regulares præfati possint,
& debeant prouocare ad Summum Pontificem, vel
in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolita-
num, siue Ordinarium viciniorem, vel potius pos-
sint hoc casu eligere Iudices Conseruatores? Res-
pondit, Si verba priuilegiorum sint obscura & am-
bigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel
viciniorem Episcopum, nec Conseruatores eligere,
sed Summum Pontificem pro interpretatione esse ad-
eundum. † *Quintò*, Vtrum Constitutio fel. rec. Gre- 5
gor. XV. circa Conseruatores Regularium publica-
ta anno 1621. cum declarationibus Eminentissimo-
rum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini In-
terpretum desuper editis, æquè afficiat, & compre-
hendat Religiosos Soc. IESV, ac reliquos Regula-
res, ita vt omnia alia prædicta Societatis priuilegia
fuerint reducta ad terminos dictæ Constitutionis,
& sic imposterùm debeant ab iis eligi Conseruatores
iuxta formam & tenorem prædictæ Constitutionis?
Respondit, huiusmodi Constitutionem cum decla-
rationibus, vt prætenditur, editis, æquè afficere Re-
ligiosos Societatis IESV, atque aliorum Ordinum,
& Conseruatores ad illius præscriptum esse eligen-
dos, non obstantibus quibusuis priuilegiis, quippe
quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Consti-
tutionis. † *Sextò*, An Regulares prædicti grauati ære 6
alieno, vel ad ratiocinia, vel Testamentorum Exe-
cutores possint conueniri coram Ordinario, si Con-
seruatores non nominauerint intra tempus habile
ab Ordinario præscriptum. Respondit Regulares in
causis præfatis coram Ordinario loci esse conueniē-
dos, si ad præscriptum Constitutionis sanct. mem.
Gregorij XV. Conseruatores non elegerint, ipsúm-
que electionis documentum intra præfinitum tem-
pus in actis Curiæ ipsius Ordinarij nō exhibuerint.
† *Septimò*, An dicti Regulares Conseruatores siue 7
ad Iura, siue ad priuilegia tuenda assumentes, te-
neantur ante exercitium commissionis præstare cau-
tionem coram Ordinario, siue alio Iudice compe-
tente, de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo, casu
quo

quo in lite sine causa succubuerint? Respondit non
8 teneri. † *Octauò*, An quando Episcopi iura, vel decimas Cathedralium aduersus Regulares prædictos, dote sua spoliantes Ecclesias, coram Iudice competente tuentur, librósque, memorialia, & allegationes produnt, Ius Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliáque id generis adnumerantes huiusmodi scriptorum occasione possint Regulares nominare Conseruatores, prætendentes iniuriam sibi inferri in referendo immoderatas acquisitiones? Respondit: si Episcopi pro tuendis Iuribus Cathedralium Ecclesiarum coram Iudice competenti huiusmodi scripta producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modestè referant, non licere Regularibus ob eam
9 causam ad Conseruatores recurrere. † *Nonò*, Vtrum Regularis quicunque, etiam Societatis IESV, possit administrare Sacramentum Pœnitentiæ Secularibus absque licentia Episcopi Diœcesani, etiamsi in alicna Diœcesi approbatus sit? Respondit, Regulares etiam Societatis IESV, in vna Diœcesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum secularium audiendas, nequaquam posse in alia Diœcesi huiusmodi confessiones audire sine approbatione Epis-
10 copi Diœcesani. † *Decimò*, An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diœcesi confessiones Secularium absque sua approbatione, vel Concionatores absque licentia Episcopi intra & extra proprias Ecclesias, possit procedere, eos à talibus ministeriis remouendo, siue præceptis, & aliis Iuris remediis coërcendo? Respondit eisdem Regularibus, qui confessiones personarum secularium audiunt sine approbatione Episcopi loci, vel prædicant in Ecclesiis sui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in aliis Eccl. absque ipsius licentia vel in Eccl. etiam sui Ordinis ipso contradicente, posse Episcopum in vim Constitutionis fel. rec. Gregorij XV. quæ incipit *Inscrutabili Dei prouidentia:* tanquam Sedis Apost. Delegatum administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eosque Iuris remediis coërcere, & poni-
11 re. † *Vndecimò*, An quando Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, ipse possit præcipere, vt donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant à tali ministerio abstineant, & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Prouincialis in alia Diœcesi, vel longissimè existens, vel ipsi Regulares Confessarij, vel eorum Superiores eiusdem Diœcesis, in qua prædicta exercent? Respondit posse Episcopum sic præcipere, nec pro huiusmodi licentiis requirendum esse Prouincialem, sed satis esse ipsos Religiosos requirere, aut eorum
12 Superiores in Diœcesi Episcopi existentes. † *Duodecimò*, An si contingat vt aliquis prædictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria Diœcesi maledictis cum scripto, vel dicto, Populum scandalizando, possit, & qua animaduersione, ab Episcopo puniri; & quid si huiusmodi delinquens transiuerit ad aliam Diœcesim, hoc casu seruandum sit? & qua pœna puniendus sit Regularis, qui commorans in vna Diœcesi spargit famosos libellos contra Ordinarium alterius Diœcesis? Respondit, Si regularis intra claustra degens, extra ea in casibus in dubio expressis ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante teneri Superiorem Regularem intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè illum punire, ac de punitione Episcopum certiorem facere, alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse ad præscriptum Concilij Tridentini, *cap. 14. sess. 25. de Regular.* Quod si delinquens ad aliam Diœcesim migrauerit, seruandum esse quod præcipitur in Constitutione sanctæ memoriæ Clementis VIII. Incipien. *Suscepti muneris ratio.* † *Decimo-tertiò*, An Conseruatores nominati 13 & electi à Regularibus prædictis, ante exercitium suæ Iurisdictionis teneantur electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pœna nullitatis actuum? Respondit vtique teneri.
† *Decimo-quartò*, An priuilegia, quæ sunt contra Iu- 14
risdictionem Ordinarij, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Regulares prædicti, debeant Episcopis notificari, siue insinuari? Respondit, Regulares teneri huiusmodi priuilegia Episcopo exhibere, si eis vti voluerint. † *Decimo-quintò*, An prædia 15 rustica, metallorum fodinæ, sacchari opificinæ, à Regularibus Societatis, vel aliis possessa, vel aliæ Domus Seculares, in quibus videlicet, vnus vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant priuilegio Collegiorum, seu Conuentuum? Respondit non gaudere. † *Decimo-sextò*, Vtrum Regulares præ- 16 dicti Apothecas quarumcunque mercium, macella, & similia, præsertim prope Collegia, siue Conuentus exercentes, possint ab Ordinario sub censuris inhiberi, ne huiusmodi exerceant. Respondit non posse Episcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in præmissis ita notoriè delinquant extra claustra, vt Populo scandalo sint, seruandum esse, quod dictum est *supra in responsione ad duodecimum.*
† *Decimo-septimò*, Vtrum Regulares, etiam Patres 17 Iesuitæ in suis prædiis, opificiis, aliisque suis Domibus Secularibus sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramentum Baptismatis, solemnis matrimonij, Extremæ-vnctionis, & Eucharistiæ in Festo Paschatis, famulis, Mercenariis, Rusticis, siue aliis id genus hominibus secularibus, absque Ordinarij, vel Parochi licentia? Respondit non posse. *Decimo-octauò*, Vtrum Patres Societatis in Ciuitate, & Diœcesi Angelorum, possint consecrare vasa sacra, altaria & similia in quibus vnctio requiritur? Respondit itidem non posse.

Pro parte verò Religiosorum Societatis IESV 18 proposita fuerunt infrascripta Dubia. † *Primò*, An Episcopi in partibus Indiarum, possint ex integro totum vnum Monasterium, vel Collegium ab audiendis confessionibus suspendere? Respondit Episcopos Indiarum posse quidem omnibus simul vnius Monasterij, vel Collegij Confessariis adimere facultatem audiendi confessiones personarum Secularium, etiam inconsulta Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium negotiis præposita, cum decretum ab ea editum sub die 20. Nouembris 1615. ex iusta occasionis defectu, & conuenientia morali non extendatur ad Regiones illas, tam longè ab Vrbe dissitas. Verum ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo, & animarum pernicie contingere potest abstinendum esse Episcopis, nisi grauissima subsistente causa: super quo Sacra Congregatio illorum conscientias grauiter voluit esse onera- tas. *Secundò*, An Episcopus Regularem pro confessionibus semel approbatum sine noua causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis. Respondit Regulares aliàs liberè ab Episcopo præuio examine approbatos ad audiendas confessiones personarum Secularium, ab eodem Episcopo suspendi non posse sine noua causa, eáque ad confessiones ipsas pertinente. *Tertiò*, An Bulla Pij V. 34. *in ordine tom. 2. Bullarij*, concessa, instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, sit reuocata in Bullis Summorum Pontificum,

tificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Respondit agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse reuocatam; illam tamen non suffragari, nisi in locis vbi est defectus
19 Parochorum. † *Quartò*, An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc an vigore Concilij Tridentini, vel per quem canonem? Respondit posse procedere, non quidem in vim Concilij Tridentini, sed in vim Constitutionis Gregorij XV.
20 quæ incipit. *Inscrutabili Dei prouidentia.* † *Quintò*, An licentia audiendi confessiones, & prædicandi, ab Episcopo per litteras missiuas, an solum per litteras patentes Cancellariæ concedi possit? Respondit posse concedi etiam per litteras missiuas, vel ore tenus si ita Episcopo videbitur. *Sextò*, An talis licentia ore tenus sine scriptis concedi possit? Res-
21 pondit, vt ad proximum. † *Septimò*, An facultas eligendi Conseruatores concessa Societati à Gregorio XIII. suffragetur illis in locis in quibus non adsunt Iudices Synodales. Respondit, vbi non adsunt Iudices Synodales, priuilegium Gregorij XIII. non suffragari quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Conseruatores, dummodò tamen in reliquis seruetur forma Constitutionis Gregorij XV. hac de
22 re editæ. † *Octauò*, An Conseruatores Societatis, Vicarios generales Episcoporum auctoritate Apostolica per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas compellere possint, virtute Bullæ Gregorij XIII. Incipien. *Æquum reputamus, sub Datum vltima Februarij* 1573. Respondit posse à manifestis iniuriis, & violentiis eos compescere, etiam censuris, & pœnis Ecclesiasticis. *Dat. Romæ die* 16. *Aprilis* 1648.

Quapropter, vt præmissa firmius subsistant, & inuiolabiliter obseruentur, Nobis pro parte Ioannis Episcopi huiusmodi fuit humiliter supplicatum, vt illa auctoritate Apostolica confirmare de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur dicti Ioannis Episcopi votis hac in re annuere, illumque specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, & eundem Ioannem Episcopum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectū præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluen. & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati præinserta responsa, seu resolutiones auctoritate prædicta tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque Apostolicæ firmitatis vim & robur adiicimus, & inuiolabiliter obseruari mandamus, salua tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis. Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Card. etiam de latere Legatos iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si quid secus à quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac Vniuersalibus, Prouincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus & specialibus Constitutionibus, & ordinationibus; necnon Ecclesiæ Angelopolitañ. ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis Statutis, & Consuetudinibus, priuilegiis quoque, Indultis & litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ, & Societati sub quibuscunque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam Derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac decretis etiam irritantibus, etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die XIV. Maij M. D C. XXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

M. A. MARALDVS.

In Nomine Domini Amen. Præsens copia extracta fuit è suo proprio originali, mihi Notario publico infrascripto exhibito per Ill. & R. D. Licentiatum Ioannem Magnum Procuratorem Illustrissimi & Excellentissimi D. Episcopi prædicti eidem exhibenti incontinenti restituto, cum quo facta per me eundem Notarium collatione, illam cum dicto originali de verbo ad verbum concordare inueni, salua semper meliori collatione, & in fidem, &c. Datum Romæ in Officio mei, &c. hac die 16. Maij 1648.

Ego Sebastianus Casius Curiæ Eminent. Card. Vicarij Notarius de præmissis rogatus præsens instrumentum subscripsi & publicaui requisitus, in fidem, &c.

Locus † Sig.

Nos Martius miseratione diuina tituli Sancti Petri ad Vincula S.R.E. Presbyt. Card. Ginettus nuncupatus Sanctiss. D. Papæ, & Almæ Vrbis Vicar. Generalis, Romanaque Curiæ, & eius districtus Iudex ordin.

Vniuersis notum facimus, & attestamur supradictum Dominum Sebastianum Cæsium, de præmissis rogatum fuisse, & esse talem, qualem se fecit; eiusque publicis, ac similibus scripturis semper in iudicio, & extra, fuisse adhibitam, & de præsenti plenam adhiberi fidem. In quorum omnium & singulorum fidem, &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris, his die, mense, & anno superius dictis.

Pro D. Leonardo de Leonardis.
Leonides de Iulianis Substitutus.

Locus † Sigil.

CAPVT
SEV
RESOLVTIO IV.

In Causa Cremen. seu Ianuen. Pecuniaria Coram R. P. D. Royas.

Mercurij 1. *Iulij* 1648.

ARGVMENTVM.

Causam attentatorum præiudicialem esse cognitioni negotij principalis, nisi contrarius

rius interueniat partium consensus. In
Causis præiudicialibus posse disputari du-
bia negotij principalis quoad cognitio-
nem extraiudicialem, immo Iudicem pos-
se ex causa procedere in negotio principa-
li omissa attentatorum reuocatione. Quid
operetur reseruatio dominij, facta in in-
strumento venditionis aduersus alios cre-
ditores hypothecarios.

SVMMARIA.

1 *Prius cognosci debet de attentatis, antequam proce-
datur ad negotium iudicij principalis.*

2 *Limitatur, nisi partes consentiant, vt excludatur
prælatio causæ attentatorum.*

3 *Cognitio articuli, præuenta ante Iudicium attenta-
torum, priùs debet terminari.*

4 *Disputationes dubiorum, sunt actus extraiudiciales.*

5 *In articulis præiudicialibus suspenditur definitio ne-
gotij principalis, sed tamen possunt dubia proponi
extraiudicialiter super negotio principali.*

6 *Iudex potest ex causa procedere in negotio principali
omissa reuocatione attentatorum.*

7 *Ordinem non seruare, ordo est, aduersus affectantes
dilationes.*

8 *Sequestrum ante motam litem obtentum & non re-
uocatum, non est attentatum.*

9 *Mandatum procuratoris vendentis, præsumitur ex
enunciatiua contractus facta præsente principali,
& aliis coniecturis, de quibus ibidem.*

10 *Sola coniunctio sanguinis non est sufficiens ad præ-
sumendam collusionem, maximè concurrentibus
coniecturis pro veritate instrumenti.*

11 *Secundum instrumentum si sit plenius, attendendum
est, in concursu cum alio.*

12 *Notario super extensione clausularum credendū est.*

13 *Obligatio conditionalis habetur pro pura post adim-
pletam conditionem.*

14 *Reseruatio dominij facit vt illud remaneat penes
venditorem, etiam si habita fuerit fides de pretio.*

15 *Per reseruationem dominij excluduntur omnes aliæ
creditorum hypotheca.*

16 *Statutum prohibens alienationem in forenses, non
impedit quin ad illorum instantiam possint vendi
ciuibus, vt ex pretio forensibus satisfiat.*

1 DVbium per me aliàs propositum sub die
11. Martij præteriti, An mandatum A.C.
sit exequendum? respiciebat tum nulli-
tatem; tum iniustitiam ipsius mandati:
Et resolutum fuit ex primo capite, vt de alio sepa-
ratim videatur. Ideò prosequendo caput Iustitiæ
subscripsi particulare dubium; An constet de credi-
to, quòd suffragetur; Cumque postea informantes
pro Pallauicino dedissent de attentatis, eáque solum
in sex locis Montis commissa esse demonstrassent;
Domini illa purgari, & ad vlteriora in disputatione
dubij subscripti procedi mandarunt; Elapsis post-
modum aliquibus mensibus, dum imminebat dicti
dubij propositio, Pallauicinus opposuisset de aliis
attentatis super 193. locis Montis, de quibus nus-
quam antea, vt solet, dederit fumum, & obtulit se
paratum in hac vltima Rota, & super attentatis, &
super negotio principali informare, prout fecit ver-
bo, & scripto; Vnde vtrumque hodie discutiendum
proposui, & de vtroque Domini cognouerunt re-
spondendo pro Pallauicino, *constare de attentatis*, &
pro Toffettis *constare de credito*.

Nam receptissima Iuris regula, quòd priùs co-
gnosci debet de attentatis, quæ sunt in primis
purganda, visa est non applicari casui nostro, quia
procedit parte instante, Rota *decis. 94. num. 4. in fin.
part. 3. recent.* Sed tantum abest, quod Pallauicinus
institerit præferri attentatorum cognitionem, quod
immò obtulit, quòd eadem die vtrumque dubium
proponeretur, & super vtroque acerrimè informa-
uit. † Ex quibus resultat expressus consensus simul- 2
taneæ cognitioni, exclusiuus prælationis attentato-
rum, Lancellot. *de attentat. par. 3. cap. 30. n. 187. 277.
& 208.* Buratt. in fortioribus terminis, *decis. 72. n. 4.*
& in simili Bald. & alij relati per Modern. Perus. *de
manut. obseru. 77. n. 15.*

Iuncto præsertim primo, quòd cognitio boni Iu- 3
ris includebatur, vt dicebam etiam in primo dubio
per me aliàs proposito super executione mandati
A. C. & sic, cum illius cognitio cæpta fuerit ante-
quam ex aduerso de attentatis daretur fumus, priùs
decidenda videbatur; vt per Christoph. Paz. *ad legem
Regn. Sicil. 27. sub n. 3. vers. sed si semel. l. 158. n. 1. & 3.
l. 251. n. 5.*

Secundò, quod per disputationem vtriusque du- 4
bij, non fertur decretum super vno, vel altero arti-
culo; cum disputationes dubiorum sint actus merè
extraiudiciales; Buratt. *decis. 597. n. 5.* Rot. *decis. 553.
n. 11. p. 4. tom. 5. recent. & in Montis Alti Beneficij 18.
Martij 1646. coram R. P. D. meo Bichio,* † & etiam in 5
articulis præiudicialibus, esto quod ad terminationē
vnius ratione præiudicialitatis deueniri non possit,
suspenditur quidem illius diffinitio; sed non discus-
sio, & cognitio extraiudicialis; Capyc. *decis. 25. sub
num. 1. & 2.* Rota *in Bonon. prætensa Caducitatis, prima
Decembr. 1586. coram Orano,* facit Menoch. *de arbitr.
q. 53. sub n. 6. lib. 1.* Vnde in simili quamuis super exe-
cutione litterarum Apostolicarum pronunciari non
valeat, nisi postquàm litteræ expeditæ fuerint, vti-
que tamen ante illarum expeditionem Rota solet
cum sola supplicatione disputare dubia, ea ratione,
quia non terminant causam, sed sunt actus extraiu-
diciales; vt fuit dictum *in d. decis. 553. n. 10. & duob.
seqq. par. 4. tom. 3. recent.*

Tertiò, quod ex causa Iudex potest omissa atten- 6
tatorum reuocatione, procedere in negotio princi-
pali, Lancellot. *de attent. par. 4. c. 30. n. 222.* quæ causa
militat in casu nostro; tum propter consensum Pal-
lauicini attentatum passi in simultaneam vtriusque
dubij cognitionem; tum propter eiusdē Pallauicini
moram in dando fumum de attentatis super dictis
locis 193. † Siquidem non dedit, nisi postquam plu- 7
ties citatus fuerat ad informandum super dubio
boni Iuris, eiúsque imminente propositione, & in
his vltimis audientiis, in quibus ad euitandas liti-
gantium plerumque affectatas dilationes, ordo est
ordinem non seruare; vt dixit Rota *in dec. 176. n. 10.
coram sanct. mem. Greg. XV.* Tum fortius, quia Palla-
uicini nihil interest quod in primis reuocetur exe-
cutio in vim mandati A.C. attentatè facta super di-
ctis locis 193. † quia adhuc eadem loca remanent 8
affectata sequestro ante motam litem obtento, &
nunquam reuocato, quod propterea attentatum
non est; Lancellott. *de attent. part. 2. c. 4. limit. 2. n. 16.*
Cassad. *decis. 6. sub n. 2. super reg. Cancell.* Rota *decis.
79. n. 10. p. 7. recent.*

Hæc sunt, quæ contemporaneam dubij super at-
tentatis, & super credito cognitionem suaserunt:
fundamentum verò affirmatiuæ resolutionis super
credito Illorum de Toffetis est in publico Instrumen-
to, in quo oculariter habetur, quod Gaspard Toffet.
ad quem dicta loca 193. Montis salis auri spectant,
pro pretio bonorum sibi venditorum, promisit sol-
uere

uere Benedicto fratti authori Augustini, & Iosnnis Al oysij libras 384779. cum fructibus compensatiius ad rationem librarum 4. ¾ pro centenario, & anno, quòd Instrumentum dicitur probatio probsta, & facit rem manifestam; Bart. *in l. 1. num.* 8. vbi Ias. *num. 10. ff. de nou. oper. nunc.* Dec. *conf.* 36. *n.* 6. Surd. *conf.* 173. *n.* 31. & dixit Rota *decis.* 277. *n.* 2. *&* *decis.* 431. *n.* 1. *p.* 1. *recentior. &* coram Gregor. *decis.* 68. *n.* 2. *ad fin. & decis.* 157. *n.* 13.

9 Quamuis autem dictum Instrumentum venditionis celebratum fuerit ab asserto Procuratore Benedicti venditoris, de cuius mandato procuræ non constat in actis, nihilominus de huiusmodi mandato procuræ dubitari non potest; quia illud fuit enunciatum in Instrumento venditionis cum explicita mentione dici rogitus, & Notarij rogati, quo casu mandatum præsumitur adfuisse; Dec. *d. cons.* 36. *num.* 8. Cassad. *decis.* 3. *num.* 4. *de procur.* Gregor. *decis.* 511. *num.* 2. *&* *n.* 503. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* ac fuit dictum *in Romana Salniani Interdicti* 10. *Martij* 1606. *coram Card. Mellino impress.* post Pacif. *de Saluian. interd. decis.* 33. *num.* 5. *& in Tiburtina assignationis decis* 10. *Maij* 1627. *coram ben. mem. Pireuano, ac in Nepesina pecuniaria*, 12. *Iunij* 1634. *coram R. D. meo Decano*, præsertim concurrentibus aliis coniecturis d. præsumptionem etiam suadentibus, & adiuuantibus.

Siquidem Domini considerarunt, quòd in d. Instrumento facta fuit diuisio bonorum communium dictorum Benedicti, & Gasparis in ingenti quantitate cum adæquatione partium, necnon venditio stabilium, quæ ad prædictum Benedictum peruenerunt, pro certo pretio cum obligatione soluendi certam ratam communibus creditoribus; ac in illo adsunt alia pacta respicientia prætensiones, & interesse contrahentium, de quibus verisimiliter non poterat Procurator per se habere notitiam, ad not. per Dec. *in d. cons.* 36. *n.* 8. & per Rot. *in Toletana pensionis* 23. *Iunij* 1617. *coram S. D. N.* Eoque magis cum de hoc mandato in præsenti casu disputetur incidenter, quapropter sat est pro illius existentia assertio Notarij, ex adductis *in Legionen. Beneficij* 9. *Decemb.* 1639. §. 1. *coram R. P. D. meo Chisslerie*, cum aliis relatis per Add. ad Buratt. *decis.* 209. *in fin.*

10 Nec vlla considerari potest collusio in d. venditione, siue in hoc iudicio, sicut Pallauicinus prætendit, ex quo illa non præsumitur, nisi concludenter probetur, *ex rubr. ff. & Cod. de collusion. detegen.* Natt. *cons.* 537. *n.* 30. *&* 35. Buratt. *decis.* 64. *n.* 8. *& decis.* 99. *n.* 1. *p.* 5. *& decis.* 57. *n.* 10. *par.* 7. *recentior.* nec ad hunc effectum sufficit coniunctio sanguinis, nam etiam inter sanguine coniunctos candidè contrahitur, *l. si totus, ff. de donat.* Buratt. *decis.* 365. *n.* 6. & dixit Rota *in Feretrana prædij* 1. *Iulij* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, maximè quia constat de credito ex publico Instrumento longè antea celebrato, vt aduertunt Natt. *d. cons.* 537. *num.* 31. *vers. ostendant ergo, & seqq.* Rota *in Veneta legitimationis coram Bubala impress.* per Farinac. *post primum vol. cons. dec.* 31. *num.* 1.

Itaque, cum de credito Illorum de Toffettia ex prædictis luculenter appareat; procul dubio illud suffragari debet ad effectum consequendi d. loca Montis; quia dictum Instrumentum, ex quo dictum creditum oritur, continet hypothecam omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum. Et licèt Pallauicinus prætendat, quòd Gaspar debitor pro dd. libris 384779. obligauerit solùmodò bona præsentia, vt desumitur ex quodam exemplo dicti Instrumenti, antea ab eodem Angelo exhibito; Ideóque dicta loca postea per eumdem Gasparem acquisita comprehendi non possint sub dicta hypotheca; Tamen, cum fuerit postea aliud Instrumentum productum extensum à Notario rogato, attestante in suo protocollo adesse post verba, *& beni presenti*, clausulam cæteratam, quam extendit pro hypotheca futurorum; † hoc secundum Instrumentum vti plenius 11
continens, in concursu cum alio attendendum est; vt tradit Bald. *cons.* 428. *ad med. lib.* 3. Alex. *cons.* 70. *n.* 5. *lib.* 1. Boër. *decis.* 252. *n.* 7. Rota *decis.* 671. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.* Buratt. *decis.* 365. *n.* 3. *& decis.* 716. *n.* 9. ea ratione, quia non dicuntur dicta Instrumenta inter se repugnantia, quo casu recurrendum esset ad protocollum, illiusque exhibitio necessaria esset; vt per Surd. *cons.* 141. *n.* 8. Rota *decis.* 544. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Sed censetur forsan per errorem fuisse aliquid à Notario omissum, vt inquit Corn. *cons.* 243. *col. fin. vers. modo deueniendum, vol.* 3. cum aliis adductis, *in d. decis.* 671. *par.* 1. *diuers.* † Vltra quod standum 12
est semper attestationi Notarij rogati; præsertim in extensione clausularum, Alex. *cons* 70. *n.* 4. *lib.* 1. Soc. *cons.* 94. *n.* 5. *lib.* 1. Surd. *decis.* 223. *n.* 8. Gratian. *discept.* 201. *n.* 76. *& seqq.* Rota *decis.* 560. *n.* 1. *par.* 4. *diuers. & decis.* 403. *n.* 2. *& seq. p.* 8. *recent.* & fuit dictum coram Coccino *dec.* 76. *n.* 2. *& seqq. & dec.* 107. *n.* 1. *ac coram R. P. D. meo Bichio in Parmen. pensionis* 8. *April.* 1637
Vnde cum dicta loca vti bona Gasparis debitoris veniant sub generali hypotheca, Iure merito fratres de Toffettis contra illa possunt eorum iura experiri. 1

Nec dicatur, quòd solutio dd. lib. 384779. fieri debebat in effectibus socialibus ad dd. contrahentes spectantibus, qui quatenus non sufficerent, tunc Gaspar debitor promisit illas soluere in pecunia: Vnde resultat, quod dicta promissio facta fuit conditionaliter, nempè deficientibus dictis effectibus, propterea antequam agi possit contra dicta loca, probari debet deficientia eorumdem effectuum, ad hoc vt conditio purificata dicatur: ex congestis per Buratt. *decis.* 151. *n.* 1. *&* 2.

Quoniam contrarium ex Instrumento venditionis desumitur, vbi eatenus solutio destinata fuit in prædictis effectibus, quatenus Benedicto creditori de illis satisfieri placeret; quatenus verò dictos effectus eligere nollet, hoc casu Gaspar promisit dictas libras illis soluere in pecunia, vt claré elicitur ex verbis eiusdem Instrumenti; Vnde, cum cōditio purificata extiterit, quia Benedictus non elegit, Gaspar debitor tenetur ad præcisam pecuniæ conuentæ solutionem per regulam, quod puri, & purificati idem
est iudicium; † Impleta enim conditione, remanet 15
obligatio perinde ac si fuisset ab initio purè concepta, ad not. per Gratian. *discept.* 514. *n.* 15. Thesaur. *decis.* 69. *n.* 4. Rot. *decis.* 1. *n.* 9. *p.* 2. *recentior.*

Non obstat, quòd dum Benedictus vsque ad integram satisfactionem sibi reseruauit dominium super bonis stabilibus Cremæ per eum Gaspari venditis; Ipse, seu Toffetti ab eodem causam habentes nequeant in concursu cum Pallauicino Concreditore actionem intentare contra dicta loca Montis, nisi priùs excussis dictis bonis Cremæ, iuxta expressam dispositionem *l.* 2. *C. de Pigner.*

Quia dispositio dictæ legis non applicatur casui nostro; nam in illa disponitur, quòd Creditor anterior habens specialem hypothecam in aliqua re, & generalē in aliis bonis debitoris, non potest in concursu Concreditoris posterioris dictam generalem
hypothecam exercere, nisi prius excussis bonis spe- 1
cialiter hypothecatis: In casu autem nostro nulla potest considerari specialis hypotheca super dictis bonis venditis ad fauorem Benedicti, dum ipse solum super illis sibi reseruauit dominium quousque satisfactus esset: † quæ reseruatio dominij dumtaxat

nperatur, vt interim illod non transferatur lo emptorem, sed semper vsque ad satisfactionem mancre debeat penes ipsum Benedictum venditorem, etiamsi habita fuerit fides de pretio, vt tradit Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *numero* 36. Cyriac. *controuers.* 425. *numero* 39. *& sequent.* Surd. *dec.* 137. *numero* 3. *& decis.* 305. *sub numero* 39. Vincent. de Franch. *dec.* 506. *numero* 12. *cum sequentib.* & dixit Rota *decis.* 28. *numero* 19. apud Pacific. *de Salman. interd. & in Rom. Vinea* 14. *May coram bon. mem. Pirouano, ac in Rom. Salmani* 18. *April.* 1639.
15 *coram Reuerendiss. D. meo Decano.* † Vnde cùm sit valdè diuersum dominium ab hypotheca, de qua loqoitur *dict. l.* 2. eius dispositio, vti exorbitans, non debet extendi ad hunc casum reseruationis dominij; vt in terminis ponderat Surd. *cons.* 513. *sub numero* 20. *post med. vers. nam in fauorem, & sub numero* 22. *vers. & eum fortius.* Osasc. *decis.* 159. *num.* 4. Feliciao *de censib. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 13. Gratian. *discept.* 39. *n.* 13.

Stante itaqoe dicta reseruatione dominij, prorsus excluditur hypotheca, de qua *in dict. leg.* 2. mentio habetur, cùm in rebus propriis nullom ios hypothecæ competere possit, *leg. Vranius ff. de fideiuss. leg. vtifrui, ff. si vsusfructus petat. ac leg. neque pignus ff. de regul. iur.* Buratt. *decis.* 690. *numero* 5. atque incompatibile esset, quòd quis remaneat dominus bonorum, & in illis habeat hypothecam, ac agere possit hypothecaria, vt tradit Altogr. *cons.* 9. *numero* 72. Propterea licitum est fratribus de Toffettia agere contra dicta loca generaliter obligata, ex quo creditor, ex multis bonis sibi hypothecatis, eligere potest, in quibus creditum suum consequi velit, *lege Moschis, ff. de iur. fisc. leg. Creditor ff. de distract. pign.* & tradit Couat. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 7.

Nec fratribus de Toffettis adoersatur præscriptio allegata, quia oon intercessit spatium temporis præscriptionis Iuris Communis, vel statutariæ idoneum; animaduertendo, quòd Instrumentum celebratum fuit anno 1629. solotio verò promissa fuerit infra quinquennium incipiendum ab anno 1631. Vltra quod excomputari debet tempus, quo iidem Toffetti extiterunt in pupillari ætate, cùm contra pupillos noo currat præscriptio, *leg. sicut C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Gratiao *discept.* 403. *n.* 22. Caoaler. *decis.* 346. *num.* 5.

16 Demum pro parte Pallaoicini dicebatur, quòd saltem ex æquitate compelli debeant Toffetti ad excussionem dd. bonorum Cremæ, ex quo ipsi Pallauicino impossibile est de illis satisfieri, stante statuto Cremensi prohibente adiudicationem bonorum forensibus; sed responsum fuit, quod licèt prædictum statutum prohibeat, bona adiudicari forensibus, non tamen prohibet, quin ad illorum instantiam possint vendi Ciuibus, & ex eorum pretio sibi satisfieri, vt benè declarat huiusmodi statuta Claud. Bertazol. *in addit. ad cons. crimin.* 399. *vers. & licèt ex statuto.*

Et ita vtraque, &c.

Ista decisio refertur ad cap. 15. *partis Primæ Tractatus de Præuent. Iudic. Et ad cap.* 31. *num.* 22. *eiusdem primæ partis.*

CAPVT SEV RESOLVTIO V.

In Causa Bononiensi fideicommissi de Rubeis, Coram Reuerendissimo D. Du Nozet, Decano.

Mercurij 11. *Martij* 1648.

ARGVMENTVM.

Non est locus facultatibus Auditoris Cameræ, quando instrumentum cuius vigore agitur, non continet aliquam obligationem Cameralem, vel Guarentigiam, aliámve formam, vel pactum simile, & vtrùm sufficiat pactum precarij ad concedendam viam executiuam, & quomodo. Et quando statutum viget in aliqua Ciuitate, vt instrumenta publica mandentur executioni, non potest coram Auditore Cameræ executiuè procedi, nisi tamen instrumentum tale sit, vt paratam habeat executionem in aliis tribunalibus Vrbis: & quæ requirantur vt instrumentum dici possit Guarentigiatum.

SVMMARIA.

1 *Promittens aliquem liberare à molestiis, conueniri potest, si agatur pro immissione in possessionem prædij cuius promissio facta fuit.*
2 *Ex quibus probetur aditio hæreditatis.*
3 *Iura omnia tam actiua quam passiua transeunt in hæredes.*
4 *Hæres conuenitur à creditoribus hæreditariis ex eadem obligatione qua defunctus conueniri poterat.*
5 *Hæres allegans se fecisse inuentarium quando possit teneri de proprio.*
6 *Auditor Cameræ non potest procedere executiuè, nisi adsit in instrumento obligatio Cameralis, vel guarentigia.*
7 *Precarium in instrumento appositum, est executiuum tantùm per viam immissionis, non autem per viam actionis personalis.*
8 *Iudicium executiuum, & possessorium summarium, valdè inter se differunt.*
9 *Statuta amittunt vires extra territorium statuentium.*
10 *Auditor Cameræ procedit executiuè, quando eodem modo procedi potest in aliis tribunalibus Vrbis, non autem in exteris.*
11 *Explicantur quædam decisiones Rotæ concedentes viam executiuam Auditori Cameræ, pro instrumentis extra statum Ecclesiasticum celebratis.*
12 *Quæ sint necessaria ad hoc vt instrumentum dicatur guarentigiatum.*

Ost senteotiam ab R.P.D. meo Corrado latam ad fauorem Iacobi de Rubeis, soper immissione in possessionem prædij, *di Beluedere*, existentis in suburbiis

biis Boooñ. fideicommisso Minij, & Nestoris suppositi, & per qoon. Tiberium de Rubeis venditi quon. Comiti Henrico de Vrsis, pretio librarum 15. mill. moderni Comites de Vrsis filiis, & hæredes d. Heorici emptoris adita signatura obtinuerunt causam liberationis à molestiis contra Ioannem Galeatium, Ludouicum, & alios filios d. Tiberij venditoris in Rota mihi committi cum clausula, vt io ea procederetur cum facultatibus A.C. quatenus illis esset locus: Vnde posito dubio, an dicti filij de Rubeis teneantur ad dictam liberationem, & iotrent facultates A. C. Domini responderunt illos teneri etiam de proprio, sed non intrare dictas facultates.

1 Ratio resolutionis quoad primam partem dubij fuit, quia petita per Vrsos liberatio à molestiis, legitur in Instrumento venditionis expressè promissa per d. Tiberium, vnde cum Iacobus egerit, & adhuc agat io Iudicio pro immissione in possessionem dicti prædij, factus est locus d. promissioni: Alexand. *consil. 52. num. 1. vers. & quod dicatur molestia inferri, lib. 5.* cum aliis relatis per Rotam *decision. 213. numer. 2. parte 3. recentior.* Ad cuius obseruantiam hodie merito pulsantur filij Tiberij, qui sunt illius

2 hæredes; † vt constat ex instrumentis de anno 1618 & 1632. celebratis, in quibus ipsi vti tales contraxerunt cum diuersis personis, ac de creditis hæreditariis ex venditione, de qua agitur, prouenientibus disposuerunt; ad text. *in l. pro herede 20. & l. gerit 88. ff. de acquir. hered.* Rot. *in recent. decision. 74. num. 6. parte 7.* coram bon. mem. Buratt. *decis. 579. num. 1. & 19.* & coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.*

3 *460. num. 1.* † Nam propter hæreditariam qualitatem in ipsos transierunt omnia iura, omnésque actiones actiuæ, & passiuæ, quæ tempore mortis erant penes eorum patrem, *leg. cum heredes 23. ff. de acquir. possess. l. 1. ff. de bonor. poss. l. hæres la 1. ff. de acq. hered.* Aret. *consil. 123. n. 4.* Surd. *dec. 297. n. 3.* Rota *dec. 143. num. 10. parte 5. & dec. 19. n. 9. part. 6. recent.* & consequenter tenentur à dictis molestiis liberare emptores, ac omnia alia conuentа in venditione obseruare eodem modo, quo teneretur ipsemet Tiberius si viueret, *l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. leg. veteris 12. Cod. de contrahen. & committen. stipular.*

4 † cum hæres conueniatur à creditoribus hæreditariis ex eomet contractu, & obligatione, quæ fuit inita cum defuncto, Bartol. *in leg. de eo. ff. de iudic.* Dec. *in l. qui cum alio, num. 7. ff. de reg. iur.* Ruin. *consil. 75. num. 1. libro 1.* Crauet. *consil. 101. num. 3.* Surd. *consil. 112. numer. 69. lib. 1. & consil. 196. numer. 59. lib. 2. & decision. 310. numero 3.* Barz. *decision. 26. numero 13.*

5 Quinimò in præsenti visum fuit illos teneri etiam de proprio, ex quo non docens mediante tali productione se confecisse inuentarium bonorum hæreditariorum patris, iuxta tradita per Gratian. & alios per eum fusè relatos, *in disceptat. 981. à num. 12. vsque ad 16.* & dixit Rota *in recent. decisio. 696. num. 1. part. 1. in Fulginaten. pecuniaria 13. Iunij 1636. coram bon. mem. Merlin. & in Bononien. bonorum 11. Martij 1647. coram R.P.D. meo Ottobono.* Prout etiam tenerentur quoties producerent dictum inuentarium, sed de bonis in eo descriptis non redderent legitimam rationem: idem Gratian. *in d. discept. 981. n. 17. & 18.* Rota *in Casenaten. bonor. 1608. coram S.P.N. tunc Rota Auditore, in Narnien. legati 14. Decembris 1615. coram bona mem. Card. Fabritio Verospio, & in dict. Fulginaten. pecuniaria coram bon. memor. Merlino.*

Ad hanc autem obligationem erga Vrsos Domini dicebant, non teneri d. Iacobum Tiberij ex filio nepotem, sed ab ea esse prorsus liberum, & exemptum, quia non probatur hæres Ioannis Galeatij sui patris hæredis d. Tiberij, & assertio Margaritæ eius patris pro confirmatione tutelæ emissa sub 20. Februarij 1619. ad hunc effectum iterum hodie allata per dd. Comites de Vrsis, visa fuit insufficiens, ex eisdem rationibus, & iuribus decisionis editæ in causa *prædicta immissionis, sub 30. Maij 1646. §. non obstat quod ille, coram R.P.D. meo Corrado.*

Quò verò ad facultates A. C. dicebatur illis non 6
esse locum, quia instrumentum, cuius vigore agitur, non continet aliquam obligationem Cameralem, vel guarentigiam, aliamve formam, vel pactum, ex quibus A.C. iuxta suas speciales facultates procedere valeat executiuè; vt alias dixit Rot. coram Buratt. *decis. 461. num. 1. & in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram bon. mem. Card. Virili,* relata per Addeot. *ad d. decis. Burat. sub num. 3.* & hac die fuit etiam resolutum coram *R.P.D. meo Roias in Cremen. seu Ianuen. pecuniaria.* † Et pactū precarij in eo appositum, 7
quamvis extensum iuxta formularium Bononiæ anni 1546. solum præbet viam executiuam in remedio possessorio, nempè io petendo associationem contra eum promissam, vel debitam, non autem in actione personali, vbi petitur mandatum executiuum, ad tradita per Rot. *in Bononien. affictus coram bon. me. Card. Virili.* impressa post Zacch. *de oblig. Camer. decis. 175. n. 8. & 9.* secundum nouissimam impressionem: † iudicium siquidem executiuum valde differt à possessorio, quantumuis summario: 8
Curt. Iun. *leg. tale pactum. §. qui prouocauit, sub numero 28. vers. etsi etiam ff. de pact.* Colet. *de process. execut. parte 3. capite 1. sub numero 20. vers. respondit Curtius,* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 63. sub numero 10.*

Noo obstat, quod in Ciuitate Bononiæ ex parti- 9
culari statuto Instrumenta publica habeant paratam executionem: quia statutorum dispositiones non egrediuntur Territorium statuentium, *leg. final. ff. de iurisd. omn. Iudic.* plenè Cancet. *var. resol. tom. 2. cap. 3. sub num. 19. & 20.* & fuit dictum *in Baren. seu Neapolitana pecuniaria 20. Maij 1641. coram R.P.D. meo Roias, & in d. Cremen. seu Ianuen. pecuniaria, coram eodem,* † licet A.C. habeat in facultatibus pro- 10
cedendi executiuè in causis, in quibus executiuè proceditur io aliis Tribunalibus; hoc tamen intelligitur de aliis Tribunalibus Vrbis, non autem exteris, vt declarauit Rota *in prællegata Buratti decis. 461. num. 1. Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram Cardinal. Virili, & in Ianuen. Quartæ dotalis 29. Iunij 1639. coram Eminentiss. Card. Panzirolo,* impress. post Zacch. *de oblig. Camer. decis. 272. num. 1.*

Nec contrarium firmant *decisiones 103. part. 1. re-* 11
cent. 537. & 879. coram eodem bon. mem. Buratt. dum in eis resolutum existit, quod Instrumenta de quibus ibi, extra statutum Ecclesiasticum celebrata, rectè A.C. fuit executiuè executum, quia id non fuit decisum ex eo quod in locis contractuum poterat executiuè agi ob aliquam constitutionem, vel statutum, sed quia in illis instrumentis aderant talia pacta executiua, quæ vbiquè, & consequenter in aliis Ordinariis Vrbis Tribunalibus merebantur expeditam executionem, vt patet *in dict. decis. 103. sub numero 4.* ibi, *iustitia verò patet ex publico Donationis instrumento obligatione Camerali vallato, &c.* & ibi, *quia respondebatur nullitatem cessare ex clausula Instrumenti per quam fuit consensum in mandatum executiuum vnica, vel sine citatione, &c. & in decisione 537.* coram Buratto *in princip.* ibi, *in Instrumento*

Nn 3

ta Conuenco, in qua expressè fuit actum de illud consequendo via executiua,&c.& in fine,ibi, alias obligationes executiuas prout est illa, de qua agitur vigore pacti &c.&in *alia* eiusdem Buratti *decis.*879. *sub num.*1. ibi,*conuenerunt,quod haberet promptam,& expeditam executionem realem,& personalem,&c.*

12 Non obstat, quod dicatur Instrumentum,de quo agitur,continere guarantigiam,tam ex eo, quod fuit stipulatum coram publico Notario cum iuramento, & confirmatum sub pœna; quàm etiam quia in eo fuerunt apposita hæc verba,videlicet, *Qua quidem omnia in præsenti Instrumento, & contractu apposita promiserunt partes contrahentes modis,& formis &c.per se,& suos hered. &c.*vt voluit Galt.*in pr.Instr.in* 1.*p. partis primæ rubr.*1.*num.*13.& 14.Nam quidquid sit de stylo Regni Neapolis,secundum quem loquitur Galter. qui ideo non applicatur , certum est , quod Guarantigia non intrat,nisi manifestè adsit præceptum Notarij ad id faciendum habentis,& congestis per Zacch. *de obligat.Camer.q.*2.*num.*9.& Thesaur. *decis.*26.*num.*13. & vlterius constet,aliunde tamen quàm ex scriptura ipsius,quod haberet talem facultatem faciendi similia præcepta guarantigiata , vt tradit Barz.*de Guarantigia in princ. vers. & hac de re infero*,cum aliis cumulatis per Gratian. *discept.*455. *numero* 18.*& sequent.* Quæ omnia deficiunt in hoc casu,&c.

Et ita vtraque,&c.

*Hac decisio referenda ad c.*5. *secunda partis huius tractatus.*

CAPVT

SEV

RESOLVTIO VI.

In Cavsa Bononiensi rescissionis contractus coram R.P.D.Cerro.

Mercurij 28. *Iunij* 1645.

ARGVMENTVM.

Quando adest diuersitas causarum, cessat prætensio litispendentiæ & attentatorum; & quod causa rescissionis contractus tanquam ordinaria, est diuersa à Causa executiua intentata pro adimplemento Contractus: de litispendentia necesse est opponere,alioquin si procedatur ad vlteriora,non dicitur attentatum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex rectè procedens, priuat naturali & ciuili possessione.*

2 *Causa rescissionis contractus, est diuersa à causa executiua,& qualibet causa debet currere marte suo.*

3 *Causa dicitur diuersa , quando proponitur diuersa actio.*

4 *Clausula* quam & quas , *non porrigitur ad causam diuersam.*

5 *Si non oppositum fuerit de preuentione & litispendentia, index , validè procedit ad vlteriora.*

6 *Mandatum quibus præsumptionibus probetur.*

7 *Mandatorum multiplicatio datur in eadem persona,vt vnum sit expressum , aliud præsumptum.*

8 *Appellatio ex quibus censeatur deserta.*

9 *Post desertam appellationem , potest procedi ad executionem sine vitio attentatorum.*

10 *Commissio cum clausula* prout de iure,*non infringit executionem antea legitimè factam.*

Ommissa R.P.D. meo Verospio primo loco causa appellationis per Pompeum Tertium interpositæ de anno 1639. à decreto relaxationis mandati executiui fauore fratrū de Salarolis pro residuo capitalis,& fructuum non solutorum ; ac secundo loco R.P.D.meo Præsidi Vallisoletano ad instantiam dd. de Salarolis appellantium à sententia eiusdem A.C. super rescissione contractus,& reintegratione Pompeij ad possessionem stabilium de anno 1643. prolata,quibus causis per signaturam vnitis , & denuò commissis eidem D. meo Verospio in statu,& terminis,fuit coram eo dubitatum,An,& cui esset dandum mandatum de manutenendo, & die 15.Aprilis 1644.pro fratribus de Salarolis resolutum, eisdemque concessum mandatum de manutenendo. Verum interposita appellatione per Pompeum , & mihi commissa causa cum facultate manutenendi quem de iure; proposito dubio DD. hodie resoluerunt Pompeo dandum esse mandatum de manutenendo, cum constet de eius possessione auctoritate Iudicis vigore sententiæ, & rei iudicatæ, ac post desertam appellationem capta; *l. iustè possidet, ff.de acquir.possess.*

Non obstat possessio anterior dd. fratrum de Salarolis: Quia dum citato eorum Procuratore constituto A.C. sententiam reintegrationis Pompeo concessit,tanquam ritè, & rectè procedens,eosdem tàm ciuili quàm naturali possessione priuauit: Ang. *in l.qui vniuersas §.item cum Prætor,vbique* Imol. *num.*1. ac cæteri Scribentes, *ff. de acq. possess.* Abb. *in c. cum aliquibus.num.*10.*propè fin.vers.quinimo plus sentiunt: de sent.& re iudic.*Ferret.*cons.*5.*n.*9.*in fin. vers.qua sibi non suffragatur.* Rota *diuers. decis.*62.*n.*4.*&* 5.& coram Card.Seraph. *decis.*1325.*per totam.* 1

Prout minus obstat, quod post deuolutam causam ad nostrum Tribunal per commissionem appellationis primo loco interpositæ à Pompeo, & communem effectam vigore citationis ad dicendum contra, A.C.nulliter processerit,cum per d.commissionem habentem in ventre inhibitionem,fuerit à se abdicata omnis iurisdictio, ac consequenter possessio tanquam attentata manutenciri non possit, vt probare conatur *decisio D. mei Verospij , versic. ea enim.*

Quia hodie facto melius elucidato , aduerterunt DD. Iudicium rescissionis contractus, & reintegrationis secundo loco à Pompeo intentatum , esse diuersum ab executiuo pro residuo capitalis, & fructuum, in quo emanauit commissio, & inhibitio ; stante autem diuersitate causarum, cessat prætensio attentatorum : *cap. ad hæc,* vbi Franch. *in princ. & c.propofuit,de appell.* Dec. *conf.*33.*num.*4. *vers.& ad hoc etiam facis,* Lancel. *de attent. p.*2.*c.*4. *limit.*2.*n.*1. *&* 3.*cap.*12. *limit.*2.*num.*1.*cum seqq.& cap.*10.*lim.*5. *num.pariter primo ,* Gratian. *discept. forens. cap.*914. *num.*3. 2

*num*3.Rota *in recent.decis.*500.*n.*6.*&* 10.coram San. mem. Greg.*dec.*345.*n.*1.*ibique.*Add.*litt.A.* & coram bon.mem. Buratt.*decis.*644.*n.*5.

3 Diuersitas patet, quia in prima agebatur executiuè pro solutione capitalis & fructuum; in secunda verò, fuit actum ordinariè pro rescissione contractus & reintegratione. Diuersitas enim actionis sufficit, vt causa dicatur diuersa, nec iotrent attentata; Grat. *d.c.*914.*n.*31. Lancell.*de attent.d.c.*12. *limit.*2.*n.*10. *&* 11.Gayl.*pract.obser.*32.*n.*11.*lib.*1.Card.Caual.*decis.*623.*num.* 2.Add.ad boo.mem.Boratt.*d.decis.*644. *num*....& in fortioribus dixit Rota coram San.mem. Gregor.*d.decis.*345.*n.*2.*&* 3.

4 Nec facit clausula *quàm,& quas, vnà cum toto negotio principali*, io prima commissione geminata: Quia iotelligi debet de,& circa causam,& actiooem intentatam, super qoa fuit proounciatum, & commissa causa appellationis; nec extendi potest ad aliud iudicium diuersuoi postea inchoatum: vt notat Feli. *in c.licèt in corrigendis,n.*7.*in fin.vers.non valet Comm. de off. Ord.* Marches.*de commiss.p.*1.*c.*5.*n.*67.*fol.*201. Barbos.*de claus.claus.*121.*n.*26.Rota *in rec.decis.*87. *n.*1.*p.*4.& coram Sao.mem.Greg.*d.decis.*345.*n.*4.

5 Sed cessat omnis scrupulus; quia procurator dd. de Salarolis impetrauit A. C. monitorium, quod Booniam transmisit, eiúsque vigore dd. Salaroli coouenerunt Pompeum, eóque exequuto, & coram A. C. reproducto, obtinuit, dum Pompeus instabat pro remissione causæ ad partes, solitam inhibitionem,& decretum, quod cognosceretur per eumdem A.C. cum sui principales essent vidua, & pupilli, *vt in extract.pag.*1.*à terg.& pag.*70.*ac in toto processu reintegrationis comparuit*: oec vnquam de pendentia litis in Rota opposuit. Vnde si quid esset attentatum, censetur eidem sufficienter renunciatum: Lancell.*de attent.p.*2.*c.*12.*limit.* 42.*n.*3.*&* 4. & fuit dictum *in vna Cæsaraugustana Cathedralis coram Vbaldo*, quæ est *decisio* 102. *numer.* 1. *part.* 6. *recent.*

6 Nec satisfacit responsio, quòd Procurator fuerit nulliter constitutus, dum in sua deputatione omisit consuetum iuramentum vtilia faciendi, & inutilia prætermittendi ex forma specialiter requisitum. Quia dum ipsemet iudicium ad A. C. deuoluit, & inchoauit expediendo monitorium cum impeosa, quòd postea fuit à Salarolis acceptatum, data etiam nullitate illius mandati, iotraret præsumptum ex scientia, & acquiescentia; per text. apertum *in leg.qui patitur,ff.mandat.* benè Abb.*cons.* 7.*n.*4.*p.*2.Bero *cons.*118.*n.*23.*lib.*3. Mantic.*de tacit. lib.*7.*tit.*7.*per tot.*Rota coram San.mem.Greg.*decis.* 44.*n.*2.vbi Add.*lit. A.* dicit hoc esse adeò verum, vt procedat etiamsi superueniat reuocatio: Vltra quod ex sola impensa io expediendo d.mooitorio, & iurium productione per d. procuratorem facta, mandatum absque alia probatione inducitur; vt de impensa docuit Bero. *consil.* 43. *num.* 57.*vol.* 3. Surd. *consil.*355.*num.*24.& pluries dixit Rota, præsertim Card. Seraph. *decis.*856. *num.* 5. Vbi quod sufficit modica impensa: & coram San.mem.Gregor.*decis.* 324.vbi Add.*num.*6.dicit sufficere impensam vnius ducati; & de productione iurium, Bartol. *in lege vulgo, in fin.ff.de administr.tutor.* Aymon. *consil.*80. *num.*5.& sæpissimè resoluit Rota coram San.mem.
7 Greg.*decis.*44.*n.*4.*decis.*86.*n.*2.*&* *dec.*176.*n.*8.† Nec est nouum in iure, quod datur multiplicatio mandatorum, vt possint simul in eadem persona duo maodata concurrere, alterum expressum, alterum præsumptum; vt aliis relatis fuit resolotom *in Ciuitaten. Archipresbyteratus* 24.*Martij* 1645.*coram me.*

Quod vero dicitur, possessiooem Pompei esse attentatam ex secunda commissione appellatioois simpliciter ioterpositæ pro parte dd.de Salarolis, quæ operatur attentata vsque ab initio, etiam si seorentia appellationem oon admitteret; ex notatis per Glos.*in l.appellatione,verb.deliberationis, Cod. de appell.*cum aliis *in d.decis.*allegat.*vers. sicut etiam,* oullam habent subsistentiam. † Quia cum hodie 8
doctum fuerit, post datos reuerentiales noo fuisse intra decendium præsentatam commissionem, appellatio remansit deserta, & senteotia transitum fecit io Iudicatum; *c. cum sit Romana,de appell.* Vestr. *in prax.lib.*7.*cap.vlt.n.*6. Scacc.*de appell.q.*14.*n.*6. *& seq.*Lancell. *de attent.lite pend.in præfat.n.*66. Cassador.*decis.*1.*de appellat.* Rot. *diuers.decis.*276.*num.*1. *parte* 1.cum aliis relatis à bon.mem.Buratt. *dec.*264. *n.*1.*ibique* Addent.*lit.A.*

Idque multo magis, quia post lapsum d.decendij, fuerunt seruati quatuor termini ad docen. de 9
appellatiooe illiúsque legitima prosecutione; quibus elapsis,& de appellatiooe, vel prosecutiooe oon docto, potuit citra vitium atteoratorum ad possessiooem deueniri; Federic. de Sen. *consil.*27. *num.* 2. Vestr.*in praxi libro* 8. *cap.vlt.num.*8. *&* 9. Mandos. *de form.comm.*23. *versic. seruat.quatuor.*Scacc.*de appellat. quæst.*11.*num.* 200.*versic. aut enim agitur*,& dixit Rota coram Card.Seraph.*dec.* 1335.*num.*1.*&* 2. & post Modern.*de manut.dec.*22.*n.*1.

Noo obstaote quod superuenicos commissio appellatioois simpliciter retrotrahatur ad diem senteotiæ, & possessiooem irritet: quia procederet si possessio fuisset capta in termioo ad appellandum, vel post præsentatam commissiooem; secus autem, quando, prout hic post seruatos dd. quatuor termioos, oihil fuit ab altera parte deductum, oec commissio præsentata; tunc eoim gesta post illius desertionem, nuoquam dicontur atteotata: *d. c.cum sit Romana,de appell.* ibique Fraoch. *in notab.* Lancell. *de attent. part.*2. *c.* 12. *ampliat.*5. *num.*33.† Com- 10
missio enim causæ cum habeat clausulam, *prout de iure*, oullum affert præiudicium, argumento *text.in leg.fin.C.sent.rescind.non poss.c.exposita,de arbitr.*cum aliis ad propositum, per Rotam coram saoct. mem. Greg. *decision.*492.*numero* 4.& per R.P.D.Argel.*de Legit.contrad. quæstion.* 2. *artic.*3. *numero* 143. vbi quod immissio effectuata ante commissionem non debet reuocari: & idem colligitur ex secondo rescripto Signaturæ, in quo causam vniuit R.P.D.meo Verospio, in statu & termiois; & sic cum iam consumpta esset executio rei iudicatæ, hæc censetur per dictam clausulam præseruata.

Vltimo nec releuat, quod Pompeus facto proprio ceciderit à possessione, stante cessione booorum cum clausula Constituti. Quia ille manutentionem non petit ex antiqua possessiooe, sed ex noua capta vigore maodati de reintegraodo, & rei iudicatæ; vode tanquam possidens auctore Prætore, ritè procedente, est manutenendus ex suprà deductis.

Et ita resolutum vtraque,&c.

*Ad cap.*18.*partis* 1. *huius tractatus.* *Et cap.*39. *partis* 2.

CAPVT

CAPVT SEV RESOLVTIO VII.

In Causa Romana Saluiani, Coram R. P. D. Ghisilerio.

Mercurij 28. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Pro debitis annuis, siue ex testamento, siue ex contractu debitis, creditor potest agere non solùm pro decursis solutionibus, sed etiam pro decurrendis pro tempore futuro, dummodò de preterito aliquid debeatur, cuius exactio petatur, & simul pro futuris, vt suo tempore soluantur, & pro omnibus danda est immissio vigore Saluiani interdicti: & si promissa fuerit cautio per instrumentum annui reditus, peti potest vt quòd supererit, deductis fructibus, deponatur; nec inde amoueatur donec fideiussor fuerit præstitus Exceptio fideicommissi non retardat immissionem in Saluiano. Facta semel executione potest creditor recurrere ad nouum pignus, quando prima pignoratio non potest sufficere ad satisfactionem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per clausulam Constituti, aduersus constituentem & illius heredes.*

2 *Possessio probatur per inuentarium, necnon etiam per litis sustentationem.*

3 *Ex statuto Vrbis, possessio patris continuatur in filios.*

4 *Creditor potest agere ad solutiones annuas, tam pro preteritis quàm pro futuris, & quomodo.*

5 *Creditor, quibus concurrentibus possit agere ad pensiones futuras.*

6 *Qui promisit dare cautionem, potest conueniri interdicto Saluiano vt fructus deponantur loco cautionis, neque inde amoueantur donec fideiussor fuerit præstitus.*

7 *Exceptio fideicommissi non retardat immissionem ex Saluiano interdicto.*

8 *Creditor, qui fecit executiones in bonis sui debitoris, potest variare, & ad nouum pignus confugere, si ex primo pignore satisfactionem consequi non possit.*

Vondam Maximos de Maximis sub die 15. Aprilis 1636. cum assistentia, & præsentia, verbo, & voluntate DD. Horatij, & Petri filiorum, pro quocunque eorum iure, & interesse, in, & super palatio posito Romæ in regione Campi Martij, necnon super omnibus, & singulis aliis palatiis, domibus, viridariis, vineis, casalibus, tenutis, syluis, campis, & aliis quibuscunque bonis, per eos iusto, vel legitimo titulo possessis, & existentibus, illorúmque fundis constituit, imposuit, & creauit annuum perpetuum censum scutor. 120. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quem sic impositum iure proprio, & in perpetuum salua facultate redimendi, vendidit D. Petro Pecorello ponens, constituens pro pretio scut. 2. mil. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quæ scuta 2. m. dictus Maximos de Maximis manualiter, & in contanti in tot Iuliis, & testonibus argenteis recepit, & in euentum obitus, deteriorationis, conditionis, recessus tam ipsius venditoris, quàm aliorum fideiussorum, dictus Maximus venditor promisit dare, præstare, & renouare alium, seu alios æquè idoneos fideiussores; quibus omnibus accesserunt, & fideiusserunt dicti Horatius, & Petrus, & prædicti omnes Maximus, Horatius, & Petrus se obligarunt in forma Cameræ Apostolicæ. Cùm sequuto obitu supradicti Maximi venditoris, fuisset factus locus obligationi de præstando alium fideiussorem in locum demortui, Petrus egit coram A. C. tam pro præstatione noui fideiussoris, quàm pro solutione fructuum decursorum, & non solutorum, & in futurum suis loco, & tempore decurrendorum; & obtinuit contra supradictos Horatium & Petrum de Maximis tam vti principales, quàm vti filios, & hæredes Maximi, immitti vigore vtilis Saluiani interdicti in realem, actualem, & corporalem possessionem, vel quasi, nonnullorum bonorum per supradictos de Maximis possessorum, donec & quousque fuerit integrè satisfactus de scutis 141. pro fructibus census decursis, & non solutis, & aliis fructibus in futurum suis loco, & tempore decurren. cum hoc tamen, quod residuum, quod superierit deductis dictis fructibus, suis loco, & tempore decurrendis, deponi debeat in Sanct. Monte Pietatis, donec constituerit summam scut. 2. mil. sortis principalis dicti census, ac inde non amouen. donec fuerit præstita cautio iuxta formam instrumenti: commissa causa appellationis, & dato dubio, an esset danda immissio affirmatiuè fuit resolutum; quia DD. visa fuerunt sufficienter probata requisita necessaria in hoc iudicio.

Creditum enim cùm hypotheca super omnibus bonis d. q. Maximi impositoris census, probatur ex publico instrumento impositionis census, obligatione camerali munito, continente hypothecam explicitè in verbis, & implicitè in obligatione Camerali; quod facit probationem probatam in proposito: vt dixit Statil. Pacif. *in suo tract. de Saluian. interd. inspect.* 1. *cap.* 5. vbi refert multas decisiones Rotæ.
† Possessio Maximi debitoris de tempore impositio- 1
nis census, pariter probatur ex eodem instrumento impositionis census habente in se clausulam Constituti, quæ constituentis possessionem probat aduersus reos conuentos illius hæredes, Grat. *resp.* 42. *sub num.* 12. *lib.* 1. Tiraqu. *de constit. possess. limit.* 1. *numero* 23. *versic. sed hoc, quòd diximus,* Cenc. *de cens. parte* 2. *cap.* 1. *quæst.* 5. *art.* 9. *num.* 18. Rot. *decisio.* 766. *num.* 11. *parte* 1. *diuers.* & *decis.* 150. *num.* 5. *inter im-*
pressas post Cenc. *vbi suprà.* † Eáque remanent abun- 2
dè comprobata, tum ex inuentario hæreditario omnium bonorum à Maximo relictorum, in quo bona, in quibus fuit concessa immissio Petro, fuerunt descripta, vti hæreditaria q. Maximi debitoris, ex quo inuentario contra reos conuentos, qui illud confecerunt, plena resultat probatio: Rot. *decis.* 71. *num.* 3. *p.* 1. *diuers. in rec. decis.* 426. *n.* 2. *p.* 1. *decis.* 100. *n.* 1. & 2. *parte* 5. & *decis.* 96. *num.* 28. *parte* 7. Possessio supradictorum Horatij, & Petri probatur tam ex litis sustentatione, Caputaqu. *decis.* 79. *part.* 2. Rot. *decis.* 17. *n.* 5. *parte* 5. *recentior.* vbi aliæ cumulantur; quàm ex eodem inuentario, ac aditione hæreditatis prædicti Maximi, per dictos Horatium, & Petrum facta;

ex

ex qua infertur, possessionem bonorum, de quibus agitur, fuisse continuatam in eos, vti filios dicti Ma-
3 ximi; † cum ex statuto Vrbia, patris possessio in filios continuerut; vt resoluit Rot. ex *ibi* allegatis *in dicta decis.* 200. *numero* 5. *parte* 5. *recentior.* quibus concurrentibus intrat Saluianum; Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *quæstion.* 29. *num.* 161. *cum seq.* Put. *decis.* 201. *libro* 1. Rot. *decis.* 324. *num.* 3. *decis.* 456. *num.* 1. *parte* 2. *recentior.* & coram S.M.Greg.XV. *decis.* 491. *num.* 6.

4 Et cum regulare sit, vt in debitis annuis, in legatis annuis, & in annuis præstationibus debitis ex contractu, possit creditor petere non solum pro tempore præterito, verùm etiam pro tempore futuro, dummodo de præterito aliquid debeatur, cuius exactio petatur, & simul super futuris, vt adueniente iusto tempore soluatur, testatur Alex. *in leg. de Pupillo*, §. *si in pluribus*, *numero* 4. & 6. *in fin. ff. de nou. oper. nunc.* Osasc. *decis.* 130. *per tot.* Pett. à Put. *in suo tractat. de fideicom. ex prohib. alienat. quæstio.* 10. *numero* 2. & *seq.* Anton. Gomez. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 47. Grass. *in tract. de success.* 4. *leg. qu.* 44. *num.* 5. Simon. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.* 5. *interpret.* 1. *dubit.* 1. *numero* 95. Afflict. *ad constit. Regn. libro* 1. *rubr.* 71. *in cap. authoritatem*, *numero* 2. *vers. datur etiam:* Surd. *decision.* 120. *num.* 13. & *dec.* 151. *num.* 121. vbi multos allegat; placuit Dominis, Petro concedere immissionem, tum pro fructibus decursis in præteritum, tum pro decurren. vt scilicet aduenientibus temporibus soluantur, absque eo quod de nouo agatur, ne quolibet anno adueniente iusto tempore solutionis fructuum census, cogatur agere; quemadmodum in istis terminis fuit resolutum *in Romana domus* 4. *Iunij* 1635. *coram me*, vbi Lucretia, & Ioannes Maria coniuges fuerunt in vim vtilis Saluiani interd. seruatis seruandis immissi in possessionem domus censuatæ, pro fructibus decursis, & decurrendis, annui census: & *in Romana Census, seu Saluiani* 26. *Iunij præteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

5 Nec facit quod petenti ante diem obstet exceptio, quod peti non potest ante tempus, §. *temporalis*, *Institut. de except.* minúsque eiua actio exerceri. Quia verum est, si ageretur, vt condemnaretur debitor ad nunc soluendum; secus tamen est, quando agitur, vt sibi soluatur die adueniente, & non ante: & omnia illa iura, quæ dicunt, quod ante tempus non potest agi, intelliguntur, vt non soluatur; sed benè potest agi ante tempus, vt adueniente tempore soluatur; Deci. *in l.* 1. *numero* 29. *ff. si cert. petat.* ita resoluit Afflict. *in decis.* 279. *in fin.* vbi subdit, quod vidit pluries ita fuisse practicatum, Osasc. *decis.* 130. *in fin.* Fontanel. *de pact. nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *numero* 19. & *seqq.* ibi enim ex pluribus allegatis firmat, quod quamuis regulare sit, Iudicium non extendi ad futura, cum in pendenti esse non debeat; eo quòd tractus futuri temporis non spectet ad Iudicem: id tamen intelligi, quando nihil debetur de præsenti, sed totum de futuro, seu sub conditione; secus tamen esse, quando aliquod ius competit de præsenti deducibile in Iudicium, & in eius consequentiam venit aliquod ius futurum, vel sub conditione; tali enim casu posse per-optimè ius de futuro cum iure de præsenti in Iudicium deduci, ex euidenti ratione, quia valdè absurdum foret, quod quis singulis annis peculiarem processum
6 instituere, & nouam litem mouere teneretur. † Tum vlterius, concessa fuit immissio ad effectum, vt fructus bonorum, de quibus agitur, qui solutis fructibus census supererunt, deponi debeant ab eodem Petro vsque ad concurrentem quantitatem sortis principalis ipsius census, in S. Monte Pietatis, inde non amouendi, donec præstetur nouus fideiussor in locum dicti Maximi defuncti, iuxta tenorem sententiæ A.C. quam conuentionem renouandi fideiussorem de iure licitam esse, tenuit Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *n.* 295. Grat. *discept. for. tom.* 2. *cap.* 301. *n.* 6. Cenc. *de cens. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 2. *n.* 2. & *p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4. *num.* 12. & hanc eandem sententiam amplexa fuit Rot. *decision.* 87. *num.* 5. *decis.* 285. *num.* 5. & *decis.* 286. *n.* 4. & *seqq. inter impressas* post Cenc.

Nec dicti Horatius, & Petrus, possunt se tueri ex- 7
ceptione fideicommissi: quia vltra quod, vti requirens altiorem indaginem, non admittitur ad retardandam immissionem in Saluiano, Rot. coram Seraph. *dec.* 1178. *in fin.* cum aliis pluribus allegatis per eundem Cenc. *de cens. parte* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *artic.* 9. *num.* 84. vbi multas decisiones Rotæ allegat, ab eis in hoc censu nomine proprio obligatis, opponi non potest, & eorum vita durante non possunt dictam immissionem impedire; & semper verum est dicere, Saluianum competere contra quemcunque possessorem: ad latè tradita per Menoch. *de adipis. remed.* 3. *numer.* 20. & Pac. *de Saluian. inspect.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & *seq.*

Minus obstat, quod Petrus creditor etiam in 8
actione personali mediante mandato executiuo fecerit alias executiones in bonis supradictorum Horatij, & Petri, & proinde debeat ex pretio exinde redigendo curare satisfactionem, nec possit ad aliud pignus transire; Guid. Pap. *decis.* 328. *n.* 2. Milanen. *decis.* 14. *num.* 13. & 14. Seraph. *decis.* 1333. *num.* 4. & 7. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 8. *sub num.* 51. *versic.* & *consequenter*, quos refert Rot. *in Ciuitatis Plebis Saluiani, in* §. *non obstat.* 1. *Iulij præteriti coram R.P.D. meo Bichio.* Quia ad hunc effectum nedum probandæ essent assertæ executiones, sed vltra, quod ex illis potuerit Petrus creditor de suo credito satisfieri; cùm omnes supra allegati loquantur, quando ex pretio rei subhastatæ potuit esse consultum creditori, cui imputari debet, cur non exegerit; vt declarauit Rot. *decis.* 161. *num.* 23. & *seq. p.* 6. *recent.* quam refert, & sequitur *dicta decis. Ciuitatis Plebis Saluiani.* Vbi enim certum non est, an creditor potuerit de suo credito satisfieri, ei permittitur exercere hypothecam super aliis bonis, quia actio hypothecaria nunquam extinguitur, nisi creditor integrè fuerit satisfactus, vt dicit Capyc. *decis.* 35. *numero* 2. etiamsi super debito fuerit iudicatum, & admittit Rot. *dicta decis.* 161. *num.* 26.

Ex quibus fuit resolutum, iuxta sententiam latam ab A. C. esse dandam immissionem Petro Porcello, tam pro fructibus census decursis, & non solutis, quàm pro aliis fructibus in futurum suis loco, & tempore decurren. & quod residuum, quod superérit ex dictis fructibus, donec constituerit summam scut. 2. mil. sortis principalis census, deponatur, non amouen. nisi fuerit præstita cautio iuxta formam instrumenti, rejecta petita dilatione, cum non esset restricta ad certam Rotam, ex proximis; sed indefinita, & indeterminata.

Ad cap. 10. *num.* 67. & *sequentibus, partis* 1. *huiusce tractatus.*

CAPVT
SEV
RESOLVTIO VIII.

In Causa Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum, Coram R.P.D. Meltio.

Veneris 5. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Citatio generalis ad totam causam, tollit nullitatem ex defectu citationis prouenientem. Potest tamen ex vrbanitate procedi per contradictas, & sententia est valida, præsertim si nihil doceatur in contrarium. Et quando, & ex quibus concessum dicatur ius decimandi, vel sola temporalitas decimarum.

SVMMARIVM.

1 *Sub concessione decimarum & iuris decimandi continetur ius spirituale.*
2 *Substantia iuris decimandi consistit in perceptione decimarum propria authoritate, de mann colonum prædia.*
3 *Concessio decimarum, & iuris decimandi facta laico, in totum nulla est.*
4 *Ius vsusfructus alteri cedi non potest, commoditas tamen fructuum cessibilis est.*
5 *Reseruatio dominij directi, facit vt censeatur translatum vtile dominium.*
6 *Perceptio decimarum, pro indiuiso concessa, infert concessionem iuris spiritualis pro alia parte indiuisa.*
7 *Quando agitur de interpretatione voluntatis, attendi debet opinio partium, quamuis vera non sit.*
8 *Obseruantia multum operatur ad interpretationem voluntatis, immo ad eam sufficit vnus actus.*
9 *Declarationi Papali facta ex certa scientia standum omnino est.*
10 *Nullitas concessionis in parte substantiali, reddit nullum totum actum ratione connexitatis.*
11 *Clausula,* omni meliori modo, *non potest reddere validum actum re vera nullum.*
12 *Concessio iuris decimandi facta laico, nulla est & inualida, siue fiat per modum infeudationis, siue locationis, etiam ad modicum tempus.*
13 *Translatio vtilis dominij decimarum, seu iure principalis affictus facta, ita vt illa percipiantur iure proprio, non valet in fauorem laici.*
14 *Protestatio contraria natura contractus, non releuat ad validitatem eiusdem contractus.*
15 *Protestatio excusat, si partes illam expresserint verbis amplissimis, & se retulerint ad formam constitutionis, secundum quam partes contrahere voluerunt,* & non alias, aliter, nec alio modo.
16 *Conditione non adimpleta, concessio resoluitur, & perinde est ac si numquam facta fuisset.*

SEntentia Rotalis concedens Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Rauennaten. reintegrationem ad quasi possessionem decimarum, & iuris decimandi, eo quia inuestituræ per dictum Capitulum factæ ad fauorem DD. de Tassonis, continent ius decimandi, cuius Laïci sunt penitus incapaces; visa fuit valida, & iusta, ac proinde illam confirmandam esse Domini responderunt.

Validitas autem probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus per Caputaq. *decis.* 160. *p.* 1. Neque illa valet impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati. Quia respectu Galcatij primi acquirentis, cum de tempore litis introductæ in Curia super nouo iudicio reintegrationis, ex hac vita migrasset; proculdubio contra ipsum exequi non poterat citatio; minúsque citandus erat Nicolaus, qui cum sit nepos primi acquirentis, & inuestitura comprehendat tantum primum inuestitum eiusque filios, vt ex tenore dictæ inuestituræ relatæ *in summ. Capituli, numero sexto*, nullum interesse potest prætendere in hac causa. Et nihilominùs cum tam Fornaccinus actor specialiter deputatus in hac causa ab Elisabetha Estensi matre, ac Tutrice testamentaria dicti Nicolai, *eodem summ. Capituli num.* 3. quam alij Procuratores aliorum Dnctorum de Tassonis, qui in iudicio de partibus interuenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis Rotalis ad totam causam, *summ. num.* 4. talis citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis prouenientem, *leg. si Prætor. de iudic. leg. consentaneum. Cod. quomod. & quand. iud.* Castr. *in leg. ad peremptorium, num.* 6 *ff. de iudic.* Rota coram Seraph. *decis.* 455 *num.* 8. *vers. secunda nullitas. Mynsinger. obseru.* 71. *sub n.* 1. *cent.* 3. Modern. *de citat. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 437. ex simili enim citatione censetur satisfactum defensioni naturali, ita vt si citatus postea non compareat, possit ad vlteriora procedi absque alia vocatione, *cap. consuluit, de offic. delegat.* Et licet stylus Curiæ sit, non comparente citato, procedi per contradictas; istud tamen respicit quandam potius vrbanitatem, quàm necessitatem, & substantiam causæ; Rot. *diuers. decis.* 332. *numero* 3. *parte* 2. *lib.* 2. *in antiquis, decis.* 4. *de dol. & contumac. in nou. decis.* 8. *de testib.* Put. *decis.* 381. *circa fin. lib.* 2. cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. *de citat. dict. cap.* 11. *numero* 440. & Adden. ad Gregor. *decis.* 43 *n. num.* 6.

Eoque minus Domini dixerunt esse attendendam hanc prætensam nullitatem ex defectu citationis: quia nec docetur quòd etiamsi ipsi fuissent citati, & auditi, potuissent impedire huiusmodi reintegrationem, vel aliquid adducere quod traheret Rotam in diuersam sententiam, Alex. *in leg. non solùm, §. morte, num.* 47 *de nou. oper. nunciat.* Crauet. *consil.* 179. *num.* 6. *vers. pro hoc adduco*, Surd. *cons.* 181. *n.* 27. *cum seqq. & cons.* 227. *n.* 17. Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. n.* 107. cum pluribus cumulatis per Surd. *loco citato.*

Iustitia pariter dictæ sententiæ controuerti non potest, ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis, *coram R. P. D. meo Cerro sub diebus* 25. *Febr. &* 26. *Iunij anni* 1647. & illa clarè resultat ex nullitate inuestituræ factæ de decimis, & iure decimandi, quæ sub commercio Laïcorum esse non possunt, propter resistentiam Concilij Lateranen. de quo, *in c. prohibemus, de decimis.*

Neque obstat vnicum fundamentum Scribentium pro parte dd. de Tassonis, quod dicta inuestitura

ſtitura ſuſtineri debeat reſpectu commoditatis, & emolumenti, quorum Laici ſunt capaces. Nam quidquid dicendum eſſet quando conceſſio cantaret ſimpliciter de decimis, quo caſu quæri poſſet an intelligeretur conceſſum primatio ius decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporalis eſt, & ab ipſo iure ſpirituali ſeiuncta; In propoſito caſu, quia inueſtituræ nedum quæ vltimo loco de anno 1608. factæ fuerunt ad fauorem Iulij, & Galeatij de Taſſonis, ſed quæcunque aliæ antecedentes
3 relatæ *in ſumm.impreſſo Capitnli, n.* 2. 3. 4. *&* 5. † continent expreſſam conceſſionem decimarum, & iuris decimandi; res viſa fuit extra omnem difficultatem, vt nempè ſub dicta conceſſione venire non ſolum commoditas prout eſt quid temporale, ſed ipſa ſpiritualitas, quæ à iure decimandi ſegregari non poteſt. Gloſſ. *in cap. quamuis verb. conceſſerit, de decim. & in can. pernonis.* 3. q. 1. *verb. laicalibus, & in cap.* 2. *verb. ſtatutū, de locat.* D. Thom. 2. 2. q. 87. *art.* 3. *verſ. reſpondeo*, vbi quod aliud eſt ius decimandi, aliud res, quæ dantur nomine decimarum; & hanc diſtinctionem ſequitur Bald. *in l. vſufruct.* 67. *in lect. antiq. n.* 2. *verſ. noto quod licet ius decimar. ff. de iur. dot.* Decian. *conſ.*
2 22. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 1. † Vis enim iuris decimandi conſiſtit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu colentium prædia, quæ trahit ſecum ius ſpirituale, & valde differt à ſola facultate percipiendi fructus decimales nomine Eccleſiæ, quæ ſola vti conſiſtens in mera temporalitate, ad Laicos pertinere poteſt; Abb. *in cap. ad hæc num.* 4. *verſ. & intelligo hoc, de decim.* Azor. *inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 34. *q.* 7. *tom.* 1. Suar. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 6. Rebuff. *de decim. q.* 10. *n.* 34. *in fin.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 238. *n.* 21. *cum ſeq.* ſic etiam Peregr. *conſ.* 74. *ſub n.* 12. *lib.* 1. ibi, *de decima, & iure decimandi:* & in ſpecie inter conceſſionem decimæ, & iuris decimandi, poſt Calderin. diſtinguit Barboſ. *in l. Titia* 35. *ſub n.* 43. *verſ. quia quando, & ſub n.* 46. *verſ. & ideo, ff. ſolut. matrim.* Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *ſub n.* 5. ibi; *Decimarum fructus non quidem ius ipſum percipiendi decimas*, Giouagn. *reſp.* 27. *numer.* 27. *&* 28. *libro ſe-*
5 *cundo.* † Hancque opinionem in præciſis terminis conceſſionis factæ æquè principaliter, ac nominatim de decimis, & iure decimandi, quod non valeat reſtringi ad fructus decimales, ſed in totum corruat; firmauit ſæpius Rota, & ſignanter, *deciſ.* 545. *num. ſecundo, part.* 4. *recent. Mediolanen. reſciſſionis permutationis* 21. *Maij* 1597. *coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio. Albinganen. decimarum* 25. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Card. Virili*, ac in aliis relatis in ſecunda deciſione edita in hac cauſa, *coram R. P. D. meo Cerro, in §. obiectum.*

Vllus neque Doctor ex allegatis parte dd. de Taſſonis præfatæ concluſioni repugnat; vel loquitur in conceſſione iuris decimandi: nam Bald. *conſ.* 274. *num.* 1. *libro quinto*, & Giouagn. *reſponſ.* 27. *n.* 30. *libro ſecundo*, loquuntur vbi de decimis cantat conceſſio, vel locatio; Beroús *conſil.* 84. *n.* 41. *cum ſeq.* loquitur de decima temporali; & Diu. Thom. 2. 2. q. 87. *art.* 3. *ad* 3. de perceptione decimarum nomine Eccleſiæ; Grat. *diſcept.* 218. *num.* 25. non repugnat, immò ſuffragatur huic opinioni, dum firmat aliud eſſe ius, aliud fructus, ſeu vtilitatem, quæ ex dicto iu-
4 re percipitur. † Et exemplum de vſufructu alienabili reſpectu ſolius commoditatis, retorquetur; nam quando venditio, ſeu tranſlatio facta fuit expreſsè de vſufructu (multo magis ſi de iure vſufructus) dicta tranſlatio non ſuſtinetur, nec etiam reſpectu commoditatis: Monter *dec.* 46. *n.* 16. Caſtil. *de vſufruct. cap.* 69. *n.* 9.

Quæ eo magis procedere videntur, dum conceſ- 5
ſio, de qua agitur, facta appareat de decimis, & iure decimandi, reſeruato ſolum pro Eccleſia directo dominio; ex qua quidem reſeruatione ſequitur fuiſſe in inueſtitos de Taſſonis tranſlatum vtile dominium, includens facultatem percipiendi fructus decimales nomine proprio: quod tamen fuit per Concilium Lateranen. prohibitum, vt declarant Abb. *in dict. cap. ad hæc* 15. *numer.* 4. *verſ. in effectu volunt, de decim.* Monet. *tractat. de decim. cap.* 5. *numero* 68. Laym. *Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 6. *capite* 6. *numero* 4. *verſ. deinde vero*, Barboſ. *in d. l. Titia, d. numer.* 47. *verſic. ſed quando vtil. ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 238. *ſub n.* 22.

Præterea actum fuiſſe de decimis, prout ſunt quid 6
ſpirituale, arguitur ex eo quoque, quod plures inueſtituræ, & præſertim illæ factæ ad fauorem DD. de Taſſonis, loquuntur de iure decimandi pro duabus partibus pro indiuiſo cum Rectoribus Eccleſiarum, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio, & ratione adminiſtrationis ſpiritualium, benè exindè infertur, quod etiam Conceſſionarij in partibus ſibi pro indiuiſo, & coæqualiter conceſſis, proprio nomine percipere valeant, ne alioqui vna & eadem res diuerſo iure conſenſeretur; contra vulgat. Text. *in l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* & ita in indiuiduo dictum fuit *in d. Albinganen. decimarum, coram Card. Virili.* §. *quarto quia, & in Ferrarien. decimarum, coram bon. me. Pirouano*, q. 684. *p.* 1. *recent. n.* 2. *&* 3.

Acceditetiam, quod ex quo de tempore inueſti- 7
turarum vigebat communis illa reputatio, quam poſtea erroneam declarauit fel. rec. Paul. V. per ſuam particularem Conſtitutionem, vt in generalitate Boniſacianæ comprehenderetur facultas concedendi ius ſpirituale decimandi, & decimas percipiendi, prout teſtatur Rimin. Iun. *conſil.* 429. *numero vigeſimo-quinto*, & expreſsè declararunt ſtatuentes, *libro ſecundo, cap.* 127. *ſumm. impreſſo Capituli, num.* 8, vt exinde ſequatur, in dictis conceſſionibus actum fuiſſe de decimis ſpiritualibus, regulando voluntatem à poteſtate, & capacitate, quam Ferrarienſes opinabantur habere iuxta conſuetudinem Regionis, & communem intellectum, Abb. *in c. ex parte, n.* 3. *de cenſib.* Bart. *in leg. viros, num.* 1. *C. de diuerſ. offic. lib.* 12. Iaſ. *in leg.* 1. *num.* 11. *verſ. tertio principaliter, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* Gabr. *concl.* 1. *num.* 67. *de conſuet. lib.* 6. Mat. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 22. qui communis intellectus comprobatus etiam fuit ex ſubſequuta obſeruantia, dum poſtea inueſtiti dictum ius decimandi nomine proprio, nulláque facta mentione Capituli aliis vendiderunt, *ſumm. Capituli, numero ſecundo*, & ad inſtan. eorumdem inueſtitorum promulgata fuerunt ab Ordinario edicta contra Debitores Decimarum, ne ſegetes ab Agris amouere auderent abſque licentia ipſorum;
† declaratur namque ab obſeruantia quid fuerit in 9
conceſſione comprehenſum, ex allegatis per Surd. *conſ.* 527. *numero* 11. Rot. *deciſ.* 261. *numero quarto, deciſ.* 301. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & in ſpecie Rota *in d. Albinganen. decimarum, coram Virili*, §. *tertio quia*, ibi, *& in executione Rodini ab ipſis Parochianis exegerunt &c.* & pro obſeruantia interpretarius ſufficit vnicus actus, Decian. *reſponſ.* 51. *n.* 56. *lib.* 1. Rot. *dec.* 136. *num.* 6. *deciſ.* 419. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* Vnde Taſſoni modo nequeunt contrarium proferri, & intellectum ab ipſiſmet iam datum controuertere, *l. poſt mortem, ff. de adopt.*

Sed prædicta viſa fuerunt euidentius comprobari ex Bulla Pauli V. Nam illa declarat litteras

Bonifacij non comprehendisse, neque comprehendere ius decimandi, indulgérque vt concessiones fiant de nouo, non quoad ius decimandi, nec quoad decimas, sed quoad ipsarum decimarum emolumentum tantum, de quo tamen Laïci teneantur infra biennium accipere nouam inuestituram, aucto
9 canone, † ergo ex huiusmodi declaratione, cui tanquam Papali, & ex certa scientia standum est; Angel. *cons.* 274. *n.* 1. *post med.* & 2. Bellam. *cons.* 53. *num.* 39. & 41. Dec. *cons.* 114. *Et pro tenui, num.* 5. remanet sublata omnis difficultas, quandoquidem apparet quod pro validitate fieri debet concessio de sola commoditate, & facta de decimis & iure decimandi non sustineatur.

10 Non obstat, quod verba illa posita in inuestituris, *Decimas, & ius decimandi*, intelligenda sint secundum potentiam, ac facultatem Capituli concedentis, & capacitatem Laïcorum, & ita de iure percipiendi ex decimis id, quod est temporale; non autem de iure spirituali non concessibili: ad text. *in cap. fin. ne Prælat. vic. suas.* Quia obiectum posset procedere quatenus versaremur in casu dubio, tunc enim locus fieret ex præsumpta mente concedentis, & ex capacitate subiecti; secus est quando inuestituræ expressè loquuntur de iure decimandi. Nam tunc clara est mens concedendi, & consequendi decimas ipsas, ipsúmque ius decimandi: in claris autem non est opus confugere ad interpretationem aliquam, *ex leg. ille aut ille* 25. §. *cum in verbis, de leg.* 3. Cyriac. *controu.* 210. *numero* 12. Rota *dec.* 135. *n.* 8. & 9. *part.* 7. *recent.*

11 Nec etiam releuat, quod concessiones loquantur de decimis, iure decimandi, fructúsque decimales percipiendi, & ita quatenus sub iure decimandi veniret ipsa spiritualitas, possint nihilominus diuidi, & sustineri respectu perceptionis fructuum, ex clausula *omni meliori modo*, quæ apposita in inuestituris operatur, vt si illæ non possint sustineri eo modo, quo fuerunt factæ, valeant, & sustineantur omni alio meliori modo: ex notatis per Scriben. *in l.* 1. §. *si quis ita, ff. de verb. oblig.* & *in cap. cum super de offic. delegat.* quia vbicunque est concessum ius, mentio fructuum stat consecutiuè à dicto iure, eundémque admittit spiritualitatis intellectum, vnde tota inuestitura corruit, prout alias dixit Rota *in eam allegata decis.* 545. *num. secundo, par.* 4. *recent.* & *in dict. Albin-*
12 *ganen. coram Card. Virulo.* † Et in terminis nullitatis concessionis in parte substantiali, vt in totum illa corruat ratione connexitatis, & indiuiduitatis, firmauit Rota *decis.* 30. *numero tertio* & *quarto, part.* 1. & 176. *n.* 44. *part.* 5. *recent.* non obstante dicta † clausula *omni meliori modo*, quæ apta de per se non est ad vim addendam, atque effectum tribuendum actui reuera nullo, Ancharano. *consil.* 358. quem sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 4. *cum sequent.* Dec. *cons.* 413. *num.* 9. *vers. quia clausula,* Barbos. *de claus. claus.* 95. *n.* 60.

Minusque refragantur clausulæ, *ad habendum vsufructuandum, &c.* positæ in vltima inuestitura dicti anni 1608. relata *in summ. impress. Capituli, num. sexto.* ex quibus informantes pro Tassonis prætendunt restrictionem concessionis ad solam commoditatem emolumentorum. Quia tanquam accessoriæ non habent alterare principalem dispositionem contractus; Dec. *consil.* 413. *n.* 9. *vers. quia claus.* Cort. Iun. *consil.* 56. *numero tertio*, Franch. *decision.* 6. *num.* 6. propterea cum principaliter fuerit alienatum ius decimandi, quod vti spirituale sub commercio Laïcorum esse non potest, vt præter iam allegatos, testantur Abb. & Imol. *in c. cum Apostolica. de iis, quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in cap. causam quæ, num.* 3. *de præscript.* Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *n.* 69. Rota *decis.* 215. *part.* 2. *diuers.* & *in Pampilonen. decimarum,* 29. *Octobris* 1599. *coram bon. memoria Card. Hieronymo Pamphilio,* dictæ clausulæ respiciunt fructus, qui ratione connexionis participant de eadem spiritualitate, prout benè Gratian. *discept. forens. c.* 238. *n.* 61.

Visum pariter fuit satis leue argumentum deductum ex eo, quod inuestituræ factæ fuerint iure perpetualis affictus, & res titulo simplicis locationis, quæ conductori aliud ius non tribuit, quam percipiendi fructus ex re conducta: Nam dum concessio facta fuit Laïcis de iure decimandi, quod est spirituale, semper est inualida, siue facta appareat per modum infeudationis, siue locationis, vt benè firmat Abb. *in dict. cap. ad hæc, numero quarto, vers. & intelligo hoc, de decim.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. qu.* 63. *num.* 5. *vers. nec etiam potest Laico locari.* etiamsi dicta locatio fieret ad modicum tempus, Abb. *dict. cap. ad hæc, num.* 7. *vers. nam ius decimandi.* Redoan.
q. 63. *n.* 6. † Quod fortius procedit, quia hic demon- 13
stratur, vt facta fuerit iure principalis affictus, per quem fit translatio dominij vtilis: ad text. *in l.* 1. §. *quod autem, ff. de superfic.* Abb. *vbi supra, numero* 4. *vers. sed per concessionem ad modicum tempus* Castr. *in leg. vsusfructus* 58. *col. vlt. in princ. vers. vnde facit, n.* 3. *ff. solut. matr.* Mant. *de tacit.* & *ambig. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 11. *in fin.* facta autem translatione vtilis dominij, conductor efficitur Dominus decimarum antequam illæ sint perceptæ, eásque colligit nomine proprio: contra dispositionem *d. c. prohibemus, de decim.* Gratian. *d. c.* 238. *n.* 22.

Neque vllius est releuantiæ, quod concessiones factæ fuerint sequendo formam Bonifacianæ, in qua sanct. mem. Paul. V. declarauit non comprehendi decimas, & ius decimandi; sed solum decimarum emolumentum.

Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & iure decimandi, neque mentionem aliquam facit de fructibus separatis ab ipso iure, sed generaliter declarat de bonis, & iuribus Ecclesiarum, remouendo caducitatem ob non solutum canonem; & in hac qualitate verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem respectu emolumenti, de quo illa nominatim, & expressè nihil disponit: immò cum communiter crederetur, Bullam Bonifacianæ comprehendere etiam ius decimandi, ex mentione *Iurium*, cum dictione illa vniuersali, *quæcumque*; motiuum retorqueretur, & relatio ad Bonifacianam patefacit intentionem contrahentium fuisse transferendi ius decimandi, prout est quid spirituale, iuxta opinatam capacitatem Ferrariensium, licet erroneè; & idcirco ad occurrendum vlteriori abusui, & corruptelæ, emanauit Paulina declarans Bonifacianam non comprehendere decimas, & ius decimandi: & cessat difficultas omnis, quia cum inuestitura loquatur in specie de iure decimandi spirituali, non potest sustineri in vim simplicis relationis ad Bonifacianam, quatenus illa de emolumento temporali
disponeret: † standum enim potius est expressioni 14
iuris decimandi, quam relationi, seu simplici protestationi de contrahendo iuxta formam Bonifacianæ, cum talis protestatio sit contraria facto; Peregr. *de fideicomm. art.* 16. *num.* 111. *vers. limita,* Surd. *cons.* 440. *num.* 54. & *sub num.* 55. & *cons.* 524. *num.* 15. & 16. aliique relati ab Addent. ad Burat. *decis.* 52. *num.* 13. Rot. *in Romana attentatorum* 27. *Apr.* 1640. *coram R. P. D. meo Bichio*: Et quod contrahens per huiusmodi protestationes non possit efficere, vt ille contractus, qui in sui formalitate directè contrariatur

Bonifacia

Bonifscianæ, illi conueniat, ccnseatúrque factus, & celebratus iuxta illius formam, cgregiè explicat Bocesc. *de censib. parte secunda, num.* 138. *& seqq.* Surd. *cons.* 318. *num.* 22. Præsertim dum dicta relatio potest nperari suum effectum quoad remissinncm canonis, & alia priuilegia in eadem Booifaciana exexpressa. Ponderando quod inucstituræ, de quarum validitate nunc agitur, non sunt relatiuæ ad Bonifacianam tantum, sed etiam ad antiquas inuestituras, quæ loquebantur de iure decimandi.

Obesse neque videtur simile adductum de pactis illicitis appositis io contractu census, cum protestatione coottahendi iuxta formam Bullæ Pisnæ. Nam licet huiusmodi protestatin sustineat contractum in sliis non illicitis, quando concepta est verbis amplissimis, *ita* vt totum id quod repugnat Constitutioni Pisnæ, habeatur pro non sppposito, & reducatur ad illius formam, verumque sensum, iuxta quem intendunt velle contrahere, & noo alias, aliter, nec alio modo; in quibus terminis loquuotur Giurb. *decis.* 85. *numero* 8. *&* 9. Rota *decis.* 374. *numer.* 8. apud Cenc. *de cens.* secus est quando dicta protestatio simpliciter, vt in casu isto, concepta fuit; vt benè distinguendo declarat Ccoc. *de cens. qu.* 61. *num.* 3. *&* 7.

Nnn obstat denique quod vigore dictæ Paulinæ Tassooi prætendant nouam inuestituram quoad solum emolumentum. Quia cum facultas fuerit per dictam Coostitutionem restricta ad tempus biennij expiratum vsque de aono 1621. & sic per longum tempus, non videtur quod amplius sit locus renouationi inuestituræ, ex regula, quod coocessa ad tempus, post tempus prohibita censentur: ad tradita per Surd. *decis.* 75. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 291. *num.* 21.

Quo verò ad prætensam restitutionem *in* iotegrum. Vltra quod illa non petitur in actis, nec cadere videtur sub disputatiooe præsentis dubij, Domini transierunt cum respunsionibus iam datis in prima, & secunda decisione, *in* hac causa emanatis coram R.P.D. meo Certo. Quibus addebaot etiã, vt cũ versemnr *in* ioucstituris ab initin nullis, Tassoni dicantur destituti omni titulo, vnde non possunt applicari termini restitutionis *in integrum*, quæ supponit aliquod ius semper radicatum in *ipsis* petentibus ab initio; sumus enim io simplici beneficio Priocipis concesso ex causa lucratiua, & sub conditiooe accipicodi nouam iouestituram infra bien-
16 nium cum augmcoto canoois, † qua conditinne non adimpleta, beneficium resoluitur, & habetur perinde ac si concessum non fuisset, ex plenè deductis per Gabr. *cons.* 162. *per tot. lib.* 1. Cyriac. *contron.* 240. *num.* 14. Corbul. *de iur. emphyt. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 28. *num.* 4. vbi in terminis de non adimpleta cooditiooe petendi inuestituram intra tempus præfixum, Rota *decis.* 572. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.* 869. *in fin. vers. nec sumus, part.* 1. *diuersor. & dec.* 282. *num.* 11. apud Pscif. *de Saluian.* Gregor. XV. *dec.* 559. *num.* 6. & *ibi* Adden. *num.* 10. *limitat.* 3. *& decis.* 203. *num.* 20. *part.* 6. *recent. in Toletana decimarum de Saiedon.* 13. *Iunij* 1590. coram Penia, *inter eius impressas, dec.* 93. *n.* 8. & in terminis coocessionis sub cooditione aliquid adimpleodi infra certum tempus, quod eo elapso mora sit impurgabilis, nec competat restitutio, Staiban. *resol. forens.* 36. *num.* 11. *& resol.* 17. *num.* 11.

Et ita vtrsque parte informante fuit resolutum, &c.

Ad cap. 25. *secunda partis huius tractatus de Præuent.*

CAPVT
SEV
RESOLVTIO IX.

ROTÆ AVENION. IN CAVSA Nicienſi Canonicatus.

30. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Quando disputatur de potestate Legati, vel Vicelegati, non potest Ordinarius eognoscere de illo articulo, & de validitate prouisionum. Vicelegatum Auenionensem posse derogate regulæ *de viginti*. Facta resignatione eum derogatione dictæ Regulæ, non posse eollationem fieri de beneficio tanquam vacante per obitum. Prouisus ab Ordinatio quando non sit legitimus eontradictor aduersus prouisum Apostolicum. Possessio non capitulatiter capta, quando sit valida, etiam non eitato possessore.

SVMMARIVM.

1 *Causa non est remittenda ad Curiam Episcopalem, quando contingit disputari de validitate collationis facta in Legatione, si nullitas fundetur in defectu potestatis.*

2 *Vicelegatus potest derogare regula* de viginti diebus, *ex facultatibus Legationis Auenionensis.*

3 *Collatio per resignationem, incompatibilis est cum collatione facta per obitum.*

4 *Post admissam resignationem, beneficium non dicitur amplius vacare.*

5 *Expressio certi modi vacationis facta coram Ordinario, continet implicitam negatiuam alterius modi vacandi.*

6 *Impetratio beneficij sub falso vacandi modo, reddit beneficium subiectum impetrationi alterius, veram vacationis speciem exponentis.*

7 *Prouisus ab Ordinario quando & ex quibus dicatur legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum.*

8 *Si prouisus ab Ordinario non exhibeat titulum, ex quo deberet obtinere immissionem si non possideret, non impedit immissionem prouisi Apostolici, nec illius appellatio suspendit executionem.*

9 *Prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor, si eius titulus nullitate laborat.*

10 *Quod dicitur de subrogatis Apostolicis, procedit eodem modo in prouisis quocunque genere prouisionis Apostolica.*

11 *Possessio Canonicatus non capitulariter capta, est valida, si per Capitulum steterit quominus caperetur.*

12 *Possessio instrumentalis prouisi Apostolici, praefertur possessioni prouisi per Ordinarium, si huius possessioni ius resistat.*

13 *Possessor non est citandus, cuius possessio non est colorata.*

14 *Vt beneficium dicatur plenum, non sufficit quecunque possessio, sed debet concurrere titulus & ius possidendi.*

LLVSTRISSIMVS Dominus Prolegatus Auenion. per liberam resignationem Reuerendi Domini Iosephi Chiabaudi, vltimi possessoris Canonicatus & Præbendæ Ecclesiæ Nicien. contulit prædictos Canonicatum & Præbendam Reuerendo Domino Francisco Chiabaudo die 11. Aprilis proximè præteriti, qui Bullas & prouisiones Apostolicas in forma gratiosa concessas, Canonicis dictæ Ecclesiæ præsentando, petiit die 6. Maij subsequentis, sibi possessionem capitulariter decerni; quæ quidem fuit ipsi recusata, sub prætextu quod Sedes esset plena, & capitulariter data Reuerendo Domino Fabio de Gubernatis, qui eosdem Canonicatus prouisiones obtinuit ab Illustr. ssimo Domino Episcopo Nicien. die 15. eiusdem mensis Aprilis tanquam de Beneficio vacante per obitum dicti Iosephi. Ob hanc causam dictus Franciscus instat coram præfato Illustrissimo Prolegato pro executione Bullarum Apostolicarum, ex eo quod resignans mortuus est quatuor diebus post admissam resignationem cum derogatione Regulæ *de infirmis resignantibus*; è contra dictus Fabius instat ad remissionem huiusce causæ ad Ordinarium Nicien. itavt primitùs & ante omnia sibi prouideatur super hoc Articulo, *ex dispositione sacr. Conc. Trid. in vulgato cap. 20. Causa omnes. de Reformat. sess. 24.* Auditis partibus causa fuit commissa per præfatum Illustrissimum Prolegatum, Reuerendissimo Domino Auditori Generali tanquam Rotæ Præsidi, ad prouidendum partibus super hinc inde requisitis prout iuris; eaque in Rota proposita; censuerunt Domini manutentionem, & quatenus opus esset immissionem esse decernendam de authoritate, & iurisdictione istius Legationis, etiam in prima instantia, dicto Francisco resignatario.

1 In primis, quia dictum cap. *causa omnes*, non habet locum in casu de quo agitur, cum decretum Concil. non tollat modos legitimos quibus quis de iuris dispositione sortitur forum, prout firmant Doctores collecti per Barbos. *in Concil. Trident. in dicto cap. causa omnes, numer. 44.* Hic autem tractatur de collatione facta per liberam resignationem, quæ non poterat subsistere absque derogatione Regulæ *de infirm. resignant.* Idcirco cum cognitio dictæ collationis factæ per Illustrissimum Prolegatum habeat sibi anneaam cognitionem derogationis dictæ Regulæ, an videlicet talis sit potestas Illustrissimi Prolegati Auen. derogandi eidem, non est conueniens vt Ordinarius, qui est inferior, cognoscat de potestate & authoritate eiusdem Illustrissimi Domini Prolegati, qui est superior: vt benè notat Gabriel. *consil. 182. num. 17. vol. 2.* Aliud enim esset si ageretur de nullitate prouisionum Apostolicarum, quia tunc talis cognitio spectaret ad Ordinarium in prima instantia, vigore *dicti cap. causa omnes*, necnon etiam Breuis Illustrissimi Domini Auditoris Reuerendæ Cameræ nobis exhibiti, quod non plus potest operari, quam dispositio Sacr. Concil. cum solummodo emanauerit pro obseruantia eiusdem, ne videlicet Legati dictæ dispositioni aduersantes, causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes per Ordinarios in prima instantia cognoscendas, sibi retinerent.

2 De potestate verò & facultate Illustrissimi Prolegati circa derogationem Regulæ prædictæ, clarè deciditur per Rotam *in dec. 508. part. 4. recent. & decis. 109. eadem parte secunda, tom. 4.* Quibus firmatur Illustrissimos Prolegatos Auenion. vigore facultatum suarum habere huiusmodi potestatem derogandi dictæ Regulæ, & passim ita seruatur, necnon admittendi resignationes cum reseruatione pensionis, vt patet ex facultatibus Legati Auenion. & notum est omnibus Eminentissimos Legatos Auenion. habere ampliorem potestatem & authoritatem aliis Legatis Apostolicis; prout videre est in prædictis facultatibus.

Quoad secundum concernens executionem Litterarum Apostolicarum, licèt dictus Fabius de Gubernatis prouisus ab Ordinario priùs possessionem dicti Beneficij fuerit adeptus; nihilominus quia Prouisio Legationis, fuit facta de Canonicatu vacante per resignationem; Prouisio verò Ordinarij, de vacante per obitum, & sic ex falso vacationis modo, omninò corruit; † cum collatio per resignationem sit incompatibilis cum collatione facta per obitum: 3
Cassador. *decis. 1. & 2. de renunciat.* Gabriel. *consil. 193. num. 11. volum. 2.* † Imò post admissam resignationem, Beneficium non dicitur ampliùs vacare: per textum expressum *in cap. susceptum, 6. de rescript. libro 6.* Quod maximè procedit respectu prouisionis factæ per Ordinarium, coram quo solet exprimi certus vacandi modus, vt notauit Paris. *de resignat. Benef. lib. 8. quæst. 9. num. 50.* & Episcopi nec possunt, nec solent vti illa clausula (*quod maior & verior expressio fieri possit in Litteris*:) idcircò † expressio vacationis illius modi, continet implicitam negatiuam alterius modi, sicque non potest capi vacatio, quin detur contradictio in obiecto: Abb. *in cap. significante, nnmer. fin. versic. item illa falsa expressio, de rescript.* 4 5
† Et Prouisio sic facta, nulla est & inualida tanquam facta de Beneficio antequam vacet; quod damnabile esse dicit Text. *in cap. 2. de concess. prebend* & ex eo Fab. *in Cod. libro primo, titul. de sacros. Eccles. definit. 4. num. 10.* Et generale est quod ex duobus impetrantibus ille præfertur qui expressit propriam & veram vacationis speciem, licet impetrans sit posterior; Boer. *decis. 150. numero 11.* faciunt dicta per Lothet. *de re Benefic. libro tertio, quæst. 8. num. 11. & sequent.* 6

Propterea concedenda est manutentio, & in subsidium immissio præfato Francisco Resignatario; 7
quia licèt regulariter cessantibus reseruationibus, Ordinarij parem habeant potestatem conferendi, & Papa Prouisos ab Ordinariis agnoscat pro legitimis contradictoribus, *cap. si à sede, de prabend. in 6.* Hoc tamen intelligitur, si Prouisus ab Ordinario talem exhibeat titulum, ex quo si non esset possessor, vigore illius obtineret possessionem & immissionem, concurrendo cum Prouiso à Sede Apostolica: Zuccard. *in l. fin. num. 346. vers. secundo est aduertendum, Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.* Rot. *par. 7. recent. dec. 225. num. 22.* † Sufficit enim si Prouisus talem titulum non exhibeat, ad hoc vt Litteræ Apostolicæ mandentur executioni, & prouiso Apostolico detur immissio per viam executiuam, quæ nequidem per appellationem prouisi ab Ordinario suspendi potest, Rot. *loca citata, num. 22.* & optimè declarat, *decis. 362. num. 3. p. 3. recent.* 8

Data nullitate tituli prouisi ab Ordinario, talis prouisus non potest esse legitimus côtradictor; Dom. Argel. *de Legit. contradict. q. 15. num. 96. & 97.* Vbi plures cumulantur Rotæ decis. † Qui licet loquatur de subrogatis Apostolicis, tamen eadem ratio militat in aliter prouisis à Sede Apostolica quocunque prouisionis genere; vt ipsemet *loca citata* testatur, *num. 197.* ita sæpiùs in Rota. 9 10

Nec

11 Nec obstat quod dictus Franciscus possessionem non fuerit adeptos capitulariter, cùm facta requisitione, fuerit ipsi denegata, & ob hanc causam ea non indiget, licèt agatur de Canonicatu, quia tunc aliter adepta, habetur ac si capitulariter capta fuisset, Addent. ad Butatt. *decis.* 318. *num.* 17. *in prima limit.* Addent. ad Gregor. XV. *decis.* 364. *num.* 6. *vers.*
12 *verùm praeallegata conclusio.* † siquidem possessio instrumentalis à Prouiso Apostolico capta, existente prouiso per Ordinarium in possessione cui ius resistit, est manutenibilis, Rot. *in puncto* apud Coccin. *decis.* 51. *num.* 4. vbi pluries ita fuit decisum per Rotam.
13 Nec etiam opus fuit citare dictum D. Fabium, cum ille, cuius possessio non est colorata, nullo modo citandus sit; *cap. cum nostris, de concess. praebend.*
14 Lothet. *de re Benefic. dict. lib.* 3. *quaest.* 8. *n.* 25. † nam vel dicatur Beneficium plenum, non sufficit quaecunque possessio, sed debet concurrere titulus & ius possidendi, Rot. *in antiqu. decis.* 18. *de praebend.* Gonzal. *super Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 15. §. 1. *numero* 13. Cassador. *decis.* 5. *de priuileg.* Et suprà visum fuit, discoloratam omnino esse possessionem D. Fabij, per illum text. express. *in d. cap. susceptum, de rescript. in* 6. & ex alijs *suprà* allegatis, cum non habeat possibilitatem tituli validi; Lothet. *loco citato, num.* 34.

Ista decisio adaptatur ad cap. 5. *num.* 14 *huius tractatus parte prima. Et ad cap.* 5 *quaestionum beneficial. num.* 1.

❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀

CAPVT
SEV
RESOLVTIO X.

In Causa creditorum Gousset, coram Rota Auenionensi, 18. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Obligatio mulieris coniugatae pro marito, vtrum sit in totum nulla, aut valida propter vim iuramenti, an verò vsque ad concurrentiam medietatis dotis Et vtrum excessus ille vltra medietatem dotis, debeat eadem ratione considerari, siue mulier vnica obligatione laedatur, siue pluribus: ad confirmationem eorum quae tradita sunt ab Authore, *lib.* 2. *quaest. leg. c.* 45. *num.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mulieris per quam remanet penitus indotata, de iure nulla est, neque firmatur iuramento.*
2 *Propter laesionem enormissimam dolus reipsa arguitur.*
3 *Vxor se pro marito obligans, praesumitur id fecisse metu reuerentiali, si enormissimè laesa fuerit, hoc est vltra medietatem.*
4 *Vtrùm contractus in quo mulier laeditur vltra dotis medietatem, rescindatur in totum, an verò pro rata laesionis. Et vtrùm hoc locum habeat siue vnica, siue pluribus obligationibus laesa fuerit.*
5 *Concluditur, obligationes coniungi, & vxorem restitui aduersus contractus pro marito celebratos, ad ratam dumtaxat laesionis.*
6 *De rigore iuris Canonici, contractus mulieris est validus, licèt remaneat penitus indotata, propter efficaciam iuramenti.*
7 *Obseruantia dicitur interpretatiua iuris dubij, quando hinc inde adsunt opiniones Doctorum contrariae.*
8 *Quando ius est dubium, attendenda est obseruantia interpretatiua, quae non exigit praescriptionem.*
9 *Doctori attestanti de consuetudine tribunalis in quo versatus est, creditur.*
10 *Thesauro Iuniori multum deferendum est, nominatim dum agitur de praxi declarationis nullitatis contractuum, quibus mulieres redduntur laesae vltra dotis medietatem.*
11 *A consuetudine & praxi tribunalium non est recedendum, ne publica quies interturbetur.*

IN causa discussionis bonorum Bernardini Gousset, Mercatoris praesentis Ciuitatis, quae ventilabatur in hac Curia, fuit commissus iuria articulus Reuerendissimo Domino Auditori Generali Rotae Praesidi ab Illustrissimo Domino Prolegato, vnà cum Rota discutiendus, An mulieris contractus rescindetur in totum quando per vnicam obligationem remanet penitus indotata; An verò pro parte solum, & pro rata laesionis; quia quaestio erat maximi ponderis propter consequentiam.

Vnde dubio pluries in Rota proposito, examinata priùs serie facti, & cognito, dictum Bernardinum Gousset & Margaritam Artamale coniuges, aequè principaliter in solidum obligatos in fauorem Ludouici Chapelle Mercatoris dictae Ciuitatis, pro summa 118. duplarum ex causa mutui, instrumento rogato per Magistrum Reboul Notarium sub die 11. Iunij 1640.

Cognito etiam, dotem dictae Artamale traditam marito, ascendere tantum ad summam 300. scutorum, & sic totam illam dotem fuisse exhaustam per dictam obligationem 118. duplarum, quarum valor de tempore actus ascendebat ad summam 401. scutorum & 12. solidorum.

Sub quo fundamento filij & haeredes dictae Artamale, conqueruntur de iniustitia & nullitate contractus gesti per matrem, cum de tempore restitutionis, pater, & respectiuè maritus repertus decoctus, nec bona habeat sufficientia pro relenio dictae obligationis etiam in parte, cum creditores anteriores exhauriant substantiam paternam.

Restricta itaque fuit quaestio ad terminos istos, An data impotentia facultatum mariti de tempore restitutionis, talis obligatio mulieris subsistat pro parte, vel corruat in totum.

In qua quaestione fuit ponderatum, quòd de iure obligatio est nulla & inualida, per quam mulier remanet sine dote, non obstante quocumque iuramento, quo casu tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, prout dicunt Abb. *consil.* 8. *sub num.* 6. *part.* 2. Ioan. Lop. *Rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 37. *sub num.* 18. *versic. Nam & Respublica interest:* 1

terest: quæ difficiliùs sustineri potest propter enormissimam læsionem, vt benè firmatur per Rotam *coram Arigonio* relatam per Pic. *ad statut. vrb. decis.* 57. *per tot.* & per Farinac. *in dec. p. 4. diuers. ordine.* 851. *decis.* 247. *n.* 7. *eadem p.* 4. *decis.* 33. *n.* 5. apud Cenc. sequuntur Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 19. Gratian. *cap.* 723 *num.* 10. & Addent. ad Gregor. *decis.* 321. *num.* 12.

2 Ratio est, quia per enormissimam læsionem censetur dolum re ipsa interuenisse contractui, ideóque non valere, & pro nullo haberi, & paria sunt quod dolus interueniat re ipsa, vel ex proposito; *l. si quis cum aliter*, vbi notant omnes post Gloss. *ff. de verb. oblig. at. l. eleganter* 7. *ff. de dol.* Gratian. *cap.* 108. *n.* 52. Thesaur. *decis.* 165. *num.* 6.

3 Accedit metus reuerentialis, qui arguitur ex tali læsione, & quando ex contractu celebrato vna cum persona cui debetur reuerentia (prout vxor erga maritum) prouenit enormissima læsio, tunc talis metus sufficit pro rescissione contractus non obstante iuramento, Couarr. *in cap. quamuis pactum* 3. *p. relect.* §. 4. *num.* 7. Honded. *consil.* 19. *nu.* 42. *libro primo*, Surd. *cons.* 513. *n.* 38. *lib.* 4. fusè Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *de met. reuereut. num.* 150. Gasp. Anton. Thesaur. *forens. quæst. libro primo, quæst.* 51. *n.* 29. Rot. coram Burat. *decis.* 75. *numero* 14. quia reuerentia cum tam graui læsione inducit probationem iusti metus.

4 Idcirco pro parte filiorum dictæ Margaritæ enixè opponebatur, faciendam esse differentiam, quando mulier diuersis obligationibus, vel vnica tantum suam dotem alienat fideiubendo fauore mariti; primo casu, sustinentur obligationes vsque ad dotis medietatem; posterioribus annullatis, quæ lædunt sestantem medietatem. Altero verò casu, debet in totum corruere obligatio, non verò pro rata læsionis, & hoc propter indiuiduitatem contractus, & metum de quo suprà, qui istam diuisionem non admittit, sed contractum in totum rescindit; *tot. tit. ff. de eo quod met. caus.* & ita in puncto fusè tenet & firmat Fontanell. *de pact. dot. claus.* 7. *gloss.* 2. *p.* 6. *à n.* 21. *vsque ad num.* 35. reprobato Gasp. Anton. Thesaur. contrarium sentiente; sequitur Hodiern. ad Surd. *decis.* 86. *n.* 56. & pro tutissimo fundamento allegabatur *vulgaris decis. Pedemont.* 223. apud Thesaur. quæ eiusmodi æquitatem fauore mulierum introduxit, ne remanerent indotatæ. Et tamen *ibid. n.* 53. *versic. & ideò si mulier.* prædicta differentia constituitur inter obligationem qua absorbetur tota dos, & illam quæ solum dimidia dote fuit contenta, vt prima corruat in totum, posterior verò subsistat; & suffragantur punctuales decisiones Rotæ *suprà citatæ*.

5 Nihilominus supradictis non obstantibus, quæstio fuit decisa pro dicto Chapelle creditore, contra hæredes dictæ Arramale: habuit enim Rota pro constanti, quod in hoc tribunali, & in aliis huiusce Ciuitatis, ex obseruantia generali omnes obligationes mulierum indistinctè siue dotes per vnam obligationem consumantur, siue per plures, reduci ad medietatem in omnibus causis & sententiis discussionum, in quibus mulieres collucantur pro medietate suarum dotium, quæ salua & illæsa ab hypothecis creditorum adiudicatur; altera verò medietas distribuitur inter creditores earumdem iuxta gradum, non habito respectu ad singulas obligationes, etiamsi aliqua ex illis excederet medietatem, sed ad hoc solum vt medietas remaneat libera mulieri: quam obseruantiam attestatur etiam Modern. Auen. Dominus Sanleger. *Variar. resol. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 21.

Supposita autem obseruantia, non potuit casus iste decidi iuxta terminos decisionum & DD. de quibus suprà, præsertim cum ista materia sit de iure communi disputata & controuersa inter Canonistas propter vim iuramenti, quod seruandum est, quoties non vertitur in dispendium salutis æternæ, licet mulier remaneat penitus indotata; vt per Roland. à Vall. *consl.* 70. *n.* 19. *& seq. vol.* 2. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *de iur. dot. resol.* 5. *n.* 10. *vers. præfata declarantur*, Sol. *ad Nou. constit. Sabaud. gloss.* 4. *de alienat. bonorum min. & mulier. à nn.* 9. *& seqq.* vbi de magis communi, Afflict. *decis.* 311. *numer.* 4. & alios, quos adducit *dicta vulgaris Decisio Pedemont.* 223. *num.* 12. 6

Data autem controuersia Doctorum, negari non potest quin obseruantia dicatur interpretatiua iuris dubij, non verò correctoria & inductiua noui iuris, & vti talis attendenda. Crauet. *consf.* 201. *num.* 12. Sol. *ad antiq. Constit. Sabaud. de Iur. Emphyteut. gloss.* 7. *n.* 22. Menoch. *de arbitr. cas.* 83. *num.* 10. *lib.* 2. Rot. *decis.* 419. *num.* 6. *par.* 1. *decis.* 351. *num.* 7. *part.* 6. *recentior.* & coram Burat. *decis.* 390. *num.* 3. Mascard. Iuq. *de interpret. statut. conclus.* 2. *num.* 559. *vsque ad num.* 165. 7

Et quando Ius non est clarum, tunc magis attendenda est obseruantia interpretatiua, etiamsi contrarius intellectus esset de iure verior, vt probat Addit. ad Gregor. *decisione* 184. *sub numero* 8. 8

Nec requiritur in casu isto præscriptio. Nota enim est differentia inter consuetudinem & obseruantiam, siue assuetudinem, de qua fusè idem Mascard. *vbi suprà*. † Et sola Doctoris melioris notæ attestatio de tali obseruantia eam probaret, saltem præsumptiuè, talisque præsumptio transfert onus probandi in aduersarium: Mascard. *de probat. concl.* 529. *num.* 5. Benintend. *decis.* 5. Rot. Genuens. *decis.* 103. *num.* 9. vbi de magis communi. Quæ doctrinæ procedunt in Doctore attestãte de consuetudine vniuersali, sed illi præcisè standum est, dum attestatur de consuetudine fori in quo habitat, & de Curiis in quibus fuit abundè versatus, iuxta distinctionem Surd. *in consil.* 74. *num.* 14. quam sequuntur Addent. ad Gregor. *decis.* 274. *sub num.* 7. Rot. *decis.* 530. *n.* 3. *p.* 4. *recent. tom.* 3. & *decis.* 193. *n.* 14. *p.* 6. *recent.* 9

Quæ obseruantia reperitur conformis doctrinæ Gaspar. Anton. Thesauri, *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 65. vbi in specie nostræ quæstionis parificat casum diuersarum obligationum mulieris cum vnica, ad effectum de quo agitur, cui multum credendum est, eò quod Senatus Pedemontanus in quo ipse versabatur, primus declarauerit reductionem obligationum mulieris vxoratæ ad medietatem dotis, ex principio & regula æquitatis, contra rigorem iuris Canonici. 10

Tandem ponderarunt Domini malos euentus, quos pareret declaratio nullitatis dicti contractus; hinc enim nascerentur infinitæ lites etiam in præiudicium rerum iudicatarum, & publica quies turbaretur, cùm alij innumeri contractus huius exemplo essent irritandi; quo casu licèt aliàs de iure actus sustineri non posset, esset tamen sustinendus; argum. *leg. iusto*, vbi pulchrè Paul. de Castr. *ff. de vsucapion.* sequitur Vincent. Caroc. *singular.* 565. præclarè Cancer. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 4. *de Testament. num.* 523. *in Nou.* Et ita dicit considerasse in suo casu Senatum Neapolitanum, Authore Carol. Tapia qui hoc etiam aduertit, *decis. Sicil.* 7. *num.* 12. optimè Rot. coram Buratt. *decis.* 366. *num.* 5. vbi citantur *decis.* 11

decis. 5. apud Mohedan. & *dec.* 45. *numero* 2. *lib.* 2. *p.* 3. *diuers.* & *in Roman. societatis officij* 4. *Maij* 1588. *coram Gypsio.* Quæ doctrinæ procedunt in fortioribus terminis, nimirum contra expressam iuris dispositionem.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum 18. *Iunij* 1650.

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XI.

Coram Reuerend. P. D. BICHIO Auenionen. Saluiani.

Luna 8. *Iunij* 1648.

In Rota Romana.

ARGVMENTVM.

De Saluiano interdicto, & probationibus in eo requisitis. De exceptione præscriptionis, & quando illa currat in præiudicium mente captorum. Et vtrum noceat fideicommissariis, & à quo tempore contra illos currere incipiat. Et de præscriptionis interruptione per citationem, aut per interpellationes extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint probanda ad hoc vt detur actori immissio ex interdicto Saluiano.*
2 *Obligatio Cameralis producit hypothecam in bonis debitoris, tam pro sorte principali, quam pro damnis & interesse.*
3 *Possessor malæ fidei nunquam præscribit.*
4 *Contra mente captos non currit præscriptio.*
5 *Præscriptio non nocet substitutis per fideicommissum antequam casus substitutionis euenerit.*
6 *Præscriptio currit aduersus fideicommissarios, à die quo sciuerunt bona possideri per tertios.*
7 *Præscriptio vtrum per citationem interrumpatur, an etiam per interpellationes extraiudiciales.*
8 *Continuatio possessionis pendet ab animo, & ideo tertius de ea attestari non potest.*
9 *Solutio non probatur per librum Vice-thesaurarij nisi in praiudicium soluentis, non autem in praiudicium tertij.*
10 *Recens possessio rei conuenti probatur ex litis sustentatione, iunctis adminiculis.*

Nisi scuta 400. auri solis, gratis sibi mutuata à Nicolao Tartulli, Franciscus de Choiselas restitueret, vt promisit, infra annum, vendidit ex nunc prout ex tunc eidem creditori medietatem vnius Coloniæ pro pretio, quo æstimabitur, ab æstimatoribus publicis, cum promissione euictionis, ac defensionis sub obligatione Camerali de anno 1574. Et quoniam nec restitutum mutuum, nec tradita Coloniæ venditæ vacua possessio aliquando fuit, purificato per obitum filiorum Nicolai creditoris (sequutum de anno 1614.) eiusdem Nicolai fideicommisso ad fauorem Francisci Tartulli, idem vigore tam dicti fideicommissi, quam cessionis reportatæ ab Hectore confideicommissario, Iudicium mouit anno 1618. contra Gabrielem Bellum, tertium possessorem Castri de Roays, olim possessi à Francisco de Choiselas debitore, quod prosequutum vsque ad annum 1623. cum ob varia impedimenta siluisset diù, fuit reassumptum anno 1631. atque iterum de anno 1638. ac tandem definitum in partibus de anno 1646. per sententiam latam ad fauorem Hectoris Belli hæredis præfati Gabrielis, absolutoriam ab impetitis, saluo iure Actori rectius agendi.

Appellauit Actor ab hac sententia ad hoc sacrum Tribunal, & commissa mihi causa Appellationis, petiit sibi concedi immissionem ex vtili Saluiano interdicto in possessionem Castri supra nominati, ab Hectore aduersario nunc possessi, tam pro sorte principali scutorum 400. auri, quam pro damnis, & interesse. Vnde proposui hodie Dubium, An sit danda immissio; † quæ denegari non solet, probato credito cum hypotheca, ac possessione tum debitoris de tempore hypothecæ, tum rei conuenti tempore motæ litis: Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *num.* 161. & *sequent.* Rot. *decis.* 491. *numero sexto.* penes S.M. Gregor. XV. *decis.* 407. *num. primo, parte* 5. *recent.* & aliàs sæpissimè. 1

Creditum autem cum hypotheca visum est probari satis ex publico instrumento vallato obligatione Camerali, quæ porrigitur etiam ad damna & interesse: Rot. *decis.* 197. *numero quinto, decis.* 389. *numer.* 11. *decis.* 549. *sub numero sexto*, inter impressas apud Cenc. *de Censib.* & *decis.* 175. *n.* 3. apud Zacch. *de obligat. Camer.* & includit in ventre bonorum debitoris hypothecam, Zacch. *de obligat. Camer. q.* 31. *numero octauo*, Barz. *decis.* 108. *numer.* 19. Buratt. *dec.* 905. *numero* 1. inductam etiam explicitè ex verbis instrumenti, ibi, & *pro obseruatione supradictorum obligauit se & omnia eius bona præsentia & futura.* Bursat. *cons.* 39. *n.* 17. Ceph. *cons.* 41. *n.* 59. Rimin. sen. *consil.* 299. *num.* 10. & 11. *lib.* 2. 2

Neque sublata dici potest præscriptione: nam subducto tempore vitæ Francisci debitoris anno 1578. defuncti, qui dum vixit, Castrum possedit, & cum sciret se esse debitorem, præscriptionem inchoare non poterat, obstante eius mala fide; *cap. vigilanti, cap. si diligenti, cap. final. de præscript.* Boratt. *decis.* 436. *num.* 5. Rot. *inter recent. decis.* 164. *numer.* 3. *part.* 1. subducto etiam tempore vitæ filiorum Nicolai Creditoris anno 1614. mortuorum, † contra quos cùm essent mente capti, currere præscriptio non potuit, quia pupillis æquiparantur. Gloss. *in l.* 2. *verb. ad agnatum. Cod. de curator. furios.* Bald. *in l. final. numero secundo, C. in quib. caus.* Montesperell. *cons.* 181. *numero secundo*, & *sequent.* Odd. *de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 90. *n.* 10. Cyriac. *controu.* 319. *num.* 70. & *sequent.* † Et dato quod cucurrisset, ea non nocet Actori, cui fideicommissum creditoris nondum apertum fuerat. Socin. Iun. *consil.* 51. *numero* 3. *libro* 4. Gabr. *de rescript. conclus.* 13. *n.* 11. & 13. Fusar. *de substit. quæst.* 528. *n.* 4. & *sequent.* Caualer. *decis.* 213. *num.* 7. Reuerendissimus Vigellensis, *decis.* 416. *num.* 7. Rot. *inter recent. decis.* 558. *num.* 7. & *sequent. part.* 5. & *in Romana de Mellinis* 15. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *obstectum.* 3 4 5

Non adest tempus idoneum præscriptioni, cuius initium desumi debet ex die qua fideicommissarius sciuit bona hypothecata, à tertiis possessoribus possideri, iuxta opinionem, quam aliis relatis, ample

CAPVT SEV RESOLVTIO VII.

In Causa Romana Saluiani, Coram R. P. D. Ghisilerio.

Mercurij 28. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Pro debitis annuis, siue ex testamento, siue ex contractu debitis, creditor potest agere non solùm pro decursis solutionibus, sed etiam pro decurrendis pro tempore futuro, dummodò de præterito aliquid debeatur, cuius exactio peratur, & simul pro futuris, vt suo tempore soluantur, & pro omnibus danda est immissio vigore Saluiani interdicti: & si promissa fuerit cautio per instrumentum annui reditus, peti potest vt quòd superenit, deductis fructibus, deponatur; nec inde amoueatur donec fideiussor fuerit præstitus. Exceptio fideicommissi non retardat immissionem in Saluiano. Facta semel executione potest creditor recurrere ad nouum pignus, quando prima pignoratio non potest sufficere ad satisfactionem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per clausulam Constituti, aduersus constituentem & illius heredes.*
2 *Possessio probatur per inuentarium, necnon etiam per litis sustentationem.*
3 *Ex statuto Vrbis, possessio patris continuatur in filios.*
4 *Creditor potest agere ad solutiones annuas, tam pro preteritis quàm pro futuris, & quomodo.*
5 *Creditor, quibus concurrentibus possit agere ad pensiones futuras.*
6 *Qui promisit dare cautionem, potest conueniri interdicto Saluiano vt fructus deponatur loco cautionis, neque inde amoueantur donec fideiussor fuerit prestitus.*
7 *Exceptio fideicommissi non retardat immissionem ex Saluiano interdicto.*
8 *Creditor, qui fecit executiones in bonis sui debitoris, potest variare, & ad nouum pignus confugere, si ex primo pignore satisfactionem consequi non possit.*

Vondam Maximus de Maximis sub die 15. Aprilis 1636. cum assistentia, & præsentis, verbo, & voluntate DD. Horatij, & Petri filiorum, pro quocunque eorum iure, & interesse, in, & super palatio posito Romæ in regione Campi Martij, necnon super omnibus, & singulis aliis palatiis, domibus, viridariis, vineis, casalibus, tenutis, syluis, campis, & aliis quibuscunque bonis, per eos iusto, vel legitimo titulo possessis, & existentibus, illorúmque fundis constituit, imposuit, & creauit annuum perpetuum censum scutor 120. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quem sic impositum iure proprio, & in perpetuum salua facultate redimendi, vendidit D. Petro Pecorello pecens, constituens pro pretio scut. a. mil. monetæ Iuliorum decem pro scuto, quæ scuta a. m. dictus Maximus de Maximis manualiter, & in contanti in tot Iuliis, & testonibus argenteis recepit, & in euentum obitus, deteriorationis, conditionis, recessus tam ipsius venditoris, quàm aliorum fideiussorum, dictus Maximus venditor promisit dare, præstare, & renouare alium, seu alios æquè idoneos fideiussores; quibus omnibus accesserunt, & fideiusserunt dicti Horatius, & Petrus, & prædicti omnes Maximus, Horatius, & Petrus se obligarunt in forma Cameræ Apostolicæ. Cùm sequuto obitu supradicti Maximi venditoris, fuisset factus locus obligationi de præstando alium fideiussorem in locum demortui, Petrus egit coram A. C. tam pro præstatione noui fideiussoris, quàm pro solutione fructuum decursorum, & non solutorum, & in futurum suis loco, & tempore decurrendorum; & obtinuit contra supradictos Horatium & Petrum de Maximis tam vti principales, quàm vti filios, & hæredes Maximi, immitti vigore vtilis Saluiani interdicti in realem, actualem, & corporalem possessionem, vel quasi, nonnullorum bonorum per supradictos de Maximis possessorum, donec & quousque fuerit integrè satisfactus de scutis 141. pro fructibus censûs decursis, & non solutis, & aliis fructibus in futurum suis loco, & tempore decurren. cum hoc tamen, quod residuum, quod superetit deductis dictis fructibus, suis loco, & tempore decurrendis, deponi debeat in Sanct. Monte Pietatis, donec constituerit summam scut. 2. mil. sortis principalis dicti census, & inde non amouen. donec fuerit præstita cautio iuxta formam instrumenti: commissa causa appellationis, & dato dubio, an esset danda immissio? affirmatiuè fuit resolutum; quia DD. visa fuerunt sufficienter probata requisita necessaria in hoc iudicio.

Creditum enim cùm hypotheca super omnibus bonis d. q. Maximi impositoris census, probatur ex publico instrumento impositionis census, obligatione camerali munito, continente hypothecam explicitè in verbis, & implicitè in obligatione Camerali; quod facit probationem probatam in proposito: vt dixit Statil. Pacif. *in suo tract. de Saluian. interd. inspect.* 1. *cap.* 5. vbi refert multas decisiones Rotæ. † Possessio Maximi debitoris de tempore impositionis census, pariter probatur ex eodem instrumento impositionis census habente in se clausulam Constituti, quæ constituentia possessionem probat aduersus eos conuentos illius hæredes, Grat. *resp.* 42. *sub num.* 12. *lib.* 1. Tiraqu. *de constit. possess. limit.* 1. *numero* 23. *versic. sed hoc, quòd diximus*, Cenc. *de cens. parte* 2. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art.* 9. *num.* 18. Rot. *decisio.* 766. *num.* 11. *parte* 1. *diuers. & decis.* 150. *n. num.* 5. *inter impressas* post Cenc. *vbi supra.* † Eâque remanent abundè comprobata, tum ex inuentario hæreditario omnium bonorum à Maximo relictorum, in quo bona, in quibus fuit concessa immissio Petro, fuerunt descripta, vti hæreditaria q. Maximi debitoris, ex quo inuentario contra reos conuentos, qui illud confecerunt, plena resultat probatio: Rot. *decis.* 71. *num.* 3. *p.* 1. *diuers. in rec. decis.* 426. *n.* 2. *p.* 1. *decis.* 200. *n.* 1. & 2. *parte* 5. & *decis.* 96. *num.* 28. *parte* 7. Possessio supradictorum Horatij, & Petri probatur tam ex litis sustentatione, Caputaqu. *decis.* 79. *part.* 1. Rot. *decis.* 17. *n.* 5. *parte* 5. *recentior.* vbi aliæ cumulantur; quàm ex eodem inuentario, ac aditione hæreditatis prædicti Maximi, per dictos Horatium, & Petrum facta; ex

ex qua infertur, possessionem bonorum, de quibus agitur, fuisse continuatam in eos, vti filios dicti Ma-
5 ximi; † cum ex statuto Vrbis, patris possessio in filios continuetur; vt resoluit Rot. ex *ibi* allegatis *in dicta decis.* 100. *numero* 5. *parte* 5. *recentior.* quibus concurrentibus intrat Saluianum; Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *quastion.* 29. *num.* 16. *cum seq.* Put. *decis.* 201. *libro* 1. Rot. *decis.* 324. *num.* 3. *decis.* 456. *num.* 1. *parte* 2. *recentior.* & coram S.M.Greg.XV. *decis.* 491. *num.* 6.

4 Et cum regulare sit, vt in debitis annuis, in legatis annuis, & in annuis præstationibus debitis ex contractu, possit creditor petere non solum pro tempore præterito, verùm etiam pro tempore futuro, dummodo de præterito aliquid debeatur, cuius exactio petatur, & simul super futuris, vt adueniente iusto tempore soluatur, testatur Alex. *in leg. de Pupillo,* §. *si in pluribus, numero* 4. & 6. *in fin. ff. de non. oper. nunc.* Ofasc. *decis.* 130. *per tot.* Pett. à Put. *in sne tractat. de fideicom. ex prohib. alienat. quæstio.* 10. *numero* 2. & *seq.* Anton. Gomez. *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 47. Graff. *in tract. de success.* 4. *leg. qu.* 44. *num.* 5. Simon. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.* 5. *interpret.* 1. *dubit.* 2. *numero* 95. Afflict. *ad constit. Regn. libro* 1. *rubr.* 71. *in cap. authoritatem, numero* 2. *vers. datur etiam:* Surd. *decision.* 120. *num.* 13. & *dec.* 151. *num.* 121. vbi multos allegat; placuit Dominis, Petro concedere immissionem, tum pro fructibus decursis in præteritum, tum pro decurren. vt scilicet aduenientibus temporibus soluantur, absque eo quod de nouo agatur, ne quolibet anno adueniente iusto tempore solutionis fructum census, cogatur agere; quemadmodum in istis terminis fuit resolutum *in Romana domus* 4. *Iunij* 1635. *coram me,* vbi Lucretia, & Ioannes Mana coniuges fuerunt in vim vtilis Saluiani interd. seruatis seruandis immissi in possessionem domus censuatæ, pro fructibus decursis, & decurrendis, annui census: & *in Romana Census, seu Saluiani* 26. *Iunij præteriti coram R.P.D. meo Bichio.*

5 Nec facit quod petenti ante diem obstet exceptio, quod peti non potest ante tempus, §. *temporalis, Instiut. de except.* minúsque eius actio excteceti. Quia verum est, si ageretur, vt condemnaretur debitor ad nunc soluendum; secus tamen est, quando agitur, vt sibi soluatur die adueniente, & non ante: & omnia illa iura, quæ dicunt, quod ante tempus non potest agi, intelligantur, vt non soluatur; sed benè potest agi ante tempus, vt adueniente tempore soluatur; Deci. *in l.* 1. *numero* 29. *ff. si cert. petat.* ita resoluit Afflict. *in decis.* 279. *in fin.* vbi subdit, quod vidit plures ita fuisse practicatum, Ofasc. *decis.* 130. *in fin.* Fontanel. *de pact. nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *numero* 19. & *seqq.* ibi enim ex pluribus allegatis firmat, quod quamuis regulare sit, Iudicium non extendi ad futura, cum in pendenti esse non debeat; eo quòd tractus futuri temporis non spectet ad Iudicem: id tamen intelligi, quando nihil debetur de præsenti, sed totum de futuro, seu sub conditione; secus tamen esse, quando aliquod ius competit de præsenti deducibile in Iudicium, & in eius consequentiam venit aliquod ius futurum, vel sub conditione; tali enim casu posse per-optimè ius de futuro cum iure de præsenti in Iudicium deduci, ex euidenti ratione, quia valdè absurdum foret, quod quis singulis annis peculiarem processum
6 instituere, & nouam litem mouere teneretur. † Tum vlterius, concessa fuit immissio ad effectum, vt fructus bonorum, de quibus agitur, qui solutis fructibus census supererunt, deponi debeant ab eodem Petro vsque ad concurrentem quantitatem sortis principalis ipsius census, in S. Monte Pietatis, inde non amouendi, donec præstetur nouus fideiussor in locum dicti Maximi defuncti, iuxta tenorem sententiæ A.C. quam conuentionem renouandi fideiussorem de iure licitam esse, tenuit Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 8. *n.* 295. Grat. *discept. for. tom.* 2. *cap.* 301. *n.* 6. Cenc. *de cens. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. 2. *n.* 2. & *p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4. *num.* 12. & hanc eandem sententiam amplexa fuit Rot. *decision.* 87. *num.* 5. *decis.* 285. *num.* 3. & *decis.* 286. *n.* 4. & *seqq. inter impressas* post Cenc.

Nec dicti Horatius, & Petrus, possunt se tueri exceptione fideicommissi: quia vltra quod, vti requirens altiorem indaginem, non admittitur ad retardandam immissionem in Saluiano, Rot. coram Seraph. *dec.* 1178. *in fin.* cum aliis pluribus allegatis per eundem Cenc. *de cens. parte* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *artic.* 9. *num.* 84. vbi multas decisiones Rotæ allegat, ab eis in hoc censu nomine proprio obligatis, opponi non potest, & eorum vita durante non possunt dictam immissionem impedire; & semper verum est dicere, Saluianum competere contra quemcunque possessorem: ad latè tradita per Menoch. *de adipis. remed.* 3. *numer.* 20. & Pac. *de Salman. inspect.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & *seq.* 7

Minus obstat, quod Petrus creditor etiam in actione personali mediante mandato executiuo fecerit alias executiones in bonis supradictorum Horatij, & Petri, & proinde debeat ex pretio eorum redigendo curare satisfactionem, nec possit ad aliud pignus transire; Guid. Pap. *decis.* 328. *n.* 2. Milanen. *decis.* 14. *num.* 13. & 14. Seraph. *decis.* 333. *num.* 4. & 7. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 8. *sub num.* 51. *versic.* & *consequenter,* quos refert Rot. *in Ciuitatis Plebis Saluiani, in* §. *non obstat.* 1. *Iulij præteriti coram R. P. D. meo Bichio.* Quia ad hunc effectum nedum probandæ essent assertæ executiones, sed vltra, quod ex illis potuerit Petrus creditor de suo credito satisfieri; cùm omnes supra allegati loquantur, quando ex pretio rei subhastatæ potuit esse consultum creditori, cui imputari debet, cur non exegerit; vt declarauit Rot. *decis.* 161. *num.* 13. & *seq. p.* 6. *recent.* quam refert, & sequitur *dicta decis. Ciuitatis Plebis Saluiani.* Vbi enim certum non est, an creditor potuerit de suo credito satisfieri, ei permittitur exercere hypothecam super aliis bonis, quia actio hypothecaria nunquam extinguitur, nisi creditor integrè fuerit satisfactus, vt dicit Capyc. *decis.* 33. *numero* 2. etiamsi super debito fuerit iudicatum, & admittit Rot. *dicta decis.* 161. *num.* 26. 8

Ex quibus fuit resolutum, iuxta sententiam latam ab A. C. esse dandam immissionem Petro Pocorello, tam pro fructibus census decursis, & non solutis, quàm pro aliis fructibus in futurum suis loco, & tempore decurren. & quod residuum, quod superetit ex dictis fructibus, donec constituerit summam scut. 2. mil. sortis principalis census, deponatur, non amouen. nisi fuerit præstita cautio iuxta formam instrumenti, rejecta petita dilatione, cum non esset restricta ad certam Rotam, ex proximis; sed indefinita, & indeterminata.

Ad cap. 10. *num.* 67. & *sequentibus, partis* 3. *huiusce tractatus.*

CAPVT
SEV
RESOLVTIO VIII.

In Causa Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum, Coram R.P.D. Meltio.

Veneris 5. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Citatio generalis ad totam causam, tollit nullitatem ex defectu citationis prouenientem. Potest tamen ex vrbanitate procedi per contradictas, & sententia est valida, præsertim si nihil doceatur in contrarium. Et quando, & ex quibus concessum dicatur ius decimandi, vel sola temporalitas decimarum.

SVMMARIVM.

1 *Sub concessione decimarum & iuris decimandi continetur ius spirituale.*

2 *Substantia iuris decimandi consistit in perceptione decimarum propria authoritate, de manu colentium prædia.*

3 *Concessio decimarum, & iuris decimandi facta laico, in totum nulla est.*

4 *Ius vsusfructus alteri cedi non potest, commoditas tamen fructuum cessibilis est.*

5 *Reseruatio dominij directi, facit vt censeatur translatum vtile dominium.*

6 *Perceptio decimarum, pro indiuiso concessa, infert concessionem iuris spiritualis pro alia parte indiuisa.*

7 *Quando agitur de interpretatione voluntatis, attendi debet opinio partium, quamuis vera non sit.*

8 *Obseruantia multum operatur ad interpretationem voluntatis, immo ad eam sufficit vnus actus.*

9 *Declarationi Papali facta ex certa scientia standum omnino est.*

10 *Nullitas concessionis in parte substantiali, reddit nullum totum actum ratione connexitatis.*

11 *Clausula,* omni meliori modo, *non potest reddere validum actum re vera nullum.*

12 *Concessio iuris decimandi facta laico, nulla est & inualida, siue fiat per modum infeudationis, siue locationis, etiam ad modicum tempus.*

13 *Translatio vtilis dominij decimarum, seu iure principalis affictus facta, ita vt illæ percipiantur iure proprio, non valet in fauorem laici.*

14 *Protestatio contraria natura contractus, non releuat ad validitatem eiusdem contractus.*

15 *Protestatio excusat, si partes illam expresserint verbis amplissimis, & se retulerint ad formam constitutionis, secundum quam partes contrahere voluerunt,* & non alias, aliter, nec alio modo.

16 *Conditione non adimpleta, concessio resoluitur, & perinde est ac si numquam facta fuisset.*

SEntentia Rotalis concedens Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Rauennaten. reintegrationem ad quasi possessionem decimarum, & iuris decimandi, eo quia inuestituræ per dictum Capitulum factæ ad fauorem DD. de Tassonis, continent ius decimandi, cuius Laïci sunt prorsus incapaces; visa fuit valida, & iusta, ac proinde illam confirmandam esse Domini responderunt.

Validitas autem probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus per Caputaq. *decis.* 160. *p.* 2. Neque illa valet impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati. Quia respectu Galeatij primi acquirentis, cum de tempore litis introductæ in Curia super nouo iudicio reintegrationis, ex hac vita migrasset; proculdubio contra ipsum exequi non poterat citatio; minúsque citandus erat Nicolaus, qui cum sit nepos primi acquirentis, & inuestitura comprehendat tantum primum inuestitum eiusque filios, vt ex tenore dictæ inuestituræ relatæ *in summ. Capituli, numero sexto,* nullum interesse potest prætendere in hac causa. Et nihilominùs cum tam Fornaccinus actor specialiter deputatus in hac causa ab Elisabetha Estensi matre, ac Tutrice testamentaria dicti Nicolai, *eodem summ. Capituli num.* 3. quam alij Procuratores aliorum Doctorum de Tassonis, qui in iudicio de partibus interuenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis Rotalis ad totam causam, *summ. num.* 4. talis citatio generalis sufficit ad tollen. nullitatem ex defectu citationis prouenientem, *leg. si Prætor. de iudic. leg. consentaneum. Cod. quomod. & quand. iud.* Castr. *in leg. ad peremptorium, num.* 6. *ff. de iudic.* Rota coram Seraph. *decis.* 455. *num.* 8. *vers. secunda nullitas. Mynsinger. obseru.* 71. *sub n.* 1. *cent.* 3. Modern. *de citat. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 437. ex simili enim citatione censetur satisfactum defensioni naturali, ita vt si citatus postea non compareat, possit ad vlteriora procedi absque alia vocatione, *cap. consuluit, de offic. delegat.* Et licet stylus Curiæ sit, non comparente citato, procedi per contradictas; istud tamen respicit quandam potius vrbanitatem, quàm necessitatem, & substantiam causæ; Rot. *diuers. decis.* 332. *numero* 3. *parte* 2. *lib.* 2. *in antiquis, decis.* 4. *de dol. & contumac. in nou. decis.* 8. *de testib.* Put. *decis.* 381. *circa fin. lib.* 2. cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. *de citat. dict. cap.* 11. *numero* 440. & Addeo. ad Gregor. *decis.* 430. *num.* 6.

Eoque minus Domini dixerunt esse attendendam hanc prætensam nullitatem ex defectu citationis: quia nec docetur quòd etiamsi ipsi fuissent citati, & auditi, potuissent impedire huiusmodi reintegrationem, vel aliquid adducere quod traheret Rotam in diuersam sententiam, Alex. *in leg. non solum, §. morte, num.* 47. *de non. oper. nunciat.* Crauet. *consil.* 179. *num.* 6. *vers. pro hoc adduco,* Surd. *cons.* 181. *n.* 27. *cum seqq. & cons.* 127. *n.* 17. Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. n.* 107. cum pluribus cumulatis per Surd. *loco citato.*

Iustitia pariter dictæ sententiæ controuerti non potest, ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis, *coram R. P. D. meo Cerro sub diebus* 25. *Febr. &* 26. *Iunij anni* 1647. & illa clarè resultat ex nullitate inuestituræ factæ de decimis, & iure decimandi, quæ sub commercio Laïcorum esse non possunt, propter resistentiam Concilij Lateranen. de quo, *in c. prohibemus, de decimis.*

Neque obstat vnicum fundamentum Scribentium pro parte dd. de Tassonis, quod dicta inuestitura

ſtituta ſuſtineri debeat reſpectu commoditatis, & emolumenti, quorum Laici ſunt capaces. Nam quidquid dicendum eſſet quando conceſſio cantaret ſimpliciter de decimis, quo caſu quæri poſſet an intelligeretur conceſſum primario ius decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporalis eſt, & ab ipſo iure ſpirituali ſeiuncta; In propoſito caſu, quia inueſtituræ nedum quæ vltimo loco de anno 1608. factæ fuerunt ad fauorem Iulij, & Galeatij de Taſſonis, ſed quæcunque aliæ antecedentes
1 relatæ *in ſumm. impreſſo Capituli, n. 2. 3. 4. & 5.* † continent expreſſam conceſſionem decimarum, & iuris decimandi; res viſa fuit extra omnem difficultatem, vt nempè ſub dicta conceſſione veniat non ſolum commoditas prout eſt quid temporale, ſed ipſa ſpiritualitas, quæ à iure decimandi ſegregari non poteſt. Gloſſ. *in cap. quamvis verb. conceſſerit, de decim. & in can. peruenit. 3. q. 1. verb. laïcalibus, & in cap. 2. verb. ſtatutũ, de locat.* D. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 3. verſ. reſpondeo*, vbi quod aliud eſt ius decimandi, aliud res, quæ dantur nomine decimarum; & hanc diſtinctionem ſequitur Bald. *in l. vſusfruct. 67. in lect. antiq. n. 2. verſ. noto quod licet ius decimar. ff. de iur. dot.* Decian. *conſ.*
2 *22. num. 36. & 37. lib. 1.* † Vis enim iuris decimandi conſiſtit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu colentium prædia, quæ trahit ſecum ius ſpirituale, & valde differt à ſola facultate percipiendi fructus decimales nomine Eccleſiæ, quæ ſola vti conſiſtens in mera temporalitate, ad Laïcos pertinere poteſt; Abb. *in cap. ad hæc num. 4. verſ. & intelligo hoc, de decim.* Azor. *inſtit. moral. lib. 7. cap. 34. q. 7. tom. 1.* Suar. *de Relig. lib. 1. cap. 25. n. 6.* Rebuff. *de decim. q. 10. n. 34. in fin.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 238. n. 21. cum ſeq.* ſic etiam Peregr. *conſ. 74. ſub n. 12. lib. 1.* ibi, *de decima, & iure decimandi*: & in ſpecie inter conceſſionem decimæ, & iuris decimandi, poſt Calderin. diſtinguit Barboſ. *in l. Titia 35. ſub n. 43. verſ. quia quando, & ſub n. 46. verſ. & ideo, ff. ſolut. matrim.* Couar. *var. reſol. lib. 1. cap. 17. ſub n. 5.* ibi; *Decimarum fructus non quidem ius ipſum percipiendi decimas*, Gionagn. *reſp. 27. numer. 27. & 28. libro ſe-*
3 *cundo.* † Hancque opinionem in præciſis terminis conceſſionis factæ æquè principaliter, ac nominatim de decimis, & iure decimandi, quod non valeat reſtringi ad fructus decimales, ſed in totum corruat; firmauit ſæpius Rota, & ſignanter, *deciſ. 545. num. ſecundo, part. 4. recent. Mediolanen. reſciſſionis permutationis 21. Maij 1597. coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Albinganen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bon. mem. Card. Virili*, ac in aliis relatis in ſecunda deciſione edita in hac cauſa, *coram R. P. D. meo Cerro, in §. obiectum.*

Vllus neque Doctor ex allegatis parte dd. de Taſſonis præfatæ concluſioni repugnat; vel loquitur in conceſſione iuris decimandi: nam Bald. *conſ. 274. num. 1. libro quinto*, & Gionagn. *reſponſ. 27. n. 30. libro ſecundo*, loquuntur vbi de decimis cantat conceſſio, vel locatio; Berous *conſil. 84. n. 41. cum ſeq.* loquitur de decima temporali; & Diu. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 3. ad 3.* de perceptione decimarum nomine Eccleſiæ; Grat. *diſcept. 218. num. 25.* non repugnat, immò ſuffragatur huic opinioni, dum firmat aliud eſſe ius, aliud fructus, ſeu vtilitatem, quæ ex dicto iu-
4 re percipitur. † Et exemplum de vſufructu alienabili reſpectu ſolius commoditatis, retorquetur; nam quando venditio, ſeu tranſlatio facta fuit expreſsè de vſufructu (multo magis ſi de iure vſusfructus) dicta tranſlatio non ſuſtinetur, nec etiam reſpectu commoditatis: Monter *dec. 46. n. 16.* Caſtil. *de vſufruct. cap. 69. n. 9.*

Quæ eo magis procedere videntur, dum conceſ- 5
ſio, de qua agitur, facta apparet de decimis, & iure decimandi, reſeruato ſolum pro Eccleſia directo dominio; ex qua quidem reſeruatione ſequitur fuiſſe in inueſtitos de Taſſonis tranſlatum vtile dominium, includens facultatem percipiendi fructus decimales nomine proprio: quod tamen fuit per Concilium Lateranẽ. prohibitum, vt declarant Abb. *in dict. cap. ad hæc 15. numer. 4. verſ. in effectu volunt, de decim.* Monet. *tractat. de decim. cap. 5. numero 68.* Laym. *Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. capite 6. numero 4. verſ. deinde vero*, Barboſ. *in d. l. Titia, d. numer. 47. verſic. ſed quando vtil. ff. ſolut. matrim.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 238. ſub n. 22.*

Præterea actum fuiſſe de decimis, prout ſunt quid 6
ſpirituale, arguitur ex eo quoque, quod plures inueſtituræ, & præſertim illæ factæ ad fauorem DD. de Taſſonis, loquuntur de iure decimandi pro duabus partibus pro indiuiſo cum Rectoribus Eccleſiarum, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio, & ratione adminiſtrationis ſpiritualium, benè exindè infertur, quod etiam Conceſſionarij in partibus ſibi pro indiuiſo, & coæqualiter conceſſis, proprio nomine percipere valeant, ne alioqui vna & eadem res diuerſo iure conſenſeretur: contra vulgat. Text. *in l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* & ita in indiuiduo dictum fuit *in d. Albinganen. decimarum, coram Card. Virili. §. quarto quia, & in Ferrarien. decimarum, coram bon. me. Pironano, q. 684. p. 1. recent. n. 2. & 3.*

Accedit etiam, quod ex quo de tempore inueſti- 7
turarum vigebat communis illa reputatio, quam poſtea erroneam declarauit fel. rec. Paul. V. per ſuam particularem Conſtitutionem, vt in generalitate Bonifacianæ comprehenderetur facultas concedendi ius ſpirituale decimandi, & decimas percipiendi, prout teſtatur Rimin. Iun. *conſil. 429. numero vigeſimo-quinto*, & expreſsè declarantt ſtatuentes, *libro ſecundo, cap. 127. ſumm. impreſſo Capituli, num. 8*, vt exinde ſequatur, in dictis conceſſionibus actum fuiſſe de decimis ſpiritualibus, regulando voluntatem à poteſtate, & capacitate, quam Ferrarienſes opinabantur habere iuxta conſuetudinem Regionis, & communem intellectum, Abb. *in c. ex parte, n. 3. de cenſib.* Bart. *in leg. viros, num. 1. C. de diuerſ. offic. lib. 12.* Iaſ. *in leg. 1. num. 11. verſ. tertio principaliter, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* Gabr. *concl. 1. num. 67. de conſuet. lib. 6.* Mat. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 19. num. 22.* qui communis intellectus comprobatus etiam fuit ex ſubſequuta obſeruantia, dum poſtea inueſtiti dictum ius decimandi nomine proprio, nulláque facta mentione Capituli aliis vendiderunt, *ſumm. Capituli, numero ſecundo*, & ad inſtañ. eorumdem inueſtitorum promulgata fuerunt ab Ordinario edicta contra Debitores Decimarum, ne ſegetes ab Agris amouere auderent abſque licentia ipſorum;
† declaratur namque ab obſeruantia quid fuerit in 9
conceſſione comprehenſum, ex allegatis per Surd. *conſ. 527. numero 11.* Rot. *deciſ. 261. numero quarto, deciſ. 301. num. 8. part. 1. recent.* & in ſpecie Rota *in d. Albinganen. decimarum, coram Virili, §. tertio quia*, ibi, *& in executione Rodini ab ipſis Parochianis exegerunt &c.* & pro obſeruantia interpretatiua ſufficit vnicus actus, Decian. *reſponſ. 51. n. 56. lib. 2.* Rot. *dec. 136. num. 6. deciſ. 419. n. 6. part. 1. recent.* Vnde Taſſoni modo nequeunt contrarium profiteri, & intellectum ab ipſiſmet iam datum controuertere, *l. poſt mortem, ff. de adopt.*

Sed prædicta viſa fuerunt euidentius comprobari ex Bulla Pauli V. Nam illa declarat litteras

Bonifacij non comprehendisse, neque comprehendere ius decimandi, indulgérque vt concessiones fiant de nouo, non quoad iua decimandi, nec quoad decimaa, sed quoad ipsarum decimarum emolumentum tantum, de quo tamen Laïci teneantur infra biennium accipere nouam inuestituram, aucto
9 canone, † ergo ex huiusmodi declaratione, cui tanquam Papali, & ex certa scientia standum est; Angel. *cons. 274. n. 1. post med. & 2.* Bellam. *cons. 33. num. 39. & 41.* Dec. *cons. 114. Et pro tenni, num. 5.* remanet sublata omnis difficultas, quandoquidem appatet quod pro validitate fieri debet concessio de sola commoditate, & facta de decimis & iure decimandi non sustineatur.

10 Non obstat, quod verba illa posita in inuestitutis, *Decimas, & ius decimandi*, intelligenda sint secundum potentiam, ac facultatem Capituli concedentis, & capacitatem Laïcorum, & ita de iure percipiendi ea decimis id, quod est temporale; non autem de iure spirituali non concessibili: ad text. *in cap. fin. ne Prelat. vic. suas.* Quia obiectum posset procedere quatenus versaremur in casu dubio, tunc enim locus fieret ex præsumpta mente concedentia, & ex capacitate subiecti; secus est quando inuestituræ expresse loquuntur de iure decimandi. Nam tunc clara est mens concedendi, & consequendi decimas ipsaa, ipsúmque iua decimandi: in claria autem non est opua confugere ad interpretationem aliquam, *ex leg. ille aut ille 25. §. cum in verbis, de leg. 3.* Cyriac. *contron. 210. numero 12.* Rota *dec. 135. n. 8. & 9. part. 7. recent.*

11 Nec etiam releuat, quod concessiones loquantur de decimis, iure decimandi, fructúsque decimales percipiendi, & ita quatenus sub iure decimandi veniret ipsa spiritualitas, possint nihilominus diuidi, & sustineri respectu perceptionis fructuum, ex clausula *omni meliori modo*, quæ apposita in inuestituris operatur, vt si illæ non possint sustineri eo modo, quo fuerunt factæ, valeant, & sustineantur omni alio meliori modo: ex notatis per Scriben. *in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. & in cap. cum super de offic. delegat.* quia vbicunque est concessum ius, mentio fructuum stat consecutiuè à dicto iure, eundémque admittit spiritualitatis intellectum, vnde tota inuestitura corruit, provt alias dixit Rota *in iam allegata decis. 345. num. secunde, par. 4. recent. & in dict. Albin-*
12 *ganen. coram Card. Virili.* † Et in terminis nullitatis concessionis in parte substantiali, vt in totum illa corruat ratione connexitatis, & indiuiduitatis, firmauit Rota *decis. 30. numero tertio & quarto, part. 1. & 176. n. 44. part. 5. recent.* non obstante dicta clausula *omni meliori modo*, quæ apta de per se non est ad vim addendam, atque effectum tribuendum actui reuera nullo, Ancharan. *consil. 358.* quem sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 17. num. 4. cum sequent.* Dec. *cons. 413. num. 9. vers. quia clausula,* Barb. *de claus. claus. 95. n. 60.*

Minúsque refragantur clausulæ, *ad habendum vsufructuandum, &c.* positæ in vltima inuestitura dicti anni 1608. relata *in summ. impress. Capituli, num. sexto.* ex quibus informantes pro Tassonis prætendunt restrictionem concessionis ad solam commoditatem emolumentorum. Quia tanquam accessoriæ non habent alterare principalem dispositionem contractus; Dec. *consil. 413. n. 9. vers. quia claus.* Curt. Iun. *consil. 56. numero tertio,* Franch. *decision. 6. num. 6.* propterea cum principaliter fuerit alienatum ius decimandi, quod vti spirituale sub commercio Laïcorum esse non potest, vt præter iam allegatos, testantur Abb. & Imol. *in c. cum Apostolica. de his, qua fiant à Prælat.* Felin. *in cap. causam quæ, num. 3. de præscript.* Rebuff. *de decim. quæst. 13. n. 69.* Rota *decis. 213. part. 2. diuers. & in Pampilonen. decimarum, 29. Octobris 1599. coram bon. memoria Card. Hieronymo Pamphilio,* dictæ clausulæ respiciunt fructus, qui ratione connexionis participant de eadem spiritualitate, provt benè Gratian. *discept. forens. c. 238. n. 61.*

Visum pariter fuit satis leue argumentum deductum ex eo, quod inuestituræ factæ fuerint iure perpetualis affictus, & ita titulo simplicis locationis, quæ conductori aliud ius non tribuit, quam percipiendi fructus ex re conducta: Nam dum concessio facta fuit Laïcis de iure decimandi, quod est spirituale, semper est inualida, siue facta appareat per modum infeudationis, siue locationis, vt benè firmat Abb. *in dict. cap. ad hæc, numero quarto, vers. & intelligo hoc, de decim.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. qu. 63. num. 5. vers. nec etiam potest Laico locari.* etiamsi dicta locatio fieret ad modicum tempus, Abb. *dict. cap. ad hæc, num. 7. vers. nam ius decimandi.* Redoan. *q. 63. n. 6.* † Quod fortius procedit, quia hic demon- 13
stratur, vt facta fuerit iure principalis affictus, per quem fit translatio dominij vtilis: ad text. *in l. 1. §. quod autem, ff. de superfic.* Abb. *vbi supra, numero 4. vers. sed per concessionem ad modicum tempus* Castr. *in leg. vsusfructus 58. col. vlt. in princ. vers. vnde facit, n. 3. ff. solut. matr.* Mant. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 3. n. 11. in fin.* facta autem translatione vtilis dominij, conductor efficitur Dominus decimarum antequam illæ sint perceptæ, easque colligit nomine proprio: contra dispositionem *d. c. prohibemus, de decim.* Gratian. *d. c. 238. n. 22.*

Neque vllius est releuantiæ, quod concessiones factæ fuerint sequendo formam Bonifacianæ, in qua sanct. mem. Paul. V. declarauit non comprehendi decimas, & ius decimandi; sed solum decimarum emolumentum.

Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & iure decimandi, neque mentionem aliquam facit de fructibus separatis ab ipso iure, sed generaliter declarat de bonis, & iuribus Ecclesiarum, remouendo caducitatem ob non solutum canonem; & in hac qualitate verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem respectu emolumenti, de quo illa nominatim, & expressè nihil disponit: immò cum communiter crederetur, Bullam Bonifacianæ comprehendere etiam ius decimandi, ex mentione *Iurium*, cum dictione illa vniuersali, *quecunque*; motiuum retorquetur, & relatio ad Bonifacianam patefacit intentionem contrahentium fuisse transferendi ius decimandi, provt est quid spirituale, iuxta opinatam capacitatem Ferrariensium, licet erroneè; & idcirco ad occurrendum vlteriori abusui, & corruptelæ, emanauit Paulina declarans Bonifacianam non comprehendere decimas, & ius decimandi: & cessat difficultas omnis, quia cum inuestitura loquatur in specie de iure decimandi spirituali, non potest sustineri in vim simplicis relationis ad Bonifacianam, quatenus illa de emolumento temporali disponeret: † standum enim potius est expressioni 14
iuris decimandi, quam relationi, seu simplici protestationi de contrahendo iuxta formam Bonifacianæ, cum talis protestatio sit contraria facto; Peregr. *de fideicomm. art. 16. num. 111. vers. limita,* Surd. *cons. 440. num. 34. & sub num. 33. & cons. 524. num. 15. & 16.* aliique relati ab Addent. ad Burat. *decis. 52. num. 13.* Rot. *in Romana attentatorum 27. Apr. 1640. coram R. P. D. meo Bichio:* Et quod contrahens per huiusmodi protestationes non possit efficere, vt ille contractus, qui in sui formalitate directè contrariatur

Bonifacia

Bonifacianæ, illi conueniat, censeaturque factus, & celebratus iuxta illius formam, egregiè explicat Boccac. *de censib. parte secunda, num.* 138. *& seqq.* Surd. *cons.* 318. *num.* 22. Præsertim dum dicta relatio potest operari suum effectum quoad remissionem canonis, & alia priuilegia in eadem Bonifaciana expressa. Ponderando quod inuestituræ, de quarum validitate nunc agitur, non sunt relatiuæ ad Bonifacianam tantum, sed etiam ad antiquas inuestituras, quæ loquebantur de iure decimandi.

Obesse neque videtur simile adductum de pactis illicitis appositis in contractu census, cum protestatione contrahendi iuxta formam Bullæ Pianæ. Nam licet huiusmodi protestatio sustineat contractum in aliis non illicitis, quando concepta est verbis amplissimis, ita vt totum id quod repugnat Constitutioni Pianæ, habeatur pro non apposito, & reducatur ad illius formam, verumque sensum, iuxta quem intendunt velle contrahere, & non alias, aliter, nec alio modo; in quibus terminis loquuntur Giurb. *decis.* 85. *numero* 8. *&* 9. Rota *decis.* 374. *numer.* 8. apud Cenc. *de cens.* secus est quando dicta protestatio simpliciter, vt in casu isto, concepta fuit; vt benè distinguendo declarat Cenc. *de cens. qu.* 61. *num.* 3. *&* 7.

Non obstat denique quod vigore dictæ Paulinæ Tassoni prætendant nouam inuestituram quoad solum emolumentum. Quia cum facultas fuerit per dictam Constitutionem restricta ad tempus biennij expiratum vsque de anno 1621. & sic per longum tempus, non videtur quod amplius sit locus renouationi inuestituræ, ex regola, quod concessa ad tempus, post tempus prohibita censentur: ad tradita per Surd. *decis.* 75. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 191. *num.* 21.

Quo verò ad prætensam restitutionem in integrum. Vltra quod illa non petitur in actis, nec cadere videtur sub disputatione præsentis dubij, Domini transierunt cum responsionibus iam datis in prima, & secunda decisione, in hac causa emanatis coram R.P.D. meo Cerro. Quibus addebant etiã, vt cũ versemur in inuestituris ab initio nullis, Tassoni dicantur destituti omni titulo, vnde non possunt applicari termini restitutionis in integrum, quæ supponit aliquod ius semper radicatum in ipsis petentibus ab initio; sumus enim in simplici beneficio Principis concesso ex causa lucratiua, & sub conditione accipiendi nouam inuestituram infra bien-
16 nium cum augmento canonis, † qua conditione non adimpleta, beneficium resoluitur, & habetur perinde ac si concessum non fuisset, ex plenè deductis per Gabr. *cons.* 162. *per tot. lib.* 1. Cyriac. *controu.* 240. *num.* 14. Corbul. *de iur. emphyt. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 28. *num.* 4. vbi in terminis de non adimpleta conditione petendi inuestituram intra tempus præfixum, Rota *decis.* 572. *num.* 3. *part.* 1. *& decis.* 869. *in fin. vers. nec sumus, part.* 1. *diuersor. & dec.* 282. *num.* 11. apud Pacif. *de Saluian.* Gregor. XV. *dec.* 559. *num.* 6. & *ibi* Adden. *num.* 10. *limitat.* 3. *& decis.* 203. *num.* 20. *part.* 6. *recent. in Toletana decimarum de Saredon.* 13. *Iunij* 1590. coram Penia, *inter eius impressas, dec.* 93. *n.* 8. & in terminis concessionis sub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus, quod eo elapso mora sit impurgabilis, nec competat restitutio, Staiban. *resol. forens.* 36. *num.* 11. *& resol.* 17. *num.* 11.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Ad cap. 25. *secunda partis huius tractatus de Prauent.*

CAPVT
SEV
RESOLVTIO IX.

ROTÆ AVENION. IN CAVSA Niciensi Canonicatus.

30. *Iunij* 1649.

ARGVMENTVM.

Quando disputatur de potestate Legati, vel Vicelegati, non potest Ordinarius cognoscere de illo articulo, & de validitate prouisionum. Vicelegatum Auenionensem posse derogare regulæ *de viginti.* Facta resignatione cum derogatione dictæ Regulæ, non posse collationem fieri de beneficio tanquam vacante per obitum. Prouisus ab Ordinario quando non sit legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum. Possessio non capitulariter capta, quando sit valida, etiam non citato possessore.

SVMMARIVM.

1 *Causa non est remittenda ad Curiam Episcopalem, quando contingit disputari de validitate collationis facta in Legatione, si nullitas fundetur in defectu potestatis.*

2 *Vicelegatus potest derogare regula* de viginti diebus, *ex facultatibus Legationis Auenionensis.*

3 *Collatio per resignationem, incompatibilis est cum collatione facta per obitum.*

4 *Post admissam resignationem, beneficium non dicitur amplius vacare.*

5 *Expressio certi modi vacationis facta coram Ordinario, continet implicitam negatiuam alterius modi vacandi.*

6 *Impetratio beneficij sub falso vacandi modo, reddit beneficium subiectum impetrationi alterius, veram vacationis speciem exponentis.*

7 *Prouisus ab Ordinario quando & ex quibus dicatur legitimus contradictor aduersus prouisum Apostolicum.*

8 *Si prouisus ab Ordinario non exhibeat titulum, ex quo deberet obtinere immissionem si non possideret, non impedit immissionem prouisi Apostolici, nec illius appellatio suspendit executionem.*

9 *Prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor, si eius titulus nullitate laborat.*

10 *Quod dicitur de subrogatis Apostolicis, procedit eodem modo in prouisis quocunque genere prouisionis Apostolica.*

11 *Possessio Canonicatus non capitulariter capta, est valida, si per Capitulum steterit quominus caperetur.*

12 *Possessio instrumentalis prouisi Apostolici, prafertur possessioni prouisi per Ordinarium, si huius possessioni ius resistat.*

13 *Possessor non est citandus, cuius possessio non est colorata.*

14 *Vt beneficium dicatur plenum, non sufficit quecunque possessio, sed debet concurrere titulus & ius possidendi.*

LLVSTRISSIMVS Dominus Prolegatus Aueniou. per liberam resignationem Reuerendi Domini Iosephi Chiabaudi, vltimi possessoris Canonicatus & Præbendæ Ecclesiæ Nicienſ. contulit prædictos Canonicatum & Præbendam Reuerendo Domino Francisco Chiabando die 11. Aprilis proximè præteriti, qui Bullas & prouisiones Apostolicas in forma gratiosa concessas, Canonicis dictæ Ecclesiæ præsentando, petiit die 6. Maij subsequentis, sibi possessionem capitulariter decerni; quæ quidem fuit ipsi recusata, sub prætextu quod Sedes esset plena, & capitulariter data Reuerendo Domino Fabio de Gubernatis, qui eiusdem Canonicatus prouisionem obtinuit ab Illustrissimo Domino Episcopo Nicienſ. die 15. eiusdem mensis Aprilis tanquam de Beneficio vacante per obitum dicti Iosephi. Ob hanc causam dictus Franciscus instat coram præfato Illustrissimo Prolegato pro executione Bullarum Apostolicarum, ex eo quod resignans mortuus est quatuor diebus post admissam resignationem cum derogatione Regulæ *de infirmis resignantibus*; è contra dictus Fabius instat ad remissionem huiusce causæ ad Ordinarium Nicienſ. itavt primitùs & ante omnia sibi prouideatur super hoc Articulo, *ex dispositione sacr. Conc. Trid. in vulgato cap. 20. Causæ omnes, de Reformat. sess. 24.* Auditis partibus causa fuit commissa per præfatum Illustrissimum Prolegatum, Reuerendissimo Domino Auditori Generali tanquam Rotæ Præsidi, ad prouidendum partibus super hinciude requisitis prout iuris; eaque in Rota proposita; censuerunt Domini manutentionem, & quatenus opus esset immissionem esse decernendam de authoritate, & iurisdictione istius Legationis, etiam in prima instantia, dicto Francisco resignatario.

1 In primis, quia dictum cap. *causæ omnes*, non habet locum in casu de quo agitur, cum decretum Concil. non tollat modos legitimos quibus quis de iuris dispositione sortitur forum, prout firmant Doctores collecti per Barbos. *in Concil. Trident. in dicto cap. causæ omnes, numer. 44.* Hic autem tractatur de collatione facta per liberam resignationem, quæ non poterat subsistere absque derogatione Regulæ *de infirm. resignant.* Idcirco cum cognitio dictæ collationis factæ per Illustrissimum Prolegatum habeat sibi annexam cognitionem derogationis dictæ Regulæ, an videlicet talis sit potestas Illustrissimi Prolegati Auen. derogandi eidem, non est conueniens vt Ordinarius, qui est inferior, cognoscat de potestate & authoritate eiusdem Illustrissimi Domini Prolegati, qui est superior: vt benè notat Gabriel. *consil. 182. num. 17. vol. 2.* Aliud enim esset si ageretur de nullitate prouisionum Apostolicarum, quia tunc talis cognitio spectaret ad Ordinarium in prima instantia, vigore *dicti cap. causæ omnes*, necnon etiam Breuis Illustrissimi Domini Auditoris Reuerendæ Cameræ nobis exhibiti, quod non plus potest operari, quam dispositio Sacr. Concil. cum solummodo emanauerit pro obseruantia eiusdem, ne videlicet Legati dictæ dispositioni aduersantes, causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes per Ordinarios in prima instantia cognoscendas, sibi retineant.

2 De potestate verò & facultate Illustrissimi Prolegati circa derogationem Regulæ prædictæ, clarè deciditur per Rotam *in dec. 508. part. 4. recent. & decis. 109. eadem parte secunda, tom. 4.* Quibus firmatur Illustrissimos Prolegatos Auenion. vigore facultatum suarum habere huiusmodi potestatem derogandi dictæ Regulæ, & passim ita seruatur, necnon admittendi resignationes cum reseruatione pensionis, vt patet ex facultatibus Legati Auenion. & notum est omnibus Eminentissimos Legatos Auenion. habere ampliorem potestatem & authoritatem alijs Legatis Apostolicis; prout videre est in prædictis facultatibus.

Quoad secundum concernens executionem Litterarum Apostolicarum, licèt dictus Fabius de Gubernatis prouisus ab Ordinario priùs possessionem dicti Beneficij fuerit adeptus; nihilominus quia Prouisio Legationis, fuit facta de Canonicatu vacante per resignationem; Prouisio verò Ordinarij, de vacante per obitum, & sic ex falso vacationis modo, omninò corruit; † cum collatio per resignationem 3 sit incompatibilis cum collatione facta per obitum: Cassador. *decis. 1. & 2. de renunciat.* Gabriel. *consil. 193. num. 11. volum. 2.* † Imò post admissam resignatio- 4 nem, Beneficium non dicitur ampliùs vacare: per textum expressum *in cap. susceptum, 6. de rescript. libro 6.* Quod maximè procedit respectu prouisionis factæ per Ordinarium, coram quo solet exprimi certus vacandi modus, vt notatur Patis. *de resignat. Benef. lib. 8. quæst. 9. num. 50.* & Episcopi nec possunt, nec solent vti illa clausula (*quod maior & verior expressio fieri possit in Litteris:*) idcircò † expressio va- 5 cationis illius modi, continet implicitam negatiuam alterius modi, sicque non potest capi vacatio, quin detur contradictio in obiecto: Abb. *in cap. significante, numer. fin. versic. item illa falsa expressio, de rescript.* † Et Prouisio sic facta, nulla est & inualida tanquam 6 facta de Beneficio antequam vacet; quod damnabile esse dicit Text. *in cap. 2. de concess. prabend.* & ex eo Fab. *in Cod. libro primo, titul. de sacros. Eccles. definit. 4. num. 10.* Et generale est quod ex duobus impetrantibus ille præfertur qui expressit proprium & veram vacationis speciem, licet impetrans sit posterior; Boër. *decis. 150. numero 11.* faciunt dicta per Lothet. *de re Benefic. libro tertio, quæst. 8. num. 11. & sequent.*

Propterea concedenda est manutentio, & in sub- 7 sidium immissio præfato Francisco Resignatario; quia licèt regulariter cessantibus reseruationibus, Ordinarij parem habeant potestatem conferendi, & Papa Prouisos ab Ordinarijs agnoscat pro legitimis contradictoribus, *cap. si à sede, de præbend. in 6.* Hoc tamen intelligitur, si Prouisus ab Ordinario talem exhibeat titulum, ex quo si non esset possessor, vigore illius obtineret possessionem & immissionem, concurrendo cum Prouiso à Sede Apostolica: Zuccard. *in l. fin. num. 346. vers. secundo est aduertendum, Cod. de edict. diu. Adrian. tollend.* Rot. *par. 7. recent. dec. 225. num. 22.* † Sufficit enim si Prouisus talem titu- 8 lum non exhibeat, ad hoc vt Litteræ Apostolicæ mandentur executioni, & prouiso Apostolico detur immissio per viam executiuam, quæ nequidem per appellationem prouisi ab Ordinario suspendi potest, Rot. *loco citato, num. 22.* & optimè declarat, *decis. 362. num. 3. p. 3. recent.*

Data nullitate tituli prouisi ab Ordinario, talis 9 prouisus non potest esse legitimus contradictor, Dom. Argel. *de Legit. contradict. q. 15. num. 96. & 97.* Vbi plures cumulantur Rotæ decis. † Qui licet loquatur 10 de subrogatia Apostolicis, tamen eadem ratio militat in aliter prouisis à Sede Apostolica quocunque prouisionis genere; vt ipsemet *loco citato* testatur, *num. 197.* ita sæpiùs in Rota.

Nec

11 Nec obstat quod dictus Franciscus possessionem non fuerit adeptus capitulariter, cùm facta requisitione, fuerit ipsi denegata, & ob hanc causam ea non indiget, licèt agatur de Canonicatu, quia tunc aliter adepta, habetur ac si capitulariter capta fuisset, Addent. ad Buratt. *decis.* 318. *num.* 17. *in prima limit.* Addent. ad Gregor. XV. *decis.* 364. *num.* 6. *vers.*

12 *verùm praeallegata conclusio.* † siquidem possessio instrumentalis à Prouiso Apostolico capta, existente prouiso per Ordinarium in possessione cui ius resistit, est manutenibilis, Rot. *in puncto* apud Coccin. *decis.* 5 t. *num.* 4. vbi pluries ita fuit decisum per Rotam.

13 Nec etiam opus fuit citare dictum D. Fabium, cum ille, cuius possessio non est colorata, nullo modo citandus sit; *cap. cum nostris, de concess. praebend.*

14 Lother. *de re Benefic. dict. lib.* 3. *quaest.* 8. *n.* 25. † nam vt dicatur Beneficium pleonom, non sufficit quaecunque possessio, sed debet concurrere titulus & ius possidendi, Rot. *in antiqu. decis.* 18. *de praebend.* Gonzal. *super Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 15. §. 1. *numero* 13. Cassador. *decis.* 5. *de priuileg.* Et suprà visum fuit, discoloratam omnino esse possessionem D. Fabij, per illum text. express. *in d. cap. susceptum, de rescript. in* 6. & ex aliis *suprà* allegatis, cum non habeat possibilitatem tituli validi; Lother. *loco citato, num.* 34.

Ista decisio adaptatur ad cap. 5. *num.* 14. *huius tractatus parte prima. Et ad cap.* 5. *quaestionum beneficial. num.* 1.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

CAPVT SEV RESOLVTIO X.

In Causa creditorum Gousset, coram Rota Auenionensi, 18. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Obligatio mulieris coniugatae pro marito, vtrum sit in totum nulla, aut valida propter vim iuramenti, an verò vsque ad concurrentiam medietatis doris. Et vtrum excessus ille vltra medietatem dotis, debeat eadem ratione considerari, siue mulier vnica obligatione laedatur, siue pluribus: ad confirmationem eorum quae tradita sunt ab Authore, *lib.* 2. *quaest. leg. c.* 45. *num.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mulieris per quam remanet penitus indotata, de iure nulla est, neque firmatur iuramento.*

2 *Propter laesionem enormissimam dolus reipsa arguitur.*

3 *Vxor se pro marito obligans, praesumitur id fecisse metu reuerentiali, si enormissimè laesa fuerit, hoc est vltra medietatem.*

4 *Vtrùm contractus in quo mulier laditur vltra dotis medietatem, rescindatur in totum, an verò pro rata laesionis. Et vtrùm hoc locum habeat siue vnica, siue pluribus obligationibus laesa fuerit.*

5 *Concluditur, obligationes coniungi, & vxorem restitui aduersus contractus pro marito celebratos, ad ratam duntaxat laesionis.*

6 *De rigore iuris Canonici, contractus mulieris est validus, licèt remaneat penitus indotata, propter efficaciam iuramenti.*

7 *Obseruantia dicitur interpretatiua iuris dubij, quando hinc inde adsunt opiniones Doctorum contrariae.*

8 *Quando ius est dubium, attendenda est obseruantia interpretatiua, quae non exigit praescriptionem.*

9 *Doctori attestanti de consuetudine tribunalis in quo versatus est, creditur.*

10 *Thesauro Iuniori multum deferendum est, nominatim dum agitur de praxi declarationis nullitatis contractuum, quibus mulieres redduntur laesae vltra dotis medietatem.*

11 *A consuetudine & praxi tribunalium non est recedendum, ne publica quies interturbetur.*

IN causa discussionis bonorum Bernardini Gousset, Mercatoris praesentis Ciuitatis, quae ventilabatur in hac Curia, fuit commissus iuris articulus Reuerendissimo Domino Auditori Generali Rotae Praesidi ab Illustrissimo Domino Prolegato, vnà cum Rota discutiendus, An mulieris contractus rescindetur in totum quando per vnicam obligationem remanet penitos indotata, An verò pro parte solum, & pro rata laesionis; quia quaestio erat maximi ponderis propter consequentiam.

Vnde dubio pluries in Rota proposito, examinata priùs serie facti, & cognito, dictum Bernardinum Gousset & Margaritam Artamale coniuges, aequè principaliter in solidum obligatos in fauorem Ludouici Chapelle Mercatoris dictae Ciuitatis, pro summa 118. duplarum ex causa mutui, instrumento rogato per Magistrum Reboul Notarium sub die 11. Iunij 1640.

Cognito etiam, dotem dictae Artamale traditam marito, ascendere tantum ad summam 300. scutorum, & sic totam illam dotem fuisse exhaustam per dictam obligationem 118. duplarum, quarum valor de tempore actus ascendebat ad summam 401. scutorum & 12. solidorum.

Sub quo fundamento filij & haeredes dictae Artamale, conqueruntur de iniustitia & nullitate contractus gesti per matrem, cum de tempore restitutionis, pater, & respectiuè maritus reperiatur decoctus, nec bona habeat sufficientia pro relevio dictae obligationis etiam in parte, cum creditores anteriores exhauriant substantiam paternam.

Restricta itaque fuit quaestio ad terminos istos, An data impotentia facultatum mariti de tempore restitutionis, talis obligatio mulieris subsistat pro parte, vel corruat in totum.

In qua quaestione fuit ponderatum, quòd de iure obligatio est nulla & inualida, per quam mulier remanet sine dote, non obstante quocumque iuramento, quo caso tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, prout dicunt Abb. *consil.* 8. *sub num.* 6. *part.* 2. Ioan. Lop. *Rubric. de donat. inter vir. & vxor.* §. 17. *sub num.* 18. *versic. Nam & Respublica interest;* 1

decis.5. apud Mohedan. *& dec. 45. numero 2. lib. 2. p. 3. diuers. & in Roman. societatis officij 4. Maij 1588. coram Gypsio.* Quæ doctrinæ procedunt in fortioribus terminis, nimirum contra expressam iuris dispositionem.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum 28. Junij 1650.

CAPVT SEV RESOLVTIO XI.

Coram Reuerend. P. D. BICHIO Auenionen. Saluiani.

Lunæ 8. Iunij 1648.

In Rota Romana.

ARGVMENTVM.

De Saluiano interdicto, & probationibus in eo requisitis. De exceptione præscriptionis, & quando illa currat in præiudicium mente captorum. Et vtrum noceat fideicommissariis, & à quo tempore contra illos currere incipiat. Et de præscriptionis interruptione per citationem, aut per interpellationes extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint probanda ad hoc vt detur actori immissio ex interdicto Saluiano.*
2 *Obligatio Cameralis producit hypothecam in bonis debitoris, tam pro sorte principali, quam pro damnis & interesse.*
3 *Possessor malæ fidei nunquam præscribit.*
4 *Contra mente captos non currit præscriptio.*
5 *Præscriptio non nocet substituentis per fideicommissum antequam casus substitutionis euenerit.*
6 *Præscriptio currit aduersus fideicommissarios, à die quo sciuerunt bona possideri per tertios.*
7 *Præscriptio vtrum per citationem interrumpatur, an etiam per interpellationes extraiudiciales.*
8 *Continuatio possessionis pendet ab animo, & ideo tertius de ea attestari non potest.*
9 *Solutio non probatur per librum Vice-thesaurarij nisi in præiudicium soluentis, non autem in præiudicium tertij.*
10 *Recens possessio rei conuenti probatur ex litis sustentatione, iunctis adminiculis.*

Nisi scuta 400. auri solis, gratis sibi mutuata à Nicolao Tartulli, Franciscus de Choiselas restitueret, vt promisit, infra annum, vendidit ex nunc prout ex tunc eidem creditori medietatem vnius Coloniæ pro pretio, quo æstimabatur, ab æstimatoribus publicis, cum promissione euictionis, ac defensionis sub obligatione Camerali de anno 1574. Et quoniam nec restitutum mutuum, nec tradita Coloniæ vcoditæ vacua possessio aliquando fuit, purificato per obitum filiorum Nicolai creditoris (sequutum de anno 1614.) eiusdem Nicolai fideicommisso ad fauorem Francisci Tartulli, idem vigore tam dicti fideicommissi, quam cessionis reportatæ ab Hectore confideicommissario, Iudicium mouit anno 1618. contra Gabrielem Bellum, tertium possessorem Castri de Roays, olim possessi à Francisco de Choiselas debitore, quod prosequutum vsque ad annum 1623. cum ob varia impedimenta siluisset diù, fuit reassumptum anno 1631. atque iterum de anno 1638. ac tandem definitum in partibus de anno 1646. per sententiam latam ad fauorem Hectoris Belli hæredis præfati Gabrielis, absolutoriam ab imperitis, saluo iure Actori rectius agendi.

Appellauit Actor ab hac sententia ad hoc sacrum Tribunal, & commissa mihi causa Appellationis, petiit sibi concedi immissionem ex vtili Saluiano interdicto in possessionem Castri supra nominati, ab Hectore aduersario nunc possessi, tam pro sorte principali scutorum 400. auri, quam pro damnis, & interesse. Vnde proposui hodie Dubium, An sit danda immissio; † quæ denegari non solet, probato credito cum hypotheca, ac possessione tum debitoris de tempore hypothecæ, tum rei conuenti tempore motæ litis: Menoch. *de adipisc. remed. 3. num. 161. & sequent.* Rot. *decis. 491. numero sexto*, penes S.M. Gregor. XV. *decis. 407. num. primo, parte 5. recent.* & aliàs sæpissimè. 1

Creditum autem cum hypotheca visum est probari satis ex publico instrumento vallato obligatione Camerali, quæ porrigitur etiam ad damna & interesse: Rot. *decis. 197. numero quinto, decis. 389. numer. 12. decis. 549. sub numero sexto*, inter impressas apud Cenc. *de Censib. & decis. 275. n. 3.* apud Zacch. *de obligat. Camer.* & includit in ventre bonorum debitoris hypothecam, Zacch. *de obligat. Camer. q. 31. numero octauo*, Barz. *decis. 108. numer. 29.* Buratt. *dec. 905. numero 2.* inducta etiam explicitè ex verbis instrumenti, ibi, *& pro obseruatione supradictorum obligauit se & omnia eius bona præsentia & futura.* Bursat. *cons. 39. n. 17.* Ceph. *cons. 41. n. 19.* Rimin. sen. *consil. 299. num. 10. & 11. lib. 2.* 2

Neque sublata dici potest præscriptione: nam subducto tempore vitæ Francisci debitoris anno 1578. defuncti, qui dum vixit, Castrum possedit, & cum sciret se esse debitorem, præscriptionem inchoare non poterat, obstante eius mala fide; *cap. vigilanti, cap. si diligenti, cap. final. de præscript.* Buratt. *decis. 436. num. 5.* Rot. *inter recent. decis. 164. numer. 3. part. 1.* subducto etiam tempore vitæ filiorum Nicolai Creditoris anno 1614. mortuorum, † contra quos cùm essent mente capti, currere præscriptio non potuit, quia pupillis æquiparantur. Gloss. *in l. 2. verb. ad agnatum. Cod. de curator. furios.* Bald. *in l. final. numero secundo, C. in qu. b. caus.* Montesperell. *cons. 181. numero secundo, & sequent.* Odd. *de restitut. in integr. part. 2. quæst. 90. n. 10.* Cyriac. *contron. 319. num. 70. & sequent.* † Et dato quod cucurrisset, ea non nocet Actori, cui fideicommissum creditoris noondum apertum fuerat. Socin. Iun. *consil. 52. numero 3. libro 4.* Gabr. *de rescript. conclus. 13. n. 11. & 13.* Fusar. *de substit. quæst. 528. n. 4. & sequent.* Caualer. *decis. 213. num. 7.* Reuerendissimus Vrgellensis, *decis. 426. num. 7.* Rot. *inter recent. decis. 558. num. 7. & sequent. part. 5. & in Romana de Mellinis 15. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Cerro, §. ebiectum.* 3 4 5

Non adest tempus idoneum præscriptioni, cuius initium debeat ex die qua fideicommissarius sciuit bona hypothecata, à tertiis possessoribus possideri, iuxta opinionem, quam aliis relatis,

amplexa est Rot. *dec.* 407. *num.* 17. *&* 18 *p.* 5. *recent. in Spoletana Saluiani*, 3. *Iunij* 1639. *coram bonæ memoriæ Merlino, in Ciuitatis Castelli, Saluiani* 18. *Februarij* 1641. *coram R.P.D. meo Roias, in Bononien. censu* 4. *May* 1643. *coram Reuerend. P.D. meo Ghislerio*, & sequitur Cancer. *var. resolut. tom.* 1. *cap.* 15. *sub n.* 55. Ex ea autem die Franciscus fideicommissarius iudicialiter conuenit Gabrielem, cuius Hector aduersarius, est hæres vniuersalis, & ab anno 1618. vsque ad 1623. multa acta iudiciaria contra eundem Gabrielem fecit, Instrumentum crediti, & Articulos etiam producendo, crediti seriem continentes, per quæ saltem negari non potest, quin deducta fuerit ad notitiam Rei conuenti scientia crediti hypothecarij, & per consequens inducta mala fides, quæ præscriptio-

7 nem impedit, ac interrumpit, † siue resultet ex sola citatione, legitimè executa, *l. sicut*, ibi, *nisi in indicio postulatione deposita subsequuta fuerit conuentio, l. cum nouissimi, in princip.* ibi, *idest etiam per solam conuentionem. C. præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Bald. *in d. l. sicut, in prima lectura, sub n.* 5. *versic. nisi subsequuta citatione*, & *in addit. n.* 3. & *in lectura noua, n.* 3. Burat. *decis.* 8. *n.* 1. siue ex quocumque alio actu, ac interpellationibus etiam extraiudicialibus. Felin. *in cap. illud, n.* 7. *&* 8. *de præscript.* Balb. *eodem tract. p.* 6. *q.* 4. *num.* 36. Put. *dec.* 385. *n.* 1. *lib.* 3. *in corr.* Cocc. *decis.* 362. *num.* 2. Buratt. *decisione* 457. *num.* 3. Rot. *in recent. decis.* 57. *num.* 26. *& sequent. decis.* 94. *num.* 22. *& sequent. decis.* 191. *in fin. part.* 7.

8 Non tamen probatur possessio debitoris de tempore contractæ obligationis: nam in id affertur solum instrumentum homagij, quod ille occasione huius Castri præstitit Reu. Cam. Apostolicæ, an. 1555. à quo præsumptam possessionis ciuilis continuationem vsque ad tempus hypothecæ contractæ de anno 1574. allegare non potest tertius, qualis est Actor, cum pendeat ab animo & voluntate possidentis, de qua tertius attestari non valet; Abb. *in cap. cum ad sedem, num.* 16. *de restitut. spoliat.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 21. *sub num.* 9. *versic. Tu dic.* Menoch. *eod. tract. lib.* 6. *præsumpt.* 64. *sub numero* 38. *versic. existimo.* Lother. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 87. Canaler. *decis.* 531. *num.* 5. & fuit dictum *in Elnen. Canonicatus*, 5. *Maij, millesimo sexcentesimo tertio, coram Cardinali Lancelloto.*

9 Nec releuat asserta solutio Canonis ab eodem debitore, facta de anno 1575. Quia de ea non constat nisi ex libro Vicethesaurarij, qui non probat in præiudicium Hectoris rei conuenti habentis causam mediatè, non à soluente, sed ab Alemanno eius fratre, Menoch. *de arbitrar. cas.* 95. *num.* 25. *&* 2. *sequent. lib.* 2. & *de retinend. remed.* 3. *sub n.* 570. Imol. *consil.* 96. *in fin.* Soc. *consil.* 208. *num.* 2. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 303. *sub num.* 3. cum aliis allegatis à Modern. Patanino; *de scriptura priuata, libro quarto, tit. de lib. ration. Gabellar. n.* 12. *& sequentibus.*

10 Ideo licet recens possessio Rei conuenti ex sustentatione litis, iunctis adminiculis probata remaneat, Pacific. *de Saluian. Inspect.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. *&* 7. Rot. apud eundem, *decis.* 19. *num.* 2. *decis.* 26. *num.* 16. & apud Cenc. *de censib. dec.* 489. *num.* 2. Nihilominus ob non probatam possessionem debitoris de tempore hypothecæ, Domini censuerunt denegandam esse petitam immissionem; ipso tantum Actore informante.

Hæc decisio referenda est ad cap. 32. *num.* 43. *& sequentibus, part.* 1. *huius tractatus.*

CAPVT SEV RESOLVTIO XII.

Coram Reuerendiss. P.D. Bichio, Auenionen. Saluiani.

Mercurij 10. *Martij* 1649.

In Rota Romana.

ARGVMENTVM.

De Præscriptionis interruptione per citationem solùm, aut per litis contestationem, seu per illos actus qui in iudiciis summariis habentur loco litis contestationis. De perpetuatione præscriptionis. De probatione possessionis facienda in iudicio Saluiani interdicti. Et quomodo illa probetur per clausulam Constituti, aut per solutiones Canonum, & similes actus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio vtrum per solam citationem interrumpatur, an vero necessaria sit litis contestatio.*
2 *Præscriptio mixta, hoc est partim fauorabilis, & partim odiosa, qualis est præscriptio decem annorum, non interrumpitur per solam citationem, sed requiritur litis contestatio.*
3 *Ad effectum interrumpendæ præscriptionis, lis habetur pro contestata, si reus conuentus dilationes petiit, & impediuit ne actor litem prosequeretur.*
4 *In Saluiani interdicti iudicio, quod summarium est, lis habetur pro contestata, quoties Iudex cœpit de meritis causæ cognoscere.*
5 *Sola contestatio non interrumpit præscriptionem, nisi etiam interueniat litis prosequutio. Quod tamen in dubium reuocatur,* num. 6.
7 *A die qua cessatum fuit à lite, potest noua præscriptio inchoari.*
8 *Quæ sit differentia inter præscriptionis interruptionem & perpetuationem.*
9 *Clausula Constituti probat possessionem contra tertium, in antiquis.*
10 *Ex continuatis solutionibus census annui pro Castro, probatur possessio Castri saltem indirectè.*
11 *Solutio probatur per confessiones multorum annorum, de recepto.*
12 *Antiquum vt quid dicatur, detrahendum est tempus litis motæ.*
13 *Concesso Castro, iurisdictio concessa censetur, ratione dominij, non ratione possessionis.*
14 *Solutio Canonis non concludit ad possessionem, quia fieri potest occasione solius dominij.*
15 *Plena requiritur possessionis probatio in Saluiano.*
16 *Obligatio ad hoc vt sit in forma Cameræ quomodo concipienda.*
17 *Hypotheca generalis bonorum non comprehendit bona feudalia.*
18 *Limitatur vt non procedat quando agitur de feudo hæreditario, & obligatio est concepta verbis amplissimis.*
19 *Clausula Constituti non probat traditionem.*

20 *Clau*

20 *Clausula Constituti importat traditionem per modum fictum, & tamen requiritur in Saluiano per modum verum.*

PRÆSCRIPTIONIS exceptione rejecta, petitam immissionem à Francisco Tartulli vti creditore, ex causa mutui Francisci de Choiselas, denegandam esse Domini censuerunt sub die 8. Iunij anni præteriti, ex quo probatum nō fuit quod debitor tempore contractæ hypothecæ, vel postea possederit Castrum de Roays, in cuius possessionem vigore vtilis Saluiani Interdicti petebatur immissio, & reassumpto hodie super eisdem iudicio, in eisdem stetetunt.

1 Fuit enim interrupta præscriptio per litem motam de anno 1621. neque hic intrat quæstio, An ad interrumpendam præscriptionem sola citatio sufficiat, de qua distinguendo inter præscriptionem meiè fauorabilem, odiosam, vel mixtam, latè Castill. *de tertiis Regiis, cap.* 35. *sub n.* 6. Surd. *decis.* 5. *n.* 2. *& sequent.* aliisque relatis à Moderno Hispano, *in Tract.*
2 *de Indic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 5. *disp.* 4. *num.* 11. † Quia omnes admittunt præscriptionem decennalem qualis requiritur in hypotheca, cum sit mixta, interrumpi litis contestatione, vt probat text. *in leg. mota litis, C. rei vendic.* Couarr. *in reg. possessor, p.* 2. § 11. *num.* 14. Valboa, *in cap. illud, ex num.* 81. *&* 82. *de praescript.* Castill. *dict. cap.* 35. *num.* 6. *versic. secunda vere,* Modern. Hispan. *dicta disput.* 4. *sub num.* 12. *versic. praescriptio mixta,* Et in casu nostro, litis contestatio inducta fuit, tum ex eo quod, vt habetur *in summario primæ positionis pro Francisco, num.* 6. *& duob. sequent.* idemmet Bellus Reus conuentus pluries citatus comparuit, & petendo terminum ad intimandam litem euictionariis, iudicij prosecutioni se opposuit, vt per Marant. *in prax. part.* 4. *distinct.* 10. *n.* 16.
3 † & in fortioribus terminis quod ad interrumpendam præscriptionem, lis habeatur pro contestata, si Reus conuentus dilationes petiit, impediuitque ne Actor iudicium prosequeretur: Felin. *in cap. illud, numer.* 11. *versic. prima conclusio, de praescription.* Panormit. *ibidem, numere* 14. Iaf. *in leg. ex hoc edicto, n.* 5. *&* 14. *ff. de eo per factum erit,* Gratian. *discept.* 959. *numero* 9. cum aliis relatis à Modern. Hispan. *dict. discept.* 4. *sub numero* 22. *circa fin. & numero* 23. *in fin.*
4 † Tum etiam quia admissi fuerunt articuli ab Actore producti, & Iudex incœpit cognoscere de meritis causæ. Quod in iudiciis summariis, prout est Iudicium Saluiani, ex Menoch. *de adipiscend. remed.* 3. *numero* 6. Contard. *de Manent. possess. limit.* 14. *n.* 14. Afin. *in prax.* §. *tertio, cap.* 51. *num. tertio,* Pacif. *de Saluian. Interd. inspect.* 1. *cap.* 2. *numero* 1. *& sequent.* vim habet litis contestationis. Felin. *in cap. exceptionem, num.* 10. *de except.* Azeued. *in leg.* 1. *num.* 12. *tit.* 4. *recopilat.* Balb. *de praescript.* 3. *par.* 6. *princip. quaest.* 4. *n.* 32. pluresque allegat Modern. Hisp. *de Indic. tom.* 3. *lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 4. *num.* 8.
5 Nec deest litis prosecutio, sine qua per solam contestationem litis, cursum præscriptionis impediri negat Gloss. *in cap. placuit, il* 1. §. *petest, verb. interrupta,* 16. *quaest.* 3. Felin. *in cap. causam qua, il* 1. *numero* 18. *de testib.* Surd. *consil.* 500. *numer.* 2. Gratian. *discept.* 1. *num.* 43. *& sequent.* Castil. *de Tertiis, cap.* 15.
6 *num.* 12. *&* 13. † Nam quidquid sit de hac opinione, cum mala fides, quam litis contestatio semel induxit, videatur obstare, donec per sententiam Reus absolutus, Bartol. *in leg. secunda, numero* 4. *C. de fruct. & lit. expens.* Anton. Fab. *in Cod. libro tertio, titul.* 8. *definit.* 2. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *sub num.* 597. *versic. quod verum.* Anton. Capyc. *decis.* 11. *num.* 4. Capyc. Latro, *decis.* 65. *num.* 11. *&* 12. In casu nostro, Actor fuit litem prosecutus per plures actus iudiciales ab anno 1621. vsque ad mensem Iunij anni 1623. *dictæ summarie num.* 8. Eandémque cessantibus impedimentis reassumpsit de anno 1631. sc successiuis temporibus, vt explicat Prima Decisio huius causæ; Adeo quod, † esto quod à die, qua fuetat cessatum à lite, noua præscriptio potuisset inchoari, vt aliis relatis voluit Gratian. *dicta discept.* 1. *numer.* 46. *& sequent.* interrupta rursus fuisset per litis reassumptionem & prosecutionem de anno 1631. ac subsequentibus, quibus agi potuit vsque ad quadraginta annos, † quia ad totidem prima litis contestatio perpetuauit actionem, *l. final. C. de praescr.* 30. *vel* 40. *annor.* Couarr. *in reg. possessor. parte secunda,* §. 12. *numero sexto,* Balb. *de praescript.* 4 *part.* 6. *& vltima part. quaest. prima, numero primo,* Rot. *in Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1624. *coram bonæ memoriæ Merlino* 552. *impress.* apud Fenzon. *ad statut. Vrb. fol.* 185. & distinguendo effectum interruptionis ab effectu perpetuationis, benè explicat Castill. *de Tert. Regiis, dict. cap.* 55. *num.* 16. 7 8

Meritò itaque in prima Decisione reiecta fuit præscriptionis exceptio, inhærendo tamen defectui probationis primi extremi, hoc est quod debitor castrum possederit tempore contractæ hypothecæ, vel postea, ad quod probandum exhibita noper fuerunt noua iura, inter quæ instrumentum à Francisco debitore celebratum dicto anno 1575. ad fauorem vxoris cum speciali hypotheca huius Castri, † & clausula Constituti, quæ in antiquis probat constituentis possessionem etiam contra tertium, Socin. sen. *in puncto possessionis Castri, consil.* 187. *sub numer.* 11. *versic. tamen, & numer.* 12. *lib.* 2. Socin. iun. *consil.* 106. *versic. tamen in antiquis,* vbi in his terminis antiquum esse dicit tempus 74. annorum, *libro tertio,* Dec. *consil.* 501. *numer.* 10. Tiraquell. *de Iur. Const. limit.* 1. *num.* 19. Gomes. *in leg.* 45. *Tauri, n.* 87. Pacif. *de Saluian. Inspect.* 5. *cap.* 2. *n.* 1018. Mascard. *de probat. concl.* 422. *n.* 4. Marsil. *singul.* 521. *n.* 2. Ea scilicet ratione, quia propter difficultatem probationis ab antiquitate resultantem, sufficit minor, seu verisimilis probatio: nec verisimile est quod debitor constituerit se nomine creditoris possidere, nisi reuera possideret; quæ ratio cessat in Constituto apposito in instrumentis non antiquis, de quo loquuntur quotquot negant ex eo probari constituentis possessionem in præiudicium Tertij. 9

Exhibitæ item fuerunt quietantiæ plurium ac plurium solutionum à Francisco debitore factarum, pro censu annuo tam iurisdictionis, quàm ipsius Castri nominatim, ibi, *pro Castro & iurisdictione loci de Roays,* vt in hodierno summario Actoris, *num.* 1. vbi leguntur solutiones factæ ab anno 1559. vsque ad annum 1578. † ex quibus licet non probetur possessio directè, probantur actus possessorij, qui indirectè possessionem probant, vt benè distinguit, ac declarat Socin. Sen. *cons.* 205. *n.* 6 *vers. vnde concluditur, lib.* 2. Nam supponunt, soluentem possidere, cum possessori incumbat onus soluendi; Bald. *in leg. tertia, num.* 9. *Cod. de natural. lib.* Socin. Sen. *consil.* 187. *sub num.* 12. *versic.* 2. & maximè *n.* 15. vbi loquitur in specie de possessione Castri, *libro* 3. Menoch. *de retinen. remed.* 5. *num.* 581. Pacif. *de Saluian. Inspect.* 1. *cap.* 6. *num.* 31. & in terminis possessionis Castri fuit dictum in *Rossanen. decimar.* 4. *Iunij* 1640. *§. primo, coram Me.* 10

Non obstat quod quietantiæ contineant solùm confessiones Vicethesaurarij de recepto, quia stante præcedenti titulo recognitionis & homagij pro Ca-

stro hoc præstiti de anno 1555. necnon Epistola Cardinalis d'Armaignac tunc Collegati Auenionis, qui de anno 1572. mandauit debitori vt solueret,
11 & Vicethesaurario vt reciperet, † etiam ex confessionibus de recepto, maximè quia sunt multæ & multorum annorum, probatur vera solutio: Roland. *consil.* 20.*n.*18.*lib.*4. Afflict. *decis.* 401.*n.*10.*& sequent.* Rot. *decis.* 485.*n.*1.*part.*3.*diuers.dec.*62.*n.*6.*dec.* 491. *n.*7. coram S.M. Greg. XV. & *in Romana Census de Mutis, prima Iulij* 1620.§.1. coram bon. mem. Coccino, *& in Auersana Pensionis,* 30. *Martij* 1626. coram bon. mem. Merlino.
12 Verum ad probationem desumptam ex clausula Constituti appositi in instrumento anni 1575. responsum fuit eos non versari in antiquis, cum solum ab eo tempore anni 45. defluxerint vsque ad tempus litis motæ, quod ad huoc effectum demi debet, Seraph. *dec.*76.*n.*2. Put. *dec.* 430.*n.*3.*vers.Non obstat lib.*2.*in Correct.* Rot. *dec.*185.*in princ.vers.secundo dempto,p.*1.*p.diuers.dec.*822.*in princ.p.*4. & in aliis relatis ab Addent. ad Burat. *decis.*667.*num.*12. Add. ad Gregor. XV. *decis.*3.*n.*3.
13 Ad confessiones de recepto dictum fuit, aliquas loqui solùm de iurisdictione; & quamuis respectu dominij illa concessa videatur concesso Castro, Rot. *decis.*164.*num.*17. *in fin.& decis.* 310. *n.* 19. *parte* 6. *recentior.* tamen respectu possessionis, ab vno ad aliud non infertur: Bartol. *in leg.* 3.*numero* 5.*versic. quandoque quæritur.ff.acquir.possess.* Alex. *ibid. n.*22. *versic.potest intell.gi,* Surd.*consil.*135.*sub num.*65.*versic.ubi tenet,* quem refert & sequitur Modern. Peru-
14 sin. *de manutent.obseruat.*83.*n.*103. † & possunt solutiones commodè referri ad eiusdem Castri dominium, cui iurisdictio æquiparatur, *leg. qui furere, ff. de stat.homin.* Marc. *de Iurisdict. parte* 1.*cap.*47. *numero* 3. & pro quo canones quandoque solui solent seclusa etiam possessione, vt per Ias. *in l.*2.*num.*150. *versic. Intellige, C.de iur. Emphyteut.* Ancbar. *consil.*44. *num.*7. Roman.*consil.*103.*num.*1. Vnde remanet saltem æquiuoca probatio possessionis Castri penes
15 debitorem, † quæ plena & concludens requiritur, Pacif. *de Saluian. Inspect.*1.*cap.*6.*num.*1. vbi allegantur concordantes.
16 Addebat vnus ex Dominis, obstare vlteriùs defectum hypothecæ; quia in Instrumento mutui, cuius vigore agitur, non adest obligatio Cameralis, quam non important verba illa, *se & omnia eius bona submisit rigoribus, & sequestrationibus Curiæ Apostolicæ Romanæ:* quia exinde solum sequitur, quod debitor se & bona submittere voluerit Iurisdictioni A. C. non autem se in forma Cameræ obligare, vt in terminis fuit decisum *in Parisien. Pecuniaria,* 9. *Decemb.* 1619. coram bon. mem. Coccino *impressa* apud Me-
17 detn. *de manutent.dec.*483. *n.*15. † Hypotheca verò generalis bonorum non comprehendit bona feudalia, prouti est Castrum controuersum, vt ad litteram probat text. *in cap.si de feudis,* §. *licet Vassallus, versic. in generali,* ibi, *In generali alienatione Vassalli non continetur feudum, nisi nominatim dictum sit, si de feud. defunct. conten. &c.* & ex eo text. in terminis hypothecæ, tradunt Specul. *titul.de pignorib.n.*30. Negu-zant. *eod.tractat.parte* 2.*membr.*2. *num.*43. Menoch. *consil.*250. *num.*50. Gabr. *de regul. iur. conclus.*12. *num.*15.*&* 21. Mastrill. *decis.*86.*numero* 2. qui *numero* 5. ais hoc procedere etiam in Regno Franciæ, vbi feuda possunt alienari: quia ratio *dicti text.in* §. *generali,* non est fundata in potestate obligantis, quia nempè hypothecare non potuerit; sed in ipsius voluntate, quia obligare noluerit, dum de illa specialem mentionem non fecit.

Sed quoniam ipse Mastrill. *ibidem,n.*9. hanc con- 18 clusionem limitat, quando vt in casu nostro feudum est hæreditarium, idémque quando hypotheca est concepta sub signo vniuersali, ibi, *omnia bona,* tradunt DD. relati à Molfes. *cons.*3.*n.*22.*& n.*14. vbi in specie loquitur de feudis Galliæ, & *num.*9. Gizzar. *dec.* 88.*num.*9.*vers.secundo dicebatur,* vbi testator de veriori: Capyc. Galeott. *contr. Iur.lib.*2.*contr.*22.*n.*15. poterit de hoc quatenus opus sit particulariter videri.

Et interim Domini, vtraque parte informante, ste- 19 terunt in decisis ex solo fundamento non probatæ possessionis debitoris, reiiciendo etiam allatam exceptionem satisfactionis, deductam ex quo in ipso instrumento mutui in casum non restitutionis pecuniæ mutuatæ, data fuerit in solutum creditori quædam Colonia cum clausula Constituti: quia non constat dictam Coloniam aliquando traditam fuisse, vt ex aduerso probandum esset, ex allegatis per Cyriac. *contrau.*327.*numero* 16.*& sequentibus,* Surd. *decis.*51.*numero* 20. † Neque ad hunc effectum suf- 20 ficit clausula Constituti, quia importat traditionem per modum fictum, & illa requiritur per modum verum: Alexand. *consil.*28. *numero* 7.*lib.*2. Surd. *consil.*13.*numero* 12.*& sequentibus,* Rot. *in Sancti Seuerini Domus* 20. *Maij* 1622. *coram Remboldo:* præsertim cum ex sententia arbitramentali lata de anno 1578. appareat eandem Coloniam possessam fuisse à Thoma de Bertons, & hæredibus Nicolai creditoris; impositum desuper perpetuum silentium, vt in summario præteritæ positionis pro creditore *num.*3.

Et ita, &c.

*Decisio ista referenda est ad cap.*32.*num.* 43. *partis huius tractatus. Et c.*33.*n.*12.*eiusdem part.*1.*necnon ad cap.*4.*n.*19.*partis secundæ.*

CAPVT

SEV

RESOLVTIO XIII.

R. P. D. BICHIO AVENIONEN. Saluiani.

Lunæ 28. *Martij* 1650.

ARGVMENTVM.

De Probatione possessionis ex clausula Constituti, contra Tertium, in antiquis; si cum ea concurrant adminicula. Vtrùm in obligatione generali comprehendantur bona feudalia, quando facta sunt hæreditaria & alienabilia ad instar bonorum patrimonialium, prout in Ciuitate Auenionensi, & Comitatu Venaissino. Possessio Castri & iurisdictionis, ex quibus sufficienter probata dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta pro pretio æstimando, est imperfecta antequam æstimatio facta fuerit.*
2 *Clausula Constituti apposita in instrumento venditionis,*

tientis, non librat venditerem ab actuali traditione.

3 *Quæ debitor obligare potuit, præsumitur & voluisse.*

4 *Feuda in statu Auenionensi & in Comitatu Venaissino possunt alienari, & obligari.*

5 *Lis pendere dicitur quando facti fuerunt plures actus Iudiciales.*

6 *Possessio probatur per Constitutum, quando cum eo concurrunt adminicula.*

7 *Ampliatur vt multo magis procedat contra eum qui causam habet, etiam mediatè, à constituente.*

8 *Possessio probatur per solutiones Canonum, quando non probatur quod alius illos soluerit.*

9 *Castri appellatione iurisdictio continetur.*

10 *Ampliatur vt multo magis hoc locum habeat quando non probatur quod eo tempore alius Castrum possederit.*

11 *Ex perceptione Laudemiorum probatur possessio Castri.*

12 *Adito hereditatis probatur ex eo quod quis transfigit super debito hereditario.*

Reiecta hodie fuerunt quæcunque per informantes pro Hectore Bello adducta aduersus creditum Francisci de Tartullis Actoris, vti extinctum mediante datione in solutum aduersus hypothecam, vel quia ors nusquam fuerit super Castro controuerso, vel quia præscriptione fuerit sublata, ac tandem aduersus possessionem Francisci de Choiselas principalis debitoris.

Extinctio namque crediti seu asserta datio in solutum vigore conuentionis in Instrumento mutui appositæ, quod in euentum non restitutionis pecuniæ mutuatæ, creditor haberet in solutum quandam Coloniam pro pretio æstimando, non probatur purificata per successiuam eiusdem Coloniæ æstima-
1 tionem, † sine qua nondum certificato pretio, conditionalis & imperfecta erat, §. *pretium Instit. de empt. & vendit.* & in terminis dationis in solutum, Anchar. Regiens. *quæst. familiar.* 28. *num.* 3. *lib.* 5. Surd. *consil.* 225. *num.* 9. *in fin.* Burat. *decis.* 372. *num.*
2 5. † Minusque probatur effectuata cum actuali Coloniæ traditione, à qua clausula Constituti in dicto Instrumento adiecta non liberabat debitorem, ex allegatis *in secunda decisione huius causæ*, §. *final.* quibus additur Cyriac. *controuers.* 317. *num.* 24. *& sequent.* Immò nusquam fuisse traditam, nec tradi potuisse apparet, quia ab alio possidebatur: vt probat sententia arbitramentalis lata de anno M.D.LXXVIII.

3 Ortus hypothecæ euidens est in verbis instrumenti, ibi, *obligauit omnia bona, &c.* quibus sic vniuersaliter conceptis, includuntur etiam bona feudalia, quæ ad instar allodialium alienabilia in extraneos, & hæreditaria sunt; cum ideo sicuti poterat debitor hypothecare, voluisse præsumendum sit: Menoc. *consil.* 129. *n.* 13. Natt. *consil.* 159. *sub num.* 15. Surd. *consil.* 551. *sub num.* 25. Bellon. Iun. *cons.* 30. *sub n.* 9. *& seq.* Mastrill. *decis.* 86. *n.* 10. Amat. *decis. Ferrar.* 51. *n.* 7. Burat. *decis.* 87. *n.* 10. *& seqq.* Rota *inter recent.*
4 *decis.* 164. *n.* 18. *p.* 7. † qualia esse ex generali consuetudine Feuda in Statu Auenionensi & Comitatu Venaissino, tradit Lud. Bell. *consil.* 3. *n.* 64. *& consil.* 4. *n.* 1. *&* 81. post Bertrand. *cons.* 137. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 6. quos refert & sequitur Modern. Auenion. *in tractat. de Præuent. cap.* 14. *num.* 5. & *variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 34. *num.* 15.

Præscriptio verò non intrat ex allegatis in prioribus decisionibus, interrupta nimirum fuit per litem contestatam de anno 1618. & 1621. ac prosecutam successiuis temporibus, gratisque ex aduerso negatur cooextestio litis, & impedimenta præstita illius prosecutioni, cum constet de citationibus, ac productione articulorum, & de dilationibus ex aduerso petitis, nedum ad effectum intimandi litem euictionariis, sed etiam sub prætextu feriarum, vt in calce responsionis facti pro Tartullio, dumque ipse aduersarius fatetur litem sibi moram intimasse euictionariis, contráq; eosdem, vt à dicta lite liberaretur, † ad plures actus iuridicos deuenisse fateatur 5
oportet in necessarium antecedens, per existentiam litis contra seipsum in Saluiano, ab hac parte motæ, ac prosecutæ: ad tradita à Bald. per illum text. *in l.* 2. *num.* 1. *Cod. de dot. promiss. in* 2. *lect.* Dec. *cons.* 155. *sub num.* 1. *vers. nam probato*, Rot. *decis.* 400. *n.* 10. *part.* 1. *recent.*

Possessio tandem Francisci debitoris de tempore hypothecæ, vel postea, quam probatam fuisse negant priores decisiones, nunc iunctis scripturis nouissimè ab Actore productis probata satis visa fuit: Adducitur namque, quod Franciscus de anno 1575. in instrumento dotali constituit se possidere Castrum hoc pro Vxore, & clausula Constituti in casu nostro probat constituentis possessionem contra quemcunque: † quia pluribus adminiculis fulci- 6
tur, quibus concurrentibus resultat sufficiens probatio, etiam contra tertium; Cyn. *in Authent. hoc ius porrectum, n.* 3. *Cod. de Sacrosanct. Eccl.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus, n.* 100. *& sequent. Cod. de reuoc. donat.* Surd. *cons.* 290. *n.* 46. *& decis.* 125. *n.* 6. Rot. *in Mediolanen. prebend.* 11. *Februarij proximè præteriti coram Me.* † eóque magis contra aduer- 7
sarium, qui vt *infrà* probabitur, habet mediatè causam à constituente: Grat. *cons.* 42. *n.* 12. *lib.* 2. Morot. *cons.* 58. *n.* 6. Rot. *decis.* 491. *num.* 10. coram san. Mem. Gregor. XV. *decisione* 49. *num.* 3. coram Reuerendiss. Vrgellen. *& decisione* 539. *num.* 5. *part.* 4. *recent.*

Adminicula desumuntur ex homagio per Franciscum præstito pro hoc Castro anno 1555. *summario Tartullij num.* 3. ex Epistola Cardinalis de Armaignac tunc Collegati Auenionensis mandantis de anno 1570. dicto Francisco, vt soluat Canones, & Vicethesaurario vt recipiat, attento quod Franciscus est possessor Castri: *summarij ibid.* n. 4. & solutionibus Canonis à Francisco pariter factis ab anno 1559. vsque ad 1578. quas probant plures confessiones de recepto adminiculatæ, vt ponderatur *in secunda decisione*, & libet Vice-thesaurarij, cui libro Officialis publici ad id deputati & legaliter tento, videtur adhibenda fides, † accedente maximè 8
dicta præstatione Homagij, & Epistola Cardinalis Collegati, & quod nemo alius dictorum temporum Canones soluisse probatur; Socin. *cons.* 205. *num.* 6. *versic. non obstat, lib.* 2. Surd. *cons.* 429. *sub n.* 27. *versic. circa libros,* Modern. Patauin. *de script. priu. lib.* 4. *tit. de lib. Thesaurar. n.* 10. *&* 11. Causler. *decis.* 361. *n.* 1. Rot. *in Bononien. Gabella,* 4. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Ottoboono.* † Nec obstat quod aliquæ 9
confessiones loquantur solùm de solutione pro Iurisdictione, quia pleræque, prout ipsa præstatio homagij, cantant *pro Feudo Castri, Territorij, districtus, & iurisdictionis, loci de Roays:* Vnde restringendæ non sunt ad solum dominium & iurisdictionem; sed intelligi debent etiam de possessione, quæ sub dicta vniuersalitate verborum, & signanter appellatione Castri continetur, vt per Surd. *cons.* 135. *n.* 65.

 Menoch.

Menoch *de retinen.remed.* 3.*n.*115.*& sequent.* relatos à Modern. Perusin. *de manutent. obseru.*10. *num.*11.
10 † præsertim ponderando quod nemo alius tunc temporis probatur Castrum possedisse, vt ad propositum aduertit Abb.*consf.*244.*sub num.*1.*versic.secus*, quódque eodem modo, legantur solutiones factæ à Gabriele Bello, aduersarij Auctore, quem fuisse Castri possessorem non controuertitur.
11 Tandem ex pluribus instrumentis noniter exhibitis, in quibus Franciscus vti Dominus directus dicti Castri inuestiuit plures emptores, & ab illis solitum Laudemium exegit; hæc enim exactio præbet argumentum possessionis, cum Laudemium soluatur possessori pro inuestitura & actuali possessionis traditione, *leg. final.* §. *& ne auaritia, Cod.de Iur. Emphyteut.* Gratian.*discept.*377.*n.*34.Surd.*decis.*200.*n.*6. quæ libentiùs recipienda sunt, quia Hector aduersarius causam habet à Gabriele, hic verò ab Alemanno, qui erat frater germanus, & hæres Fran-
12 cisci principalis debitoris; † nam transigendo, vt fecit, cum eius vxore super debito hæreditario, ac hæreditario nomine, illius hæreditatem adiuisse dubitandum non est: ad text. *in l.pro herede,ff. acquir.hered.leg.* 1.*Cod.de iur.deliber.*& in terminis transactionis, Bald.*consf.*244.*n.*1.*lib.*2. Rot.coram S. M. Gregor.XV. *decis.*98. *num.*3. & in *Bisuntina Census* 27. *Nouembris* 1645.*coram R.P.D. meo Corrado,impress. apud* Modern.Fotoliuien.*de pignor.decis.*105.*n.*21.*& seqq.*

Ex quibus omnibus simul iunctis, sublato obiecto non probationis possessionis Francisci debitoris, cui soli priores Decisiones immissionem à Tartullio petitam denegantes innitebantur, dictam immissionem esse concedendam, & sic à Decisis recedendum esse Rota censuit. Vtraque parte informante.

Refertur ad cap. 14. *numero* 5. *partis* 1. *huius tractatus.*

CAPVT

SEV

RESOLVTIO XIV.

Ariminen. Saluiani.

Mercurij die 30.*mensis Maij* 1646.

ARGVMENTVM.

Ægidianæ constitutioni locum non esse, quando agitur de prædiis, quæ sunt sub dominio directo Ecclesiæ, etiamsi agatur de parte prædij, si illa sit indiuisa. Reseruationem dominij appositam in contractu venditionis, operari, vt non soluto per emptorem pretio, iura Domini vendentis remaneant in suo robore. Solutioni fictæ quando sit locus, & fructuum perceptio quando extenuet sortem.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana constitutioni locus non est, quando agitur de prædiis quæ sunt sub dominio directo Ecclesiæ.*
2 *Quando disceptatur super executione sententiæ latæ in prima instantia, non debent attendi acta noniter producta.*
3 *Quando prædium est indiuisum, dominus directus potest prætendere ius in qualibet gleba.*
4 *Aliud est prædium esse diuisibile, aliud esse diuisum.*
5 *Sententia dicitur indiuidua quando totum prædium actori fuit adiudicatum, & ideò datur appellatio suspensiua si ratione totius prædij fuerit appellatum.*
6 *Dum quæritur vtrùm locus sit Ægidianæ, attenditur tenor sententiæ.*
7 *Actor potest noua instrumenta producere, etiam ad obtinendam executionem sententiæ iam latæ, ad elidendas exceptiones per reum de nouo oppositas. Vide n.* 1.
8 *Si in venditione adsit clausula reseruationis dominij, non soluto pretio, iura & hypothecæ venditoris illæsa manent.*
9 *Catastrum non probat quando non versamur in antiquis.*
10 *Aditio hæreditatis difficiliùs probatur quando non agitur inter suos hæredes, vel descendentes.*
11 *Clausula* quam & quas, *facit vt noua instrumenta possint produci, ad elidendas exceptiones à reo de nouo oppositas.*
12 *Fructus quando imputentur in sortem.*

VIGORE donationis per Lauinium factæ ad fauorem Margheritæ, Pompeius illius hæres obtinuit sententiam immissionis ad duo prædia, alterum nuncupatum *de Capuccini*, alterum *del Toro*; & commissa mihi causa appellationis cum clausula, *constito quod sit locus Ægidianæ*, disputatóque dubio, An ei sit locus? resolutum fuit sub die 19. Iunij 1643. negatiuè quoad primum prædium, affirmatiuè quoad alterum; & hodie proposita iterum causa Domini steterunt in decisis.

Nam in prædio nuncupato *de Cappucini* adest media tornatura terræ à reliquo non separata, quæ cum sit de directo dominio Ecclesiæ, sub Ægidiana, quæ est Constitutio Laicalis, non cadit, etiam respectu vtilis dominij inter Laicos, propter intrinsecam illius connexionem ac dependentiam à directo, quod non subiacet sæculari Iurisdictioni, iuxta opinionem quam perpetuò amplexa est Rota *in causis allegatis in* 1.*decis.*§.1. quibus additur *decis.* 41.*n.*8.*& seqq.p.*6.*rec.* 1

Neque pars emphyteutica à reliquo separata probatur per instrumentum nuper productum renouationis factæ ab Ecclesia ad fauorem Pompei de anno 1616. quod designat confines particulares portionis emphyteoticæ: † Tum quia cùm non fuerit productum in prima instantia, illius productio facta in secunda non releuat ad effectum vt iterer Ægidiana, & debeat concedi executio sententiæ primi Iudicis, ad quem effectum sententia iustificari debet ex actis primæ instantiæ, non autem ex nouiter deductis: licèt secus sit quando agitur de confirmanda sententia in gradu appellationis: Seraph.*decis.*584.*n.*6. Rota *inter rec.decis.*28.*per tot. part.*1. 2

Eo minus, quia ea renouatio facta fuit sine præiudicio iurium quorumcunque, alia lite tunc pendente inter Pompeum, & Iuniperam hodie ream conuentam, & discordat ab instrumento producto in prima instan

instantia, quod loquitur de vna media tornatura, renouatio verò de duabus tornaturis, & tabulis 33.

3 † Vnde semper remanet incertus locus dictæ mediæ tornaturæ, & Ecclesia habet proportionabiliter dominium in qualibet gleba totius prædij, iuxta Glos. *in l. si familia, verbo, pro parte, C. fam. ercis.* & alios alleg. *in* 1. *decis.* §. 2. *in fin.*

4 Tum etiam quia esto quod portio emphyteotica esset diuisibilis à parte rei, habetur pro indiuidua ex voluntate partium, & Iudicis; iuxta theoricam Bart. *in l. græcè* 9. §. *illud. num.* 4. *ff. de fideiuss.* quam sequitur Cyriac. *contr.* 198. *n.* 12. Rot. *dec.* 325. *n.* 12. *inter impress. apud cons. Farinac.* Siquidem partes tam in iudicio, quàm extra, habuerunt prædium *de Cappuccini* pro vnico integrali corpore comprehendente portionem emphyteoticam tanquam à reliquo non diuisam, vt apertè legitur tam in Instrumento anni 1584. *Summar. Pompei. num.* 7. *ibi, & pro quadam particula Iure pensionis*, quam in inuentario hæreditatis Lauiniæ, & in Instrumento adeptæ possessionis per hæredem illius, dato *in summario Iunipera, num.* 4. *&* 5. & demum in libello, ac sententia in quibus petita fuit, & concessa immissio in possessionem totius dicti prædij tanquam vnius corporis nulla facta separatione portionis conductitiæ, & hæc indiuiduitas resultans ex vnicitate structuræ verbo-

5 tum, tàm in libello, quàm in sententiæ; † Iuncto præsertim quod totum prædium eadem actione petitum fuit, efficit vt ipsum prædium, necnon sententia reputetur pro indiuidua, & effectum vt ratione portionis emphyteoticæ à toto excludatur Ægidiana, & super toto detur appellatio suspensiua: vt magistraliter distinguendo declarauit Rota *in decis.* 257. *n.* 2. *&* 3. *inter impress. apud* Modern. *de manut.* & meliùs *in Viterbien. Fideicommissi, seu Attentator.* 13. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *quia Conclusio*, vbi dicitur ratio, quia sententiæ indiuiduitas non desumitur, neque consideratur ratione materiæ, sed ratione formæ, quæ de sui natura est indiuidua: Salyc. *in l.* 2. *circa med. vers. sed contra istam gloss. vsque ad fin. C. de re iudic.* Rota Bonon. diuers. *decis.* 38. *n.* 1. Et facit receptissima con-

6 clusio, quod ad dignoscendum an intret Ægidiana, necne? attenditur tenor sententiæ: Seraph. *decis.* 452. *n.* 1. *& decis.* 603. *n.* 1. Rota *in Fulginaten. Reintegrationis, decima Nouembris* 1618. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. *& in Assisien. Bonorum* 2. *Iunij* 1627. *coram ben. mem. Card. Virili, impress. p.* 5. *recen. dec.* 79. *n.* 20.

Aliud autem prædium nuncupatum *del Toro*, quod est omnino distinctum à primo, ac vti tale in libello, & sententia fuit comprehensum, cum sit penitus Laicale, vtique subiacet potestati sæculari, & per consequens in illo habet locum Ægidiana ex alleg. *in d. decis.* 257. *& in d. Viterbien. fideicommissi, seu Attentator. coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec obstat, quod medietas dicti prædij spectet ad Achillem, hodie Monachum Cassinensem, qui est cohæres Pompei; quia ille nusquam comparuit, nec in libello, aut sententia nominatus aliquando fuit, potuitque eo non comparente totum prædium adiudicari Pompeo, *l. vnica, C. quand. non pet. par. leg. vnica*, §. *hu ita. C. de caduc. tollen.* Seraphinus *decisione* 1407. *nu.* 3. *& seqq.* Reuerendissimus Vrgellen *decis.* 448. *num.* 10. præsertim stante renunciatione, quam ille ad fauorem Pompei fecerat ante ingressum Religionis, quæ statim ademit ab Achille renunciante omne Ius quod habebat, ac illud transtulit in Pompeium renunciatarium; Aymon. *cons.* 19. *n.* 3. Rot. *decis.* 91. *n.* 10. *dec.* 323. *n.* 6. *& seqq. p.* 6. *recent.* Cumque in prima Instantia nunquam fuerit oppositum de Iure Achillis, sed solùm oppositæ exceptiones generales, nihil fieri, nisi seruatis seruandis, & verificatis verificandis, non fuit opus tunc producere instrumentum renunciationis, & productio nuper facta suffra-

7 gatur: † quia ad elidendas exceptiones de nouo oppositas, licitum est noua instrumenta producere, etiam ad effectum obtinendi executionem sententiæ iam latæ; ne alioquin sit in potestate rei, differendo opponere exceptiones, quas elidisset actor si oppositæ fuissent in prima instantia, euitare executionem sententiæ, & actorem, ac Iudicem eludere: Rota *inter impress.* apud Pacific. *de Saluian. decis.* 168. *num.* 10. *&* 11. Grat. *discept. forens. cap.* 224. *num.* 7. *&* 8. Add. ad Greg. XV. *decis.* 272. *sub num.* 9. *vers. sicut etiam*, & fuit dictum *in Cæsaraugustana portionis* 16. *Nouembris* 1605. *Coram. be. me: Iuste, impress.* apud Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 340. *numero* 5. *in fin.*

8 Quod verò attinet ad iustitiam sententiæ, gratis deducitur defectus hypothecæ; ex quo Pompeus vendendo bona, de quibus agitur, Comiti Æneæ Bando, illam remisisse videatur: quia vendidit cum reseruatione dominij & suorum Iurium donec solueretur pretium, quo propterea nusquam soluto, hypotheca, ac alia iura remanserunt penes venditorem, ac si non vendidisset: vt præter allegatos *in prima decisione*, §. 2. & probat tex. *in l. quod vendidi* 19. *ff. contrah. empt. in* §. *vendita, Inst. de rer. diuis.* ac tradit Abb. *cons.* 69. *n.* 1. *in fin. lib.* 1. Surd. *cons.* 101. *n.* 12. *decis.* 120. *n.* 11. *&* 12. nec interest an pretium non fuerit solutum, quia venditor pro parte sua non adimpleuit contractum, siue ob aliam causam; quia hoc esset momenti si venditor ageret contra emptorem pro solutione pretij, sed vt hypotheca aliaque Iura super re vendita durent penes venditorem vigore reseruationis in instrumento venditionis appositæ, satis est quod pretium non fuerit solutum, cum ante illius solutionem deficiat in vendente iura amittendi, & respectiuè transferendi animus, à quo amissio, ac translatio pendet: *l.* 3. §. *in amittenda, ff. de acquir. poss. l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. l. in omnibus, la* 2. *ff. action. & obligat.* Criuell. *decis.* Dolan. 142. *num.* 6.

9 Gratis etiam donatio, cuius vigore actum fuit, impugnatur ex capite inofficiositatis: Quia vt respondit 1. *decis.* §. 1. tollitur. Lauinia donatrix Ginebriam alteram filiam instituit hæredem, ac de bonis propriis dotauit, animaduertendo, quod vir eam datam in dotem spectasse ad Lauram non probat partita libri catastri ex aduerso producta, cùm non simus in antiquit. Socin. Sen. *cons.* 25. *ex n.* 5. *& per tot. lib.* 2. Ror. *decis.* 61. *n.* 6. apud Modern. *de manut.* & *in Cornetana reintegrationis* 26. *Iunij* 1641. *Coram me*, quodque vltro fuit data in dotem etiam domus, in qua Alexander Lauiniæ maritus scuta 400. auri ab ea in dotem recepta retinuerat, vt habetur *in Summario Iunipera n.* 20.

Alterum obiectum retentionis, seu imaginariæ solutionis pro reintegratione bonorum à Lauinia donatrice alienatorum, & prouenientium ex fideicommissis Nicolai Sigismundi, & Lauræ ad fauorem Iuniperæ purificatis, tollitur: *Primò*, quia suppositum pertinentiæ bonorum alienatorum ad Ginebriam, nec fuit probatum in prima instantia, nec probant Instrumenta nuper producta: siquidem decisio emanata Coram bo: me: Coccino de anno 1623. loquitur de aliis quatuor corporibus postmodum restitutis aduersariæ in vim mandati Rotalis. Ad probandum verò quod bona vt suprà alie-

nata

nata proueniant ex fideicommisso Nicolai Patris Lauiniæ, datur solum Confessio eiusdem Lauiniæ in libello porrecto de anno 1585. in quo non describuntur confines bonorum, & propterea non probat quod bona alienata sint illa eadem comprehensa in fideicommisso, vt ponderat prima decisio §. *pro responsione*. Et quamuis respectu Sigismundi dentur *in Summario Iunipera n. 14. & 15.* duo corpora, quorum duæ demonstrationes concordant cum corporibus alienatis à Lauinia, nempe petia terræ aratinæ in territorio Sancti Andreæ in Gattulo signata *ibidem litt. B.* & alia petia terræ in Villa Conuignani signata *litt. C.* Aduertendum tamen est, quod ad fideicommissum Sigismundi non est vo-
10 cata Gioebria aduersaria, † sed Laura Amita, quæ non probatur decessisse post Sigismundum, vel illius hæreditatem agnouisse, vt requiritur, vt eamdem transmittere potuerit ad Ginebriam eius hæredem, præsertim quia non agitur inter suos hæredes vel descendentes: *l. vnica, §. in nouissimo, C. de caduc. toll. l. quoniam sororem, C. de Iur. delib.* Bart. *in leg. cum filio familias n. 11.* & *ibi* Ias. *n. 107. & seqq. ff. leg. 1.* & idem Bart. *in l. 15. post n. 14. ff. acq. hared.* Vasquez *de success. progress. §. 9. n. 14. lib. 1.* Gomes. *var. resol. tom. 1. cap. 9. n. 1. & seq.* Alex. *cons. 150. n. 7. lib. 2.* aliique allegati à Moderno Veneto, *de transmission. cap. 8. num. 1.*

Secundò respondetur, quod Pompeus vltra hypothecam orientem ex donatione, habet aliam anteriorem ex cessione sibi facta à Blanchinis, ad quorum fauorem Lauinia bona de quibus agitur hypothecauerat, antequam bona fideicommissis (vt asseritur) subiecta alienaret, vt constat ex datis *in Summario vltimæ positionis pro Pompeo, n. 1. & seqq.* ideóque præferendus est, *l. potior. leg. Lucius, ff. qui pot. in pign. habean.* Negus. *de pignor. p. 5. membr. 1. & num. 14.* Capyc. *latè decis. 16.* Rot. *decis. 609. num. 4. p. 4. recent.*

Nec obstat quod Pompeus instrumentum cessionis, & hypothecæ constitutæ ad fauorem cedentium, non produxerit in prima instantia: quia adhuc releuant, cùm etiam Aduersaria nuper produxerit coram me Instrumenta probantia fideicommissum, & identitatem bonorum alienatorum; prosunt enim vt supra dicebatur nouæ probationes ad elidendas contrarias de nouo ex aduerso factas,
11 † præsertim quia propter clausulam *quam & quas*, positam in commissione appellationis, potest etiam nouum Ius deduci, & canonizari: Put. *decis. 7. de appell.* Ægid. *decis. 661.* Barbos. *claus. 121. n. 10.* Coccin. *decis. 47. n. 10.*

12 Tandem Ginebriæ non competit retentio pro credito scut. 460. Quia cum perceperit fructus bonorum, quos cessante legitimo titulo dominij tenetur in suum creditum imputare, Garz. *de expens. cap. 23. n. 38.* Rot. *dec. 650. n. 6. p. 2. decis. 126. n. 32. par. 7. recent.* creditum remanet illiquidum, & propterea inefficax ad retentionem, ex allegatis *in prima decisione, §. penult.* quibus additur *decis. 313. n. 24. & 26.* apud Moderu. *de manut.* aliique relati *in Ariminen. spolij 17. Martij 1628. Coram bo: me: Merlino.* Eo magis, quia Iudex primæ Instantiæ mandauit dictum creditum compensari cum fructibus, & quatenus in hac parte sententia esset appellabilis, talis non redditur in aliis partibus separaria, nec exinde sequitur, quòd creditum, propter fructuum perceptionem, de qua non dubitatur, & operatur ipso iure diminutionem crediti, *leg. 1. C. pignor. act.* Alex. *cons. 70. n. 7. lib. 7.* Surd. *cons. 194. n. 10. & seqq.* Muta *decis. 22. num. 7.* vbi quod fructus etiam ante quàm fiat liquidatio, extenuant sortem: Fontanell. *decis. 99. sub n. 15.* Buratt. *decis. 160. n. 11.* non sit redditum saltem illiquidum, & altioris indaginis, itant eius exceptio retardare non possit exequutionem sententiæ in Saluiano latæ, *vulgatis Iuribus.*

Et Ita decisum vtraque parte bis informante.

Ista decisio refertur ad cap. 12. n. 43. Secunda partis huius tract. de præuent.

Et ad cap. 188. in secunda parte quæst. ciuilium.

Et ad cap. 31. num. 21. & sequentibus part. 1. de præuentione.

CAPVT SEV RESOLVTIO XV.

ARGVMENTVM.

Causam super falsitate & subornatione testium, tractandam esse coram Iudice qui præuenit in cognitione causæ principalis, & scribente eodem Notario, qui scribit in causa, super qua falsitas fuit commissa. Præuentionem in causis diuersis & separatis, non posse impedire processum alterius causæ. Eum qui venit in causa adhæsiuè, non posse mutare forum iudicis præuenientis. Suspecto substituto, quando principalis reddatur suspectus.

SVMMARIVM.

1 *Ne continentia causæ diuidatur, causa incidens tractanda est simul cum causa principali.*

2 *Iudicium super falsitate commissa in causa, debet terminari coram eodem Iudice & Notario illius causæ, in qua falsitas fuit commissa.*

3 *Præuentio non est considerabilis in causis & iudiciis separatis.*

4 *Qui venit in causa adhæsiuè, non potest mutare tribunal.*

5 *Suspecto substituto, non est suspectus Notarius principalis: Et quid in socio perpetuo? remissiuè.*

DVÆ causæ criminales intentatæ fuerunt: vna quidem, scribente Guillelmo notario, ad denunciationem Antonij contra Mauritium, in qua examinatis testibus tàm pro fisco quàm pro reo, ad illius defensionem, tandem processum fuit ad sententiam absolutoriam cum condemnatione accusatoris in omnibus expensis.

Altera verò causa criminalis intentata fuit ad instantiam Communitatis illius loci, in qua Antonius ille non fuit vt supra querelans nec accusator, sed accusatus & querelatus per Communitatem; Et vicissim dictus Mauritius non fuit ipse accusatus, sed accusator, non quidem principalis, sed tantum vti adhærens querelæ Communitatis: & in prima causa scribit Guilelmus, vt dictum est; in secunda Achilles Graffarius.

His

His doabus querelia adinncta fuit tertia, per qoam Mauritius accusat Antoniom de subornatione testium, quam suborationem prætendit fuisse in illa prima causa scribente Guillelmo notario intentata, & vicissim Antoniua prætendit testes per Antonium productoa ad probandam subornationem fuisse pariter subornatos.

Vnde quæsitum fuit, vter ex duobus illis notarijs scribere deberet in ista vltima causa subornationis testium.

1 Causa mihi commissa, indicaui in fauorem Guillelmi notarij: quia eum falsi accusatio non coocernat causam Communitatis, sed primam illam accusationem, illo scribente introductam, contra Mauritium; necessariò concludendum est illius prosecutionem fieri non posse nisi scribente notario illiua primæ causæ, ne illiua causæ continentia diuidatur, & accusatio fiat apud acta vnius, & defensionea apud acta alterina notarij: per text. *in Authent. & consequenter, & ibi* DD. maximè Bartol. *n. 7. C. de sent. & interloc. omnium Iudic.* Farin. *de var. & diuers. q.* 100. *n.* 70. Maximè cùm adesset decretum Domini Vicelegati, quod illa causa præter falsitatis non fieret nisi scribente Guillelmo primæ causæ Graffario.

2 Præterea quotiescumque agitur de causa falsitatis commissæ coram aliquo Iudice, seu scribente aliquo Notario, idem Iudex, idémque Notarius procedere debet in illa causa falsitatia, tanquam dependête à causa principali: quod enim de Iudice statuitur, idem statuendum est de Notario: quia Notariua est pars quotitatiua iudicij, & veluti depositarius actorum causæ: vt dicit Giurba *cons.* 88. *n.* 7. Adeò vt etiamsi ageretur de Iudice habente iurisdictionē in causis tantùm ciuilibus, procedere posset ad cognitionem causæ aduersus testem, qui coram ipso falsum deposuit, Menoch. *de arbitr. q.* 91. *n.* 2. & probatur ex *l. nullum, C. de testib.* Cou *pract. qq. c.* 18. *n.* 8. Roland. *cons.* 12. *num.* 1. *& seq. lib.* 2. Vant. *de nullitat. ex defectu iurisd. ordin. n.* 48. quia Iudex ciuilis non prohibetur de causa criminali incidenter cognoscere: vt *ibi* per eum.

3 Accedit supradictia, quòd dictæ duæ causæ criminales sunt omnino diuersæ, & ad inuicem separatæ; nempe prima & tertia, à secunda: tum quia in vna Mauritius est accusator, & in alia accusatus; tum quia singulæ sunt institutæ super diuersis & distinctis delictia, excepta tertia, quę habet dependentiam & connexitatem cum prima, & per consequens Achilles qui scribit in secunda, non potest prætendere præuentionem aduersus primum Graffarium: ex notatis per Trentacinq. *lib.* 2. *var. resol. de Iudic. resol.* 3. *n.* 2. *& sequent.*

4 Denique quia Antonius in secunda causa non comparet tanquam principalis accusator, sed tantum adhærendo ad querelam dictæ Communitatis; & per consequena prætextu illius causæ, quæ tangit principaliter Communitatem, non potest agere nomine pruprio ad petendam remissionem causæ ad aliud iudicium, in quo Communitas nullam habet participationem: non enim potest adhærendo litem prosequi, nisi eo modo quo Communitas illam prosequi potest, & debet adhærere in eo statu, in quo lis erat tempore adhæsionis: Menoch. *cons.* 488. *n.* 4. Merlin. *lib.* 1. *controu. forens. c.* 30. *n.* 3. *&* 4. quia censetur vnica persona cum Communitate cui adhæret: Surd. *cons.* 335. *n.* 22. Giurb. *decis.* 1. *n.* 21. *vers. tum quia tertius defensurus.*

5 Neque obstat si opponatur, substitutum dicti Graffarij principalis esse suspectum: quia suspicio substituti non repellit principalem à scribendo in causa, si substitutus de ea non se immisceat; sicut dicitur de Vicario, qui licet sit suspectus, tamen illa suspicio non nocet Episcopo, nec impedit quìn de causa cognoscat: Iacob. Laurent. *in tract. de Iudice suspecto, cap.* 3. *n.* 6. Sbrozz. *de Vicar. Episc. lib.* 3. *q.* 15. Quid autem statuendum sit quando agitur de socio irreuocabili, maximè suspecto? vide *cap.* 26 *p.* 1. *n.* 57. *in additione.*

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XVI.

ARGVMENTVM.

Causam rescissionis contractus, vel cancellationis instrumenti, esse omnino separatam à causa executiua, intentata vigore eiusdem instrumenti: Et eum qui præuenit per executiones, non posse impedire, ne causa cancellationis in alio Tribunali intentari possit, ita vt quælibet causa currat marte suo. Et quomodo debeat fieri citatio, vel illius intimatio, vt inducat præuentionem? An sufficiat intimatio facta filio pro patre? Quid si copia citationis fuerit petita, & non tradita?

SVMMARIVM.

1 *Qui vult intentare rescissionem contractus, potest eligere Notarium sibi beneuisum, ex stylo curiarum Aueniononensium.*
2 *Qui proponit exceptionem per viam actionis, est reus originarius, & sic non potest eligere Iudicem vel Notarium qui scribat in illa causa.*
3 *Præuentio affectata & procurata non suffragatur.*
4 *In prima citatione ad causam quomodo procedi debeat, & quòd copia debet dimitti ad domum citati, factis priùs debitis diligentiis.*
5 *Citatio facta in personam domestici, vel amici, non suffragatur ad effectum præuentionis.*

Nobiles quidam coniuges erant creditores Soceri in summa 4000. scutorum pro residuo dotis, videlicet 1000. scutorum pro residuo iurium paternorum, & 3000. pro residuo maternorum. Verùm quia maritus per scripturam priuatam declarauerat se esse contentum summa 3000. scutorum pro iuribus maternis, séque nihil petiturum de 1000. scutis residuis ex iuribus paternis; socer curauit citari dictos coniuges ad videndum offerri dictam summam residuam 3000. scutorum, scribente Florido notario, & mediante dicta oblatione declarari obligationes præstitas in contractu matrimonij cancellari, seu pro cancellatis haberi, & simul ad recognoscendam dictam scripturam priuatam, & interim inhiberi de procedēdo ad aliquas executiones vigore dictarum obligationum: Et vicissim dictus gener curauit Socerum citari, ad videndum declaratā nullas & inualidas promissiones in illa scriptura priuata contentas; scribente Bernardino notario.

Cartellus, seu literæ citatoriæ dicti Soceri fuerunt

tune executioni demandatæ, die 5. Maij, hora octaua matutina, factis diligentiis de reperiendo Generum, & per intimationem factam in persona Pauli filij eiusdem Generi reperti in via publica.

Castellus verò Generi fuit intimatus Socero personaliter reperto eadem die & hora, sed posteriùs tamen, seu post intimationem ad instantiam Soceri factam.

Ideo orta fuit controuersia, vter ex istis duobus Notariis scribere deberet.

Ego, causa mihi commissa, & Partibus sæpiùs auditis, iudicaui causam cancellationis obligationum tractandam esse scribente Florido; causam verò rescissionis, seu annullationis scripturæ priuatæ, tractandam esse scribente Bernardino.

1 Siquidem hic est stylus in Curiis huius Ciuitatis inconcussè obseruatus, quòd quando quis vult intentare iudicium rescissionis contractus, vel obligationis siue in scriptura publica, siue priuata contentæ, eligit Notarium sibi beneuisum, qui in causa scribat: Ita tamen vt nullum ex eo fiat præiudicium Florido, qui in alia causa, instante Socero mota, iudicij acta conscribet: ad quod faciunt tradita per nos, *in hoc tract. de præu. p. 1. c. 8. n. 6. in fin. & p. 2. c. 20. n. 34.* Confert etiam Statutum Auenionense, *lib. 2. rubr. 14. de moderat. inhib. art. 5.* cùm instantiæ factæ per Socerum moltùm accedant ad iudicium iactationum, vt dixi *eadem p. 1. de præuent. c. 24. n. 5.* Nam Gener est actor, Socer verò est reus originarius, cùm originaliter Socer sit debitor dotis, Gener verò creditor, salua tamen Socero sua exceptione petita,

2 ex illa scriptura priuata. † Vnde cùm Socer suam exceptionem proponit per viam actionis seu officij Iudicis, non habet electionem Iudicis, vel Notarij; sed electio pertinet ad Generum: vt explicauimus *in d. tr. de præu. p. 2. c. 18. n. 15.* & bene per Gratian. *discept. forens. c. 85. n. 11. & 12.* Quæ omnia procedunt, etiamsi debitor petiisset se absolui, & perpetuum silentium creditori imponi: vt fuit decisum in Rota *decis. 236. p. 1. diuersor.* & probat Cancer. *lib. 3. var. resol. c. 1. n. 61.* Cooar. *lib. 1. var. resol. c. 18. n. 6.* Et hæc est verior & receptior opinio, quamuis non ignorem alios contrarium tenuisse: sed nostra sententia confirmatur etiam per Socin. Seniorem, *consil. 94. lib. 3.* qui omnes loquuntur etiam in terminis *l. si contendat, ff. de fideiuss.*

3 Confirmantur prædicta, quia præuentio ista per Socerum, eundémque debitorem prætensum, & reum originarium, videtur affectata & procurata; ideò non suffragatur ipsi: Barbos. *in l. si quis postea quam ff. de iudic. n. 38.* Mascard. *de probat. concl. 1232. num. 10.*

Item confirmatur ex eo quòd literæ citatoriæ obtentæ per Socerum, debebant intimari Genero personaliter, aut dimissa copia in domicilio, cùm continerent primam citationem; quod factum non fuit, sed intimatio facta fuit in persona filij; nec copia dimissa domi, sed data eidem filio reperto in via publica, & ideo prima illa citatio nulla est: ex Trentacinq. *lib. 1. var. resol. tit. de citat. resol. 3. n. 24.* Vant. *de nullit. ex defectu citat. n. 87. & 88.*

4 † Neque sufficit citationem primam fuisse factam in persona domestici, veluti in persona vxoris: Guid. Pap. *decis. 445.* cum aliis citatis per nos, *in tract. de præuent. iudic. p. 1. c. 9. n. 33. & 47.* sicuti nec sufficeret citationem fuisse intimatam in persona amici, nisi amicus ille attestaretur se copiam illam tradidisse principali, & ea de causa aliquid expendisse: Lancellot. *de attentat. lite pend. p. 2. c. 4. in præfat. n. 123.* Carol. de Graff. *in tract. de effectibus amicitiæ, n. 283.*

Præsertim verò præuentioni locus non est per citationem illam, quæ facta fuit solum ad effectum recognoscendi scripturam priuatam, cum possit talis citatio emanare etiam authoritate Iudicis incompetentis: vt diximus *in eodem tract. de præuent. c. 25. n. 2. & 3. p. 1.*

Verùm quia prætensio Soceri non erat restricta ad solam cancellationem obligationis in vim scripturæ priuatæ, immò cancellatio poterat peti ex aliis diuersis causis, veluti solutionis, compensationis, & aliis similibus, attento præsertim stylo tribunalium Ciuitatis Auenionensis. Ego propterea non iudicaui causas esse vniendas, sed quamlibet debere currere suo marte (vt loquuntur Practici nostri,) & causas illas scribente quolibet Notario separatim & respectiuè esse prosequendas. Et ita factum & executum fuit.

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XVII.

ARGVMENTVM.

Notarius qui præuenit in causa principali, præferendus est illi qui fecit executiones posteriores, quamuis lis per sententiam finita videretur, ex eo quòd in executionem sententiæ primus scripserat in causa sequestrationis, quamuis multa altiorem indaginem requirentia opponerentur contra validitatem sequestrationis.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio vt sit valida, debet intimari parti in persona, aut saltem in domo habitationis, factis debitis diligentiis.*

2 *Relatio, aut attestatio intimationis, non probatur per attestationem Notarij sine testibus.*

3 *Intimationes sunt valida ex statuto si fiant in domicilio electo, idque quandiu lis durat.*

4 *Oppositio nullitatis non præiudicat præuentioni si requirat altiorem indaginem.*

MOTA fuit controuersia inter duo Tribunalia, & maximè Notarios, quorum vnus erat Notarius Curiæ ordinariæ, alter verò erat vnus ex Graffariis Curiæ Palatij Apostolici; super eo quod in executionem sententiæ in Coria ordinaria prolatæ, idem Notarius Curiæ ordinariæ scripserat relationem sequestrationis factæ in manibus cuiusdam debitoris; Notarius verò Palatij, non obstante huiusmodi executione, prætendebat se potiorem in causa; quia fecerat executiones validas, quamuis tempore posteriores, ad instantiam aliorum creditorum.

Primò, quia sequestratio non fuerat legitimè intimata, cùm quælibet intimatio fieri debeat in persona ipsius principalis, quando agitur de primo actu executionis: Verall. *decis. 117. p. 1.* Seraph. *decis. 1276. n. 4.* Vant. *de nullit. ex defectu citat. n. 85. in fine,* & nos diximus, *suprà part. 1. cap. 9. n. 31.* aut saltem debeant præcedere diligentiæ de reperiendo, vt diximus *in eodem loco, n. 32.* hic autem, intimatio facta fuerat in domo illius, qui fuerat Aduocatus in illa causa. 1

Secundò,

2 Secundò, qoia non constabat legitimè de sequestratione, quæ dicebatur facta in manibus dicti debitoris; quia non probabatur nisi per attestationem Notarij, cui tamen sine testibus non credendum erat, maximè ad proprium commodum; quia huiusmodi relationes non debent fieri per Notarios, sed per executores Curiæ: vt probauimus *d.c.9. n.28.p. 1.huius tract.*

His tamen non obstantibus, ego iudicaui causam spectare ad Cotiam ordinariam, & illius Grassarium, propter dispositionem Statuti nostri *lib.2.*
3 *rubr.3.de electio.domicilij*: vbi dicitur, quòd facta electione domicilij, in illo possunt fieri omnes citationes, intimationes, & executiones, in quacumque parte litis; quod domicilium durare dicitur vsque ad finem litis, & illius executionem inclusiuè; & dictæ intimationes & executiones ita arcent, ac si in personam factæ fuissent. Vnde patet, quòd doctrinæ, & iura in contrarium allegata, locum habent quando agitur de executione facta in initio litis, nulla adhnc facta domicilij electione, nullàque prolata sententia; tunc enim, quia agitur de primo actu, debet omnino sic fieri intimatio, vt ad notitiam partis deuenire possit, & per consequens personaliter, vel in domo solitæ habitationis, factis prius debitis diligentiis. Aliud autem est, quando agitur de litis prosecutione, & de sententiæ in illa prolatæ executione; tunc enim cùm non agatur de primo actu, & reus non possit prætendere ignorantiam litis, & sententiæ, sufficit intimationem fieri in domicilio electo, secundum dispositionem Statuti. Cyrisc.*lib. 2.controu.318.n.26.*Add.ad Louet.*littera.D.n.49.*

4 Super secundo dubio considerabam, qood partes de huiusmodi defectu nunquam opposuerunt; immò in suis articulis assertiuè deduxerunt dictam sequestrationem fuisse factam: per quam declarationem fuit sanatus omnis defectus relationis, seu attestationis Notarij; ad instar citationis, quæ per sequentem comparitionem conualidatur: vt probauimus, *lib.1.c.9.n.17.*

Et in omnem euentum, cùm lis multum promota sit super validitate sotinoaliditate dictarum executionum factarum in vim senteotiæ io Curia ordinaria, si aliqua proponatur exceptio nullitatis aduersus tales executiones, quæ non sit euideos, & requirat altiorem indaginem; tractanda est ioterim scribente Notario, & coram Iudice qui præuenit: ex notatis per nos *lib. 1. huius tractatus de præuentione iudic.c.18.n.2.*post Mandos.*in tract.de inhibitionibus, quest.49.n.3.& seqq.*

Et ex his, Notatio & Tribunali Curiæ ordinariæ causa fuit adiudicata.

CAPVT

SEV

RESOLVTIO XVIII.

ARGVMENTVM.

De præuentione in vim citationum & processurarum factarum coram Auditore generali, quæ allegabantur nullæ, ex eo quòd agebatur inter Religiosos, & prætendebatur Auditorem esse coniugatum, & habere vxorem viuentem in sua patria, cùm tamen ipse Auditor passim de causis Ecclesiasticis cognosceret, & iudicaret.

SVMMARIVM.

1 *Communis error facit ius in iurisdictionalibus.*

2 *Consuetudine introduci potest vt Iudex laicus in certis casibus de causis Ecclesiasticorum cognoscat. Supradicta intellige concurrentibus circumstantiis, de quibus numeris seqq.*

3 *Ius non resistit Iudici laico volenti cognoscere de causis Ecclesiæ, concurrentibus iis, de quibus hic agitur.*

4 *Qui tardè opponit de suo priuilegio, se suspectum reddit.*

5 *Facilius laico committitur causa ciuilis quàm criminalis, in causis Ecclesiasticis.*

6 *Qui dicit illum, qui facit publicè actus Clericales, esse laicum, tenetur hoc probare.*

7 *Summus Pontifex potest deputare laicum ad iudicandum causas certi loci, vel certarum personarum, si ex certa scientia id faciat.*

8 *Legatus omnia potest quæ Papa, exceptis iis, quæ supremæ Pontificis authoritati fuerunt reseruata.*

9 *Legatus Aueniouensis multa facere potest tanquam Vicarius Summi Pontificis, & in hoc capite expenduntur facultates Legationis.*

10 *Priuilegiatus quando conueniitur tanquam heres laici, non gaudet suo priuilegio.*

11 *Religiosi qui nullum elegerunt Conseruatorem, non gaudent priuilegio Conseruatoria.*

12 *Summus Pontifex concessit Legato Auenionensi, vt sit Index exemptorum.*

AD euitandam causæ præuentionem opponebatur, processuras, super quibus fundabatur præuentio, esse nullas ex defecto iurisdictionis, cùm supponeretur, Dominum Auditorem Generalem Legationis, non esse Clericum, immò coniugatum esse; ideò cùm ageretur de Regularibus inoicem contendentibus, dicebatur omnia esse nulla, nec procedi posse ad vlteriora, immò causam ad alium Iudicem remittendam, prænentione non obstante.

Ego tameo contrarium censui ex multis. Et primò quidem, quia Dominus Auditor Generalis Legationis, immò & nonoulli qui aote ipsum Auditoris munere functi fuot, fuerunt in illa quasi possessione iudicandi de omnibus causis, etiam inter personas Ecclesiasticas & Regulares; ideo communis error facit ius: iuxta *l. Barbarius Philippus, ff. de offic.prætor.* Mohedan.*decis.5.de appellat.* Vant.*de nullit.cap.14.quibus modis sententia nulla reparari possit, num.38.* 1

Neque dicatur, regolam *d.l.Barbarius*, non habere locum quando agitur de actu, cui ius resistit: quia verum quidem est ius resistere, si Iudex laicus indistinctè sibi vellet assumere cognitionem causarum ad Clericos spectantium; secus tamen est, si agatur de cognitione certarum causarum, & in certis casibus; quia si hoc casu ius resisteret, non esset valida consuetodo; quæ tamen est valida, & per eam non imminet graue damnum, aut dedecus Ordini Ecclesiastico: Gratian. *disceptat. foreus. capite 340. num.39.* 2

Præterea certum est, laicum ex commissione 3

Summi Pontificis posse causas Ecclesiasticas iudicare:text.est *in cap. decernimus 2. extr. de iudic.* & *ibi* DD.maximè Barbos.*nu.6*.Farinac.*q.8.n.4.versic.sublimita*. Et hoc in præsenti casu maximè locum habet, concurrentibus multis circomstantiis. *Primò*, scientia & patientia Superiorum, & ipsius Summi Pontificis,ea cuius consensu nominatus fuit Generalis Legationis Auditor, quam considerauit Rota apud Mohed. *dicta decis.5.de appellat.num.4*.in fine. *Secundò*,consensos & approbatio partium æquè priuilegiatarum. *Tertiò*, quasi possessio, & commouis opinio. *Quartò*, quòd non agitur de Tribunali laico, sed Ecclesiastico, quale est Tribunal Legationis, quod per Auditorem repræsentatur, Rip. *in dicto cap.decernimus,num.36.in solutione vltimi argumenti:* ideò non dicitur hoc casu facta prorogatio in iurisdictionem laicam, quia Laicus specialiter deputatus, non indicat nisi tanquam repræsentans delegantem: Abb. *in dicto cap.decernimus, num.5. in fine*: delegatus enim fungitur vice delegantis: *cap. sane,in fine,de offic. deleg.*

4 Nec est omittendum, quòd allegatio prætensi priuilegij ad declinandum forum opposita fuit post infinitas coram eodem Iudice comparitiones etiam spontaneas, & in vltimo litis termino; quæ tarda productio sinistram inducit suspicionem aduersus tardum oppositorem. Immò Clericos vsque ad finem litis procrastinantes opponere de suo priuilegio, in omnibus expensis condemnandos esse asserit Farin.*d.q.8.n.16*.Cancer.*lib.2.c.2.var.resol.n.134. & 140*.Additio ad Mohed.*decis.4.de constitutionibus litt.A*.Gratian.*discept.forens.c.190.n.18*.

5 *Sextò*,quia hic agebatur de causa ciuili, & non de criminali: in ciuilibus enim facilius datur commissio Laico, quàm in criminalibus: Farin.*dict.quæst.8.nu.4.vers. sublimita*.

6 Secundo principaliter,quia licèt regulariter qui asserit aliquem non esse Laicum, teneatur illud probare; tamen regula illa locum non habet, quando agitur de eo qui est in quasi possessione exercendi actus qui solis Clericis conueniunt: Mascard. *conclus. mihi 205.n.11*.vbi dicit hoc maximè procedere de æquitate, & hoc casu locum esse dispositioni *dict.leg. Barbarius,num.14*.

Præsertim quando agitur de Tertio, qui se fundat in qualitate Laici,ille enim excipiendo habetur pro actore, & tenetur probare suam exceptionem: *l.1.ff.de except*.Quod generaliter procedit in eo qui se fundat in qualitate extrinseca: Innocent. post Gloss.*in cap.super his,de accusat.num.10*. Abb.*in cap. fin.num.7. vers.in hac autem extrinseca, de præsumpt.* Cùm igitur Auditor esset in quasi possessione cognoscendi indistinctè de quibuscunque causis Ecclesiasticis sibi commissis, gesta per eum non possunt argui nullitatis,cum non probatum esset quod ipse esset laicus & coniugatus,vt asserebatur.

7 Sed posito hoc præiudicio veritatis,quod constitisset Iudicem illum fuisse Laicum, non ideò tamen arcendus fuisset à cognitione illius causæ, propter generalem commissionem sibi datam, sciente & approbante Summo Pontifice, qui potuit commissionem generalem causarum certi loci Laico demandare,ex Aufret.*de potest.facul. in Ecclesiastic.regul.1. num.1.2.& 18*. Gratian. *disceptat.forens.c.38. num.52*.

8 Potest etiam Legatus ea omnia facere, quæ Summus Pontifex,exceptis iis quæ ipsi Summo Pontifici reseruata sunt: Boër.*de potest. Legati à latere, n. 16.& 25*.

9 Quod potissimum procedit in Legato Aueniomensi, qui est Vicarius Principis, & ideo omnia potest quæ ipse Princeps exceptis reseruatis, *leg.1. C.de offic.eius qui vices alterius gerit*, Surd.*consil.281. à num.3.ad 4*.& Vicelegatus eadem potest quæ Legatus:Rot.Auen. *decis.17. in fine*, neque præsumendum est Legatum aliquid fecisse, nisi hoc habuisset in suis facultatibus: Bertrand. *consil. 89. in fine, lib.5*.

Neque priuilegium fori concessum Ordini Regulari, suffragari poterat: tum quia de eo non constabat;tum quia si de eo constaret,de nouo superuenerat post motam litem; tum & denique quia rei conueniebantur tanquam hæredes fundatoris laici, quo casu priuilegium non iuuat ad effectum de quo agitur: Iacobin.*in leg.heres absens,ff.de iudic.num.8*. Curt.Iun.*num.10*.& alij quos citat & sequitur Barbos. *in dict. leg. heres absens 19. ff. de Iudic. num.115*. 10

Tertiò, quia cum dicti Religiosi rei, nullum elegissent Conseruatorem, non poterant Conseruatoriæ priuilegio gaudere: Additio ad Gratian, *decis.170.num.6*.& quod plus est,de huiusmodi priuilegio nunquam opposuerant. 11

Quartò, quia Legatus de latere est vetus Iudex exemptorum: Gondisaluus,*in tract.de Legato,quæst. 8.num.20.& 21*.Martious Landen.*in tract.de Legat. q.13*.sed potissimùm Legatus Aueionensis,qui hoc habet expressè in suis facultatibus. 12

Et sic Dominus Auditor in illa causa processit ad definitiuam sententiam, quæ postea confirmata fuit in Rota.

CAPVT,
SEV
RESOLVTIO XIX.

ARGVMENTVM.

De præuentione affectata & captata per citationem executioni demandatam in persona diuersa:Et de ea quæ fuit circumducta, non accusatâ citari contumaciâ authoritate Iudicis incompetentis,nullâque perenti data copia. Quòd præuentio non producatur ex solis actibus præparatoriis pro securitate iudicij, veluti pro sigillatione, vel descriptione mobilium. Causam legatariorum esse diuersam à causa hæredum, & ex ea non causari præuentionem, quando legatarij veniunt adhæsiuè. Et de duabus Viduis concurrentibus in priuilegio fori. Et vtrùm priuilegium viduæ, profit eius litis consortibus.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio non suffragatur, si quis videns executorem venientem, illam affectauerit, & captauerit.*

2 *Præuentio non suffragatur si citatio facta fuerit in persona alterius quam collitigantis.*

3 Si

3 *Si contumacia rei citati non fuerit iudicialiter intimata, præuentio non suffragatur.*

4 *Citatio non causat prouentionem si procedat à Iudice incompetente.*

5 *Citatio non valet si copia non fuerit tradita petenti.*

6 *Citatio illegitima non operatur præuentionem.*

7 *In dubio pro maiori Tribunali iudicandum est, quando agitur de præuentione.*

8 *Iudex præparatorij non est de necessitate Iudex præparati, quando pro præparato alius Iudex adiri potest.*

9 *Ex ijs quæ fiunt ad præparandum Iudicium sine citatione pro negotio principali, veluti ad examinandos testes ad futuram rei memoriam, non producitur præuentio.*

10 *Descriptio, aut alia quæ fiunt quia periculum est in mora, non habent effectum præuentionis.*

11 *Ex statuto Auenionensi mandatum restrictum ad certum actum, veluti ad declinandum forum, non est validum.*

12 *Causa Legatarij non trahit ad se causam hæredis.*

13 *Qui venit adhæsiuè tenetur sequi forum principalis.*

14 *Inter plures viduas quod priuilegium sit potentius.*

15 *Vidua trahit ad suum forum causam sui litis consortis.*

HÆREDES testamentarij inter quos comparebat quædam vidua, volebat impedire immissionem petitam pro parte hæredum ab intestato, inter quod aderat etiam alia vidua: quamvis vidua, quæ agebat ex testamento, non esset hæres, sed dumtaxat legataria.

Qui ex testamento agebant, prætendebant impedire missionem petitam per succedentes ab intestato; *Primò*, ex capite præuentionis: *Secundò*, ex priuilegio electionis fori viduæ legatariæ competenti.

1 Quod attinet ad præuentionem; Dixi eam non suffragari venientibus ex testamento: Primò, quia illa præuentio erat affectata & captatoria, quia hæres ex testamento videns Graffarium Auenionensem ad loca, vbi bona sita erant, accessisse, vt mitteret in possessionem succedentes ab intestato auctoritate Dñi Auditoris, curauit intimari literas citatorias authoritate Iudicis ordinarij Ciuitatis Carpentoracti, quæ præuentio sic affectata non suffragatur: Boss. *in praxi crimin. tit. de foro compet. num.* 80. Cancer. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 2. *num.* 209. Mascard. *de probationib. concl.* 1232. *num.* 20. & Boër. *decis.* 261. *num.* 4. vbi loquitur de eo, qui cum sciret aduersarium esse in itinere vt Iudicem adiret, impetrauit prouisionem ab alio Iudice vt ipsum impediret.

2 Secundò, quia sola vidua, quæ vna est ex hæredibus ab intestato, citata fuit auctoritate Iudicis ordinarij, nulla facta mentione cohæredum ab intestato: vnde citatio illa non est considerabilis respectu fratris & aliorum succedentium ab intestato, de quibus nulla fuerat facta mentio in literis citatorijs: quia præuentio non operatur quoad personas: Lancell. *de attent. lit. pend. limit.* 2. *num.* 4.

3 Tertiò, quia citatio facta ad instantiam legatariæ fuit circumducta; & vigore illius, nulla facta fuit processura iudicialis coram Iudice Carpentoracti, nec per consequens accusata fuit contumacia personæ citatæ; & sic allegata præuentio non potest sortiri effectum: vt tradit Boër. *d. decis.* 261. *num.* 4. Lancel. *d. limit.* 2. *num.* 81. Mynsinger. *centur.* 4. *obseru.* 26. *n.* 7.

Quartò, quia præuentio per citationem, duo requirit; *Primum*, quod citatio emanauerit à Iudice competenti; *Secundum*, quod citatio ita deuenerit ad notitiam citati, vt ex tenore citationis potuerit habere perfectam notitiam iuris controuersi: Mynsinger. *d. obseru.* 26. *num.* 2. Neutrum autem in casu proposito interuenerat: Non primum, quia Iudex Carpentoractensis non potest exercere iurisdictionē in illo loco, qui erat de ressortu Iudicis villæ Valriaci: Non etiam Secundum, quia quamvis vidua citata petijsset copiam, illa tamen non fuit illi expedita; † quæ tamen expediri debebat petenti, aliàs 5
citatio non afficiebat: Crauet. *cons.* 319. *col. vlt.* Caroc. *de except. cap.* 4. Et sic † per citationem nulliter, 6
aut minùs legitimè executioni demandatam, non fuit inducta præuentio Barbos. *in leg. si quis postea quam, num.* 60. *ff. de iudic.* 4

7 Quintò, quia si essemus in dubio, iudicandum esset in fauorem supremi Tribunalis: Barbos. *in d. l. si posteaquam, n.* 11. *&* 12. *ff. de iudic.*

8 Neque obstat, quod gesta authoritate Iudicis ordinarij sunt præparatoria, & qui Iudex est præparatorij debet esse Iudex præparati. Quia regula illa locum non habet, quando alius Iudex competens adiri potest pro præparato. Afflict. *decis.* 155. *num.* 6. Barbos. *in d. l. si quis posteaquam, numero* 90. 97. *& seqq.*

9 Addator, quod citatio ad comparendum coram Iudice ordinario, non fuit facta pro negotio principali: sed tantum ad examinandos testes ad futuram rei memoriam ante litem contestatam, & sic tantum erat præparatoria litis futuræ: ex notatis per Farin. *in tract. de testib. quæst.* 76. *num.* 39. Durand. *de arte testandi, titul. de testament. cautela* 7. *numero* 1.

10 Neque petitio sigillationis aut descriptionis mobilium poterat dare fundamentum validum præuentionis: quia cum facta fuisset tantùm ex eo quod periculū erat in mora, nō poterat operari præuentionem, cùm propter periculum fieri posset per quemlibet Iudicem; ita tamen vt ex eo nullum fieret præiudicium iuribus Iudicis competentis, Caualc. *dec.* 3. *num.* 26. Lancell. *de attentat. lite pendente, limit* 9. *num.* 2. Caccialup. *de debitore suspecto, quæst.* 15. *n.* 2. Angel. & Bald. *in leg. vbi cæptum, Digest. de iudicijs.*

Quod attinet ad secundum caput, omisso articu- 11
lo nullitatis mandati facti contra formam statuti
ad vnicum actum, nempe ad declinandum forum, vt patet ex statuto *lib.* 2. *rubr.* 4. *artic.* 4. fuit dictum citationem non afficere: quia non fuerat facta ad instantiam hæredis prætensi, sed solius viduæ
legatariæ, cùm † ius, actio, & lis hæredis multùm 12
differant à iure, actione, & lite legatarij: per text. *in l. fin. Cod. de petit. hæred.* Crauet. *cons.* 164. *num.* 2. Lancellot. *de attentat. lit. pendent. cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 30.

13 Addebatur, quod legataria non veniebat principaliter ad litem, in qua habebat tantùm interesse secundarium; cùm etiam ad probandam veritatem testamenti, legatarius, cuius interesse est tantum secundarium, possit recipi in testem: Farin. *de testib. quæst.* 60. *num.* 288. *& num.* 315. quando autem vidua non habet interesse principale, & venit tanquam tertia, non gaudet priuilegio fori: Nouar. *in prax. elect. for. p.* 2. *q.* 18.

14 Denique quia cùm vidua succedens ab intestato, certet de damno vitando; quæ verò agit ex testamento,

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XXI.

ARGVMENTVM.

Quamuis primus Iudex delegatus præuenerit per citationem personaliter intimatam, si tamen in ipso citationis termino citatus comparens allegauerit suspectum illum Iudicem delegatum, secundus delegatus procedere debet in causa, non obstante præuentione prætensa per priorem Iudicem delegatum.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio non oritur ex citatione quæ fuit facta de mandato Iudicis incompetentis, qui fuit in ipso exordio allegatus suspectus.*

2 *Quæ requirantur ad hoc vt ex citatione inducatur præuentio.*

3 *Per recusationem propositam statim ligatæ sunt manus Iudicis.*

4 *Regula* l. vbi cœptum, ff. de Iodic. *non habet locum quando Iudex præuenire volens, fuit allegatus suspectus.*

NON potuit aliqua præuentio allegari in præiudicium illius Notarij, qui scribere cœperat in causa commissa per Breue Apostolicum R.D. Bartholomæo; quamuis de mandato R. D. Gasparis Commissarij primo loco deputati pars fuisset citata ante secundam commissionem, ad videndum D. Gasparem pronunciari Iudicem competentem: quia pars citata numquam voluit ipsius personam approbare, imò confestim illum suspectum allegauit, & tanquam sibi valde suspectum recusauit, & obtinuit à Sanctissimo commissionem secundam auocatoriam, propter perhorrescentiam primi delegati, causámque Domino Bartholomæo præuia euocatione committi curauit, & sic nulla potest allegari præuentio &
1 commissione data primo Iudici. † Quia licet ad præuentionem Iudicis, & Notarij, sola sufficiat prima citatio; tamen requiritur vt ipsa sit legitimæ executioni demandata authoritate Iudicis competentis, itavt citatio non fuerit circumducta, sed ad effectum deducta: Ranchio. ad Guidon. *dec.* 4 a t. vbi dicit quod si coram Primo Iudice aliquis effectus fuerit sequutus, vt quia actor fuerit positus in possessionem bonorum contumacis, tunc inducitur præuentio, secùs si nullus fuerit subsequutus effectus:
2 Mynsinger. *cent.* 4. *obseruat.* 26. *num.* 2. † Vbi dicit quod ad hoc vt ex citatione fiat præuentio, sex necessario requiruntur: *Primò*, quod citatio facta fuerit. *Secundò*, quod authoritate Iudicis competentis. *Tertiò*, quod ex ea citatus potuerit instrui. *Quartò*, quod citatio sit apta. *Quintò*, quod citatio deuenerit ad notitiam citati. *Sextò*, quòd nuncius eam legitimè insinuauerit. Et sic quamuis alia omnia requisita concurrerent in casu proposito, saltem
3 deficiebat qualitas Iudicis competentis: † quia in primo iudicij ingressu, eius iurisdictio fuit sigillata per allegationem suspicionis: Lancellot. *de attentat. cap.* 6. *num.* 10. & sic citatio quæ non habuit effectum, non causauit litispendentiam: Afflict. *decis.* 366. *num.* 14. & *ibi* Vrsill. *num.* 7. Marches. *de commiss. in tit. de Euocat. commiss. causarum, part.* 2. §. 4. *num.* 111. & in terminis appellationis, quod causa non censeatur introducta, nec processus formatus nisi per appellationem legitimè demandatam executioni, probat Ruginell. *de appellat.* §. 16. *gloss.* 2.
num. 35. † Et in indiuiduo casus propositi, quod regula *leg. vbi cœptum, ff. de iudic.* non habeat locum quando Iudex fuit allegatus suspectus, docet Felin. *in cap. ex tenore, de rescript. num.* 18. *in* 6. *fallentia, in fine, versic. & idem dicit.* & Angel. *in dicta l. vbi cœptum, num.* 1. *versic. fallit cum Iudex*: Federic. de Sen. *consil.* 97. *num.* 3. Tusch. *littera P, conclus.* 646. *n.* 26. Barbos. *in l. si quis posteaquam, ff. de iudic. num.* 64. Rebuff. *in tract. de priuileg. scholar. priuileg.* 153. 4

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XXII.

ARGVMENTVM.

Præuentionem non posse adiudicari Iudici Cameræ, qui non habet iurisdictionem nisi agatur de causa Camerali, vel executione facta in vim obligationis Cameralis. Executionem pro futuris censibus nondum maturatis, validam esse, si fiat in consequentiam solutionum decursarum. Executio in vim cartelli generalis pro omnibus debitis quæ deberi reperientur, sustineri potest etiam pro futuris. Ius superueniens quando sustineat, & validam reddat executionem.

SVMMARIVM.

1 *Attestatio Notarij quod citatio facta fuit, non facit fidem.*

2 *Præuentio non oritur ex actu inualido.*

3 *Executio facta contra non subditum nec submissum, est nulla.*

4 *Qui non est obligatus, non potest executiuè conueniri, nisi lata priùs sententia.*

5 *Quando præceptum reducitur ad simplicem citationem propter clausulam iustificatiuam in eo appositam, perinde est ac si simplex actio à principio emanasset.*

6 *Cessante contumacia, cessat immissio in possessionem.*

7 *Verum quis possit ante diem agere, & petere vt adueniente die sibi soluatur.*

8 *Quando aliquid debetur pro præteritis censibus, possunt in executione comprehendi census in futurum decurrendi.*

9 *Ius superueniens conualidat iudicium, quando generaliter actum est, nullâ causâ expressâ.*

10 *Clausula* sine retardatione solutionis pensionis, *operatur tam quoad terminos decursos, quàm decurrendos.*

11 *Cessio pro fructibus maturatis lite pendente, confirmat executionem antea factam.*

12 *Actus factus tempore inhabili, relatus ad tempus habile, validus est.*

13 *Stylus probatur per attestationem Curialium, & Iudex potest super eo se informare extraiudicialiter.*

DOMINUS Iudex Cameræ Ciuitatis Carpentoractensis qui præuenerat per executiones contra debitorem, prætendebat causam executionum posteriorum authoritate Curiæ Palatij Auenionis sibi adiudicandam esse: & pro iustificatione præuentionis producebatur quædam attestatio Graffarij Cameræ, quæ tamen nullam fidem faciebat, quia non spectat ad
1 Notarios intimare citationes; & in hoc, illis non creditur sine testibus: Rot. coram Gregor. XV. *dec.* 71. *num.* 2. & *dec.* 426. *n.* 4. Et regula generalis est, quod fides Notarij non facit fidem: Rot. *dec.* 318. *n.* 4. & *dec.* 70. *n.* 6. *p.* 2. *recent.*

2 Præterea ad hoc vt ex aliquo actu oriatur præuentio, necesse est actum illum esse validum, teste Mascard. *de probat. conclus.* 1232. *num.* 16. Tusch. *littera P, concl.* 646. *num.* 30. plures allegat Carleual. *de iudic. tom.* 1. *disp.* 2. *num.* 879. Executio autem de qua agebatur, nulla erat ex defectu iurisdictionis:
3 quia † Iudex Cameræ Comitatus Venayssini non habebat debitorem, contra quem facta erat executio, subditum suæ iurisdictioni ratione originis, domicilij, vel contractus; cùm non esset submissus nec obligatus curiis Cameræ, & sic executio nullitatis vitio laborabat: *Clem.* 2. *vt lite pend.* Barbos. *in l. si quis posteaquam, n.* 7. *ff. de iudic.*

4 Cessante autem submissione, executio concedi non poterat nisi post sententiam de qua constare debuerat; nam contra eum qui nec submissus est, nec condemnatus, executiuè procedi non potest: Mascard. *dicta concl.* 1232. *num.* 3. & 19.

5 Et quamuis opponeretur, præceptum factum fuisse cum clausula iustificatiua; tamen hoc non suffragatur: quia præceptum illud per comparitionem debitoris fuit resolutum in simplicem citationem: Ioseph. de Sese *in tract. de inhib. cap.* 2. §. 1. *num.* 19. & per consequens nec per citationem nullam ex defectu iurisdictionis, nec per præceptum reductum ad simplicem citationem, prætendi poterat præuen-
6 tio illius Iudicis. † Cessante quippe contumacia, cessat immissio in possessionem aduersus citatum comparentem: *l. si ante*, vbi Socin. *in* 1. *Notab. ff. de exceptione rei iudic.* Tusch. *littera C, conclus.* 1019. *n.* 5. & propterea si quis prætendat aliquid contra bona de pignore capta authoritate Curiæ Palatij Apostolici, debet venire oppositiuè in eadem Curia: *l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.*

7 Neque obstat quod opponebatur, literas executoriales fuisse concessas antequam Dies solutionis aduenisset, & sic nulliter; quia quando nihil debetur de præterito, executio non potest concedi pro debito futuro: Surd. *decis.* 120. *num.* 9. 14. & 15. Cenc. *in tract. de censib. quæst.* 96. *num.* 16. De qua quæstione vtrum quis ante diem agere possit, vt sibi adueniente die soluatur; tractant Olasc. *decis.* 130. Surd. *dicta decision.* 120. Afin. *de executionib.* §. 7. *cap.* 126. *fol.* 201.

8 Respondetur enim hoc posse procedere, si cartellus seu literæ executoriæ fuissent laxatæ dumtaxat pro debitis futuris, & ad illa restrictæ; sed cartellus executorius laxatus fuit generaliter pro quibuscumque summis quæ reperiuntur debitæ, quo casu executio sustinetur: ex Fontanel. *de pact. nuptial. clauf.* 4. *gloss.* 18. *part.* 4. *num.* 26. & ita loquitur Salust. Tiber. *in praxi lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 21.

Similiter quando generaliter actum fuit, ius superueniens lite pendente reddit executionem validam, maximè cùm executio concessa generaliter fuit pro omnibus & quibuscumque summis tam debitis quàm debendis: sufficit enim quod debeantur tempore executionis propter generalitatem verborum, quæ generalitas debet aliquid operari: *l. fundus qui locatus, ff. de fund. instruct.* Rot. *diuers. dec.* 65. *part.* 3. *lib.* 2. Puteus *decis.* 37. *lib.* 3. † & eadem ratione clausula, *sine retardatione solutionis pensionis*, operatur tam quoad termines decursos quàm decurrendos: Barbos. *clauf.* 162. *num.* 8. Et faciunt ea quæ tradit Peregr. *de fideicom. art.* 41. *num.* 6. *versic. quinto.* vbi dicit quod iudicium ex iure superuenienti conualidatur, quando generaliter actum est nulla expressa causa: Præsertim verò hoc locum habet, quando ius superueniens desumit originem ex causa de præterito, prout erat in hoc casu; tunc enim ius illud superueniens retrotrahitur, & operatur vt sententia super illo proferri possit: Costa *de retrotract. casu* 30. *cap.* 8. *num.* 10. Rot. *decis.* 296. *num.* 1. & 2. *p.* 3. *diuers.* 9
10
11 † vbi loquitur de cessionario, qui obtinet cessionem fructuum lite pendente, concludens quod si monitorium fuit generale, executio facta pro fructibus, pro quibus obtenta fuit cessio lite pendente, subsistit: vt bene per Giurb. *decis. Sicil.* 17. *n.* 23.

12 Et cùm concessa fuerit executio habito respectu ad reditus, quos in futurum deberi reperietur, per verba generalia relata ad ea quæ debebantur, & in futurum debebuntur; est valida: quia actus concessus tempore inhabili, validus est, si referatur ad tempus habile: Bart. *in l.* 1. §. *nunciatio, num.* 30. *versic. commissio Iudicis, ff. de noui oper. nunciat.* sicut dicitur de citatione facta die feriata, non in honorem Dei, ad diem non feriatam: & probatur per text. *in l. in tempus, ff. de hered. instit.* Felin. *in cap. cum Dilectus, de accusat.* cum pluribus aliis allegatis per Gratian. *discept. forens. cap.* 712. *num.* 1. & *decis.* 818. *n.* 2. Barbos. *Axiomate* 174. *n.* 31. *versic. sic è contrario.*

13 Tandem allegabatur notorius Curiæ stylus, quod cartelli generales executioni demandari soleant etiam pro futuris reditibus & debitis, dummodo fiat debita tempore executionis, super quo stylo debet se Iudex extraiudicialiter informare: Rot. *decis.* 725. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* qui cùm respiciat ordinatoria, probatur ex attestatione Practicorum: Ludouis. *decis.* 884. *num.* 4. & 5. Ex his causa ista fuit tractata in Curia Palatij, reiecta præuentione prætensa per Iudicem Cameræ Comitatus Venaissini.

CAPVT SEV RESOLVTIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Iudicem qui præuenit per capturam, præferendum esse in criminalibus præuenienti per citationem verbalem, etiamsi duo illi Iudices sint sub eodem Principe; reprobatâ contrariâ Socini sententiâ. Exceptionem præuentionis proponendam in initio 1
litis

litis,cùm sit de declinatoriis. Patris comparitio nomine filij tanquam instructoris innocentiæ illius, non inducit prorogationem iurisdictionis sine speciali mandato ipsius filij.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio per citationem realem, seu capturam, potentior est verbali.*
2 *Exceptio præuentionis non iuuat, si non opponatur in principio litis.*
3 *Quando agitur de Iudicibus habentibus iurisdictionem ab eodem fonte, verbalis præuentio præualet reali, secundum Socin. Sed reprobatur* num.4.
5 *Comparitio patris vti instructoris innocentiæ filij, non est considerabilis ad effectum præuentionis.*

1 CONTROVERTEBATVR prænentio inter Curiam Archiepiscopalem, & Curiam Iudicum Ordinariorum: sed causa fuit adiudicata Iudicibus ordinariis qui præuenerant per capturam delinquentis, quamuis Officiales Archiepiscopatus fecissent aliquas diligentias de ipsum reperiendo: ex regula generali, quòd citatio reali sin materia præuentionis, præfertur citationi verbali, Farinac. *de inquisit. quæst.* 7. *numero* 53. Cancer. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 2. *num.* an 8. *part.* 2.

2 Præterea quando agitur de duobus Iudicibus, quibus æqualiter competit iurisdictio cumulatiua, valet processus vtriusque Iudicis nisi opponatur tempore congruo de præuentione, nempe ante litem contestatam:Gabriel. *de indic. conclus.* 1. *num.* 36. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *numer.* 35. Quod factum non fuerat; imò reus etiam Iudicibus Curiæ ordinariæ responderat, cautionem de te repræsentanda, stando iuri, & iudicatum soluendo præstiterat; defensiones suas ex parte fecerat.

3 Quod opponebatur, regulam illam, quod præuentio realis præualere debeat verbali, non habere locum quando ambo Iudices sunt sub eodem Principe, iuxta doctrinam Socini sen. *in cap. proposuisti, de for. compet.*

4 Reprobatur apud Vincent. de Franch. *decis.* 515. *num.* 16. *&* 17. atque ita obseruari, vt præuentio per capturam seu citationem realem prænaleat verbali: testis est Farinac. *dicta quæst.* 7. *de inquisit. n.* 53. *in secunda sublimitatione, versic. verum quia Iudex.*

5 Denique processuræ factæ in Curia Archiepiscopali, nullæ erant & inualidæ ex defectu legitimi mandati; & sic non erat super illis fundanda præuentio: ex Oldrad. *cons.* 313. *n.* 3. *&* 6.

Comparitio verò facta coram Vicario per Patrem delinquentis, vti instructorem innocentiæ filij, non erat hac in controuersia considerabilis; cùm pater admitti non debuisset pro filio, nisi data cautione de ipsum repræsentando iuxta tradita per Farinac. *de diuers. quæst.* 99. *num.* 164. & ad consentiendum in iurisdictionem requirebatur speciale mandatum: Paris. *cons.* 15. *num.* 3. *lib.* 4. & tradunt communiter Scribentes *in cap. quoniam Abbas, de off. iud. deleg.* Ideo causa ista fuit remissa ad Curiam Ordinariam.

CAPVT
SEV
RESOLVTIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Præuentionem euanescere si partes destiterint per longum tempus à prosecutione litis; maximè si occasione eiusdem prætensionis nouam litem intentauerint. Et qualiter differant inter se desertio litis, & cessatio quoad effectum præuentionis. Lite intentata pro homagio & fidelitate præstanda à subditis, inferri posse pro recognitionibus emphyteuticis tanquam omnino diuersis ab illa petitione. Per petitionem copiæ citationis, non posse inferri ad prorogationem iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Si cessatum fuerit per* 30. *annos à prosequutione litis, cessare debet præuentio ex illa lite: &* n.7.
2 *Quomodo inter se differant litis cessatio, & desertio.*
3 *Quando liti censeatur renunciatum per longum silentium.*
4 *De peremptione instantiæ, remissiuè.*
5 *Per litis contestationem actio perpetuatur ad* 30. *annos.*
6 *Per introductionem nouæ litis, censetur recessum ab antiqua lite.*
8 *Præuentio litis super iuramento fidelitatis & homagio, non dat præuentionem ratione petitionis iurium ex emphyteusi competentium.*
9 *De duplici iuramento fidelitatis, nempe respectu subiectionis, & respectu vassallagij.*
10 *Dinumeratio peti potest prædiorum emphyteuticariorum per Dominum directum, etiamsi non esset Dominus totius territorij.*
11 *Qui petit copiam non prorogat iurisdictionem.*
12 *Nemo potest consentire in iurisdictionem Iudicis incompetentis sine mandato speciali.*

FVNDAMENTVM præuentionis desumebatur ex quadam antiqua processura ante 80. annos, quod tamen tumosum esse constabat. Quia per tanti temporis spatium, quo durante causa siluit absque vlla prosequutione, lis fuerat habita pro derelicta. Quamuis enim de iure Ciuili instantia triennio finiatur, *l. properandum, ff. de iudic.* de iure autem Canonico instantia sit perpetua, *cap. penult.* & *ibi* DD. *de iudic.* tamen si per spatium 30. annorum cessatum fuerit à prosecutione litis, & in ea nihil factum fuerit, perimitur instantia, & lis habetur pro derelicta: Vestr. *in praxi, lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 15. Tusch. *commun. conclus. in verbo, Lis; conclus.* 385. Menoch. *de arbitrar. casu* 202. *numero* 14.

Et licet DD. velint ex solo temporis cursu non induci litis desertionem, nisi de calumnia non prosequentis, & de illius non iure constiterit: † tamen notandum est pro vera resolutione, aliud esse litis cessationem, aliud desertionem: illa siquidem longi temporis interuallo perimitur, nempe decem annorum, & in illa necesse est vt vltra lapsum decem ao- 2

 annorum

norum concurrant aliæ coniecturæ, veluri præsumptio non boni iuris, aut aliquis actus positiuus; sed dum de desertione agitur, requiritur lapsus triginta annorum: & hic solus sufficit, etiam sine præsumptione mali iuris; atque ita distinguit Achill. de Grass. *dec.10. vt lite pend. maximè n.7.* vbi dicit, quod si constet de non iure litigantis, non sufficit lapsus decem annorum; quod meliùs explicatur per Addent. ad Burat. *decis.307.n.10.*

3 Et de hac quæstione, quando liti censeatur renunciatum per loogi temporis silentium, plura videri poterunt apud Paris. *de resig. lib.3.q.3.n.22.* Tusch. *in verbo, Lis, concl.385.n.6. Ricc. in praxi var. resol.c.474.n.6.* Vestr. *in praxi lib.8.cap.4.num.25.* Menoch. *de Arbitrar. cas.202.n.14.*

4 De peremptione autem instantiæ, videri poterit Trentacinq. *lib.1.resol.4.de iudic.* Viuius, *opin.376.* eum allegatis per Carroc. *de except.c.127.n.35.*

5 Quod autem dicitur actionem perpetuari per litis contestationem, intelligendum est vt illa perpetuatio fiat tantùm ad trigiora annos: Seraph. *dec.926. num.1.* Balb. *de præscript. part.6. membr.3.n.42.& 43.* Giouagnon. *cons.28.n.36.lib.2.*

6 Sed multo fortiùs excluditur præuentio fundata in illa lite antiqua, ex eo quod ab aliquot annis noua lis fuit introducta pro eodem negotio, & ex eadem causa, per quam nouam litem ceosetur recessum ab antiqua, & per consequens à præuentione fundata super illa lite antiqua extincta. Galetat. *de renunciat. centur.2.c.156.n.9. vers. incohans.*

7 Stante itaque litis cessatione, non potest præuentio in illa fundari: quia cessauit iurisdictio: Caualc. *dec.21.n.14.p.1.* adeo vt non sit opus prolatione sententiæ desertoriæ, non solum ex statuto Aueo. *lib.2. rubr.16. art.1.* sed etiam ex dispositione iuris communis, circumscripto stylo particulari in contrarium: Lancell. *de attentatis, p.2.c.4.n.338.*

8 Præmissis accedit quod non potest fieri fundamentum præuentionis in alia lite ab aliquot annis introducta: quia diuersa est omnino ab illa de qua agebatur: nam in illa lite secundo loco introducta, agebatur ad recognitionem feudorum francorum, & præstationem homagij, & iuramenti fidelitatis, quod nihil habet commune cum iure emphyteutico, iuramentum enim fidelitatis & homagij præstatio ratione rei oon est de natura emphyteusis, sed tamen est de natura & substantia feudi, quod non potest esse sine fidelitate: & licet feudum possit esse sine seruitio, non tamen sine fidelitate, quæ fidelitatis præstatio non conuenit emphyteusi, oeque præstatur ratione rei emphyteuticæ, sed dumtaxat ratione feudi, & rei feudalis.

9 Duplex enim est iuramenti fidelitatis seu homagij præstatio, vna ratione subiectionis, altera ratione vassallagij. Illa præstatur respectu personæ, vnde forenses ad illius præstationem cogi non possunt. Iacobin. *de feud. in verb. qui quidem inuestiti, num.9.* Doctores *in cap. nimis.* Extra. *de iureiurand.* Hæc verò præstatur à vassallo rei sibi in feudum concessæ, & vocatur fidelitas homagij, vel vassallagij: Vulteius *de feud. lib.1.cap.6. num.3.& seqq.* Sunt autem ista iura præstationum feudalium longè diuersa à iuribus emphyteuticis: quia si ab vno ad aliud inferretur, sequeretur, enim qui est Dominus feudi, esse Dominum directum rerum sub illo feudo contentarum: quod tamen non est verum: & probat Cancer. *lib.1.c.11. de emphyteusi, num.31.* & nos ipsi probauimus *in quæst. ciuil. lib.c.42.n.2.*

10 Nec ex præcepto de dando dinumerationem prædiorum existentium sub feudo franco, dari potest aliquod ius præuentionis in ista noua lite intentata super dominio directo vniuersali: quia ius petendi illam dinumerationem, competit etiam illi qui non est Dominus directus vniuersalis & fundiarius: ex traditis per Gratian. *discept.c.188.n.36.& seqq.*

11 Neque obstat quod pars citata videatur prorogasse iurisdictionem, petendo copiam citationis: quia verius est per petitionem copiæ, non censeri protogatam iurisdictionem; quia copia petita censetur dumtaxat ad fines deliberandi: Textus est expressus *in l. non videtur 33. ff. de iudic.* sicut nec per petitionem copiæ libelli quis excluditur à declinando forum: Felio. *in cap. inter monasterium, de sent. & re iud. n.13. in vndecima declaratione, & n.7. in 3. declaratione.* Ricc. *in praxi aurea, resol.55.n.2.*

12 Et consensus ad effectum protogandi iurisdictionem requirebat mandatum speciale: Tusch. *in verbo, Prorogatio, concl.931.n.2.* Pereg. Iannin. *de citat. reali, lib.3.c.21.n.160.* Vant. *de nullitate ex defectu mandati, n.102.* & consensus ille posset quandocumque reuocari ante litem contestatam: Lancellot. *de attentat. p.4. limit.16.n.15.*

CAPVT SEV RESOLVTIO XXV.

ARGVMENTVM.

Iudicium vniuersale præuentum per petitionem immissionis vigore fideicommissi ob nullitatem substitutionis exēplaris, vtrùm obstet eidem fidcicommissario petenri sine præiudicio sui fideicommissi, se immitti in possessionem tertiæ partis bonorum, pro consequendo vsufructu illius partis sibi relicto in eodem testamēto? Et vtrùm vna causa sit alteri præiudicialis? Qui debeant substitui ex dispositione *l. humanitatis, C. de impuber & alijs substit.* Grauamen diuersum vtrùm possit iniungi filio, cui exemplariter substitutū est? & vtrùm substiturus exemplaris grauari possit? Et arrepta occasione explicantur tradita per Authorem *in quæstionibus ciuilibus, vol.2. cap.127. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium vniuersale petitionis hereditatis, est præiudiciale iudicio particulari petitionis quota vsus fructus eiusdem hereditatis, & operatur præuentionem respectu causæ particularis vsusfructus.*

2 *Substitutio exemplaris non valet, nisi ad substitutionem vocentur personæ designatæ* in l. humanitatis, C. de impuber. & aliis substit.

3 *Quando mente captus habet liberos, non omnes substituendi sunt, sed vnus, aut plures, dummodo alijs relinquatur legitima.*

4 *Si mēte captus liberos non habeat, substituendi sunt fratres aut sorores, seu vnus aut plures ex ipsis: hîc enim etiam sorores comprehenduntur.*

5 *Substituti in substitutione exemplari debent esse fratres vel sorores ex latere paterno, si pater; ex materno, si mater substitutionem ordinet.*

6 *Non solum pater, sed etiam mater liberis mente captis substitutionem exemplarem facere potest.*

7 *Desi*

7 *Deficientibus filiis, & fratribus, quilibet extraneus potest exemplariter substitui.*
8 *Utrum substitutio facta filiis ad onus illorum in fauorem personarũ quæ ex dispositione legis substituendæ sunt, sit exemplaris, vel fideicommissaria? considerãda sunt verba testamenti vtrum sint directa, vel obliqua, vtrum relatiua ad personam testatoris vel filij, & alia de quibus hic.*
9 *Filius mente captus potest grauari in illo pluri quod illi testator relinquit vltra legitimam; sed illa substitutio in fauorem extranei non erit exemplaris, sed fideicommissaria.*
10 *Testamentum patris, & filij mente capti, considerantur tanquam duo testamenta, & ideo si exemplaris non valet, sustinetur tamen fideicommissum.*
11 *Substituens exemplariter non potest grauari in legitima filij mente capti, si sit de personis designatis* in l. humanitatis, C. de impuber. & aliis substit. *quia illius legitima bona habent à lege.*
12 *Corrigitur error in impressione* vol. 1. quæst. ciuil. quæst. 127. num. 4.
13 *Substitutus exemplariter si est de personis comprehensis* in l. humanitatis, C. de impub. *non potest grauari in legitima mente capti, quia illam habet à lege.*
14 *Si grauamen iniunctum fuerit extraneo, qui propter defectum liberorum fratrum & sororum mente capti substitui poterat, valet in vim fideicommissi.*
15 *Substitutus exemplariter quando est extraneus, & grauari potest, vtrum teneatur restituere legitimam dementis? remissiuè.*

AD tractatum Præuentionis confert decisio Rotæ Romanæ coram bon. mem. Burato, *in Aueniononsi hæreditatis*, quæ inseritur apud Burat. *decis.* 257. & apud Giouagnon. *respons.* 42. *lib.* 2. cuius casus talis erat. Pater duobus filiis masculis mente captis hæredibus institutis, illis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituis liberos ex filiabus suis nasciturus: filia eiusdem testatoris intentauit Iudicium vniuersale missionis in possessionem bonorum paternorum, prætendens sublata substitutione exemplari, ob non seruatam formam *l. humanitatis, C. de impuber. & aliis substit.* se in possessionem bonorum vti proximiorem immittendam: debebat enim soror ipsa, non eius liberi, exemplariter substitui, secundùm dispositionem & formam *d. legis* quæ vtitur verbo *oportet*, quod necessitatem importat. Videns autem hæc filia & defunctorum soror causam hanc longiorem motam habere, intentauit aliud iudicium, sine præiudicio præcedentis, ad consequẽdam tertiam partem vsusfructus dictorum bonorum sibi testamento relictam: Ideo dubitatum fuit vtrum præuentio super fideicommisso illi obstaret, ne prosequeretur iudicium petitionis tertiæ partis dicti vsusfructus.

Super quo dubio Rota iudicauit causam vniuersalem petitionis hæreditatis esse præuentam, & præiudicialem petitioni tertiæ partis vsusfructus; & ideo causam hanc particularem silere debere donec causa vniuersalis fuerit terminata.

1 Siquidem negari non potest, quin iudicium immissionis in possessionem hæreditatis sit vniuersale, quia petebatur tota hæreditas: *l. item videndum, §. fin. l. sed etsi, §. fin. de petit. har.* E contrario iudicium petitionis tertiæ partis vsusfructus testamento relictæ, erat iudicium certæ rei, & sic particulare: vt fusè probatur *in praallegat. decisionib.* tunc enim quidem erat actrix in petitione tertiæ partis successionis ab intestato fratrum mente captorum, stante nullitate exemplaris substitutionis, quæ successio comprehendebat bona materna fratrum, & illorum legitimam, nec non etiam Trebellianicam quatenus non fuisset prohibita, sed in bonis aliis à patre obuenientis substitutio quæ non valebat iure exemplaris, sustinebatur iure fideicommissi, ad quod non ipsa, sed eius liberi erant vocati.

Supponendum siquidem est, substitutionem exemplarem validam non esse, nisi illa facta fuerit in fauorem certarum personarum *in dictu l. humanitatis* designatarum, videlicet si mente captus liberos habeat, illi soli substituendi sunt, nec alius substitui potest: Grass. *in §. Substitutio, quæst.* 47. † non 2 3 tamen omnes substitui necesse est, sed vnus, vel plures ex liberis, relictâ tamen aliis legitimâ, vt patet ex verbis *illius legis*, ibi, *legitima portione ei, vel eis relicta*: Gomes. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 6. *num.* 6.

Si autem mente captus liberos non habeat, necesse est pro huius substitutionis exemplaris validitate fratres illi substitui, ex verbis *dicta leg.* ibi, *ad fratres eorum vnum, vel certos, vel omnes, substitutionem fieri oportet*: Barry *du success. lib.* 5. *de substit. exemplar. cap.* 6. *Qui exemplariter substitui debeans, num.* 2. fratrum autem nomina in hac materia sorores contineri verius est, & decisum fuis per Rot. apud Burat. *decis.* 802. ita vt spretis sororibus & fratribus, substitutio exemplaris euanescas: D. Lud. Bell. *cons.* 218. Giouagn. *dicto respons.* 42. *n.* 1. & 13. 4

Dum hic de fratribus loquimur, illos tantum intelligimus contineri qui ex eodem parente, à quo substitutio exemplaris fit, proueniunt; Barry, *dicto cap.* 6. *num.* 2. videlicet consanguineos, si pater testetur; vterinos si mater, vt ibidem *Barry* notat. † Potest enim & ipsa mater liberis suis exemplariter substituere: Barry *dicto lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 2. Fusar. *de substit. exemplar. quæst.* 179. *n.* 1. 5 6

Denique si mentis inops nec liberos nec fratres habeat, potest quilibet extraneus substitui: Bart. *in l. ex facto, n.* 30. *versic. item si non habeat filios, ff. de vulgar.* cum pluribus quos longa serie citat & sequitur Intrigl. *de substit. centur.* 2. *q.* 24. *n.* 1. 7

His ita constitutis, distinguendi sunt diuersi casus: *Primus est*, quando nous substitutionis impositum fuit ipsi filio mente capto: Et hoc casu si substitutio facta fuerit per verba obliqua, non potest dici substitutio exemplaris, sed valet tantùm iure fideicommissi: quia substitutio exemplaris est directa, at verò fideicommissaria est obliqua: hæc requirit aditionem hæreditatis, illa aditionem inducit in persona substituti: vt benè explicat Bald. *cons.* 20. *col.* 2. *versic. quarta ratio: vol.* 3. † Attendenda ergo 8 sunt verba testamenti ad iudicandum vtrum substitutio sit exemplaris, an fideicommissaria? & benè exponit Sim. de Præt. *de interpr. vlt. vol. lib.* 3. *interpr.* 2. *dub.* 2. *sol.* 7. *num.* 17. & 18. & *num.* 19. *versic. super qua præsertim tacitu: fol. mihi* 102. dicens quod si verba testatoris dirigantur ad ipsius testatoris personam, veluti si dicat se substituere *in bonis suis*; non potest esse substitutio exemplaris, quæ præcipuè introducta est vt bonis mente capti prouideatur, & per consequens substitutio est fideicommissaria; aut quando in dispositione non est facta mentio furoris, fatuitatis, surditatis, aut alterius defectus seu vitij, quod dat facultatem exemplariter substituendi; aut si facta fuit tantum demonstratiuè & non dispositiuè seu limitatiuè; aut si dispositio facta fuit vt bona perpetuò remaneant in familia; aut quando substitutio facta est in re certa, non per verba directa: quæ fusiùs idem Auctor comprobat.

9 Si igitur pater filio aliqua bona vltra Legitimam reliquerit, potest ratione illius pluris grauari fideicommisso, quamuis tale grauamen tendat ad fauorem extranei non comprehensi in *dicta l. humanitatis*, Intrigl. *de subst it.centur.* 2. *quest.* 12. *num.* 20. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 49. *num.* 53. illa autem substitutio non erit exemplaris, sed fideicommissaria; alioqui non valeret, quia esset facta contra formam legis.

10 Quia testamentum patris & filij considerantur tanquam duo testamenta, & ideo si substitutio exemplaris non valet, vtpote facta non seruatâ formâ legis; sustinetur tamen in suo robore, & validum est fideicommissum quoad bona paterna, quia non poterat pater de bonis filij per fideicommissum disponere nisi in certis casibus, veluti si de eis expressè disponat, & simul compensationem det de propriis bonis suis: Rot. *decis.* 112. *numer.* 7. *part.* 5. *recent.*

11 Si autem filio dementi seu furioso solam reliquerit Legitimam, substitutio exemplaris verbis apris facta, subsistet in fauorem personarum *in dicta leg. humanitatis*, designatarum; sed istæ personæ grauari non poterunt, quia sola filio relicta supponitur Legitima, illius autem bona & iura quæ mente-capto iure naturæ competunt, obueniunt à lege ipsi substituto de nominatis *in illa lege*, † & probauimus *in* 12
nostris quæstionibus ciuilibus, vol. 2. *quest.* 127. *num.* 4. (vbi pro, *alia enim bona*, legendum est *illius enim bona*: Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quæstion.* 12. *numero* 20.

Secundus casus principalis est, quando substitu- 13
tio non fuit iniuncta filio mente-capto, sed eius substituto: & hoc casu distinguendum rursus est; Aut enim substitutus, est de comprehensis *in l. humanitatis*, & hic grauari non potest in Legitima dementis, quia illam, illiusque bona habet à lege, vt mox diximus: si verò vltra Legitimam relictum est, grauamen subsistit.

Quod si substitutus sit extraneus, seu non com- 14
prehensus *in dicta l. humanitatis*, grauamen subsistit, quia talis est qui de necessitate substituendus non erat: Intrigl. *dicta centur.* 2. *quest.* 24. *num* 8. Barry *de substit. fideicom. lib.* 8. *quest.* 5. *qui fideicommisso grauari possint, num.* 7. Fusar. *de exemplar. substit. qu.* 194. *num.* 5.

Sed vtrùm substitutus extraneus, & grauatus gra- 15
uamine illi iniuncto, teneatur etiam Legitimam mente-capti restituere? quæstio, ex iis quæ de substituto pupillari dicuntur, decidenda est: de qua copiosè agit Fusar. *de substit. fideicomm. quæst.* 299. & 300.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
quæ in his tribus partibus tractatus de Præuentione Iudiciali continentur.

Rr 3 condem

Post

Causa

Com

siue

Cætera

Dos.

Quamuis

Non

Secun

Iudicium.

In

Lis

sertum

deli

Minor.

Miserabilis.

Mixtum forum.

Molestia.

Monarchia.

Monetarij.

Monitorium.

Moni

Notorium.

In

Præscri

Præscriptio.

Præses.

Præuentio.

Præuen

R

Rescindens, Rescisio.

Rescriptum.

Resignatio.

Restitutio.

Resti

Sortilegium

Statuta

Variare

ADDITIO

Ad cap.1.part.1.post num.15.

Sed quis Episcopus requirendus est, an originis seu domicilij, vel loci delicti? Verius videtur, Inquisitorem debere requirere Episcopum loci delicti, vt testatur Carena. *in tract. de offic. Inquisit. part.1.tit.4. num.17.*

Alias Additiones,

quæ in Indice enuntiantur omissæ, aberrante Summario, transpositas reperies: videlicet,

part.1.c.9.post num.33. inuenies sub num.36.c.22. p.1. c.22. post num.vlt. inuenies post n.2. part.2.c.46.post n.5. inuenies post n.4.

Si quæ obrepserint alia festinantioris prali menda benigne animo facilè corriges.

FINIS. h.84



Vicarius.

Vicegerens.

tertio

ADDITIO

Ad cap. 1. part. 1. post num. 15.

Sed quis Episcopus requirendus est, an originis seu domicilij, vel loci delicti? Verius videtur, Inquisitorem debere requirere Episcopum loci delicti, vt testatur Careu. *in tract. de offic. Inquisit. part. 1. tit. 4. num. 17.*

Aliæ Additiones,

quæ in Indice enuntiantur omissæ, aberrante Summario, transpositas reperies: videlicet,

part. 1. c. 9. post num. 33. inuenies sub num. 36. c. 22.

p. 1. c. 22. post num. vlt. inuenies post n. 2.

part. 2. c. 46. post n. 5. inuenies post n. 4.

Si qua obrepserint alia festinantioris præli menda benigno animo facilè corriges.

FINIS. h. 84